www.e-rara.ch

Verae alchemiae artisque metallicae, citra aenigmata, doctrina certusque modus, scriptis tum novis tum veteribus nunc primum & fideliter maiori ex parte editis, comprehensus quorum elenchum a ...

Grataroli, Guglielmo

Basileae, 1561

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-7133

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

E
AE
L.

R° 15

A

132

7

A Fr. 92.-

Rum possessor

VERÆ ALCHEMIÆ

ARTISQVE METALLICAE, CITRA AENIGMATA, DOCTRINA, CERTVSQVE MODUS, scriptis tum nouis tum ueteribus nunc primùm & fideliter maiori ex parte editis, comprehensus: quorum elenchum à Præfatione reperies.

Habes, amice Lector, admiranda utilißimaq; multa, quæ hactenus occultata, & ueluti sepulta iacuerunt: quorum editionis rationem in Præfatione ad philosophos Chemistas paucis intelliges.

BASILEAE
M. D. LXI.

CH3

ILLVSTRISSIMO COMITI AC DOMINO, DOMINO FERDINANDO COMITI IN ORtenburg, Baroni in Freyenstain & Karlspach, Domino in Reicurt & Lill, Rom. Cæsareæ Maiestatis, &c. Consiliario, Domino suo gratiosissimo & obseruandissimo Gulielmus Gratarolus Medicus & Philosophus S. D. P.

CVM iam plures annos, generosissime Comes, in Italia & Germania nec; laboribus nec; sumptui parcens, ut Physices, ac potissimum rei Medicę, integram pro uirili cognitionem assequerer, inter alia, multorum uetera rum ac recentiorum nõ uulgata nec; uulgaria scripta conquisierim, contulerim, à tineis ć; & scribarum erroribus uendicarim, quo citra ullam ambiguitatẽ possent aliquãdo multis prodesse: id ut tandem fieret, iampridem cœpi nonnulla, typographis medianti bus, in lucem dare. Nunc erat præ manibus non exiguum, nec fortasse ulli ea in facultate postponendum uolumẽ, ex uarijs doctorum hominum & expertorum scriptis, de secretiori Physices parte, non sine iudicio à me concinnatum: quod quum doctis aliquibus & amicis uiris ostendissem aut indicassem, eorum hortatu & propria mea cõscientia sum impulsus, ut antequã ad aliam uitam à Domino Deo uocer, quæ possum emittam: ne (quod facilè fieret) me hac mortali uita functo, labores isti perpetuò delitescerent in alicuius auari ac inuidi manibus, aut perderentur. Cæterùm, cogitanti mihi pro uetusto ac recepto more, cui patrono ac heroi hæc hactenus secretissima scripta nuncuparem ac consecrarem, profectò non alius (ex his quos hactenus noui) magis arrisit, quàm tua illustriss. Dominatio. Nam quum superiori iam elapso biennio Augustæ essem, nõ solùm ex aliquorum fida relatione, sed ipse coràm noui aliqua ex parte uariam Illustrissimæ T. D. eruditionem, & non solùm præcipuarũ linguarum integram cognitionem, sed etiam rerum naturalium & utilium experientiam, & iudicium non uulgare: mirabar ego assidens (pro tuæ Illustriss. D. benignitate ac mansuetudine) suæ mensæ, serenam admodũ faciem, & caput regio diademate dignũ, ingenij promptitudinem, moderationem, quamć; doctè ornatissimorum conuiuarum colloquijs responderet: ut iure merito sapientissima Cæsarea Maiestas talem uirũ & heroa sibi à consilijs ut esset, uoluerit. Omitto, ne longior sim, loqui de fortunæ bonis paternis, auitis & proauitis, quibus præ multis alijs summus Deus luculentissimè tuam illustriss. D. ornauit, quibus, inquam, in suæ nobilissimæ familiæ & honestæ aulæ sustentationem, in ipsius Dei patris ac Domini nostri IESV CHRISTI honorem, & proximi, prȩcipuè piorum & studiosorum commodum, uteretur, ueluti Dei optimi œconomus. Possem

ac deberem laudum tuarum aliquam partem deſcribere, niſi uererer apud ignaros adulatoris nomen incurrere: à quo quantum alienus ſemper fuerim, ſciunt omnes qui me norunt. Adhæc, mea cõuerſatio ferè ſemper fuit non in Rhetorum & Oratorum, ſed in Phyſicorum ac Medicorum ſcholis, libris, & exercitijs. Humillimè igitur ſupplico illuſtriſsimæ D. T. ut animi mei erga ſe amorem ac candorẽ ſuſcipiat, non minus quàm egregium Opus iſtud ſibi dedicatũ: non idcirco quia putem illuſtiſſ. D. T. illo indigere, quãuis eo poſsit aliquando delectari, ac iuuari: ſed ut ſub celeberrimi ſui nominis clypeo exiens, poſsit multis prodeſſe: de qua re quia in ſequenti ad Lectores præfatione dicam, non ulterius illuſt. D. T. detinebo. Faxit autem omnipotens & optimus Deus, ut tandem uel illuſt. D. T. uel illi nõ diſsimilem honeſtum Mecœnatem reperiam, quo poſsim aliquãdo caput exerere, & multis mortalibus uarijs modis, ſi quis alius, Dei gratia, prodeſſe. Dominus Deus & pater cæleſtis in CHRISTO filio illuſtriſsimam Dominationem tuam ſuis donis augeat & tueatur: Amen. Baſileæ, Calend. Martij, M. D. LXI.

SECRE-

SECRETIORIS PHYSICAE STVDIOSIS OMNIBVS, eruditisq; ac pijs Alchemistis, gratiam & patientiæ prouentum à Deo patre optimo per IESVM CHRISTVM precatur Gulielmus Gratarolus Bergomas, Physimedicus.

QVoniá non modò ex sapientissimi Solomonis sententia, Thesauri absconditi nulla est utilitas: uerumetiam bonorum hominum consensu, rerum in se bonarum scientia, non premenda, sed per manus tradenda est. Quum scirem uerò iuxta doctissimi Galeni uerba, eos qui præclaros imitari student, non solere ea in medium adducere quæ notissima sunt, sed quæ paucis nota: volui, Lectores charissimi, nullius momi dentem reformidans, optima quædam & uetusta abstrusioris Physicę & secretioris artis scripta, typis antea non uulgata, sincerè & integrè, ut ad me Dei uoluntate peruenerunt, longè tamen correctiora, uobis communia facere: quo tandem certum uiæ ducem, & ænigmatum enodationem haberetis. Neq; enim sum nescius quot & quales hactenus, quos uidere licuerit, editi sint in hac secreta facultate libri. quorũ, etsi quidam satis in se boni sint, licet obscuri, aliqui tamen malè cohærentes centones sunt, aut fragmentosi: nonnulli tam breues, uel ænigmatibus ac parabolis pleni, ut Oedipo sit opus, quo intelligantur: quos nominatim perstringere nunc meum non est. His manuscriptis adiecimus Arnaldi Villanouani, summi ea in arte uiri, scripta lõgè correctiora quàm quæ antea impressa: præsertim illud Perfecti magisterij opusculum, quod Lumen luminum, & flos florum nominatur: quod equidẽ ex antiquo exemplari manuscripto ita emendatum est, ut uulgatis multo clarius ac certius sit. Neque cuiquam labori peperci, ut, quantum fieri per me potuit, omnia huius artis studiosis peruia forent. Porrò mihi aliquis, animum meum ex communi philautia metiens, obijciet, Si quid boni & certi in his scriptis habeam, unde ditescendi sit spes, non credere se ut in publicum dem. Certè (ut paucis respondeam) nisi mundo stultus essem propter Christum, neq; hoc, neq; (pro mea tenuitate) non minima quædam alia feciſsem. Sed uerò alia etiam subest causa, cur alijs, quæ secretò quidam sibijpsi seruant, ego libenter protrudam: neq; enim uni dat cuncta Deus, qui eam mihi, pro paterna eius prouidentia, crucem dedit, ut tum aliàs, tum præsertim iam annos decẽ & amplius, nescio quo alio fato, nisi ueritatis ergò, impeditus sim ac uexatus ab hypocritarũ, æmulorum, antichristianorũq; malitia, inuidia, superbia, auaritia, multorumq; aliorum (prę sertim aliquot potentium) ingratitudine: ita ut uix per uocationem meam rei familiari mediocriter consulere, nedum negotiosam & perdifficilem hanc artem cõmodè tractare, ualuerim. quo factũ est, ut hactenus potentia quidem, nõ adeò longinqua, diues, actu autem, ferè pauper fuerim. Idcirco ne diutius quod alios mortales iuuare certò potest, apud me otiosè latêret, in lucẽ pleraq; dedi: neq; despero quin aliquando futurũ sit, ut bonus ac uerè Christianus aliquis à Deo fiat, qui, cum illi hæc diuinæ artis scripta profuerint, quæ ipsi per artem typographicam communicaui, me quoq; si non portiunculæ lapidis illius philosophorum, saltem frusti auri uel argenti participem faciat, aliorumq; ingratitudinem corrigat. Cæterùm non est quòd aliquis huiusce doctrinæ filius ægrè ferat, hæc etiam prauis & auaris hominibus cõmunicata esse: cum fieri uix possit, ut nisi quis uerè pius sit, & scientiæ huius alumnus, optimum hac in re finem assequatur. imò ex his libellis nõ pauci suos errores ac deuia cognoscentes, bonas horas ac sumptus melius collocabunt: nisi inani suarum quarundam receptarum (ut uocant) spe occæcati, amplius stulteſcere uelint, & sua perdere. Alij titulotenus librorum studiosi, lecto titulo, librum reijcient non sine sannis ac dicterijs: ea enim est hoc tempore librorum omnis ferè generis copia, ut etiam optimarum rerum satietas homines capiat, aut saltem libros emere, ac ijs studere negligant. Ita fit, ut soli doctè philoponi & Deo amati, fructum immensum hinc capiant & proferant. Sunt autem hoc in nostro uolumine tot rerum naturalium & artium cognitiones, quæ mineralia ferè omnia & lapides, gemmas, crystallum ac uitrum spectant, ut non pauci multa quæ arrideant & prosint inuenturi sint: de quibus amplius dicere desino, cum res præstò sit. Neque ego nunc in subsannatores ueræ χημίας apologiam texam, cum ne sophisticam potius (ad quam potissimùm eorum tendunt obiecta) tueri uelle uidear, tum quoniam præfatio doctissimi cuiusdam uiri in Geberum ante annos decem edita, sub Chrysogoni nomine (quem Osiandrum fuisse non dubito) his egregiè respondeat: fusius autem ac ualidissimis argumentis Ianus Lacinius in Opere suo paucos ante annos edito: ut alios recentiores aut uetustiores omittam, qui huius profundæ artis studiosis facilè persuadeant. At uerò qui scire nequeunt, aut nolunt, nesciant: cui Deus fauere uult, faueat: quem toto corde precor, ut in ultimis hisce temporibus optatum exitum huius perdifficilis & ra-

rissimæ scientiæ aliquibus pijs uiris concedat, ut inde pauperes Ecclesiæ sanctæ suæ iuuari possint, in Dei patris & Domini nostri IESV CHRISTI gloriam, in Ecclesiæ sanctæ catholicæ & Apostolicæ ædificationem, & confusionem omnis Antichristi suorumq́ue membrorum: in quos fines non solummodò scripta mea omnia & facultates, sed uitam ipsam, Dei gratia, dare paratus sum. Bene ualete, mei etiam memores, neque iustis laboribus parcite: siquidem scitis, non fieri magna sine magno labore, uel intensiuo, uel extensiuo, uel utroque simul. Basileæ, anno à Christo nato

M. D. LXI.

BREVIS

BREVIS CATALOGVS CONTEN-
torum in hoc uolumine.

Artis huius secretißimæ & certiſſ. defenſio, & Prolegomena. primo Ternione.
Dialogus Ioannis Braceſchi, cui titulus eſt Lignum uitæ, in quo etiam Gebri Philoſophi expoſitio ſuccincta continetur. 3
In eundem Braceſchum Gebri interpretem, animaduerſio, authore Ioanne Tauladano 49
Gebri Opera cum alijs poſtremò illi additis. 112
Liber de magni Lapidis compoſitione & operatione, authore incerto & doctiß. Pag. 1. ſecundi alphabeti.
Sententia Ioannis Baptiſtæ Montani, Medici & Philoſophi clariſſ. de ſublimatione. 35
Roſarius Philoſophorum Arnaldi de Villanoua, correctus, &c. ibid.
Nouum lumen eiuſdem uel alterius. 60
Epiſtola Arnaldi de Villanoua ſuper Alchymiam, ad regem Neapolitanum. 65
Liber Perfecti magiſterij, qui Lumen luminum, &c. dicitur, Arnaldi, ex manuſcripto. 67
Eiuſdem Arnaldi practica, ad quendam Papam. 73
Alberti Magni Ratiſponenſis epiſcopi de Alchymia liber integerrimus. 78
Scriptum Alberti ſuper Arborem Ariſtotelis. 102
Apertorium Raymundi Lullij de ueri Lapidis compoſitione. 104
Ars intellectiua eiuſdem ſuper Lapidem Philoſophorum. 112
Practica eiuſdem. 127
Idem de intentione Alchymiſtarum, & totum continens. 139
Summaria Lapidis conſideratio, & eius abbreuiationes. 156
Libellus utiliſsimus de Mercurio ſolo. 163
Libellus, uel Caput optimum, experimentorum Raſis. 174
Pulcherrimum Opus de Metallorum tranſmutatione aliqua. 175
Capitulum ualde magnum in albedine, ex libro qui dicitur Philoſophus mirabilis. 180
Liber Mercuriorum Raymundi Lullij. 183
Intentio ſummaria ſeu repertorium ualde utile ad intelligentiam teſtamenti, codicilli, & aliorum librorũ Raymundi Lullij. 185
Ariſtotelis de Perfecto magiſterio exquiſitum & integerrimum opus, &c. 188
Libellus duodecim Aquarum, ex libro Emanuelis. 209
Aquæ rubeæ Auicennæ ad tingendum quatuor ſpiritus ſublimatos albos. 211
Elixiriorum uaria compoſitio & modus. 220
Ioannis de Rupeſciſſa liber de confectione ueri Lapidis Philoſophorum, clarè, &c. 226
De Lapide Philoſophorum ſecundum uerum modum formando EFFERARII monachi. 232
Theſaurus Philoſophiæ. 237
Praxis uniuerſalis magni Operis, ex Raymundo. 248
De Lapidis Philoſophorum formatione epilogus. ibid.
Practica magiſtri Odomari ad diſcipulum. 249
Arcanum Philoſophorum ut ex Saturno facias aurum perfectum. 250
Perfecta Salis communis præparatio. ibid.
Hiſtoriola antiqua de Argento in aurum uerſo. 252
Tractatus de Marchaſita, ex qua fit Elixir ad album ueriſsimum. 254
Caput de ſale Alchali. 258
Quæſtio an Lapis philoſophicus ualeat contra peſtem. 259
Vetus epiſtola doctiſſ. de Metallorum materia, & artis imitatione. 263
Practica Carauantis Hiſpani. 264
Io. Aurelij Augurelli Chryſopœiæ libri III. 269

PRopriũ artis uocabulũ uero nomine à Græcis dicitur χυμεῖα, id est fusoria, eo quòd metalla & illis affinia, sales scilicet, alumina, & atramẽta, quę in igne fluũt, & i hac arte potissimũ tractantur, ἀπὸ τοῦ χέω, χῶ χύματα, id est fusilia dicuntur. Arabes autẽ (instar Ægyptiorum artẽ hanc callentes) hoc nomẽ à Græcis mutuati, suo more articulum præposuerũt, & Alchemiam dixerunt: alij barbarius, Alchimiam, Alcumisticam, uel Archimiam. Habet etiam hæc ars, ut reliquæ oẽs, sua quædã peculiaria uerba & uocabula, vulgo non satis nota: ut Aludel, Alembicus, Botus barbatus, Elixir, &c. quæ hoc priori libro, & alibi declarantur: partim abusiua quædã, ut imbibere pro irrigare, figere & fixare, pro efficere ne materia in igne corrumpatur, & euaporet: ac similia. Sed ob dictionis impuritatem, non sunt isti spernendi thesauri: ingeniosissimi enim illo æuo homines rerum insignem cognitionem scrutantes ex philosophiæ principijs ac experientijs eloquentiam minus curarunt: id quod in Auicenna, Rasi, cæterisq; Arabibus & Latinis eos sequutis, uidere licet. Archimia (inquit Panthæus Venetus) ab archos & mia Græcis particulis, quasi unitatis & unius ueri consilij princeps. Sed vulgaris Archimiæ maior est promissio, quàm operis executio. de illa, inquã, sophystica, in Ioannis 22. Papæ Extrauagante, sic habetur: Spondẽt quas non exhibent diuitias, pauperes Alchimistæ. Contra tales est pars seu lex consilij x. Venetorum 1488. 17. Septembris cum additione, ut uocant, incipitq;, Tollenda sunt de medio, &c. non autem contra Voarchadumiam, quę (inquit Panthęus) Hebraicè significat aurum duarum rubearum, hoc est duarum cementationum perfectarum.

Vocabula multa ad artem pertinentia idem declarat charta 54. & inde, sui operis.

Cæterùm, fermentum apud Alchemistas dupliciter dici uidetur: unomodo ipse lapis ex suis elemẽtis compositus & completus, in comparatione ad metalla: alio modo & propriè, illud quod est perficiens lapidem & ipsum complens. & sicut se habet fermentum pastæ ad aliam pastam, sic fermentum primo modo ad metalla. Neq; fermentũ fieri potest ex imperfectis, nec uera transmutatio. Neq; generant res nisi sibi similia. Lapis philosophorum generatur à natura, ministrante arte, & diuina potentia uolente manifestare. Componitur autẽ lapis siue Elyxir ex sulphure, arsenico, & argento uiuo Philosophicis, extractis omnibus ab una sola petra seu terra metallica. Quæ uerò illa sit num ferri fex præsertim uiridis, aut ferrum, aut terra quædam alba, seu arg. uiuum & Sol & Luna, uel aliud, ex sequentibus probè lectis intelliges. Arnaldus inquit totum opus consistere in quatuor uerbis: ea sunt, Sulphur, dictum Mars & Marchasita: Arsenicum, dictum Magnesia: Sal præparatum, dictum Argentũ uiuũ: & Fumus albus, dictus Tutia. Ignorans naturæ principia, non adhæreat huic arti, quoniam potius erit appellandus Sophista, quàm Alchemista: nam qui principia ignorant, finẽ non inueniunt. Lapidem uocãt Alchymistæ omne illud quod non euaporat ab igne, & idẽ uocant corpus & substantiam: & lapis unicus est & solus, tam ad album quàm ad rubeũ, omnia metalla perficiens in aurum, ut tota clamat Alchemia. fusius quid sit, cùm alibi uidebis, tũ proximi libri capite 18. Modi uerò & ordo agendi Elyxir & lapidem, sunt, Calcinatio, sublimatio, descensio, solutio, destillatio, coagulatio, fixatio, & ceratio. Præparare autem, est superflua demere, & absentia supplere, sicq; notam in eis mittere perfectionem. his nõ indigẽt Sol & Luna, sed reliqua. Quæcunq; corpora tardè funduntur, citò coagulantur, & è conuerso. Quoties sublimabis aliquod corpus cũ cõmistione sublimati spiritus, toties lucraberis in proiectione mille partes. In spiritibus sunt corpora in potentia, & in corporibus sunt spiritus in potentia. Tantum facit forte agens in breui tempore, quantum debile agens in longo: & ars accelerat ac festinat opus naturæ. Ex his igitur, multoq; magis ex sequentibus, responsiones patebunt ad obiecta quorundam, qui generalibus quibusdam rationibus nitũtur secretam hanc autem conuellere, cum uel nihil ipsi tentare sint ausi, uel uulgare aliquid, et erroneum aggressi, spe frustrati sunt. Vanum, inquit Aristoteles, est omittere sensum propter rationes, cum experientia, teste Galeno, rerum sit magistra: quæ tamen suis etiam rationibus, tanquã altero pede, nititur. Porrò hæc scientia certior est (cum re ipsa nitatur) & paucioribus nota quàm Iudęorum Cabala: neq; sua uetustate suisq;, post Deum, authoribus caret: quãuis aliquorum principum tyrannide & auaritia, artificumq; ignorãtia & impostura, pessum multoties ierit, uel adeò malè audierit, ut iã omnis generis homines pudeat in Chymistarum albo censeri. Et noui ego aliquos aliàs doctos, qui domi ac priuatim pro uiribus huic arti incumbunt, publicè autem uoce aut scripto, ne scilicet stulti mũdo uideantur, eam scommatibus, ac sannis uel apertis contumelijs, quantum in eis est, irrident ac uituperant. Sed abundet quisq; in sensu suo: modò etiam me huius practicæ scientiæ studiosis laboratoribus prodesse pro uiribus haud agrè ferant: utq; uice cotis fungar, acutum reddere quæ ferrũ ualet exors ipsa secandi. Sed iã in huius etiam cõmendationem legat & sequentia q uelit.

Scimus

Scimus lapides esse qui metalla firma tingũt tinctura. Si enim Tutia ærí bullienti sit iniecta, ex rubore in citrinitatẽ uertit: Auripigmentũ uerò in albedinẽ, licet aliquantùlũ corrumpat: quâ corruptionẽ meditari uitando, sapiẽtis est. Parũ etiã stanni multa æris frusta in albedinẽ mutat, licet nimiũ desiccet. Capilli uerò humani argentũ citrinant: cortex mali granati ferrũ congelat in chalybẽ: & hæc experientib. apparent. Si ergo ista sine subtilitate & cõmistione id operantur, nõ est dubiũ quin sit propinqua potẽtia, quę ea & istis melioratis & alijs cõmistis, perficiat. Ad hæc, nõ raro experiẽtia ipsa rem esse possibilẽ & certâ ostẽdit, licet qui faciãt, ijdẽ pro posse rem occultent. Atq; ut ex antiquis nõnihil adducã, auctor est Suidas, itẽ Orosius lib. 7. cap. 16. & Paulus Diaconus in uita Diocletiani Cæsaris, postq; Achillem Aegyptiorũ ducẽ octo menses in Alexandria Aegypti obsessum profligasset, eum omnes Chymicę artis libros diligẽti studio requisitos cõflagrasse, ne, reparatis opibus, Romanis repugnarẽt. Ita sanè χημεῖα quæ metalla cruda aut adusta in meliora transformat, adeò nõ est ars noua, aut incerta, ut ignarũ uulgus putat. de cuius origine & utilitate uide etiã Præfationẽ Euonymi Philiatri in suum Thesaurũ. & sequentia quoq; satis testabuntur eius certitudinem.

De Chemia, uel Alchymia, sic scribit Robertus Constantinus in suo Nomenclatore insignium Scriptorum Parisijs edito 1515.

De hac arte, sicut & de Cabala diximus, qui aliquid memoriæ prodiderit, nullus antiquus author inuenitur, siue id inuidentia factũ sit, siue ignoratione. Non desunt tamen qui illud famosum apud poetas Iasonis χρυσόμαλλον δέρας, id est uellus aureũ, librum fuisse interpretẽtur in uellere, uel macrocolo conscriptũ, qui ipsam artẽ, id est auri argentiq; conficiendi rationẽ contineret. Fabulas interpretes utroq; trahũt: & licet unicuiq; pro animi arbitratu affingere. Quantũ ad me attinet, uerũ sit nécne, susq; deq; habeo. Certũ est historia tamen, & rerum gestarũ annalibus, Diocletianũ principem huiusce artis cõquisitos libros omnes curiosè, exussisse, διὰ τὰ γιωτιζόμενα Αἰγυπτίοις, ὡρὸς τὸ μὴ πλοῦτον ἀκατανόητον εἰκῆτῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης. Hoc artificium luxato uerbo, Alchymiam uocãt, uel Archymiã, quasi dicas ἀργύρου χημείαν: alij uocant χημίαν, uel χυμίαν, alij χρυσοποιίαν. Qui uerò de hac aliquid scripserunt, hi sunt:

Arnoldus de Villanoua.

Auicenna ad Assem Philosophum.

Blemidas περὶ χρυσοποιίας, liber Græcus, manuscriptus in regia Galliæ bibliotheca.

Geberus Arabs, cuius expositor Ioannes Braceschus Vrceanus.

Ioan. Augustinus Pantherus (uel Panthęus) scripsit Arsetheoriam transmutationum metallicarum cum Voarchadumia.

Isaac monachus scripsit ἀργύρου μίξεσθαι ὅπως διϊσχυρίσηται τὰς πλινθὰς τῶν μὴ ῥητῶν, in regia Galliæ bibliotheca, manuscriptus, Græcè.

Morieni cuiusdam Alchymisticus liber circumfertur, non impressus.

Philippus Vlstadius edidit Cælum Philosophorum: qui tamen ad rem medicã spectat.

Raymundus Lullius scripsit (præter cætera multa) de Secretis naturæ, siue quinta essentia. Hunc ego inquirendo cõperio, apud Anglos re quidem uera præstitisse, quod suis libris pollicetur: & in arce Londini, iussu Regis probatissimũ aurum cõfecisse, mihiq; genus numi ostensum est, quod adhuc appellant Nobile Raymũdi, auri uidelicet puri, & obrizi, summęq; indicaturæ. Ipse in libro, quod Testamẽtum uocat, fatetur se hanc artem ex Arnoldo de Villanoua coæuo suo didicisse. Quẽ Ioan. And. in tit. de Crimine falsi attestatur, laminas aureas excudisse, quæ ex auro ex arrugia quæsito, aurifodinisq; extracto, bonitate nõ cederent. Scripserunt etiam alij multi de hac arte, quorum libri nondum impressi sunt: inter quos est Rosinus Philosophus, & Rogerius Bacho, cuius legi Alchymiæ speculum.

Zosimus author Græcus asseruatur in bibliotheca Regia: scripsit de Sacra arte, de Cõpositione aquarum ad χρυσοποιίαν, de instrumentis & caminis. Sunt & alij huius artis præceptores, ut Christianus, Heliodorus, Theophrastus, Archelaus, Pelagius, Ostanes, Olympiodorus, Democritus, Dioscurus, Synesius, & Stephanus, cuius est liber de Magna & sacra scientia. Omnes hi Græci sub nominibus antiquis, mihi tamen recentes uidentur. Est etiam liber Chymisticus, comitis Treuisini. Hactenus Robertus. Cæteros qui nosse cupit, legat in fine Geberi ultimò à Ioan. Petreo editi, uel Bernæ impressæ eius sumptu: item Euonymũ Philiatrum, Tigurinum: Ioannis Langij epistolam 53. & ultimum folium capitis 18. libri secundi de

Abditis rerum causis Ioannis Fernelij, medici & philosophi doctissimi & præstantissimi: atq; alios recentiores, ut Ianum Lacinium nulli spernendum.

CHRYSORRHOAS, SIVE.

DE ARTE CHYMICA DIALOGVS.

Chryſophilus. Theophraſtus.

χρυσ.

PErpetuam illam ac cõmunem hominum miſeriam deplorare nõ ſatis poſſum quum uideam omnia ea, in quibus bonorum uix etiam umbræ uerſantur, tam eſſe difficilia ac intricata, ut nanciſci illa nedum milleſimus quiſq; poſſit: nacta tandem, tã celeri nos pede fugiant. At ea rurſum, quæ cum atrocitate, periculis, omni deniq; malorum aceruo coniuncta ſunt, ita nobis conſtanter imminеant, ut conſpiraſſe in humanam perniciem iudicari poſſint. Momento enim peſſum imus, miſeria, paupertate, infirmitate, doloribus obruimur: ut autem felices ſimus, ut ditemur, ut ſanemur, multis annis opus eſt: ut non indigeamus, uix ullo ſeculo nobis contingit. Etenim quantum res meas attinet, in ea planè conditione uerſor. Nam cum à uitæ meæ quaſi exordio, nihil prius (quod fateri tamen palàm erubeſco) in optatis habuerim, quàm ut admodũ diteſcerem: atq; ipſius auri ſitis me totum corripuerit, abſolutam tamen id conſequendi methodum, nondũ ſum conſequutus. Deſperans licet uoti me futurũ compotem, extrema tamẽ quæq; experiri lubet ipſamq; artem, quam Alchemiſticá uulgus dicit, iam aliquandiu intermiſſam, fauente Mercurio, rurſum aggrediar. Sed uideo obambulantem illic Theophraſtũ ab Hohenheim, hominem, ſi quẽ Germania unquã tulit, huius artis abſolutum artificem, quẽ ſi eam in ſententiã perducere poſſum, ut mihi in hoc natatu adiumento ſit, futurus ſum proculdubio hominũ feliciſſimus. Ipſum primò, magnificis promiſſis, poſt etiam minis aggrediar. Salue amicorum precipue ὦ Theophraſte. Theophraſtus. Saluus ſis & tu ὁ lepidum caput. Sed quid ſolus huc oberras? quid negotij eſt, quod ita anxiè tecũ obmurmuras? aſpiciebam te iandudum, non ſine magno riſu, iactantem brachia & caput, micantem digitis, calcitrantem pedibus. Bacchico te correptum furore exiſtimabam. χρυσ. Non Bacchico ὁ bone, ſed Pluti enthuſiaſmate ſum percitus. Theophraſtus. Quid Plutum murmuras? nos Plutum illum irrequietum prorſus dæmonem, ad Plutonis cancellos relegatum cupimus, & uitæ potius tranquillæ dabimus operam. χρυσ. Te quidẽ authore ſperarem, me eam poſſe tranquillitatem conſequi. Tua in manu mea ſalus eſt: qui ſi mihi adiumento eſſe uelis, effecturum me id ſcio, ut breui ſimus ambo hominum primarij. Theo. Ego quidem ὦ Chryſophile, quantũ in me eſt, omni meo conſilio, & auxilio, (modò id cum manifeſto meo periculo coniunctũ nõ ſit) adeſſe tibi non refragabor. Verũ quid rei ſit, breuiter expone. χρυσ. Non dubito quin ad aures tuas peruenerit, quantum ego non opum tantùm & pecuniarũ, ſed (quod eſt precioſius) temporis iacturæ, circa eam ſcientiæ perſuaſionem, quã Chymicam eruditiores nominant, fecerim: pudetq; fateri, quod negare non poſſum, quàm ego à nequiſſimo illo hominum genere, qui ſe Alchemiſtas & Philoſophorũ diſcipulos ſcilicet, iactitant, ſim miſerè deluſus: quodq; eſt grauiſſimum, quantum ego meæ ualetudini, ob fœtidas fuligines, halitusq; teterrimos, quos in cauernis Troglodytarum more deliteſcens, pertuli, nocuerim, quorum omniũ iactura tam ingens eſt, ut etiã illa quæ inde cõmoda, re omni abſoluta, colligi potuiſſent, nullius momenti æſtimanda ſint. Theo. Ha ha hæ: diſpeream, niſi ego, (quanuis rerũ omnium eſſem inſcius) idipſum ſubolui. Quum enim menſe præterito, hortenſem illam tuã domunculam prẽterirem, tam fœdum quendã fumum, atq; atrum ex ſubterranea illa fornice erumpentẽ animaduerti, ut Auernaleis ibi fauces eſſe crediderim: in quibus Canidia ſuis lemuribus dapes decoxiſſet. Verùm ne ſiniſtram de tua prudentia opinionem conciperẽ, obſtabant in primis tua authoritas, deinde quòd ſummo loco natus es: poſtea maturior ætas coniuncta cum rerum experientia, poſtremò tot manifeſtiſſima exempla, quibus alieno ſaltẽ periculo cautiorem te redditum nunquam dubitaſſem. Perſuadere itaq; mihi non poteram, te illis rebus quæ manifeſto cum detrimento ſunt coniuncta, multo minus ſceleſtiſſimis ſycophantis, ac ipſius ueræ artis calumniatoribus, animũ potuiſſe aduertere. χρυσ. Ego uerò cautus in hac re fui quantum debui. Vérùm, næ ego intentatum relinquerẽ id, quod tot authorum cõmuni calculo indubitatum redditur? prẽſertim, quum omnia quę ad hoc negociũ pertinent, à tam multis antiquis & recentoribus magni nominis Philoſophis, diligentiſſimè ſint perſcripta? poſtremò quum mihi nec ingeniũ, nec opes, nec ocium, alieæúe rei bene gerendæ occaſiones deeſſent. Sed quid de exemplis? quum tu ſolus, (quem finem huius artis aſſecutum, obq; id omnes felicem prædicant) multorum mihi inſtar ſatisfacias. Qui ſi rebus meis deſolatis opem ferre, & meam claſſem in medijs undis cum procellis luctantem, in portum deducere uelis, faciam ut ſtatim intelligas quantum tibi ornamẽti, ex mea amicitia, authoritate,

thoritate,potétia,immineat. Theo. Agnosco crocodili lacrimas. Chy. Quid dicebas? Theo. Dixi,me tuam agnoscere beneuolentiam: attamẽ ex illo tuo ser mone intelligo me, (quẽ tibi ad consulendum elegisti,) hac in re minimè satisfacturum. Te nanq; posse fieri uoti compotem, ut uitæ atq; adeò animi trãquillitatem ex eo quod mente tua uersas,nanciscí pos sis,tam est honestati,imò ipsi rationi consentaneum,quàm si Vestales Ithyphallica celebrent. Atq;,ut hæc ipsa luce clarius intelligas,efficiam: si de artis Chymicæ ui ac natura (quantum ad meã quidem cognitionem peruenit) quædam altius repetere liceat. Chy. Id uerò iandudum expeto: refer. Theo. In primis existimes oportet: Artem Chymicam, esse scientiarum omniũ ut ingeniosissimam,sic humano generi maximè utilem,imò necessariam, ita ut (quem admodum postea intelliges) non sit indigna, ut to tam aliquis circa eam ætatem insumat: Ea tamẽ latius,quàm credebas, patet. Vniuersam itaq;,tum eam quæ circa metalla,tum eam quæ circa metallica uersatur, duplici constitutã differentia existimabimus: Altera Physicis orta principijs: & ex ipsius sympathiæ & antipathiæ rationibus emanans,summa cum laude & admiratione est coniuncta. Altera talis quidem esse uidetur. Videri itaq; quàm esse mauult, Ergo Sophistica est: Cuius euentus cum fallax sit, à nemine sapientum unquam, ab illis uero, qui cum uulgo sentiunt,ferè omnibus,recepta est. Prior illa,ex naturæ secretis (ut dix i) admirandos,pulcherrimos,salutares etiam,ne dicã diuinos effectus,solet proferre ex illa: quædam ab ingeniosis hominibus eruta sunt atque inuenta,sed ita uulgata,ut artes, amplius dici non mereantur. Quædam huius scientiæ uires,nondum quidem inuentæ: quæ maiori in numero esse creduntur. Et sic arcana meritò nominanda sunt. Tertiò: Quædam inuẽta quidem sunt,sed ea pauciss imis atque ferè nemini (nisi cui summus naturæ moderator id demonstrauit) tot seculis constiterunt. Ex quibus omnibus unum illud præc ipuum, totius artis Chymicæ scopus, ac uera finis, miro certè artificio, altoq; silentio semper absconditum: ut inter arcana illa,adhuc cõnumerari debeat. Quo factum est ut pleriq; hominum, id non esse in rerum natura,constanter magis quàm uerè, affirmare audeant. Ad hunc scopum pertingendũ, cum tot ingenia frustra laborauerint, toto (quod aiunt) aberrantes cælo, ut tamen aliquid egisse uulgò uideantur,humanæ sapientiæ inhærentes,ad alteram illam quam Sophisticã dixi,ut confugerent, consultum esse duxerunt: atq; sic aureo hamo (ut postea dicam) piscati sunt. Chy. Expone hæc ex actius. Nescio enim,quæ inuenta huius artis,quæ nondum inuẽta dicas. Theo. Chymica inuenta (ut præcipua persequar) sunt partim circa metalla ipsa, partim circa metallica. Circa metalla hæc ferè possunt constitui. Quædam ex metallis permiscere simul ut aliquid aliud esse appareant,exempla cuius satis sunt uulgata. Quædam etiã immutare, solidiora reddere, colorẽ in pleriscq; mutare,ponderi adijcere, aut (quod facilius) detrahere,molliora quædam, alia duriora efficere: Omnia tamen hæc absq; ullo fallendi stustio. Alia circa metallica uersantur, cum metallis nihilominus connectenda: ut sunt deaurationes, deargentationes, (lubet enim nunc uerbis uti insolentioribus) ipsæ separationes, in quem usum aquæ illæ potentissimæ paratæ sunt. Ex quibus indagatæ sunt metallicorũ uires admirandæ. Illinc deprehensæ metallicorũ cum metallis amicitiæ atq; odium, quod sympathiã rectè dicimus: Vt antimonij,hydrargyrij,sulphuris,caphuræ,chrysocollæ, plumbi cinerij, plumbi candidioris, & si qua sunt alia,cum auro,argẽto,orichalco. His succedit pulueris pyrici inuentum, admiranda sua ui,tonitrus imitans ac fulgetra,e ouq; nunc progressum, ut absq; strepitu eũdem ferè impetum retineat. Huc pertinet scientia, qua uitrum in longissimas lineas deducitur. Item conficiendi specula,in primis uerò quæ ex electro exquisitissima fiunt: Quanuis alia quę comburentia nominantur,ex optica disciplina,ab Archimede primũ inuenta,prodierint. Bractearum itidem,quæ gemmis supponuntur,compositio. Omitto, ut ea, quæ ad uaria remedia pertinent cõmemorem: cum nullum ferè medicamentũ ab his immune sit. Nónne exhalationes uniuersæ, quas distillationes nominant, (quarum extremũ, Quinta essentia à recentioribus dicta) arti Chymicæ sunt obnoxiæ? Nónne colorum pręcipuæ compositiones? Nónne nobilissimi illi ac saluberrimi suffitus, & odores admodũ precioſi? Ne de reductionibus omnium ferè simplicium, in tenuissimos spiritus dicam. Neque silentio pręterire decet fusiones metallicas, quibus uix quidquam est ingeniosius, accuratius. Postremò & illud inuentum meritò referendum, quo mappæ & mantilia, item & mensæ fiunt, quæ non aqua sed ignibus eluuntur nec tamen uitiantur. Quæ omnia præclarissimæ Chymicæ artis beneficio, ad nostram cognitionem, iandudum peruenerunt. Chy. Intelligo quæ dicis adamussim omnia. Quæ autem ea sunt quæ nondum inuenta dicis? Theo. Quasi uerò de ijs uerba facere liceat, quæ in rerum natura nondum sunt. Inueniri tamen multo plura posse, non dubito: ueluti uitrorum absque igne mollities, electri compositio, lapidum durissimorum fabrefactio, aquarum tenuissimarum, quibus miranda peragi possent, excoctio: & quæ huius generis adhuc latent. Chy. Superest ut iam ea, quæ inuenta quidem artis Chymicæ dixisti, sed pauciss imis constare, nunc nobis recenseas.

Theo. Ea sunt: Vitrum in adamantinam duriciem perducere: Morbis desperatis ex metallicis præstantissima, subitaq; remedia exhibere: Imò quod omnem excedit admirationem, hominis naturam, ab imminentibus morbis immunem conseruare: & sic quasi dicas senectam excludere. Adde & illud contra omnia uenena, uenenatorumq; uim, antitodũ exquisitissimum certissimumq;, quale nuper à Miseno quodam rustico, seu fossore metallico, casu potius quàm consilio, ex re (ut audio) neglectissima confectum: quod sui ipsius experientia multoties ipse author comprobauit. Postremò quod eorum omniũ quæ hactenus enumeraui uim atq; efficaciam longè excedit: id est, Certa ac compendiosa methodus, qua subtilissimi atq; tenuissimi spiritus parantur, quibus absoluta metalla, & multiplici proportione auctiora, & absolutiora, (nulla prorsus tentata fallaci metamorphosi, siue substantiæ immutatione) redigi possunt. χρυσ. Euge Theophraste, hoc iandudum, ut proferres, expectabam: dimissis itaque cęteris, quæ dixisti, omnibus hoc solum diligentius examinabimus. Huius ego ob experimenti indagandi fiduciam tot expensarũ pertuli, tot libros, à uarijs orbis partibus ad me perlatos, perlegi: Eos interpretandos tot eruditis cõmisi. Verùm (quod est miserrimum) frustratus spe omni in medijs procellis, ut prius dicebam, hæreo. In quibus etiam mihi, tanquam ad Sirenios scopulos, consenescendum, admodum timeo. Te itaq; solum ex multis, quorum consilio usus sum, habeo reliquum, qui mihi & illam methodum indicare, & quæcunque ad hoc negocium pertinent, explicare potes. Theo. Vt ex illis tuis libris, cuiuscunq; tandem gentis dicantur, possis, id quod ultimo à me loco dictum est, comprehendere, non minus operosum est, quàm ex Tantali hortis fructus decerpere. Vt autem illi tui consultores, quiue suam tibi in hac re operam pollicentur, id præstare possint, tam est facile, quàm ebur atramento candidum reddere: quum ij ferè uniuersi impostores sint, aut stulti, qui sibijpsis tum alijs persuadere audent, se ea intelligere quæ nesciunt. In libris autem quasi omnibus mera continentur ænigmata, meræ ambages & tenebræ, nulli etiam Oedipodi extricabilia. χρυσ. Quare igitur (si hæc ita sunt) tantundem operis, illi scriptores μαθηματικοι circa hoc negocium adhibuerunt? cur tam audacter absolutam hominibus scientiam atque institutionem pollicentur? Theo. Hoc quidem, uti refers, factum ab omnibus ferè, ut non negarim, ita mihi quatuor potissimum rationibus, quo id cõmitterent, uidentur esse inducti. Primò ut exercerent ingenia hominum ociosorum. Secundò, ut ansam præberent ingeniosis, pleraq; celeberrima simul & utilissima, quæ inde manarunt, indagandi. Tertiò, ut curiosos homines, item auaros, quiq; adeò aurum sitiunt, miserè (ut par erat) vexarent, eorumq; opera & laboribus (non sine illorum magna delectatione atq; risu) abuterentur. Nónne hoc toties factum ab eis intelligis, quum eidem rei, plura nomina passim indiderint, quàm ipso Ioui olim cognomina fuerunt ab idolorum cultoribus imposita? Postremò ut testatum posteris relinquerent, se naturæ secreta ipsasq; actiones physicas intellexisse. χρυσ. Cur ergo nõ tacere potius, quàm uerbosissimis cõmentarijs, ea, quæ nemo unquam intelligit, maluerunt perscribere? quibus diligentius inspectis in eam ducor sententiã: meras esse nugas, rerumq; umbras, ab ipsis impostoribus aut dæmone potius quodam Plutonico, ad euertendum plerosq;, confictas. Theo. Ne hoc uniuersaliter affirmes oportet ὦ Chrysoph. Verum tacere illis, mea quidẽ pace, licuisset quasi omnibus. Quòd autem prẽter figmenta in aliquorũ libris nihil esse dicis: facis tu more illorum, qui de re non intellecta, nec uisa unquam, iudicant, ac quemadmodum cæci de coloribus. Fateor librorum magnũ esse aceruum, quantum ad meã quidẽ cognitionem peruenit, oẽs circa hoc negocium impeditos, quorum magna pars indigni sunt, ut ab homine ingenioso inspiciantur: & tamẽ Hermetis, Auicennæ, Auerrois, & similium nomine circũferuntur: quum illinothi sint, & ab Europæis hominib. ijsdemq; barbaris, compilati, ueluti, ut paucos referam, à Richardo Anglico, Gilgilide, Christoph. Parisiensi, Morieno, Rosino, Stephano, q se omnes philosophos (si dijs placet) nominare audẽt: Huc pertinent libelli, qui Mariæ sororis Moysi titulum mentiuntur. Rursum aliorum extant cõmentaria, si cum iudicio legantur, ferenda quidem, nec lectu indigna: ex quibus tamen ut te expedias, Thesei filo opus est. Quorum ex antiquioribus primũ locum Gebri scripta obtineant & Simplicij. Recẽtiores sunt Io. de Rupescissa, Rogerius Baccho ferè & Aloisius Marlianus. Nullus tamen sanioris fuisse mentis deprehenditur, quàm Io. Augustinus Augurell. χρυσ. Deus bone, cur ego non tantũ ante annos plures intellexi? Verũm tu reb. desperatis fer remedium. The. Quasi uerò me possis uti consultore, qui ab omnium illorum, quos unquã hac de re uerba fecisse intellexisti, ἀδιαμίτρου (quòd aiunt) opinione dissideam, non quidẽ quantum ad ea pertinet, quę huius artis beneficio inuẽta & uulgata sunt. Illa enim uera esse, methodica experientia comprobauit. Quòd si circa illa uelis uersari, poteris non magno dispendio occupatione honesta, non sine uaria iucunditate ætatem transigere. Exempli loco sint metallicæ fusiones, quib. nõ animalcula solũ & solidiora, sed & herbę, flores, imò minutissima quæq;, possunt acuratissimè exprimi. Itẽ distillationes, ut nominant, quarũ beneficio nõ

herbæ

herbæ,& ſuccus tantùm, ſed & lacrimæ arborum, imò lapides & ipſi ſilices,in oleа,in aquas, in ſpiritus, deduci poſſunt. In his & ſimilibus, (ſi expetis) tibi gratificari non grauabor. χρυσ. Quid tu mihi de fuſionibus,& diſtillationibus narras? Ego longe mihi maiora de te ſum pollicitus. Intelligis quid uelim. Et ut uno uerbo dicam: Id inprimis ſcire cupio: An permutari metalla, & quibus medijs poſſint,an ignobiliora in nobiliora,inq; aurum puriſſimum. Quòd ſi id fieri poſſe dixeris: ſupereſt ut,qui illi ſpiritus aut principia ſint quibus huiuſmodi tranſubſtantiatio (ut illi uocant) fiat,exponas,Nam eſſe hæc tibi perſpecta non potes ire inficias. Theo. Abſurdum eſt te ea à me diſcere uelle, quæ ego nunquam ſcire me ſum confeſſus quarum rerum ego ipſe experientiam nunquam feci. Te uerò inanē inſumpſiſſe hactenus operam & inſumpturum deinceps, imperitia phyſicarum rerum quâ ſatis manifeſtas, te prodit. Hæc enim recepta ſunt à phyſicis axiomata: Ex nihilo, nihil poſſe generari. Generationis autem cuiuſq; principia (ut ſine uerborum ambiguitate dicam) cum eo quod generare nituntur, non diſſideant oportet, ſed quòd plurimum (ut infra dicam) cum eo participent. Ita nec ex ouo fit metallum,nec ex metallico crocodilus,cum uice uerſa alterutrum fieri poſſit. Et tamen longè abſurdiora peragere conatus es. Vtq; ad tua interrogata apertius reſpondeam: Permutari metalla, prę ſertim illa quæ pondere & tenuitate diſſident, non poſſunt. Aurum autem grauitate & ſoliditate ſui à cęteris diſſidet: Ergo, de alijs quæ in prædictis uix diſſident, non dicam: neq; id ad tua interrogata pertinet. χρυσ. Attamen nec ipſi Arabes antiquiores non negant,quòd tu pro falſo ſoles aſſerere. Theo. Imò tu illorum dicta non es aſſecutus. Cur non illud dictum,quod oraculi illis loco eſſe ſolet,diligentius examinaſti? dū aiunt: GENERATVM DEBERE AD SVA PRINCIPIA reduci. I nunc & tuas ambages profer & ſomnia, Veluti trâſſubſtantiationem,aut generationem rerum artificialem,ſiue ex nihilo per artem: quæ abſurda ſunt à naturæ legib. in quibus ſympathia nulla. Huc pertinent ea quæ toties repetita, ac ueluti in triuijs recantata ſunt,ut referre denuo pœniteat,dum dicūt: Rerum omnium eſſe materiam quandam primam quam Hylen nominant: & ex ea generationem perpetuam. Illa autem materia prima, ad generationem comparata, potentia eſt: in ſeipſa uerò actus: & ècontrario: Quarum reſpectu potentia non eſt,eas nunquam ſuſcipiet (ut in ſuperiori exemplo patet.) Complexa uerò à forma cui tūc ſubiacet, actum conſequitur: Et, quod etiam huc pertinet, Ipſam materiam primam non temerariò quæcunq; peragere, ſed certam in ſe retinere quantitatem, quam indefinitam dixêre. Atque hæc quidem quū ſint manifeſtiſſima, tu tamen unà cum tuis ſycophantis inſanire maluiſti. Et quæ naturalis ratio Materiæ primæ conuenire ſtatuit: tu incendijs atq; uſtionibus ſubijcis: quū negare non poſſis, te omnem generationis perſuaſionem ex ignibus petere: quum ignis nec elementum ſit ſtatuendum,nec generare poſſit,ſed exterius omnia reuocare: quum materia generans intus omnia reuocet. χρυσ. Aſſentiri tibi non poſſum, quū id pernegas quod etiam ipſis Arabibus eſt receptiſſimum: quod non metalla ſolùm, ſed ipſa metallica ignibus tam multifariam ſubijciant. Theo. Eadem ſemper chorda oberras. Iam nō de metallicis operationibus amplius loquor: ſed de reductione generatorum ad ſua principia. Arabes equidem,ut mecum non diſſentiant, à Zoroaſtre didicerunt, ignis naturam eſſe ut omnia conſumat, conſumptiſq; omnibus,ut unà pereat. Cæleſtis quidem caloris propriū eſt generare, non ignei. χρυσ. At ijdem Arabes dicunt, Generationem omnium metallorum conſtare his principijs,hydrargyrio ſcilicet & ſulphure. Ergo ex hydrargyrio & ſulphure aurum confici poteſt. Theo. Si cinnabarim dixiſſes, fortaſſis aſſentirer: Verùm an non uides aliud eſſe cōficere,aliud generare? Exemplo fiet res dilucidior,idq; craſſa, ut aiunt, Minerua proponam. Si grana tritici decem quis tibi obtulerit,& dicat panem poſſe ex ijs infinita proportione confici, quum idipſum tu intelligas, facilè credis,& generationem,quæ ad hoc requiritur, ipſamq; moram, quū non ager ſed tempus, (ut in prouerbio eſt) ſpicas proferat, ſubintelligis. Quòd ſi hominem, aut ex remotiſſimis Indis, aut Islandia oriundum,edocere hæc uelis,qui neq; ſementa,neq; meſſem unquam uidit: tuq; nolis cum illo apertè agere, ſed mera ænigmata præſcribas, ueluti terram primò calcinandam, terendam,grana ſoluenda,de fodienda, ſublimanda,poſtea coagulanda (agnoſcis opinor tuas uoces) & excoquenda: Ille nifallor,intelligit,terram aratro ſulcandam,uertendas iterum glebas,ſementa iacienda certo ordine & quantitate, expectandam eorum quæ naſcuntur maturitatem, demeſſo iam multiplici frumento, non ſine opera tranſmutanda in panem. Et illa tamen ænigmata quæ tuis libris continentur,magis ſunt inexplicabilia. χρυσ. Veriſſima quidem narras,uerùm ad id,vnde digreſſus es, redi. Dicebas generata ad ſua initia reduci deberi, idque naturæ eſſe conſentaneum. Atqui hoc mihi uidetur eſſe impoſſibile. Theo. Imò mihi (quanuis experientiam non fecerim) admodum facile: tamen ὁυκ ἄνευ ἐκσόου. Exempli loco ſit. Qui abſynthites uinum artificioſius conficere uolunt, hoc uti poſſunt compendio. Si in tenuiſſimum ſpiritum ipſam herbam perducant: cui tanta uis ineſſe poteſt, ut unicum myſtrum toto quadrantali infuſum, id totum in ſui naturam rapiat, ſaporem & odorem abſynthij exprimens;

Cur non ſimile quiddã, circa mettalla quoq; euenire poſſit, non uideo. χρυσ. Eiuſmodi ſunt quæ refers ut fieri nõ poſſit, quin totius negotij experimenta feceris, aut quoties lubet, experiri poſſis: quamuis conſtanter id diſſimules. Nihil igitur aliud iam expecto, quàm ut calamo arrepto, rem totam mihi perſcribas. Theo. Sed quorſum eſt hoc à me exigere? Si enim hæc exactè ſcirem, iam noſti myſteriorum eam eſſe legem inuiolabilem: Secreta quæ dicuntur nõ debere eſſe manifeſta. Deinde ſi quid tale tentaſſem aut experiri uoluiſſem, idq; faterer apertius, Sequeretur, ut aut negotium non ſucceſſerit: tum me ridendum omnibus præbeo: & ſimilis tuis illis erronibus exiſtimandus. Si uerò ſucceſſiſſe dixero, & hoc pleriq; intelligerẽt: Iam intelligis id non eſſe poſſe abſq; manifeſto meo periculo. Cum ut ingenuè dicam, hoc tale ſit negotium, cuius actiones, nulli ferè priuato homini unquam ſine detrimento, ipſis autem regibus, ſæpe exitio fuere. Ergo nec ſapienti quidem optandum, niſi adeò abſoluto, vt etiam omnium opum affluentiam ſpernere poſſit, & nullius rei indigere. Iamq; (ni fallor) intelligis quî fiat, quod huius ſciẽtiæ archana ad pauciſſimos tot ſeculis deuenerint. χρυσο. Ego uerò exiſtimo, nullis omnino ſcriptis & libris hæc arcana unquam commiſſa, ſed quemadmodum de Hebræorum Cabala dicitur, traditione ſolùm poſteritati conſtitiſſe. Theo. Etſi hæc ſint ueriſimilia, attamen eſt ueriſſimum, hanc ſcientiam olim fuiſſe etiam abſq; omni fuco & obſcuritate, ſed apertiſſimè libris cõmiſſam: & ab Aſiaticis ad Græcos Europęos deuolutam. χρυσ. Quaſi uerò potuiſſet à Græcis hominibus uaniſſimis tanta caligine ſopita, latuiſſe, quam uix apud Cimmerios in denſiſſimis tenebris occultam eſſe licuit. Theo. Rectè tu quidem de Cimmerijs: ſed difficile eſt cuſtodire quod omnes petunt. Quod uerum eſſe in theſauris deprehendis, qui tanto periculo effodiuntur. Item in abſolutæ formæ fœminis, quæ tot habent inſidiantes. Verum legiſtine de Argonautarum apud Poetas in Colchum expeditione? χρυσο. Imò illorum ad paratum & profectionem ex Apollonio Rhodio didici. Theo. Animaduertiſtine, in illa totam latere de artis Chymicæ inuentis, hiſtoriam? χρυσ. Minime. Theo. Idipſum ſuboluiſſe Aloiſiuũ Marlianum arbitror, qui ſuos de hac arte commẽtarios, Vellus aureum nominat: Magnum enim quiddam fuiſſe credendum eſt, ob quod tantum itineris & moleſtiarum, tentato primùm pelago Grecię proceres, duce Iaſone, inſumerent. Arietem itaq; uelleris aurei nihil potius fuiſſe credendum eſt, quàm pelles & libros quod pergamenum poſtea dixerunt, aureis conſcriptos literis quibus uniuerſa huius artis arcana continebantur. Suſpenſum uerò in Aetæ Colchorum regis penetralibus, & in ipſo templo, non ſine perpetua hominum cuſtodia. Quo ineffabili theſauro, à Medea filia, amoris inſania percita, hoſpitibus oſtenſo, non infinitas tantùm habuiſſe diuitias, ſed & alia miranda peregiſſe credendum eſt. Præſertim cum exiguo negotio, quod nullis alijs medicaminibus fieri poteſt, Aeſonem ſocerum decrepitum firmiori ualetudini & quaſi iuuentæ reſtituerit. Neq; nerò hæc tanquam fabuloſa penitus rideas: cum ſenectus nihil aliud ſit quàm naturalis caloris imminutio. Imminuitur autẽ, cum motu prohibetur: ergo quod uires illius conſeruare poteſt, imminutionem poteſt cohibere. Expende an non ipſe Apollonius metallorum paſſim in ſuo poemate mentionem faciat. χρυσ. Dij boni Næ tu teipſum argute mihi prodis? Ex his tuis dictis certior factus ſum, te in ipſis abſolutæ ſcientiæ penetralib. uerſari. Nonne & tu idem multoties prętitiſti? Iam uerò id pernegas? Nónne tu deploratiſſimis morbis tuliſti ſupetias? cum medicorum ſcholas nunquam ſis ingreſſus: ſed ſolis illis tuis ætherei qualitatibus & abſtractis, medicandi facultate omnes Europæ medicos anteuertas, illiq; palmam iamdudum tibi porrigunt. Tergiuerſari ergo illud diutius ſine graui mea offenſa non poteris. Theo. Etiamſi hæc pro ueris agnoſcerem, noſti tamen à ſapientibus eſſe dictum: Quod occultum eſſe uis, nemini dixeris. Fateor me quidem ex metallorum, tum metallicorum energia atque afficacia, multa, ipſius Phyſices auxilio deprehendiſſe, quorum praxis ad utilitatem publicam, ipſamq; medendi artem plurimum confert. Me uerò tentaſſe quidquam priuati mei emolumenti ergò, nemini uſquam poteſt eſſe perſpectum, cum intelligam id regibus ipſoq; Iaſoni fuiſſe exitio: qui à propria coniuge, fortè quia incautius hoc myſterium tractaſſet, unà cum liberis funditus euerſus, liberi autem, cum aula regia exuſti. Expende iam, obſecro, an tale quidpiam homini ſapienti optandum ſit: Quantumq;, tu hodie mihi, ut ſapere incipias, pro meis monitis ſis obligatus, præſertim cum luce clarius perſpectum tibi ſit, quàm miſerè in ipſius Chymicæ ſophiſmatis, ſis uerſatus, & piſces aureo hamo ceperis. Cumq; infinitis (quantum ego quidem ſcio) idem acciderit, ut deiecti tum ualetudine, tũ bonis omnibus: id poſtremò ſunt moliti, ut malint uideri quàm eſſe huius artis periti, potiuſq; eſſe credant aurum ementiri, quàm aurum poſſidere, cum miſeris omnibus, id habentes ſolatij, ut pœnarum ſocios habeant quoſcunq; poſſunt, eoſq; circũueniant, in manifeſtiſſima diſcrimina perducentes. χρυσ. Tanta uſus es argumentorum uehementia, ut animum meum ab ijs, quibus addictus erat, omnino diuerterint. Itaq; nec uerbum quidem amplius de hac re faciam, ſi unica de re ſaltem fuero per te admonitus. Rogo itaq; ut apertè indicare

dicare mihi uelis, quo iuditio, ego non libros tantùm sophisticos atq; nothos sed & ipsos sycophantas, artisq; calumniatores, prima fronte dignoscere possim. Theo. Id ego in tui gratiam breuissimis exponam. Ac quantum ad libros spectat, nihil pestilentius, in hoc negotio irrepsisse scias, quàm aliquot illorum nugæ, qui se exposituros antiquorũ scripta pollicentur, & interpretes se iactant. Quo nomine (ironicè) Lullus strenuè se exercuit. Qui ut plerasq; scientias, ita & hanc artem fœdè conspurcauit: cumq; omnes artes docere nititur, ipse uerò ne unam nouit: eò dementiæ peruenit, ut prius docere uelit, quàm discere: ita huius etiam Sophistices & impostura anteſignanus esse uoluit. Huius farinæ libellus ille est, cuius initiũ, Omnis sapientia à Deo, &c. in quo nugator ille (ut suis uerbis dicam) omnia Philosophorũ ænigmata enodare: offendicula & errores ostendere, de tenebris in lucem se reducturũ pollicetur: tandem ubi barbarica loquacitate multum est prętatus, in intricatiores Labyrinthos lectorem dimittit, quamuis illum suum librum semitam directam nominat. Res profectò risu digna, persuadere sibi eorũ scientiam, quę nunquam didicit, existimans uniuersum mortalium genus tam esse stupidum, quàm ipse est, donec propriam ignorantiam cum summa ignominia eruditiorib. manifestat. Hæc prolixius refutare uisum mihi fuit, ut illum homunculum, qui se Philosophum nominat & sapientiam sibi à Deo tributam, insipientiæ arguerẽ. De antiquorum scriptis tantum periculi nõ est. Secundò, ex sermonibus protinus impostorem cognosces: Cum statim à primò congressu, Hermetis lapidem, lapidẽ (inquam) philosophicum, lapidem sanctum, tonat. Hoc enim primum insaniæ argumentum est: Si deinde aliquot annorum expensas perferendas dicat: si de specubus subterraneis, furnellis, rectis, incuruis, apertis, occultis, obliquis, pendentibus uerba fecerit, si de vstionibus igneq; perpetuo aut saltem diuturno, si de carbonibus uallium, montium, si de uitris arboreis, si de exercitio maioris & minoris operis, si de Mercurio philosophico, de rege antimonij, de luto sapiẽtiæ, de duodecim aquis ad id pertinentibus. Sed quis omnem stultitiam breuibus comprehendet? Eum itaq; qui huiusmodi sonat, dicatq; esse ad hoc institutum necessaria, aut insanum iudica, aut impostorem, aut utrumq;. Quòd si tentare aliquid cum eo perrexeris, intelliges breui quod cum Grecis exclamare tibi liceat ἄνθρακισὶ θησαυρὸν κέφηνε. Illum hominem, in tuam hortulanam protinus cryptam detrude, & ad hydrargyrij decoctionem & arsenici compelle: Vt ita celerem sibi interitum, in exercitio humano usui necessario, stipendij loco, conscisat. Quòd si in aliquem cui omnia huius artis arcana possent esse perspecta (qualem nullibi esse crediderim) incideres, mihi nunquam fiet uerisimile illum, te uera artis mysteria edocturum: Cum satis manifestum sit, quid potentiores satrapæ in illos, à quibus reconditas scientias addiscunt, tandem moliantur, ac quam ipsi mercedem pro immensis laborib. referant, nisi malint magnificè esse miseri, & in aureis cõpedibus per omnẽ ætatẽ degere. Id non negarim posse peritorum conuersationibus quantũ ad omnes præclaras scientias spectat, mentis tenebras discutere. Quod & ipse Socrates, nulli scilicet, se unquam scientiam administrasse, fatetur: sed quemadmodum medicus, non quidem uisum prestat, uerùm detersa caligine, aciem in obiectum dirigit, ita & circa scientias contingit. Maximè uerò in absoluta Chymicæ nostræ cognitione locum id habere, sapientibus est perspectum, quibus equidem, (si modò uelint) ditescere, ut est facillimum, ita insipientibus (qui nihil prius in optatis habent) maximè arduum. Sapientiæ autem præmia ipsas diuitias esse, quæ cum mira uarietate ærumnarum coniunctæ, & ipsius fortunæ ludibrio expositæ sunt, nemo unquam sanæ mentis fatebitur. Igitur nec optandę. Cumq; hæc ita sese habeant, intemperantia tamen hominum, & sapientiæ inopia, cum affectuum pertinacia coniuncta, ipsiq; (ut Sophocles dicebat) cupidatum furentes equi, ita multos agunt prępcipites, ut miseram hanc atq; precariã uitam, eiusq; cõmoda, pluris, quàm omneis uerę felicitatis rationes, faciant. Quibus euenire necessum est, ut priusquam sapere incipiant, extremum infortunium, & ipsa Ar-, illo miserando casu fœdoq; interitu deijciat atq; pessundet.

FINIS.

NOBILI, PIO, ET ERVDITO DOMINO LVDOVICO VVOLFGANGO AB HASPVRG, DOMINO SVO COLENDISSIMO, GVILHELMVS GRATAROLVS MEDICVS ET PHILOSOPHVS. S. D. P.

MINERALIVM scientia & secretior ars ab antiquis Philosophis ob reuerentiam uocata Secreta Philosophia, magnifice uir, nostris ferè temporibus ad talem, ut plurimum deuenit contemptum ob ignaram hominum auaritiam, ut à claris hominum intellectibus derelicta, nihil aliud ex se reliquerit quàm tenebras & uanitatem, uel sophistica quædam. Sed prouida Natura, uel ipsius potius naturæ author prouidentissimus Deus, qui non cessat à rerum ab sua omnipotenti bonitate creatarum conseruatione, diuersis ætatibus, cùm uidet opus esse, producit purum aliquem intellectum, à quo bonarum scientiarum precioſi thesauri, temporum inuidia, uel superiorum causarum ira ferè amissi restaurentur, ac in lucem prodeant: unde mundus earum rerum amissione nudus & pauper factus, rursus ornetur & clarescat. Sic (ut reliquas scientias omittam, de quibus alij) hac in secretiori Philosophiæ parte, uarijs temporibus aliquos excitauit, qui suis lucubrationibus clarescunt. Meo tempore inter alios, fuit Ioānes Braceschus Brixianus, quem iam septuagenarium familiarissimè noui: qui suam ferè integram ætatem in his studijs ueterum libros perlustrans, consumpsit. Is mihi ante annos decem, quum in Italia essem, Dialogum à se compositum & scriptum dono dedit. Quum autē hoc anno quidā typographi Basilienses huius scientiæ & raræ artis egregium uolumen cudere pararent (quod huic est à nobis adiunctum) rogarunt me, ut ex Italico in quo scriptus erat, in Latinum sermonem illum uerterem: id quod nō illibenter & candidè præstiti, agnoscens authorem non parum in hac scientia & cognitione profeciſſe, ita ut posset eis qui in tenebris hac in facultate ambulant, aliquod lumen, Dei gratia, ostendere: Claruêre hac etiam in scientia præcipui ac famosissimi uiri Philosophi, Hermes, Pythagoras, Plato, Aristoteles, & plerique alij Philosophi, licet eorum scripta ad paucos peruenerint: inter cæteros uisus est melius, amplius, & doctius scripsisse Geber Arabs Princeps, uel Rex, sed tam obscurè, ut uix longissimo studio continuisque laboribus ueritas ex illo erui possit: id quod magna ex parte præstitit huius author Dialogi, quem sub umbra & nomine tuæ illustris dominationis nunc demum emitto: Quid uerò me mouerit, ut hos meos qua-

leſcunque labores T. D. dedicarim, non aliud inter reliqua nunc dicam, quàm quòd talem in omni Philoſophia & rerum cognitione, adiuncta in primis ſyncera pietate & humanitate T. Ill. D. nouerim, quæ poſsit de his ac maioribus rebus iudicium ferre. Talis utinam foret omnis nobilitas, piè uidelicet literata, & Chriſtianis moribus ornata. nihil hîc dico de Adamo T. D. filio haudquaquam degenere futuro, ſi Deus illi uitam non breuiorem quàm patri dederit: id quod pro ſua æterna & paterna charitate præſtet per Chriſtũ Ieſum æternum eius filium & unicum ſeruatorem noſtrum. Optimè ualeat T. D. illuſtris, cui ſimul ac filio me pro uiribus obſequi paratum offero & commendo.

Baſileæ Calen. Februarijs.

M. D. LXI.

DIALOGVS CVI TITVLVS EST LIGNVM VITAE, IN QVO ETIAM GEBERI PHILOSOPHI EXPOSITIO SVCCINCTA CONTINETUR, Italicè compositus ab experto & docto sene Ioanne Bracesco Brixiano, nunc primum uerò ab eius authographo in Latinum uersus à G. Gratarolo Physico.

Interlocutores, Discipulus artis, & Raimundus.

ALVE Magister Raimunde. RAI. Bene veneris. dic mihi, qui nam es, & quorsum venis? DIS. Tuæ sapientiæ fama, operaq; tua præferunt te omnium scientiarum cognitione præditum esse: quandoquidem verò innatus sit omnibus hominibus appetitus, & potissimum senibus, vt diutius viuant: ideo licet annorum grauis, ex Longobardia discessi, & huc Maioricam in Insulam veni ad te, solummodò vt ex te remedium addiscam, quo etiam annos aliquot citra morbum me contra mortem tueri possim. RAI. An nescis Deum vitæ nostræ terminum posuisse, quem præterire haud liceat? DIS. Non peto auxilium vltra terminum illum à creatore nobis impositum, sed contra multas infirmitates & debilitationem radicalis humidi & innati caloris: Nam & antiqui Patres, qui plus annis quingentis vitam protrahebant, aliquam possidebant medicinam, qua diu sine aliqua infirmitate ipsorum vitam sustentabant. RAI. Primi Patres ita viuebant, quia sic erat Dei optimi voluntas, vt ex longa illa hominum vita citò humanum genus multiplicaretur. DIS. Cur ergo non omnes tandiu viuebant? RAI. Plus viuebant qui primis parentibus proximiores erant, eo quòd primi à Deo immediatè creati fuerint optimæ temperaturæ, simúlque longioris vitæ: quæ temperaturæ bonitas proximioribus magis communicata est, quàm remotis. DIS. Igitur primi omnes illi diutius viuere debuissent, quum nihilominus Scriptura sacra paucorum mentionem faciat: & aliqui, licet non ex illis primis, annos quingentos excessêre, RAI. Primi anni non tam longi erant & duodecim mensium, vt nunc sunt. DIS. Non assero fuisse duodecim mensium, sed tamen longos. Nam quum Moses in ducem à Domino Deo ascitus est, vt Hebræum populum ex Aegypto educeret, tunc primum annos quadraginta numerabat: atque ideo si anni illi non æquè ac nostri longi erant, parum certè aberant: & propterea doctores nostri rimantur eorum longæ vitæ causam. RAI. Terræ fructus meliores erant, & aptiores humanæ vitæ sustentationi ante diluuium, quàm post. DIS. Omnes ergo diu vixisse debuerunt: quod tamen verum non est. RAI. Non omnes æquè forti complexione erant prædíti: nec omnes, iam natura in Adam corrupta, temperatè viuebant: ideo pauci annorum centum ætatem superabant. DIS. Possibile ne est, tot inter homines non plures viginti aut viginti quinque extitisse, qui robore complexionis pollerent? haud equidem credo: & præterea multi Deo amici temperatè viuebant, qui tamen centum annos minimè viderunt. RAI. Primi Lignum vitæ habebant, quod eos à morte tuebatur. DIS. Quàm primum à terrestri Paradiso expulsi fuerunt, eo ligno priuati sunt. RAI. Adam plenus scientiæ fuit creatus, & naturalium rerum omnium cognitionem habuit: & cognouit res, quæ humanam vitam protrahere poterant, & eas aliquos successores docuit, & illi alios aliquos. Et ideo primi non omnes diu vixerunt, quòd non omnibus secretum hoc reuelatum fue-

rit. DIS. Tu ergo, in quo scientiæ omnes sunt infusæ, doce me hanc medicinam, quam Adamus aliquot descendentes docuit, qua noningentos annos vitam degebant. RAI. Conseruantia medicamina & admodum durabilia esse debent, & à corruptione remota: nam quum humanum corpus à corruptione seruare debeant, ea in primis durabilia sint oportet: secus magis corrumperent: quàm seruarent. Ideo volentes in iuuenibus humidum radicale ac calidum innatum seruare, & in senibus amissum restaurare, & eos veluti ad iuuentutem reducere, quo ad vires, opus est incorruptibiliorem substantiam sub Lunari globo reperibilem eligere, ipsámque in medicinam, & cibum suauissimum præparare, ita vt per os assumpta quasi statim per totum humanum corpus penetret, illúdque quasi incorruptibile reddat.

DIS. Salua reuerentia, mihi videtur impossibile quod nuper dixisti, & rationem addam. RAI. Dic, quia libenter audiam. DISCIP. Res omnes corporeæ à Deo in humanum vsum creatæ, aut sunt elementa, vel ex elementis, & contrarijs genita, ideóque corruptibilia: vbi ergo erit medicina hæc tam incorruptibilis? Videmus etiam omne genitum, à suo simili generari, & à suo contrario corrumpi, vt inquit Philosophus septimo Metaphysicorum. Quod ergo deperditum est ex humana carne corruptibili, regenerari debet, & acquiri per aliam corruptibilem rem, vt videmus in cibis corruptibilibus, qui virtute caloris naturalis corrumpuntur, & transmutantur in stomacho, in hepate, & membris: & nutritiuæ potentiæ vi, humanam in carnem conuertuntur. Si ergo medicina incorruptibilis est, haud poterit sic in carnem humanam verti: sicut cælorum materia transmutari non potest in materiam elementalem. RAIMVND. Doctè locutus es: at putás ne in rebus elementatis aliud non inesse, quàm corruptibilia elementa? DISCIP. Ex quánam ergo re simul cum elementis elementata sunt composita? RAIM. Ex subtili substantia, seu radicali humiditate, ac intrinseca, diffusáque per partes elementales, quæ simplex est, & admodum incorruptibilis: quæ diu in suo vigore conseruat res ipsas: & sapiens natura istud ordinauit, quia diutius in individuis conseruari satagit, & perpetuò in speciebus. Et quanuis in generatione vniuoca animalium omne animal sibi simile generet in specie: nihilominus in generatione cessabili, quæ per corruptionem generantis fit, genitum differt à generante in specie vel genere: vt videmus in cibis, ex quibus illud generatur quod ex humana carne deficit ví caloris intrinseci, & extrinseci. Neque propterea dico hanc medicinam prorsus incorruptibilem esse vt cælum: sed quia genita est ex materia super alias, seu aliarum respectu incorruptibili, & facta est simplex ex separatione omnium corruptibilium elementorum: quæ si debitè conseruaretur, duraret annorum decem milia sine corruptione: & per os sumpta corpus humanum diu seruaret incorruptum. Hac ratione periti medici semper nos hortantur, vt cibis minus corruptibilibus vtamur. DISCIP. Mihi videtur hæc opinio similis illi quorundam Philosophorum, qui dicebant, Salamandram solo igne viuere, & Alecem sola aqua, Talpam terra, & Chamæleontẽ solo aere: quæ opinio falsa est, quia nulla res elementata viuit è simplici elemento, sed ex his viuit, ex quibus etiam componitur, vt inquit Philosophus. Homo ergo non posset viuere ex sola illa humiditate radicali, simplici, & adeò incorruptibili.

RAIMVND. Non dico hominem ex ea sola medicina posse viuere, sed ea vtens cum aliorum ciborum moderatione posset ad veterum Patrum ætatem accedere, qui in paradiso terrestri, non solùm vitæ Ligno vsi essent, sed etiam alijs fructibus. DISCIPVLVS. Vtebantur primi Patres hac medicina?

RAI.

c. Hac vti debebant ad producendam vitam. DISCIPVL. e meliori qua se tuerentur à morte? RAIM. Naturaliter lo- t in toto mundo hac melior medicina: nam iuxta Philosophi mo Metaphysic. In omni genere vnum quoddam est, quod nere gradum tenet: Et quia medicina hæc genita est ex in- efficaciori materia (vt intelliges) quæ sub cælo sit, ideo pri- um in ordine medicinarum conseruatiuarum. DISCIP. equit quàm Lignum vitæ. RAI. Iam tibi dixi, secundum eos fuisse priuatos ligno illo. DIS. Fortasis Moses, qui sua uctus fuit in omni Aegyptiorum scientia, & nouit hanc diui- t Vincentius ait in suo Naturali libro septimo) loquutus est citate, vt & cæteri Philosophi. RAI. Nolo plus vel minus ere. DISC. Fortasis est herba illa, qua Medea Iasonem luxit, & qua quum AEsculapius suscitabat ferè mortuos. st quidem medicina, sed ne dicas herbam. DISC. Dicunt uisse. RAIM. Antiqui sub fabulis poeticis hanc scientiam arabolicè loquuti sunt. DISC. Qualis est hæc similitudo? hæc medicina paratur, semel fit viridis vt herba: ideo rem ve- narunt & herbam. Hac de causa Metuendus Hermetis disci- teria loquens, dicebat, O quàm similis est vegetabilibus ob . DISC. Cur herba esse non posset, quum herbæ tot virtu- & viribus? RAIM. Medicina hæc haud fieri posset ex re- is aut animalibus, neque ex re aliqua ab eis manante. DIS. RAI. Cum ea super omnem elementatam rem incorruptibi- ecesse est vt trahatur à materia super omnes à corruptione a- liena. DISC. Tu tamen in libro Secretorum naturæ dixisti, vt eam à vino rubeo extrahamus. Idem affirmat Ioannes de Rupescissa. Alij dicunt à Chælidonia herba: alij à sanguine humano. RAI. Ne decipiaris, neque simpli- ci literæ Philosophorum in hac scientia credas: quia vbi apertius loquuti sunt, ibi oscurius, id est ænigmaticè, aut per similitudines. DISCIP. Qua si- militudine hoc in loco vsi sunt? RAI. Senior philosophus dicit: Hæc res cenuertit ex colore in colorem, de sapore in saporem, & ex natura in naturam: ideo multiplicata sunt eius nomina. Mirerius philosophus dicit, Cur factus est rubeus, antequàm foret albus? Respondet, bis fit niger, bis citrinus, & bis rubeus. Quoniam igitur bis fit rubeus vt vinum rubeum, & sanguis huma- nus, nempe post putrefactionem, & in ipsa distillatione, ideo Antiqui per si- militudinem loquentes nominarunt vinum rubeum, sanguinem humanum. & similia. DISC. Crederem animalia plus virium medicinabilium habere, quum etiam sint quacunque alia re inanimata nobiliora. RAI. Animalium excellentia non versatur aut existit circa proportionem & commistionem e- lementorum, sed in anima consistit. Et quia supradicta medicina fit ex substan tia corporea & materiali, ideo meliora sunt quædam mineralia, quorum com- positio durissima est, & fortior animalibus: quorũ compositio quo ad corpus, debilis est & facilis corruptionis, paucæq; virtutis. Videmus animalia occu- pata circa res altas & sublimes, priuata esse vilibus & infimis: Ideo mineralia quædam, quæ nullam habent operationem intellectualem aut sensitiuam, ma iorem habent vim corpoream cæteris animalibus. DISC. Si medicina hæc confici non potest ex vegetabilibus, neq; ex animalibus, posset ne elici ex me dijs mineralibus: vt sunt sales, alumina, atramenta, marchasitæ, antimonium, sulfura, & argentum viuum communia? RAI. Neque etiam ex his. DIS.

rit. DIS. Tu ergo, in quo scientiæ omnes sunt infusæ, doc
cinam, quam Adamus aliquot descendentes docuit, qua
nos vitam degebant. RAI. Conseruantia medicamina &
bilia esse debent, & à corruptione remota: nam quum h
corruptione seruare debeant, ea in primis durabilia sint
gis corrumperent: quàm seruarent. Ideo volentes in iu
radicale ac calidum innatum seruare, & in senibus amissum
veluti ad iuuentutem reducere, quo ad vires, opus est
substantiam sub Lunari globo reperibilem eligere, ipsámq
& cibum suauissimum præparare, ita vt per os assumpta
tum humanum corpus penetret, illúdque quasi incorrup
DIS. Salua reuerentia, mihi videtur impossibile quod
tionem addam. RAI. Dic, quia libenter audiam. DI
corporeæ à Deo in humanum vsum creatæ, aut sunt elem
tis, & contrarijs genita, ideóque corruptibilia: vbi erg
tam incorruptibilis? Videmus etiam omne genitum, à s
à suo contrario corrumpi, vt inquit Philosophus septimo
Quod ergo deperditum est ex humana carne corruptib
bet, & acquiri per aliam corruptibilem rem, vt videmus i
libus, qui virtute caloris naturalis corrumpuntur, & tra
macho, in hepate, & membris: & nutritiuæ potentiæ vi, hu
conuertuntur. Si ergo medicina incorruptibilis est, haud
nem humanam verti: sicut cælorum materia transmutari
teriam elementalem. RAIMVND. Doctè locutus es: a
elementatis aliud non inesse, quàm corruptibilia element
quánam ergo re simul cum elementis elementata sunt con
Ex subtili substantia, seu radicali humiditate, ac intrinse
partes elementales, quæ simplex est, & admodum incorruptibilis: quæ diu
in suo vigore conseruat res ipsas: & sapiens natura istud ordinauit, quia diu-
tius in indiuiduis conseruari satagit, & perpetuò in speciebus. Et quanuis in
generatione vniuoca animalium omne animal sibi simile generet in specie:
nihilominus in generatione cessabili, quæ per corruptionem generantis fit,
genitum differt à generante in specie vel genere: vt videmus in cibis, ex qui-
bus illud generatur quod ex humana carne deficit ví caloris intrinseci, & ex-
trinseci. Neque propterea dico hanc medicinam prorsus incorruptibilem
esse vt cælum: sed quia genita est ex materia super alias, seu aliarum respectu
incorruptibili, & facta est simplex ex separatione omnium corruptibilium e-
lementorum: quæ si debitè conseruaretur, duraret annorum decem milia sí-
ne corruptione: & per os sumpta corpus humanum diu seruaret incorrup-
tum. Hac ratione periti medici semper nos hortantur, vt cibis minus corru-
ptibilibus vtamur. DISCIP. Mihi videtur hæc opinio similis illi quorun-
dam Philosophorum, qui dicebant, Salamandram solo igne viuere, & Ale-
cem sola aqua, Talpam terra, & Chamæleontẽ solo aere: quæ opinio falsa est,
quia nulla res elementata viuit è simplici elemento, sed ex his viuit, ex qui-
bus etiam componitur, vt inquit Philosophus. Homo ergo non posset viue-
re ex sola illa humiditate radicali, simplici, & adeò incorruptibili.
RAIMVND. Non dico hominem ex ea sola medicina posse viuere, sed ea
vtens cum aliorum ciborum moderatione posset ad veterum Patrum æta-
tem accedere, qui in paradiso terrestri, non solùm vitæ Ligno vsi essent, sed e-
tiam alijs fructibus. DISCIPVLVS. Vtebantur primi Patres hac medicina?

RAI.

RAIMVNDVS. Hac vti debebant ad producendam vitam. DISCIPVL. Poterántne vti re meliori qua se tuerentur à morte? RAIM. Naturaliter loquendo nulla erat in toto mundo hac melior medicina: nam iuxta Philosophi ſententiam decimo Metaphysic. In omni genere vnum quoddam est, quod primum in eo genere gradum tenet: Et quia medicina hæc genita est ex incorruptibiliori & efficaciori materia (vt intelliges) quæ sub cælo sit, ideo primum tenet gradum in ordine medicinarum conseruatiuarum. DISCIP. Ergo aliud esse nequit quàm Lignum vitæ. RAI. Iam tibi dixi, secundum Mosis Scripturā eos fuisse priuatos ligno illo. DIS. Fortasis Moses, qui sua in iuuentute instructus fuit in omni Aegyptiorum scientia, & nouit hanc diuinam scientiam (vt Vincentius ait in suo Naturali libro septimo) loquutus est cum aliqua obscuritate, vt & cæteri Philosophi. RAI. Nolo plus vel minus quàm deceat credere. DISC. Fortasis est herba illa, qua Medea Iasonem ad iuuentutem reduxit, & qua quum AEsculapius suscitabat ferè mortuos. RAIMVN. Ea est quidem medicina, sed ne dicas herbam. DISC. Dicunt Poetæ herbam fuisse. RAIM. Antiqui sub fabulis poeticis hanc scientiam occultarunt, & parabolicè loquuti sunt. DISC. Qualis est hæc similitudo? RAI. Quum hæc medicina paratur, semel fit viridis vt herba: ideo rem vegetabilem nominarunt & herbam. Hac de causa Metuendus Hermetis discipulus, de hac materia loquens, dicebat, O quàm similis est vegetabilibus ob viridem colorem. DISC. Cur herba esse non posset, quum herbæ tot virtutibus scateant, & viribus? RAIM. Medicina hæc haud fieri posset ex rebus vegetabilibus aut animalibus, neque ex re aliqua ab eis manante. DIS. Quæ est ratio? RAI. Cum ea super omnem elementatam rem incorruptibilis esse debeat, necesse est vt trahatur à materia super omnes à corruptione aliena. DISC. Tu tamen in libro Secretorum naturæ dixisti, vt eam à vino rubeo extrahamus. Idem affirmat Ioannes de Rupescissa. Alij dicunt à Chælidonia herba: alij à sanguine humano. RAI. Ne decipiaris, neque simplici literæ Philosophorum in hac scientia credas: quia vbi apertius loquuti sunt, ibi oscurius, id est ænigmaticè, aut per similitudines. DISCIP. Qua similitudine hoc in loco vsi sunt? RAI. Senior philosophus dicit: Hæc res conuertit ex colore in colorem, de sapore in saporem, & ex natura in naturam: ideo multiplicata sunt eius nomina. Mirerius philosophus dicit, Cur factus est rubeus, antequàm foret albus? Respondet, bis fit niger, bis citrinus, & bis rubeus. Quoniam igitur bis fit rubeus vt vinum rubeum, & sanguis humanus, nempe post putrefactionem, & in ipsa distillatione, ideo Antiqui per similitudinem loquentes nominarunt vinum rubeum, sanguinem humanum. & similia. DISC. Crederem animalia plus virium medicinabilium habere, quum etiam sint quacunque alia re inanimata nobiliora. RAI. Animalium excellentia non versatur aut existit circa proportionem & commistionem elementorum, sed in anima consistit. Et quia supradicta medicina fit ex substantia corporea & materiali, ideo meliora sunt quædam mineralia, quorum compositio durissima est, & fortior animalibus: quorū compositio quo ad corpus, debilis est & facilis corruptionis, paucæq; virtutis. Videmus animalia occupata circa res altas & sublimes, priuata esse vilibus & infimis: Ideo mineralia quædam, quæ nullam habent operationem intellectualem aut sensitiuam, maiorem habent vim corpoream cæteris animalibus. DISC. Si medicina hæc confici non potest ex vegetabilibus, neq; ex animalibus, posset ne elici ex mediis mineralibus: vt sunt sales, alumina, atramenta, marchasitæ, antimonium, sulfura, & argentum viuum communia? RAI. Neque etiam ex his. DIS.

Sunt tamen admodum durabilia. RAIM. Non sunt super omnia efficaciora, & incorruptilia. DISC. Quis hæc corrumpit? RAIM. Ignis magnus. DIS. Ignis omnia corrumpit & dissipat. RAI. Non corrumpit humidum radicale elementorum, neque eorum calidum innatum & radicale. DIS. Quã obrem? RAI. Ob illorum homogeneitatem, & durissimam, ac fortissimam compositionem & colligationem, & ob vaporosam mistionem & longissimã & temperatissimam decoctionem in minera. DIS. Concludere ergo vis hãc medicinam fieri debere ex humido & calido radicalibus metallorum. RAIM. Videmus metalla quæ mille annos defossa iacuerunt sub terra in Romanis antiquitatibus, adhuc incorrupta esse, & nullum detrimentum ferè sensisse: cogita ergo quantum duraret eorum humidum radicale purificatum, distillatum, & à quacunque corruptibili & elemẽtali parte separatum. Hac de causa Geb. lib. 2. cap. 12. dicit, Videmus rem distillatam fieri magis puram, & melius custodiri à putrefactione. DIS. Vnde vis metalla tantam habere vim supra omnia elementata? RAI. A cælo. DISCIP. Res duræ non recipiunt vim cælestem, quia cęlis non obediunt: Videmus sigillum non imprimere suam figuram in duro lapide, sed in molli cera. RAI. Corporum cęlestium radij in nullo elementorum tanta vi & potestate vniuntur, quantum in terra: quoniam ipsa est proprium & firmum retinaculum virtutum cælestium, & centrum eius sphærarum: & propterea ipsa est productiua rerum mirabilium, nempe vegetabilium, animalium, & mineralium. Hermes dicebat, genitricem metalli esse terram, quæ fert ipsum metallum in ventre suo: & terram esse metallorum matrem, & cælum patrem: ex eoq; terram in montibus concipere syluestribus & planis, & aquis, & omnibus alijs, in locis: Verum est tamen, quòd dum terra in sua permanet duritie, nil potest producere, quoniam non obedit mouentibus: sed quia continuus motus cælestis, & Solis aliorũq; planetarum virtus, terram ipsam continuè excoquit, ideo alteratur & subtiliat: & subtiliores partes virtute Solis eleuantur in fumũ. Ideo vires cælestes quæ continuè à cælo fluũt & in terrã penetrant, inuenientes materiam simplicẽ, subtilissimã, spiritualem incorruptibilẽ, lucidam, perspicuã, & naturæ ingenio præparatã & aptam ad recipiendũ influxus cęlestes, ob similitudinẽ quam inuicẽ habent, nobiliter infunduntur in ipsum duplicẽ fumum metallicum radicalẽ. Cumq; materia ipsa spiritualis diutissimè fuerit in ea spiritualitate & cælesti obediẽtia: qm̃ substantia metallicorum principiorũ vniformis est ac homogenia, quæ longissimo tẽpore & in mille annis induratur, vt dicit Geb. lib. 1. cap. 7. Ideo cæli in illã infuderunt plures ac plures mirabiles virtutes, quã in quacunq; alia re, quia in ea plus operati sunt. Et hæc est causa maximæ metallorũ virtutis super omnẽ aliã rem elementatã. Illud aũt verum est, q; cùm post diuturnũ tempus hic duplex fumus & spiritualis vapor venerit ad duritiẽ metallicã, cuius cælestes retineat vires, nihilosecius impeditus & suffocatus à terreitate & duritie, eas vires præ se ferre non potest. Sed volentes nos eas vires cælicas in lucem producere, remouemus terreitatẽ & densitatẽ metalli, & illud ad primã simplicitatẽ reducimus, quæ sufficienter decocta, tantã ostendit vim, vt quasi subitò humana corpora immutet, & ea reducat ad verã sanitatem. DIS. Quod nunc dixisti, perplacet: sed an nõ melius foret ex gẽmis, q; ex metallis, supradictã medicinã parare? RAI. Quamobrẽ? DIS. Quia incorruptibiles admodum sunt, & valde medicinales, & pluribus pollẽt cælicis virtutibus q; metalla. Ideo Hermes & eius assecłæ dicebãt, omnes rerum inferiorum virtutes, primitus esse in stellis, & imaginibus cælestibus: easq; vires aiebant descendere in res naturales, nobiliter & ignobiliter: nobiliter quãdo materiæ ipsas cælestes vires suscipiẽtes

sunt

sunt similes corporibus cælestibus in lumine ac claritate, ignobiliter, cum materiæ sunt confusæ ac fœculentæ: in quibus veluti opprimitur virtus cælestis. quia igitur gẽmæ in substantia, lumine, perspicuitate, ac colore, similiores sunt corporibus cælestibus q̃ metalla, qua de re ab aliquibus Philosophis nominã tur elementales stellæ, idcirco nobilius vires cælestes recipiunt quàm metalla & meliores esse deberent ad faciendũ hanc medicinam tam incorruptibilem & virtuosam. RAI. Fateor si totam substantiam in medicinam conuerteremus meliores essent aliquę gẽmæ quàm metalla: quorũ virtus hac terreitate opprimitur, quæ radicali superuenit materiæ, in qua locantur vires cælestes: Sed quia vt superius dixi neque metalla neque lapides recipiunt cælestes quando sunt in metallorum forma, vel lapidum, sed quando sunt in forma vaporum, donec durescant: Et quia vapores è quibus fiunt metalla plus moræ trahunt in ea spiritualitate ac similitudine cælesti, quàm vapores è quibus gemmæ fiunt, ideo metalla plus virium habent cęlestium quàm gemmę. DIS. Quomodo possumus huiusce rei certiores fieri? RAI. Gemmæ in substantia propinquæ sunt elementis: & earum prima materia, primæq; elementales qualitates parum sunt alteratæ aut permutatæ à sua prima natura: Et natura pauco artificio coagulauit & indurauit illas cum ea trãsparentia & claritate, quam habebant in ipsarum prima fumosa materia. Et idcirco quanuis duræ sint, & earum virtus aliquantisper ligata, nihilominus exerunt etiam vim aliquam cælestem: quod non ita accidit metallis. Nam antea quàm introducatur forma metallica, opus est multa & longissima transmutatione, & elementorum contemperantia, & purgatione & transmutatione sulfuris & argenti viui, salium, & aluminum: & harum rerum longissima decoctione. Quod si gemmæ admodum durant, non hoc euenit ob multam humidi radicalis & viscosi quantitatẽ, quòd arctè simul partes colliget, quia illius parũ sunt participes, & sũt facilis triturationis: Sed ideo fit, quia coagulatæ sunt à frigore: & in hoc natura parum laborauit. Quoniam autem frigus coagulando, poros claudit, & intus natiuum calidum continet, ideo aeris calor aperire ac corrumpere non potest: Sed ignis calor vehemens: qui, quanuis aliqua metalla corrumpat, eorum tamen humidum radicale corrumpere non potest, quod sit cum sicco terrestri fortissimè commistum & concoctum, vt in auro: His igitur duobus, nempe, cum hoc humido & calido radicalibus, fit supra dicta medicina super omnes incorruptibilis & virtuosa. DIS. Tot rationibus & efficacibus persuasionibus cogor id quod dixisti credere: Sed velim scire, num hcc medicina fiat ex vno aut ex pluribus metallis. RAI. Morienus Romanus dicit, Scitote quòd totum hoc non aliud est quàm res vna sola, quæ patrem & matrem habet: & pater & mater eã crearunt & nutriuerunt: & ipsa est sui ipsius pater & mater. DIS. Hunc loquẽdi modum non assequor. RAI. In metallorum generatione, sulfur est velut semen paternum, & argentũ viuum vt materia fœtus fœminei. DIS. Ergo medicina hæc (vt dicere videris) fit ex vna sola re. RAI MVND. Omnes Philosophi dicunt hanc medicinam fieri ex vnica re, quæ in se habeat quidquid ei opus est ad eius perfectionem, nimirum ex corporibus, sole, aqua, spiritibus, animabus & tincturis. Et quanuis in præparatione diuidatur in plures, nihilominus ad vnam redit post præparationem partium seperatarum. DISCIP. Si medicina hæc fieri debet ex vnico metallo, ergo aliud esse non potest quàm aurum. RAIM. Quare aurum? DISCIP. Quoniam virtuosius est, perfectius, medicinalius, purius, incorruptibilius, & incõbustibilius aliis: nam eius partes fuêre subtilissimæ, homogeniæ, ac puræ: igitur ex conuenienti præparatione, reductum ad puritatem, subtilitatem, & simplicitatem,

multo erit incorruptibilius & efficacius: & conuersum in medicinã suauissimã diutissimè poterit à corruptione humana corpora seruare & propterea medici eo vtuntur contra multas infirmitates, & præcipuè contra melancholiam & cordis tremorem. Et Geber quoq; lib. 1. cap. 17. dicit aurum esse medicinã quę corpus in iuuentute lætificat. Et antiqui Poetæ hac de causa finxerunt Phœbum seu Apollinem fuisse inuentorem medicinæ, & omnium virtutum herbarum. RAI. Concedo aurum in sui natura cæteris metallis perfectius esse: Sed nos non preparabimus in medicinam totam metallicam substantiam, sed solùm primam materiam radicalem, quæ vna & eadem est in omnibus metallis (vt asserunt omnes philosophi, & præsertim Philadelphus, & Albertus in 2. tract. tertij lib. de Mineralibus cap. 6.) & non est differentia inter ea, nisi ex accidentibus superuenientibus, & in maiori vel minori decoctione. Et idcirco dicere non debemus aurum in hoc opere cæteris præstare, quanuis in se perfectius sit, & minus accidentium habeat: Nanque (vt dicit Geber libro primo capite octauo) in depurando alia metalla per artificium reducuntur in puram & nobiliorem substantiam breui tempore. Et hoc inde euenit, quòd in se omnes causas habeant corruptionis & calcinationis, quas Geber scribit libro tertio capite sexto, & facile reducuntur ad materiam primam suam, & separantur accidentiæ quę superuenerant: id quod auro non contingit (vt affirmant Geber lib. 1. cap. 8. & Alb. 2. tract. lib. 3. de Min. cap. 5. & 4. lib. cap. 7.) ratio est, quòd non solùm habuerit fortissimam compositionem, sed quia prima mineralis materia est sal, aut vitriolum (vt aliàs intelliges). Et quia metalla debitè in sal verti non possunt nisi mediante conuenienti calcinatione (vt dicit Geber in toto Testamento) quæ calcinatio auro euenire non potest: quoniam debita metallorum calcinatio fieri debet sine vlla alterius rei mistione, sed cum proprio sulfure interno & adustibili (vt dicit Geber lib. 1. cap. 13. & lib. 2. cap. 13. & 14. & lib. 3. cap. 6.) quod sulfur adustibile non est in auro: ergo debitè calcinari & ad primam materiam reduci non potest: Et hoc confirmat Geber libro tertio capite quarto dicens, Aurum habere densam substãtiam & sine sulfureitate comburente, manifestum est ex eius omni operatione in igne, quoniam neque diminuitur, neque inflammatur: Et quicunque illud calcinaret cum sulfure extrinseco, aut cum sale, aut cum aqua vitæ, aut aqua forti, aut Mercurio, aut odore plumbi, & similibus alijs externis rebus, amitteret tempus & expensas. Ideo Geber libro primo capite decimoseptimo loquens de auro dicebat, Calcinatur & soluitur sine vtilitate. Et hoc fatetur Agrippa se esse expertum. Et ratio est, quia iuxta veterum opinionem, solum aurũ est metallorum forma, & est species deducta ad vltimam perfectionem: nam neque natura neque arte posset melius fieri. DIS. Iuxta Gebri sententiam libro tertio capite septimo, Artificium vincit opus naturæ in hac arte: & hoc etiam affirmant alij Philosophi. RAIMVNDVS. Intelligunt de metallis imperfectis, in quibus facilè separari queunt accidentia superinducta radicali materiæ, & ea magisterij auxilio reduci ad vltimam perfectionem: Et hoc Geber confirmat in lib. Inuestigationis, cap. de Præparatione aceti acerrimi. Ideo Albertus in quinto de Mineralibus capite primo dicit, Omnium metallorum esse peculiare (scilicet imperfectorum) vt videantur esse incompleta in specie, ideo conuertibilia sunt in omnia. Sed vt idem Albertus libro tertio capite septimo dicit, Ars nõ permutat aurum: quoniam cum peruenerit iam ad vltimam sui perfectionem, quanuis paucula accidentia separares quæ eius radicali materiæ superuenerunt, non tamen eam efficeres meliorem, quandoquidem (vt dixi) ad vltimam perfectionẽ peruenerit illi possibilem. Ideo Marsilius

ſilius Ficinus dicit, Omnino falſum eſt credere auri materiam ingredi humanum corpus, aut in ſubſtantiam potabilem conuerti: quoniã oporteret ipſum conuerti prius in ſanguinem, & poſtea in carnem: quod impoſsibile eſt, propter eius duritiem. Ideo vanus eſt multorum labor, qui medicinas cum auro faciunt, aut eas inaurant vt delicatioribus placeant. Quòd ſi veteres Medici philoſophi, & Poetę aurũ laudarunt, non intellexerunt de cõmuni auro. DIS. Eſt ne fortaſſe aliud aurum quàm cõmune? FRAI. Quando vi ignis humiditas radicalis diſtillatur, ſimul cum ea diſtillatur ſuus naturalis calor in colore auri: & illud eſt aurum Philoſophorũ. Et de his duobus vaporibus loquebatur Alb. in 3. Met. dicens, Vapor humidus includens, & vapor ſiccus incluſus in illius ventre ſimul eleuantur: & hoc fit vi caloris vtrunq; vaporem eleuantis, quoniã ſemper commiſcet, & facit vt vnius eſſentia moueatur in alterius eſſentia. Ipſe etiam Alb. in. 4. Met. tract. 3. cap. 18. de his vaporibus dicebat, Ex natura miſti, ſiccum retinet humidum vt ſine ipſo non euaporet: & humidum confert ſicco quandam ſubtilitatem, vt cum eo euolare poſsit. Iſte igitur vapor ſiccus radicalis, quoniam eſt aurei coloris, ideo antiqui nominauerũt aurũ, & animã. Hermes de hac anima loquens quę per diſtillationem portatur in ventre illius vaporis albi, dicebat: Portauit eam ventus in ventre ſuo. hoc totũ occultarunt Poetæ ſub Iouis & Ganymedis fabula. Hoc idem ſignificare voluerunt dicentes, Iouem eſſe conuerſum in auri pluuiam.

Et quoniam Virgilius huius ſciẽtię notitiam habuit, vt aſſerunt aliqui philoſophi, & multis in locis obſcurè de illa locutus eſt: idcirco volo vt aliqua eius carmina declaremus huic ſcientiæ pertinentia, & huic loco admodum conuenientia. Dicit igitur in ſexto Aeneid. auri ramum intra opacam arborem abſcondi. Superius dixi hac in ſcientia partem vegetabilem eſſe ſal, quod interdum viride eſt vt herba, & quòd in eo erat occultus Philoſophorum Sol ſeu aurum. Et arbor illa vocatur obſcura & opaca ob ſuam terreſtreitatem, quæ nondum eſt ſeparata: Ideo vocatur Saturnus. Et aurum iſtud nominatur ramus, quia ex hoc vegetabili ſale participat: & totum oſtendit aureum colorẽ. Quia verò ſuperius dixi q̃ in manifeſto ſeu extrinſeco ad rubedinẽ vergat, & eſt lentus ac debilis is ramus: Ideo Geb. in ſecũda diſcenſionis cauſa vocat corpus debile. Sacer eſt Proſerpinę inferorũ Deæ: per Proſerpinã intelligit aquã mercurialem aliter etiam Iunonem dictam, quæ inferni Dea fertur, quoniam ipſa omnia tenet ligata in centro terrę Martis: & ea ſeparata, omnis pars ſoluta eſt. In diſtillatione trahit ſecum aurum iſtud (vt ſuperius diximus) ideo dicitur illi dicatum. aurum iſtud cinctum eſt à clauſis vmbris & obſcuris vallibus: per quas ſignificantur ferri terreæ partes. Nemini ergo conceditur terræ viſcera ingredi, id eſt terram à prædicto ſale ſeparare, niſi prius per diſtillationem non ſeparetur dictum aurum, quod (vt ait Geber lib. 2. cap. 7.) nunquam ſeparari poſſet à prædicta terra & fæcibus niſi per ſublimationem. Et quoniam prædictum aurum Philoſophorum in diſtillatione non confertim deſcendit (vt ait Geber in ſecũda deſcenſus cauſa) ſed paulatim, guttatimq; vt ait Senior philoſophus, ideo Virgilius dicit, Vno euulſo, non deficit alter aureus. Quandoquidem verò huius ſcientiæ notitia eſt admodũ profunda: &, vt inquit Geber, Seruatur in Dei potentia: ideo Poeta dicit omni ſtudio quærendam eſſe: Nam ſi Deus & Cæli te in hoc negocium deducunt, facilè poteris euellere ſeu rapere dictum aurum, quoniam facile eſt. Sed ſi fortunatus non es, vt hanc ſcientiam eiúsque materiam veram non calleas, nunquam poſſes prædictum aurum carpere neque cum duro ferro id eſt à duro ferro, & hac loquendi phraſi vtuntur etiam Philoſophi.

Mirerius philosophus dicit, Coquas quousq; humiditas eleuetur in alembi cum: quoniam ipsa est sudor similis auro. In Cælo philosophorum scriptũ est, Exaltetur ignis vsq; ad quartum gradum per spacium horæ, & exibit aqua in colore auri. Senior philosophus ait, Aurum huius lapidis, est aurũ philosopho rum, & est tinctura quæ est anima, cum qua ascendit spiritus. Dicit etiam, Nominat Hermes aquam albam illorum, aurum: quoniam anima tingens est abscondita in eorum alba aqua. Razes in Lumine luminũ dicit, Oleum quod capit rubeũ colorem est sulfur: & illud etiam est ęs: & Sol i comparatur & auro. In Philosophorum Turba scriptum est, Numus noster dum rubeus est, vocatur aurum. Dicit rursus Senior philosophus, Aquam nominarunt animam, quam Hermes vocauit aurum, quando dicit Seminate aurum in terra foliata. DIS. Quid est hæc terra foliata, in qua hoc philosophorum aurum seminare debemus? RAI. Est mercurius præparatus, cũ quo vnire debemus suũ sulfur: quan uis intelligi posset in alio modo. DIS. differe mihi hunc alium modũ. RAI. Secundum Geberi sententiam in 3. lib. cap. 7. in corporibus metallicis sunt duæ sulfureitates: quarum vna concluſa est in profundo argenti viui in suæ cõmistionis initio: & hæc vocatur aurum, æs, venus, numus, arsenicum, auripigmentum, vitrum, vitriolum, anima, ignis, aqua viridis, leo viridis, vinum, sanguis humanus, sanguis draconis, aqua permanens, ad differentiam aquæ mercurialis, quæ non est permanens: quoniam illa est fixationis impedimentum. Alia corporum sulfureitas est superueniens, & fixa: & hæc vocatur sulfur, mars, vitrum, vitriolum, vinum & sanguis. Et quia hæc sulfureitas sublimat vt folia auri vel argenti & multorum aliorum colorum significatorum per Argi oculos in pauonis caudam conuersos. Supradictum verò sulfur dictũ aurum, venus, & cõpar, vniri debet cum hoc alio sulfure marte appellato (vt ait Geber lib. 1. cap. 13.) & hoc fieri debet mediante aqua mercuriali, quæ (vt dicit Geber lib. 1. ca. 15.) est medium coniungendi tincturas: & significata est per subtilissimũ Vulcani rete, cum quo simul Martem Veneremq; ligauit. Ideo Hermes dixit, Seminate aurum in terra foliata. Arnaldus dixit, Aqua est medium quo iunguntur tincturæ id est sulfura: quæ (vt dicit Geber vt supra cap. 13.) sunt lumen & tinctura omnium corporũ. DIS. Ne mihi amplius de hoc auro differas, quia certus sum aurum philosophorũ non esse aurum cõmune, neq; ab auro communi elicitur, sed bene credo ab argento cõmuni debere accipi. RAI. Quis tibi hoc persuadet? DIS. Quoniam Luna in suo profundo est aurum (vt inquit Geber in Testamento) & tu superius dixisti, vt acciperemus illud philosophorum aurum, quod in metallorum iacet profundo. Et videtur etiam argentum esse perfectius alijs, & in igne incorruptibilius: Et multi medici eo vtuntur in aliquibus medicinis. RAI. Possem ea omnia quæ ferè de auro dixi respondere, quauis inter ea sit multa differentia: Nam si præparaturi essemus omnem substantiam metallicam, melius foret argentum quàm alia: Sed quia non est quòd aliud capiamus quàm radicalem partem, & illud aliud sulfur supradictum quæ in omnibus sunt, ergo dicere non potes argentum in hoc opere melius futurũ quanuis in se perfectius sit. Imò quia perfectius est, ideo difficilius potest conuenienter ad primam & proximã materiam naturæ metallicæ, nempe in salem aut vitriolum: quoniam in se habet parum sulfuris adustibilis, & difficulter calcinatur: quoniam (vt dicit Geber lib. 3. cap. 9.) corpora paucæ terreitreitatis sunt difficilioris calcinationis. Ideo idem lib. 1. cap. 18. in fine, dicit, Argentum calcinari & solui similiter cum maximo labore & nulla vtiliate. Et quia Arnaldus in libro perfecti Magisterij dicit, Metalli ad primã materiam reductionẽ esse facilem, ergo non intelligit de auro vel de argento. DIS. Dixisti duritiem metalli

metalli, causam esse quo minus radicalis substantia possit suas vires ostendere: ergo si illud in aquã soluero, poterit statim eas cælestes vires ostendere, & inde vtilitatem consequar: quòd si vtilitatem non referrem, stans solummodò in calcinatione ac solutione, vlterius procedam ad coagulationem. RAI. Indebitè ac cum extraneis rebus radicale simul cum accidentali solues, & propterea non valebit, quanuis coagules: cum liber non sit à terrestreitate & alijs accidentibus: Sed dico tibi, quòd nec aurum, nec argentum, verè solui possunt, quia (vt dicit Geb. lib. 2. cap. 15.) Solummodò res quæ salis naturã habent vel aluminum, sunt solubiles. DIS. Conuertam eos in sales. RAI. Indebitè conuertes in sales, cum in se causam calcinationis non habeant: Ideo erunt sine vtilitate. Quòd si Medici & Philosophi dixerunt vt præparemus in medicinam, & quòd in suo profundo sit aurum, intellexerunt de argento Philosophorum. DIS. Quale est hoc Philosophorum argentum? RAI. Sicut prima materia mineralis metallorum est vnum sal (vt dixi & dicemus) ita etiam volentes naturam imitari, conuertimus metallum nostrum in salem album vt argentum, & à Philosophis nominatur arg. & in suo profundo tenet occultũ vaporẽ illum rubeum, sulfureum, dictum aurum: et de hoc argento loquuntur Philosophi. Ideo non oportet fundamentum aliquod (in hac scientia) iacere super aurum, aut super argentum communia: quoniam omnes Philosophi dicunt, hanc medicinam fieri debere ex re vilissima. Morienus Romanus dicit, Ego tibi præcipio, vt in pondere materialium pro hoc opere nihil expendas vllo modo. Alphidius Philosophus dicit: Hoc secretum non emitur, & inuenitur in via proiectum, vt quiuis pauper habere possit. DISCIPVLVS. Tu cerebrũ inuolueres nõ solùm mihi, sed Solomoni: dixisti nos debere hanc medicinam facere ex metallis imperfectis, & nunc dicis fieri eam ex re vilissima: non sunt tamen vilissima metalla imperfecta, neque in vias proijciuntur, sed emuntur. RAIMVNDVS. Quanuis imperfecta metalla in se vilissima non sint: est tamen eorum calx vilissima apud ignaros: nam eam proijciunt in angulos semitarum, & ex ea tam pauperes quàm diuites gratis habere possunt. Geber in libro Radicum dicit: Cum vidissemus corpora imperfecta, nostra experientia & ingenio præparata & ab omni superflua corruptione mundata, nos ea inuenimus maioris claritatis & splendoris, quàm ipsa corpora naturaliter perfecta. DISCIPVLVS. In primo fundamento dixisti, oportere, si fiat hæc medicina, vt fieret ex incorruptibiliori substantia quæ foret inter mista ex elementis. Qui ergo fieri potest ex imperfectis metallis, quæ sunt corruptibilia? RAIMVND. Superius dixi metalla imperfecta quo ad primam formam substantialem esse ab igne corruptibilia: sed quo ad radicalem substantiam esse super alias elementatas res, incorruptibilia. Philadelphus Philosophus dicit, humidum radicale metallorum in ipsorum calcinatione ob homogeneitatem & fortem metallorum vnionem non consumi, nec separari, quemadmodum consumitur & separatur humidum lapideum, uolatile & fugiens ab igne, sed metallorum humidum fixum est & permanens in igne. Albertus in 3. Miner. cap. 2. dicit, Videmus omnia metalla etiam in magnis ignibus retinere ipsorum humiditatem, de qua radicali humiditate loquens Geb. in 2. lib. cap. 19. dicit, quòd supra omnẽ humiditatẽ expectat ignis calorẽ. DIS. Dixisti metalla imperfecta quo ad formã substantialem esse incorruptibilia: certum est partẽ radicalem esse per totã substãtiam metallicã dispersam, ergo dũ corrumpitur prima forma substantialis, simul cũ ea corrumpetur substantia radicalis. RAIM. Dicit Alb. in 4. Meteor. tract. 2. cap. 9. calorem vehemẽtem congregare partes homogeneas, & separare heterogeneas: nam

ignis soluit humidũ & separat illud à terreo crasso ea à seinuicem separando: cum verò humidum detineatur à terreo sicco, non potest taliter separari, & ideo distillare incipit cum terreo subtili, & ob ignem fortissimum funditur in vitrum: & tunc terreum crassum quod fortiter eum tenebat, in squamas vritur. DISCIP. Responsio hæc admodum placet: Sed nónne vis calcinare ac soluere tuum metallum? RAIM. Spiritus fixus, sulfureus & quasi extrinsecus, dictus Mars, non soluitur: quia, vt dicit Geber libro primo capite tertiò decimo, non habet partes salsugineas, sed subtiliatur cum aqua mercuriali significata per omnes acutas aquas, vt dicit Geber libro secundo capite quinto decimo, Pars Mercurialis simul cum sulfure suo intrinseco dicto Venere soluuntur, quia salis naturam habent: Et hoc modo carmina illa intelliguntur:

Soluere qui nescit, uel subtiliare metallum, Corpus non tangat, Mercuriúmque sinat:
Nam soluere nequit fixum uolatiuũ probè tenere, Dictorum alterutrum facere si nescias.

DISCIPVL. In alio carmine dicunt, *Omnibus hoc dico liquate corpora in aquã &c.*

Quid per corpora intelligunt? RAIMVMDVS. Quanuis interdum de humanis corporibus, tamen Philosophorum corpora sunt duo sulfura supradicta: vnum dictum Mars & sulfur: aliud dictum Venus & arsenicum. Geber libro 2. cap. 17. dicit, Omnia corpora sunt sulfur aut arsenicum: & hæc sunt medicina quæ coagulat argentum viuum. Hæc igitur corpora soluí ac subtiliari debent, vt antea dixi, vt per minima vniri possint: Ideo dicunt, Ex duabus aquis vnam capite, quæ vobis magis placet, & facite quod dico: date illum potuí vestro illi inimico. DIS. Iam diu optauí hæc carmina Italica intelligere, ideo mihi gratum erit tuam expositionem intelligere. RAI. Ex his duabus aquis sulfureis, cape illam quæ aurum vocatur, & coniũge cum ea quæ ferum vocatur, significatum per inimicum nostrum: & hæc coniunctio fit mediante aqua Mercuriali vt superius dixi. DIS. Quanuis hæc non intelligam ni si praxim videam, nihilominus verbis tuis credo, hoc tamen pacto vt quæ videntur mihi dicenda dicam. RAI. Quoniam & ipse libenter hisce de rebus loquor, idcirco dic quod tibi placet: eritq; mihi gratum omne. RAI. Quo modo poteris ex aquis metallicis facere medicinã corporũ humanorũ, cum illæ sint fœtidissimæ, horribiles, corrosiuæ, & tam acutæ, vt Philosophi dicant illas esse venenum pessimum? Nam Morienus Romanus de illo odore loquens inquit, Iste est odor qui assimilatur odori sepulchrorũ, in quibus mortui sepeliuntur. Videmus thermarum aquas aliquam habere horribilitatem, quia dum per loca subterranea & mineralia præsertim sulfurea & bituminosa transeunt, trahunt secum partem aliquam mineralem & odorem metallicum vel sulfureum: ergo eo magis erit horribilis ea substantia metallica in aquam conuersa. RAI. Quemadmodum fructus in æstatis initio sunt acerbi & austeri, quia sufficientem concoctionem & maturationem non sunt assequuti: & dum subinde à terra nouũ humorem trahunt, non possunt sufficienter maturari & dulcescere, id quod fit longo æstatis calore, in quo dũ concoquuntur et eorũ humor maturatur, fiũt dulces & odorati: ita euenit nostræ medicinæ extractæ à terra metallorum: nam ante sufficientem concoctionem & digestionẽ ea est fœtida & horribilis: & dũ eius vapores in decoctione saliunt & ascendunt, non potest sufficienter dulcescere: Sed his vaporibus coagulatis, & sufficienter concoctis, acquirit mirabilem suauitatẽ & dulcedinem. Ideo Arnaldus in Rosario dicit, Dulcifica amarum, & totum habebis magisterium. DIS. Superius dixisti iuxta Marsilij Ficini sententiam, aurum non habere cum humana carne conuenientiam vel symbolũ aliquod, nec in eam posse cõuerti: ergo metalla imperfecta

minorem

minorem cum humano corpore affinitatem habebunt,& ex illis medicina fieri non poterit quæ per os sumatur. RAI. Verum est metalla dum in metallorũ substantiam perstant, quanuis cũ aqua vitę subtiliarentur,non haberent affinitatẽ aut cõuenientiam aliquam proximã cum humana carne:sed corrupta forma prima durissima,& deducta ad ipsorum primam materiã sufficienter purificatam, concoctam,& dulcificatam,tunc haberent eam affinitatem & conuenientiam cũ humano corpore quam habent alij cibi aut medicinæ conseruatiuæ,quanuis hæc foret multò alijs efficacior. DIS. Hæc tam efficax medicina possetne omnes curabiles infirmitates sanare? RAI. Dixi iuxta philosophi sententiam 10. Metaphys. In omni genere vnum esse quod primum gradum teneat in eo genere:& quia diuersi gradus reperiuntur in medicinis:& aliquæ plus vel minus operantur in curatione diuersarum infirmitatum & in humano corpore à corruptione seruando, ergo necessarium est medicinam reperiri,quæ super omnes virtuosa sit & potens ad sanandas omnes infirmitates,& ad tuendum corpus à corruptione. Et hæc est nostra medicina, quia genita est ex efficaciori & incorruptibiliori substantia quæ sub cælo sit. Scimus etiam,appetitum naturalem non posse vbique & in omni parte, suo priuari effectu (vt ait philosophus) Et quia omnis res naturaliter perfici desiderat, quantum suæ naturæ possibile est:Ideo hic appetitus naturalis qui est in medicinis vt perfectissimæ sint, & vt possint omnes morbos curare,oportet vt in aliqua adimpleatur:& hæc erit nostra medicina. Videmus etiam substantiam subtilem & formalem in quantitate materiæ submersam, non posse suas vires exerere: Sed quo magis spiritualis est & formalis atque à materia separata & à quantitate, eò magis suas vires extendit in multos effectus. Quoniam autem medicina nostra composita est ex spiritibus subtilibus & materiæ simplicis & quasi sine materia elementali,ideò sine vllo impedimento extendi potest ad omnes infirmitates curabiles. Cognoscimus etiam omne agens habere virtutem operandi iuxta propinquitatem & similitudinem, qua cum primo agente participat: Primum verò & vniuersale agens corporeum & simplex,est corpus cæleste:quod veluti vniuersalis causa ad omnes inferiores res extenditur: Et quia medicina nostra ob suam subtilitatem, puritatem & incorruptibilitatem,super omnes substantias corporeas maximam propinquitatem & similitudinem habet cum cælestibus corporibus,ideò super res omnes corporeas inferiores poterit omnes curabiles infirmitates sanare, non solùm physico medico, sed etiam chirurgo pertinentes. Dicunt præterea medici,Hieram picram compositam singulari pollere virtute vt à capite, collo,pectoréque humores trahat: & non ab alijs inferioribus membris :quoniam genita sit virtute stellarum quæ super caput,collum, & pectus influunt: vt sunt astra dicta Aries, Taurus, & Gemelli. Similiter de alijs medicinis dicere poterimus,quæ humores trahunt à cruribus,genubus, & pedibus: quoniam specialem influxum receperunt & virtutem à stellis Capricorno, Aquario,& Piscibus: Et quia omnia metalla recipiunt esse,nomen, numerum, colores,vires,& proprietates ab omnibus planetis, & planetæ influunt super totum corpus humanum.Certum est autem (penes veterum philosophorum sententiam)omnia metalla iuxta similitudinem, virtutem,nomina, colores,& proprietates, esse in quolibet metallo (vt dicemus) ergo medicina nostra quanuis ab vno solo imperfecto metallo,nihilominus in se habet omnem virtutem metallorum & planetarum:& in eius compositione veniunt omnia illa metalla:ideo vim habet supra totum corpus humanum vt sanet omnes curabiles infirmitates. Et quia illa humiditas radicalis à nostro metallo distillata

per similitudinem à philosophis nominatur aqua vitæ & aqua ardens, ideo Ioannes de Rupescissa loquens de illa dicit, Aquam ardentem bonam habere in se virtutem omnium metallorum: Sed vt dicit prædictus philosophus, Aqua nostra non est aqua vitis, sed aqua vitæ. Similiter loquens de sulfure subtili supradicto nominato, auro, sanguine, & vino: dicit, Scito vino non modò auri proprietates retinere, sed multò magis omnium metallorum. DIS. Quanuis iam dictæ rationes sapienter sint dictæ, attamen videtur mihi impossibile vnam medicinam solam posse omnes infirmitates sanare, at causam dicam: morbi contrarij (vt dicunt medici) curantur contrarijs medicamentis: quoniam verò contrariæ qualitates in eodem subiecto esse non possunt, ideo non mihi videtur possibile vt vna medicina possit omnes infirmitates curare. Dicuut ad hæc omnes philosophi, ab vna re vnum solum effectum produci, ergo vna medicina sola non potest plus quàm vnum morbum curare. RAI. Vna & simplex res, multos & contrarios effectus producit iuxta naturam & diuersam dispositionem recipientium. Videmus enim solis calorem contrarias operationes facere: nam lutum desiccat, & ceram liquefacit: nihilominus est eadem operatio, & in se contrarietatem non habet: Et quanuis medicina nostra vna sit, & forsan vnam solam & propriam operationem habeat, nihilominus si considerare volumus illam inquantum pro magna similitudine quam habet cum omnibus causis cælestibus quæ multæ sunt, ipsa est susceptiua multarum virtutum cælestium: & hoc modo dicimus medicinam nostram in virtute multiplicem esse, & posse causare multos & varios effectus iuxta recipientium dispositionem. DIS. Sinamus tandem sermones hos: nondum mihi declarasti ex quo imperfecto metallo fiat hæc medicina. RAI. Gratum mihi erit sententiam tuam intelligere. DIS. Mihi videretur vt ex plumbo fieret, aut ex stãno: Nam Pithagoras dicit hoc totum secretum esse in plumbo: Hermes quoq; ait, in Saturno esse naturasq; coniunctas cum cõplemento, id est terram, aquam, aerem, & ignem: & cum eo portæ aperiuntur scientiarum. De stanno loquens Geber libro primo capite vigesimo dicit, stannum esse perfectius inter corpora imperfecta: & libro quarto capite decimo octauo etiam dicit, Considerauimus ob examen huius magisterij, Iouem approximari maximæ perfectioni in ordine maioris operis. RAI. Plumbum & stannum communia (iuxta Gebri sententiam libro tertio capite duodecimo) sunt immunda in radice & in principio ipsorum creationis, quia habent substantiam mundam sulfuris & argenti viui. Et quia impurum simul cum puro facta sunt vna substantia & vna essentia, ideo dicit, non esse possibile vlla industria per medicinam primi ordinis id est per præparationẽ aliquam remouere talem terreitatem immundam & impuram, nequeuntes nos remouere essentiam: Et inquit Geber se multum temporis fuisse sub vmbraculo desperationis cum non posset hæc corpora præparare cum complemento splendoris sui lucidi: Sed in se reuersus, animaduertit hæc corpora in profundo esse naturæ suæ immunda. Hac de causa libro secundo capite septimo dixit, Si sublimaueris id est si exemeris argentum viuum à plumbo aut à stanno communibus, post sublimationem videbis illud nigredine infectum: & quarto libro capite octauo in principio dicit, Solùm in mollibus corporibus ingenio huius artificij non possumus remouere festinantiam liquefactionis, neque impuritatem in radice innatam suorum principiorum. alia ratio, quia ista duo metalla mundari non possunt, est, quia vt dicit Geber libro secundo capite secundo, Si sulfur & arsenicum nostra naturaliter & per minima non sint coniuncta cum fæcibus alicuius rei fixæ, necessarium esset vt illa in sublimatione

ascende-

aſcenderent cum tota ſubſtantia non mundata. Quia igitur plumbum & ſtannum communia non habent ſubſtantiam fixam id eſt duram, terream & permanentem in vehementi igne, ſed cum tota ſubſtantia refugiunt, ideo ſpíritus, quí ab eis ſublimarentur, ſecum ferrent immundiciem. Ideo Geber in fine libri primi dicit, Quòd metalla illa quæ in radice participant maiorem liuiditatis infectionem, inueniuntur longioris laboris, & minoris perfectionis: & hæc eſt plumbum & ſtannum communia. DIS. Fortaſſe credis me quoque non ſtuduiſſe Gebero? quanuis non intelligam, quia profundiſsimè locutus eſt. RAI. Credo te auidum eſſe huius ſcientiæ, & interdum legiſſe Geberum, ſed rurſus credo (vt dixiſti) neque te, neque multos alios intelligere: Nam in fine ſummæ dixit, talem doctrinam ſe ſcripſiſſe cum modo loquendi quem ſolus Deus intelligere poſsit, aut is cui Deus ſuam gratiam infuderit, aut ipſemet qui ſcripſit. Et eodem in loco dicit, ſolummodò artificem & doctrinæ filios poſſe hanc ſcientiam intelligere. Sed quod inferre volebas? DIS. Volebam dicere, mihi videri in Geberi ſententijs contrarietatem: Nam libro tertio capite octauo dicit, Conſiderauimus corrumpentia in ſtanno, non eſſe coniuncta in radice, ſed ſuperueniſſe. Et quia in prima miſtione non multum ſunt illi couiuncta, ideo facilè ſeparari poſſunt. Et capite decimo dixit, Iouem eſſe mundum, ſed Saturnum immundum. Et in libro Inueſtgarionis, capite de Præparatione aceti acerrimi, loquens de corporibus imperfectis, dicit, omnia quæ ſuperuenere accidentia poſſe remoueri, & quòd integrè præparari poſſunt ac mundari. RAI. Certè mihi videtur quòd ei ſtudueris, ſed æquiuocationem non intelligis. Nam quando Pithagoras, Hermes, & alij philoſophi dicunt, in Saturno totum ſecretum conſiſtere, & illum eſſe immundum, ſed ſtannum mundum, & alijs perfectius, & quòd in radice ſit mundum, & accidentia ſuperinducta poſſe ab illo & ab alijs remoueri: & quòd in ordine maiori id eſt in multiplicatione approximet pefectioni maximæ: tunc intelligunt de metallis quæ occulta ſunt in noſtro metallo puro & mundo in radice. Intelligunt tunc de communibus. DIS. Reſponſio, Hæc mihi videtur fuga eſſe, ſed tamen iudicium ferre non poſſum, quia notitiam non habeo horum metallorum intrinſicorum tuo metallo: ideo ſcire verè velim quæ ſint hæc metalla Philoſophorum intrinſeca tuo metallo. RAI. Quanuis ſuperius de auro & arg. viuo tibi declarauerim, volẽs tamen amplio rẽ tibi dare intelligentiam, de alijs etiam diſſerã. Sed operæprecium erit, vt tibi prius metallorum origines declarem, & modum generationis illorum, vt coguoſcas quod in occulto habeant aut teneant. DIS. Et hoc mihi erit gratiſſimum. RAI. Imo vtile ac neceſſarium: nam Geber libro primo capite nono dicit, Quòd cum locutus eſſet de principijs quæ ſunt de naturæ intentione, loquetur etiam de illis inquantum ſunt principia huius noſtri magiſterij. Principia ergo naturalia metallorum, ſunt etiam principia huius magiſterij. Ideo ipſe Geber in procœmio primi libri dicit, Quòd qui neſcierit principia naturalia, remotus erit & longinquus ab arte noſtra, quia veram radicem non habet, ſuper quam fundet ſuas intentiones. Et tertio capite eiuſdem libri dixit, Qui magno naturali ingenio prædítus non fuerit, & animo ſubtiliter rimante principia naturalia & naturæ fundamenta, non inueniet radicem huius precioſiſsimæ ſcientiæ. Scire igitur debes principia naturalia metallorum in tres ſecari differentias: Aliqua enim remotiſsima ſunt, alia ſunt media mineralia, alia immediata. DIS. Ordine igitur hæc principia omnia explica & naturalem ordinem generationis metallorum. RAI. Quanuis (iuxta Hermetis opinionem) principia metallorum remotiſsima ſint quatuor elementa, nihilomi-

nus quia denōminatio fit à prædominante, ideo dico quia ſecundum communem opinionem, terra cum aqua miſta, eſt principalis radix & fundamentum omnium mineralium. Ariſtoteles quarto Meteororum inquit, Ex terra & aqua ſunt metalla & quæcunque igne liqueſcunt. Et idem ibidem atque Auic. de Mineralibus inquiunt, metallorum materiam eſſe aqueam ſubſtantiam terreæ ſubſtantiæ miſtam forti miſtione. DIS. Dic quomodo in metallum conuertantur. RAI. Stellæ omnes & planetæ ex lumine à Sole recepto, & ob illorum continuum & vniformem motum circularem & radiorum reuerberationem, atque etiam propter tenuiſsimam & potentem virtutem penetratiuam, continuè terram calefaciunt in centro ac ſuperficie, intus ac foris. Quoniam verò res omnis decocta & alterata, immutatur tandem & corrumpitur: Ideo terra miſta cum aqua diutiſsimè cocta & vſta, conuertitur in aliam naturam terream, vt videmus in lignis vſtis, & lapidibus in calcem conuerſis. DIS. Terra ita tranſmutata, quam in terram vertitur? RAI. Conuertitur in quoddam terræ genus aduſtæ, quæ in ſe aliquam ſalis ſubſtantiam continet vel aluminis: vt experientia videmus calcem, cineres, ſudorem, vrinam, ſputum, maris aquam, à ſole decoctam, in ſe continere aliquos ſales. Et ideo Geber in principio Teſtamenti dicit, ab omni re combuſta fieri ſal poſſe. DIS. Vulgò hic ſal quo nomine indicatur, qui in ea terra occultatur aduſta quę eſt metallorum principium remotiſsimum? RAI. Vulgò nominatur vitriolum: & illud eſt medium minerale, & proprium ſemen generandi omnia metalla. DIS. Ey: ergo ex vitriolo generantur cuncta metalla? quomodo huius rei certior fiam? RAI. Ratio & experientia te docebunt: nam res omnis in id reſoluitur ex quo eſt cōpoſita. Si metalla ſoluere ſcies in eorum primā materiam & proximam naturæ metallicæ, videbis ea in vitriolum reſoluí: ex eo igitur conſtant. Et hoc confirmat Geber in libro Inueſtigationis, capite de Vitriolo dicens, Certum eſt (vt aliàs conſideraúimus) à corporibus imperfectis elici diuerſa genera vitrioli nobis neceſſarij. Idem confirmat libro tertio cap. ſeptimo DIS. Si omnia metalla generantur ex vnica materia cum ſulfure, cur ergo ait Geber trahi diuerſa vitrioli genera? Et cur dicit à metallis imperfectis potius quàm à perfectis? RAI. Per vitriolum in hac ſcientia intelligitur non ſolùm illud ſal vel alumen ſupra dictum, ſed etiam ſulfur: & hæc arti noſtræ neceſſaria debent à metallis imperfectis educi ob iam ſupra narratas rationes. DIS. Quare magis ex vitriolo generantur metalla quàm ex alio alumine aut ſale? RAI. Quoniam illud eſt magis ſulfureum & naturæ metallorum propinquius ac in ſe vim mineralem continet, & eſt proprium ſemen & prima materia aut medium minerale ex quo generantur omnia metalla. Et quando Philoſophi dicunt non fieri metallorum tranſmutationem niſi prius ad primam reducantur materiam, intelligitur ad naturam vitrioli. Et ideo vana eſt eorum opera qui vegetabilibus vtuntur aut animalibus, aut alijs rebus quæ non ſint metallorum naturalia principia & arti propinqua. DIS. omnes Philoſophi dicunt, ſulfur & argentum viuum eſſe principia naturalia metallorum. RAI. Vitriolum componitur aut generatur ex aqua & terra ſimul digeſtis & decoctis: ex qua decoctione terreum ſubtile vnctuoſum conuertitur in ſulfur, & humidum aqueum radicale cum terreo ſubtili, fit viſcoſum & eſt materia argenti viui: ob hanc cauſam inquiunt Philoſophi metalla generari ex ſulfure & argento viuo: Sed non ſunt ſulfur neque argentum viuum cōmunia (vt probat Geber lib. 1. cap. 12.) DIS. In prædicto loco ait Geber, hunc eſſe metallorum generationis modum, nempe quòd eorum quoduis prius in terream ſubſtantiam conuertitur: & ex his duabus terreis naturis emanat duplex fumus ſubtiliſsimus à calore

lore multiplicatus in terræ viſceribus: Et hic duplex fumus (ſufficienter concoctus) eſt immediata materia metallorum. Antea igitur quàm in terram conuertantur, erant ſulfur & argentum viuum communia: & hoc modo poſſumus dicere illa eſſe principia metallorum. RAI. Non bene capis Geberi ſermonem: nam ibi dicit, ea non eſſe principia naturalia in natura ſua, id eſt communi: Sed aliud quod ſequitur ob eorum ſubſtantiæ alterationem in naturæ radice ad terream ſubſtantiam. DIS. Non te aſſequor. RAI. An non tibi dixi radicem & naturale fundamentum omnium mineralium, tam ſulfuris & argenti viui communium quàm metallorum eſſe terram cum aqua miſtam? DIS. Sequere. RAI. Ergo duorum horum alteratio ad ſubſtantiam terream non fit in ipſa ſubſtantia & eſſentia argenti viui & ſulfuris cõmunium, ſed in eorum radice, id eſt in terra cum aqua miſta, quæ ob calorem mineralem & cæleſtem decoquuntur & tranſmutantur in vitriolum. Et quia vt dicit Geber lib. 2. cap. 15. Ex operibus naturæ poſſumus probare, ſolummodò res quæ ſalium & alumenũ naturam habent ac ſimilium, eſſe ſolubiles: Ideò prædictum vitriolum opere ſubterranei caloris & diametralis reuerberationis Solaris ac ſtellarum, ſoluitur: & ab eo eleuatur aut manat duplex fumus: nam calor ſemper miſcet, & ſubtiliſsimè ac fortiſsimè ſimul vnit ſubtile terreum & humidum aqueum ſimul concocta. Hæ igitur duæ exhalationes à calore cæleſti tractæ, ſi tereſtrem locum reperiant aut apertum & poroſum, per quem exhalare poſsint, trahuntur in aerẽ, & ibi in cometas vertuntur, aut in ſtellas (vt vocant) cadentes, & circulos apparentes circa Solem & Lunam, aut in eum arcum cæleſtem, ſeu iridem, in ventos, tonitrua, fulmina, nubes, nebulas, grandines, niues, pruinas, rores, & ſimilia in aere apparentia. Quòd ſi clauſum montem aut locum ſortiantur & lapide munitum ſeu circumdatum, ita, vt neque calor mineralis, neque illæ duæ exhalationes vaporoſæ poſsint effugere, tunc ille duplex fumus ſublimando craſſe fieri incipit & multiplicari, & cadens atque excolans per ſaxum & locum mineralem, prout meatum & viam inuenit penetratu facilio-rem per eum locum, vt diſtillationibus videmus. Quòd ſi eo in loco virtutem mineralem non inuenit, non poteſt indurari ac in metallum conuerti, ſed variis coloribus eos lapides maculat, aut in commune argentum viuum conuertitur. Si autem duplex ille fumus lapidem inueniat in quo ſit vis mineralis indurativa & fixativa, mediante conuenienti calore conuertitur in metallum. DIS. Non intelligo quæ ſit virtus illa mineralis indurativa & fixativa. RAI. Eſt ſulfur quoddam lucidum ac lotum & ex parte fixum, & inuenitur in excisis lapidibus atque in arenis, lucet vt argentum: Et ſine hoc ſulfure nunquam poſſent generari metalla: de hoc ſulfure loto loquitur Albertus in mineralibus libro tertio capite primo & ſecundo & tractatu ſecundo capite quinto. Ideo (vt ismet ait lib. 4. Min. cap. 1.) natura abundat hoc ſulfure vbicunque locus eſt generationis metallorum. Et propterea metallum quod plus abundat ſulfure, illud eſt locus generationis metallorum Philoſophorum. Et per artificium educi poteſt & lauari. Et ideo Auic. in Mineralibus obſcurè loquens de his ſulfuribus metallicis per artificiũ genitis, in quibus eſt virtus mineralis indurativa & fixativa, dicit, Atramenta, id eſt ſulfura metallica per ſimilitudinem dicta atramenta, quia ſicut vitriolum cõmune eſt pannorum tinctura, ita ſulfura ſunt tinctura metallorũ, compoſita ſunt ex ſale, ſulfure, ac lapidibus. Superius dixi in corporibus metallicis eſſe duo ſulfura: Sulfur illud ſubtile dictum aurum, intrinſecum ſali, & compoſitum ex ſale ac ſulfure. Aliud ſulfur craſsius dictum Mars, & ferè ſali extrinſecum, quia genitum eſt ex lapidibus vi caloris: Ideo compoſitum eſt ex ſulfure ac lapidibus, & non funditur, quia proprie-

tates habet Martis, vt superius dixi: & in his sulfuribus metallicis est virtus mineralis perficiendi in metallum argentum viuum. Nec soluitur sulfur dictum Mars quia non participat de salsedine: Sed per distillationem soluitur salsedo simul cum suo illo sulfure intrinseco, & postea in igne coagulatur, & illud sulfur metallicum iam virtutem mineralem adeptum est in aliquibus corporibus metallicis. Illud ergo sulfur quasi extrinsecum quia cepit vim & proprietatem ferri, ideo nominatur ferrum, & post metalli putrefactionem est rubeum vel croceum, & per lauationem fit album: Sed illud sulfur illi sali intinsecum quia cepit virtutes & proprietates æris, ideo vocatur æs: & in suo sale est viride vt vitriolum commune. Et hæc duo sulfura per artificium extrahi possunt à metallis. DISCIP. Putabam solùm Geberum obscurè locutum esse, sed mihi videtur Auicennam profundè admodum locutum esse. RAI. Res omnes huic scientiæ pertinentes, vt artifici claræ sunt & manifestæ, ita his qui doctrinæ filij non sunt, obscurissimę videntur, ita vt vixquicquam intelligant nisi praxim viderint. DIS. Velim causam & modum scire, quomodo sulfur illud lauetur. RAI. Morienus Romanus dicit: Ignis & Azoth id est argentum viuum conuersum in salem Latonem lauant, id est sulfur nostrum metallicum, & ab eo obscuritatem remouent id est adustiuam sulfureitatem. Idem dicit, Quanuis nostrum Laton, id est sulfur, primò sit rubeum, nihilominus inutile est, nisi post rubedinem conuertatur in album: & hoc fit igne mediante & suo sale atque aceto distillato. Ideo Geber in libro Inuestigationis capite de Iouis præparatione dicit, Ignis separat & consumit omnem fugitiuam substantiam & inflammabilem, id est cum sale communi mundato & cum alumine ac cum aceto purificato & acerrimo multum lauando. DIS. Eo in loco Geber loquitur de Iouis præparatione, non verò sulfuris? RAI. Dixi tibi post putrefactionem omnia Philosophorum metalla simul esse, & omnia salis naturam participare, excepto sulfure dicto Marte: quod licet tunc rubeum fiat, tamen rubedo illa non est vtilis, imò nocua, quia vnctuosa est & inflammabilis: Sed dum cum suo sale omnibus metallis communi & cum aceto distillato (leuiter in balneo bulliendo) istud præparas, simul etiam ex parte pręparas alia Philosopho rum metalla. Et ideo Geber libro quarto, capite tertio dicit, Rubificationem cum splendoris apparatione non euenire Veneri vel Marti cum medicina primi ordinis, id est ex prima præparatione, quia immunda sunt ob adustibilem vnctuositatem. Et hac ratione fixari non possunt nisi prius mundentur: & propterea Geber libro secundo capite decimo octauo dicit, Sulfur & arsenicum fixari non possunt, nisi prius eorum partes inflammabiles subtilissimæ artificio subtilis diuisionis ab eis separentur. Et libro primo capite quartodecimo dicit, Sulfur est tinctura rubedinis facilè, sed albedinis difficilè. idem cõfirmat capite vigesimo secundo libri primi dicẽs, Mars est tinctura rubedinis facilè sed bonæ rubedinis difficilè. & illa facilis rubedo non est vtilis: & hic habes quomodo sulfur vocatur Mars. De huius sulfuris præparatione loquitur Geber multis in locis, potissimè libro primo capite decimo & tertiodecimo, & libro tertio capite primo & in lib. Inuest. vbi de Metallorum pręparatione agit. De hac lauatione loquitur etiam Albertus libro tertio Mineralium cap. 1. & 2. & in 2. tractatu. cap. 5. In libro Vaporum scriptum est, Arsenicum vel auripigmentũ duas habet vnctuositates, & sulfur similiter: nam quando sublimare volumus auripigmentũ vel sulfur, his adimimus vnctuositatẽ per lauationem in vrina & lixiuio, & aceto & lacte caprino, quæ lauationes sunt acutæ, & ab eo remouent vnctuositatem: quæ si remaneret, auripigmentum sublimari

blimari non posset, nam subitò accenderetur, & fieret flamma, quoniam ea vnctuositas habilis est calori suscipiendo. Et talia corpora sublimari non possent: per arsenicum & auripigmentum intelligit quod supra nominauimus Venerem: Et per illas acutas lotiones intelligit acetum distillatum cum illo sale. Auicenna in epistola ad Harsem Philosophum dicit: Satagamus vt à sulfure & arsenico separemus, quicquid in eis est, quod argentum denigrat. Sed quum sulfur melius sit cæteris mineralibus, inuenimus illi viam, quæ est vt coquamus cum lento igne, vt in eo vis ignea non aduratur, sed eximatur, neque comburatur ex sulfuris substantia & virtute ignea, sed de vnctuositate. Razes in libro Diuinitatis, loquens de signis, quæ accidunt in præparatione huius sulfuris, dicit, Cape oleum cum spongia quod ascendit, donec nil amplius eleuetur nigri: & superius eleuabitur nubes rotunda, & sinas vt compleatur, & sublimatio firmetur: Postea cape nebulam, & adde aquam bullientem, quando deficiet aqua: postea cape aliam nebulam & aliam: & ita fac, quoad nebulæ consumentur: nam illæ sunt oleum sulfuris. DIS. Fateor me nescire cum spongia eas nebulas eleuare. RAI. Tu perpetuò credis simplici Philosophorum scripturæ. Volunt autem dicere, quòd quando superius eleuata erit pellicula & firmata, vt tu leuiter vas mouendo facias vt in fundum cadat, & ita successiuè de alijs facias: & istud voluit Geber significare libro secundo, capite octauo dicens, Sine ignitione sublimetur illius sulfur, semper remouendo quod ab ea sublimatur sæpissime: & loquitur de nostro metallo sub nomine marchasitæ.

Razes etiam in Lumine luminum dicit, Omne oleum congregatur supra suam aquam. Et hoc intelligi potest, non solùm in putrefactione materiæ, & sulfuris præparatione, sed etiam in vltima decoctione: nam sulfur dictum arsenicum totum vt oleum eleuatnr super suam aquam, & suum Mercurium. Ideo Ioannes de Rupescissa dicit, Dixi quòd posita calce, mediante calore, eleuabitur quædam pellicula in modum olei. Hæ pelliculæ significatæ sunt per vela nigra, & per nauim, qua Theseus Athenas reuertebatur: & per nauim qua Pyrrha & Deucalion à diluuio saluati sunt: nam superius tibi dixi, arsenicum esse hermaphroditum, quum sit ex sulfure & argento viuo compositum. In Arca etiam Noe saluati sunt masculi & fœminæ. Forma vasis huius præparationis sulfuris debet in fundo plana esse, vt dicit Geber lib. 2. cap. 10. & cap. 8. de hoc loquens sub nomine marchasitæ, dicit, Primam sublimationem marchasitæ debere fieri in vase sublimationis sulfuris, donec sulfur discesserit.

Sulfur autem discessisse fertur, quando rubedo illa, vel vnctuositas illius, causa rubedinis remota fuerit: & hoc fit vt supra dixi. Inter alias laudes quas Geber dat huic sulfuri præparato, libro primo, capite decimo quarto, dicit, Quòd qui in præparatione sciet vnire & amicare corporibus, sciet vnum ex maximis naturæ secretis, & vnam viam perfectionis, quum sint multæ viæ ad vnum effectum & intentum. DISCIP. Amabò, rogo te vt mihi sententiam hanc particulatim narres, quoniam multi est momenti. RAI. Videtur tibi admodum difficilis & obscura, tamen facilis est intellectu. Nam qui sulfur præparare nouit nostri metalli, & illud ad albedinem & mollitiem argenti deducere (vt inquit Geber in Testamento, loquens de Marte) tunc ille scit amicare & vnire cum corporibus metallicis communibus, quia cum illis affinitatem habet & conuenientiam: non alterat tamen & transmutat illa, quia nondū est alteratum aut transmutatū ipsum. Et ideo Geber in vltimo cap. primi libri de hoc sulfure loquendo sub nomine Martis inquit: Quando coniungitur non alteratum, non mutat coniuncti colorem, sed illum in quanto auget

Et quia dictum sulfur præparatum non est fixum vltima illa fixatione, ideo coniunctum separari potest, vt inquit Geber, vt supra: & hoc etiam in libro tertio, capite primo, loquens de sulfure & arsenico præparatis confirmat, dicens, Mediocris eorum substantia non est perfectionis causa in corporibus, vel argento viuo, nisi fixetur: quæ quia fixa non est vltima fixatione, quanuis illius impressio non facilè remoueatur, nihilominus non perpetuatur stabiliter. Et libro tertio, capite octauo, loquens de hoc sulfure, & arsenico præparatis sub nomine Martis & Veneris dicit: Fixio harum duarum substantiarum approximatur firmæ fixioni, sed non est firma & perpetua.

Tria ergo sunt naturæ maxima secreta: nempe, sulfur præparatum, arsenicum, & argentum viuum præparata: & eorum præparationes sunt tres viæ ad vnum effectum: nam sulfur præparatur vno modo, arsenicum alio, & arg. viuum alio modo: quanuis interdum vnum adiuuet in alterius præparatione.

Qui ergo scit hoc sulfur præparatum, scit vnum naturæ secretum, quia etiam ipsa natura illud lauat (vt superius dixi.) Ideo Geber libro primo, capite decimo septimo in fine ait, Vltimum est Mars, id est sulfur: Et hoc est vnum de naturæ secretis. Idem etiam confirmat libro supradicto, capite decimo quinto, & libro tertio, capite nono: cum illo igitur sulfure præparato, & ex parte fixo vniuntur spiritus, id est arsenicum, & argentum viuum præparata, & per illum fixantur cum maximo ingenio. Quod non peruenit ad artificem duræ ceruicis, vt ait Geber libro primo, capite decimo septimo in fine. De hoc sulfure loquens Albertus libro quarto Mineralium, capite primo dicit, Debemus istud obseruare, quòd fumus illius (ante præparationem) ostendit substantiam terrestream illius admodum ignibilem esse, & cremabilem, & fœtor illius ostendit illam esse admodum inconcoctam, & non terminatam, sed magis per calorem corrumpentem, esse corporis indigesti, quàm per digestionem completam. Et hæc eius intemperies facit vt illud esse possit materia vniuersalis omnium metallorum: nam si ipsum esset completum, & vnius determinatæ complexionis, tunc certè non esset ad alia conuertibile, nisi prius illa remoueretur: sed pro sua discrasia est in omnia conuertibile: & semina & alia ex quibus res in natura generantur.

Et ideo sagax natura abundat sulfure, vbicunque est locus generationis metallorum: Et quia calidum est, ideo aperitiuum est, & humidi terminatiuum, id est argenti viui, quod eum tangit. Et quia calidum est & siccum, ideo acutum est, & ideo vires habet sigillantis, & formantis, & non recipientis. Qua de re Hermes Trismegistus dicit esse patris & masculi semen. DISCIP. Iam certior sum hanc nostram medicinam fieri non debere ex auro, quia finitum & terminatum est. RAIMVND. Ad illud quod aliqui dicunt, Omne simile generare suum simile: superius respondi. Et præterea dico, in metallo nostro imperfecto esse Solem & Lunam in virtute, ac potentia propinqua, vt etiam dicit Arnoldus in Epistola ad Regem Neapolitanum.

Ad illud quod dicunt de fermento, intelligunt de medicina finita, & perfecta: nam illa est fermentum in multiplicatione, & illa generat simile sibi. Sulfura etiam dicta aurum & argentum sunt fermentum sui argenti viui.

DISCIPVLVS. Te die noctúque audirem, tam me delectant istæ expositiones: sed velim tandem concluderes, quæ sint principia immediata metallorum. RAIMVNDVS. Iam dixi, duplicem illum fumum per saxa penetrantem, si inueniat sulfur illud lotum & quasi fixum, ob multam affinitatem & conuenientiam vniuntur ad minima, & duplex ille fumus incipit aliquantulum incrassari & firmari, & ex virtute caloris mineralis subtilissimæ partes

tes aqueæ exhalant aut consumuntur, & mistio illa indurari simul cum saxo incipit: & virtute caloris qui semper commistiuus est, prædicta talem simul vnionem faciunt, quam ignis separare non potest. Et quia videmus per experientiam, quòd ex aliquibus metallis ad ignem positis exhalant aliqui vapores sulfurei, qui etiam odore sentiuntur: & videmus etiam substantiam aqueam fortissimè vnitam cum substantia terrea in forma argenti viui, perseuerare in igne.

Scimus etiam ex terra non generari sulfur sine calore: neque aqua tam fortiter vnitur terræ, nec terra aquæ, nisi per causam dictam. Calor ergo est causa efficiens metallorum, qui transmutat terreum subtile in sulfur & humidum aqueum vnitum cum terreo subtili in substantiam argenti viui. Et hæc sunt principia proxima & immediata metallorum. Et hoc modo verificari potest quod dicunt Philosophi, scilicet quòd sulfur & argentum viuum sunt metallorum principia: tamen non sunt sulfur vel argentum viuum communia.

DISCIPVLVS. Si omnia metalla genita sunt ex vna substantia sulfuris & vitrioli simul vnitorum, vnde prouenit ergo tanta inter metalla diuersitas? RAIMVND. Ex diuersa illius sulfuris lotione, & ex diuersa quantitate pura vel impura, & à loco minerali diuerso, atque ab accidentibus diuersis, quæ superuenerunt & à diuerso calore, qui variè digerit materiam metallicã. Verum est tamen ꝙ omnia accidentia, quæ superuenerunt materiæ radicali, artificio remoueri possunt, & partes inconcoctæ concoqui possunt.

DISCIPVL. Vnum abs te velim intelligere, nempe, quomodo ars possit naturam imitari. RAIMVND. Omnes generationes & transmutationes, quas natura facit mediante aliquo semine, illas etiam eo mediante semine potest ars facere: & sine illo solus Deus naturæ creator rem talem creare posset, aut etiam generare, vt est, ex lapidibus, potest panem facere, & ex costa viri facere mulierem.

Quum igitur natura in metallorum generatione proprium ac determinatũ semen habeat, quod potentiam & virtutem propinquam habeat, vt in naturam metallicam conuertatur: ergo sine illo semine omne humanum opus vanum foret: & hac ratione infiniti errores excluduntur: Verum est autem artem non posse naturam imitari in remotis principijs, sed oportet ea principia ex metallis elicere, in quibus insunt iam decocta, & ex parte fixa, & arti propinqua. Et hoc totum confirmat Thomas Aquinas in fine tertij Meteororum. Et in principio quarti dicit, Quòd metalla inuicem transmutari possunt, quia naturalia sunt, & eorum materia est eadem. Ideo Hermes ponebat circulationem in metallis, vt in elementis: nam vnum sua corruptione cõuertitur in aliud. DISC. Declara tandem quomodo quodlibet metallum sit in quolibet metallo. RAI. Dicit Rasis in libro Diuinitatis: Scias res naturæ subtili artificio ita simul esse collígatas, quòd in qualibet re est res quælibet in potentia, quanuis actu non videatur. Quæ res melius cõprehenditur in rebus liquefactiuis, quàm in alijs: Nam auri interiora sunt argentea: & argenti interiora sunt aurea: quia elicitum est aurum ab argento, & argentum ab auro: & in ære adest potentia aurum & argentum, sed non visibiliter: & in illis ferrum plumbum & stannum, & in his aurum & argentũ. Hoc idem scribit Albertus 3. lib. de Min. cap. 8. dicens, Hermes, Gilgil, Empedocles, & quasi omnis illa Philosophorũ turba dicunt, in quocunque metallo esse plures species, & naturas metallorum: & aliam esse occultam, aliam manifestam: aliam intus, aliam foris: aliam in fundo, aliam in superficie (vt qui formarum latentiam dixêre) & omnia in omnibus esse dixerunt, vt Anazagoræ placuit, sed intus in plum-

bo dixerunt esse aurum, & exterius esse plumbum: Et aurum in superficie esse aurum, & intus atque in profundo esse plumbum. Et idem eodem modo esse inter æs & argentum, & ferè in omni metallo erga aliud metallum.

Et dicunt, ne nomines aut voces intus & foris vel alias differentias iuxta partium situm in toto, sed secundum proprietates, & naturas dominantis, aut non dominantis: nam dominans claudit in se & occultat illud, cui dominatur. Et hoc modo isti rectè dicunt Anazagoræ sententiam, id est omnia metalla in omnibus esse: & dominationem fieri à prædominante. DIS. Mihi videtur, Albertum in superiori loco hanc opinionem improbare. RAI. Ipse Albertus adducit eas rationes pro his, qui non aliorum, quàm communium metallorum notitiam habent, atque vt alijs metallorum Philosophorum notitiam non daret: Sed bene cognoscebat esse rationes debiles, quódque cum æquiuocatione facilè poterat omne dubium solui. DIS. Obsecro te ergo mihi distinctè de his philosophorum metallis declara, & quomodo in plumbo sint omnia metalla. RAI. Per calcinationem, & putrefactionem reducimus nostrum commune metallum in album salem, & illud vocatur Saturnus. Et quia hoc sal fortiter est commistum cum partibus sulfureis: ideo dum dissoluitur istud, & in aceto sublimatur, trahit secum partes sulfureas, atque in ijs sale & sulfure, sunt omnia philosophorum metalla. Et ideo Geber libro quarto, capite decimo quarto, loquens de hoc Saturno dicit, Citius alijs cedit, id est soluitur, quia naturam habet salis, & citius à commisto trahit secum omnia imperfecta. Et in Testamento in capite de Ioue, dicit, Calcinationem corporum esse breuiorem viam ad perfectionem: quoniam calx facilè in salem resoluitur, & facilè corpus calcinatum mundatur & præparatur.

Dicit ergo Razes in loco præallegato, Saturnum in suo profundo frigidum & siccum esse, id est plumbum & argentum, nigrum, molle, terreum, melancholicum, acerbum, fœtidum, fœmineum: Sed est plumbum in actu, & argentum potentia. In suo profundo, est calidum & humidum, id est aurum, aereum, sanguineum, croceum, dulce, odoriferum, masculinum. In vno latere est frigidum & humidum, id est stannum & argentum viuum, aqueum, phlegmaticum, album, insipidum, remissum, fœmineum. In alio latere est calidum & siccum, id est ferrum & æs, igneum, cholericum, rubeum, amarum, acutum, masculinum. Ecce ergo, quomodo in vno solo communi metallo, & in vno philosophorum metallo sunt omnia philosophorum metalla. Et hoc de omnibus suo modo dicere poterimus.

Et iuxta prædictas proprietates & qualitates, Antiqui hisce rebus posuerunt omnia nomina mundi. Ideo multi errant, quum capiant eam rem communem per illa nomina significatam. DIS. Interdum & ego eum in errorem cecidi, sed multo magis in hisce rebus caderem, quum mihi videantur admodum obscuræ & intricatæ. RAI. Secundū Razis sententiam, in omni corpore sunt tres dimensiones, nempe, altitudo, profunditas, & latitudo. Altitudo est in manifesto, profunditas est in occulto, latitudo in medio occulti & manifesti: Et hæc latitudo habet duo latera, & eorum quodlibet participat de manifesto, & occulto. Istud ergo philosophorum plumbum, quoniam in suo manifesto est album, ideo dicitur esse frigidum, quoniam albedo est frigiditatis signum. Et quoniam illud habet multam terreitatem intrinsecam, ideo dicitur esse naturæ siccæ, nigræ, ac melancholicæ: Nam, vt inquit Geber libro primo capite quintodecimo, Quanuis habeat humiditatem visco-

icosam, tamen non adhæret sulfuri dictum Mars, præterquàm artificio, id est præparando illa propter siccitatem, id est illius terreitatem, qui contemperat eius viscositatem, & non sinit eum adhærere: Et de hoc sale dicto Saturno intelligit Geber libro secundo capite septimo: & alibi quum loquitur de mercurij præparatione, & quomodo ab eo separetur terra & aqueitas superflua: Et quia illud est de natura vitrioli indigesta, ideo acerbum est, & propter albedinem & frigiditatem dicitur fœmineum, fœtidũq; vocatum est propter sulfureitatem adustibilẽ, indigestamq;: Et quia manifestũ semper est occulto cõtrarium, & èconuerso (vt ait Razes) ideo profundum seu occultum istius plumbi, per distillationem fit manifestum & calidum, quoniam est sulfur rubeum: Et quia in huius rubei sulfuris compositione interuenit arg. viu. ideo dicitur esse humidum: & de hoc loquens Albertus in 4. Mineral. capite primo dicit, Obseruare debemus esse calidum quoddam & siccum humido frigido coniunctum in vna complexione quæ hermaphrodita est, vt in plantis videre est, quæ ab omni parte sunt impręgnatæ & impręgnant. Dicitur ergo hoc aurum quod etiam nominatur Venus, fore hermaphroditum: quia hermaphroditum nomen est compositum è duobus, significans Mercurium & Venerẽ. Ideo Geber libro primo, cap. vigesimo primo, loquens de hac Venere coniuncta cum Mercurio, dicit illam esse mediam inter Solem & Lunam, id est sulfuris & argenti viui, quoniam ex vtroque participat: Aereum nominatur, quia est spiritus subtilis, & sublimatur simul cum aqua mercuriali dicta aere: sanguineum, quia rubeum, & ob hoc vocatur sanguis & vinum rubeum: citrinum, quia compositum est ex argento viuo albo & sulfure rubeo: nam vt dicit Geber libro tertio, capite tertio, Citrinitas non est aliud quàm determinata proportio rubei & albi: & libro prædicto capite nono loquens de distillatione huius Saturni dicit. Non separatur ab illo in fumum quãtitas notabilis, quæ non sit citrini coloris multæ citrinitatis: & parum infra dicit. Quando fumus exit ab eo, necessariò exit cum sulfure non comburente: cuius proprietas est creandi citrinitatem. De his duobus fumis & vaporibus, déque hoc auro satis dixi superius. Dulce & odoriferum dicitur ob suam rubedinem, caliditatem & bonam concoctionem: masculinum, quia calidum & veluti paternum semen simul cum sulfure in metallorum generatione. De hoc inquam occulto auro scriptum est in libro Trium verborum, Oportet vt sciamus facere de manifesto occultum, & de occulto manifestum: Et istud occultum est de natura Solis & ignis, & est precio sissimum oleum omnium occultorum, & tinctura viua, & aqua permanens,

De hoc oleo Geber libro secundo, capite duodecimo, dicit, Causa inquisitionis olei fuit, vt haberetur color qui permistus est cum substãtia illius: nam istud operi nostro auxiliari potest. Etiam ipse Saturnus in vno latere ipsius latitudinis, id est in parte manifesti, & parte occulti: est naturæ frigidæ & humidæ, id est Iupiter & arg. viu. præparatum: quod quia est album, ideo dicitur frigidum: & quia illud habet quandã aqueitatẽ admodum vnitã, & homogeniã, ob quam difficulter coagulari potest (vt dicit Geb. lib. 2. cap. 16) ideo humidũ est. Et istud accidit post lauationem fæcum vstarũ, quod affirmat Geber lib. 1. cap. 19. dicens, Plumbum habet multum substantiæ terreæ: ideo lauatur, & ob lauacrum conuertitur in stannum. De hoc plumbo dicto mercurio nõ præparato Geber in lib. 3. cap. 12. dicit, Per leue artificium videmus ab illo exire terram nigram & fæculentã per lauationem. Morienus Romanus dicit, Corpus immundũ secundum philosophos dicitur plumbum: sed corpus mundum est stannum. Quia ergo stannũ istud & arg. viu. præparatum est albũ vt cera alba

vel butyrum,& facilis fusionis,& multũ de humiditate participat,ideo dicitur esse naturæ frigidæ & humidæ,phlegmaticæ:insipidũ & remissum dicitur ob remotionẽ aquæ acutæ ac vaporis calidi & sicci,id est ferri & æris:Quãuis (vt dicit Razes) Veneris siccitas sit minor Martis siccitate,quia participat de arg. viuo,quod suam siccitatem contemperat:Et nota,quòd(vt ait Geb. lib.1.cap. 12:& lib.3 cap.7.)in corporibus metallicis cõmunibus sunt duo sulfura necessaria nostræ arti,quæ in manifesto tendunt ad rubedinem, sed in occulto sunt alba,rubea,& nigra. Quod Venus dicitur, intrinsecum est prædicto Saturno: aliud quia est naturæ terreæ quasi fixum,& sine fusione,id est solutione,est dictum Mars. Et istud à cõmisto separatur Saturno:quia(vt dicit Geb.lib.4.ca. 14.)ea metalla quæ participant minori quantitate arg.viui,facilius separantur à commisto:& rationem adducit in sequenti capite,videlicet quia in substantia diuersificantur,ideo resultat diuersa fusio,& spissitudo & raritas, quæ sunt causa separationis. Loquendo igitur de hoc sulfure dicto Marte, dico esse calidum & siccum:Ideo Razes in Lumine luminum, dicit, Mars exterius habet calorem & siccitatem:& intus habet frigus & humidum: intus per propriam naturam habet arg.viu.purum: quod per administrationem extractum, tandem sinit se conuerti in speciem puri auri. Dicitur etiam istum Martem esse igneum ante lauationem,quia sulfur est & facilè inflãmabile ob adustibilẽ vnctuositatem:cholericum ob multam caliditatem atque amarum&acutum,masculinum ob suã caliditatem,& quia est vt semen paternũ in generatione metallorum.Ecce ergo quomodo in vno cõmuni metallo,& in vno philosopho rũ metallo sunt omnia metalla philosophorũ:idem dicere poterimus de alijs. Sed nota quòd sulfur istud dictum Mars,quia est quasi extrinsecum dicto Saturno,& non habet salis naturam,ideo separatur & non soluitur, sed subtiliatur:sed alia omnia,quia salis naturam retinent, ideo soluuntur: & hoc innuebat Geber lib.1.cap.15.loquens de mercurio,id est de isto sale dicto Saturno, Soluuntur Iupiter & Saturnus,Luna & Venus ab illo,idest per illius naturam: nam omnia simul habent naturam salis.Nam solæ res quæ habent naturã salis & aluminis solubiles sunt,vt sæpius dixi.Et supradicta philosophorum metalla nominantur nominibus planetarum & deorum antiquorum: & sub his, & alijs nominibus Geber occultauit suam scientiã.Idẽ fecere alij ferè omnes philosophi.Ideo Razes in Lumine luminum dicit:Antiquis placuit occultare harum rerum significatũ cum tot nominibus,vt vix nemo amplius reperire possit noua vocabula.Morienus Romanus dicit,Nulla res incluſit huius artis magistros in errore magis quàm nominum multitudo.Sed qui inueniet hæc nomina non aliud esse quàm colores apparentes in cõmistione,nõ errabit in via huius operationis.Antiqui ergo vt hanc scientiam occultarent,multis vsi sunt nominibus,similitudinibus,& ænigmatibus , & potissimum fabulis poeticis. DIS. Superius volui tibi dicere,me multũ mirari homines sapientissimos occultasse hanc scientiã tam diuinam sub velo illarum fictionũ & chimęrarũ:Sed si me huius rei capacem reddes,perpetuò tibi deuinctus ero:nam neminẽ vnquam inueni qui eas exposuerit præterquàm moraliter. RAI. Antiqui sapiẽtes publicè operibus & verbis moralia docebant,ideo qui notitiã huius scientiæ non habet,non potest ea scire,quæ significare voluerunt per tot deorum nomina,eorumq; genealogiam,amores.metamorphosesq;. Et nisi credas hasce fabulas hunc sensum habuisse, vide Albert.in 1. Min. Tract. 2. cap. 8. qui eas exponit in hunc sensum. DIS. Quid dicit Albertus? RAI. Is dicit Gorgonis fabulam habere,ipsum in lapides conuertisse quotquot eum respiciebant: Vim fortem mineralium nominarunt Gorgonem: eius aspectum aiunt esse

humorũ

humorum corporum dispositionem ad vim lapidificatiuã: ecce igitur quomodo antiquorum nonnulli exponebant vt dixi. DIS. Nondum ista intelligo. RAI. Superius dixi, in sulfuribus esse vim fortem mineralem induratiuã & fixatiuam per Gorgonẽ significatã: illius respectus est humorum, id est vaporũ metallicorũ ad hanc virtutem lapidificatiuã: Nam quando fumi saliunt per lõgum bociæ collum, & postea pluries descendunt, tandẽ vniuntur cum prædictis sulfuribus, & conuertuntur in lapidẽ admodum pretiosum. Scribunt etiã Poetæ, Græcos serpentẽ vidisse super arborem salientẽ, in cuius summitate inuenit matrem cum filijs, quos omnes comedit: sed ipse inclinans caput cõuersus est in lapidẽ. Vapor & humiditas radicalis metallorũ est serpens: nam ante decoctionẽ est admodum venenosa, & nominatur nominibus serpentũ, draconum, leonum, vrsorũ & basiliscorum ob eorum ferocitatẽ & venenositatẽ. Iste igitur vapor ascendit per distillationem in bocia, & ibi reperit filios, id est illa duo sulfura, cum matre, id est cum arg. viu. fœminino, à quo prædicta sulfura soluta sunt, & omnes comedit, quia illa sulfura soluit, & ad se trahit. Sed ille vapor quia salit, & postea descendit per collum bociæ, ac simul cum illis sulfuribus fixatur, ideo conuertitur in lapidẽ. Sacra etiã Scriptura dicit, Vxorẽ Lot ignem fugientem, quia contra Dei mandatum respexit retro, cõuersam fuisse in statuam salis. Alph. dicit, Antequam opereris, volo tibi describere bonã medicinam: oportet vt sit humida, & quando coquitur, vt coaguletur & inspissetur vt sal, nix, grando: & sit dulcis saporis, ventris nigri, coloris albi. DIS. Quid sibi vult ventris nigri? RAI. Vult dicere, quòd quanuis illa materia in decoctionis initio sit alba, tamẽ in suo occulto habet in se nigredinẽ: quæ procedit ab adustiua vnctuositate, quæ totaliter separata non est. Ideo primum signum apparens in coagulatione, est nigredo, quam vocant caput corui: & post coagulationem durat 40 dies: postea iterũ fit alba, provt illa humiditas consumitur: Fingunt etiam ꝙ cùm Iupiter iratus esset contra patrem suũ Saturnum, abscidit illi genitalia cum acuta falce, quæ in mare ceciderunt: & ex eo sanguine simul cum maris spuma genita est Venus: per Saturnũ intelligunt salem illũ ante separationem suarum terrarum: nam dicitur Iouis pater, quia ex illo generatur Iupiter, separatis terris. Cùm ergo hic sal positus est in bocia super ignẽ, Iupiter iratus, & alteratus ob ignem, soluitur in aquam subtilem significatã per falcem acutã, cum qua incîdit, separat, & secum trahit partes masculinas, nẽpe sulfur illius salis dicti Saturni, & simul in bociam descendunt: ideo dicitur eos in mare cecidisse, idest in eam aquã salis amari: Ex quo sale ac sulfure genita est Venus, vt superius dixi. Aqua illa amara est Phaetontis currus, dictus Eridanus, quia in illa defertur Sol & spiritus fœtens dictus æs & Venus. Scribunt Dedalũ simul cum filio Icaro inclusos in labyrintho fecisse alas ex pẽnis, easq; cum cera sibi appendisse ac filio, cum his ꝙ volasse extra labyrinthum per aerẽ sed Icarus nimis altè volans, cecidit in mare in quo submersus est, quoniã Sol ceram liquauit, sed cùm ab vndis maris in litus esset proiectus, pater eum sepeliuit in arena. DIS. Huius expositio mihi magnopere grata erit. RAI. Non possum quæ tibi dico probare longiori serie, quia breuis esse cupio: per Dedalum patrem Icari, volunt significare sulfur illud dictum Martem: & per Icarum notant aliud sulfur vocatum arsenicũ: nam secundum Geb. lib. 1. cap. 14. Arsenicum est de materia subtili & cum sulfure simili. Et 4. lib. cap. 5. dicit, Medicinam specialem Martis fusiuam esse arsenicũ: nam est sulfuris dicti Martis subtilissima pars, quæ quia salis naturam habet, ideo fusiua est & solubilis: Per labyrinthũ in quo sunt inclusi, significatur metalli nostri calx, in qua sunt dicta sulfura: alæ quibus euolant & sublimantur, eę sunt de quibus Geb. lib. 2. cap. 10

dicẽns, Corpora quæ administratione rei subleuantis indigent, sunt Venus & Mars propter eorum fusionis tarditatem. Venus indiget tutia, & Mars arsenico: & cum illis facilè sublimantur, quia multũ cum eis conueniunt. DIS. Credo locum hunc ex illis esse, quos Geber & tu solus intelligitis. RAI. Superius dixi, multoties per corpora intelligi sulfura illa dicta Martem & Venerem, quæ sunt tardæ fusionis & solutionis, quia Mars non habet partes salsas, & Venus his parum participat: ideo distillatur cum ignis expressione & ignitione aludel, vt dicit Geber lib. 2. cap. 2. & 8. Venus ergo suæ sublimationi tutia indiget ideo fumo aut aqua supradicta: nam vt dicit Geb. lib. 3. cap. 3. Tutia est fumus corporum alborum, id est eius salis dicti plumbũ, stannum & Luna: & cum his alis sublimat extra dictum Saturnum extractum à dicta calce metallica. Alæ, quibus Mars in putrefactione sublimat extra suam calcem, est arsenicum: nam humiditas & acuitas aceti (mediante fimi calore) agens in corpore calcinato dissoluit & trahit ad se salis substantiam, cum quo etiam trahit subtile sulfur dictum arsenicum clausum in profunditate salis ipsius. Et quia sulfur illud subtile est de substantia illius sulfuris dicti Martis, ideo illud subtile dictũ arsenicũ simul cũ sale trahit ad se, & eleuare facit ac sublimare illud crassius dictũ Mars quoniam tunc sunt insimul coniuncta omnia, & vnum non potest sine alio eleuari. Cera qua glutinabantur alæ, est supradictum sal viscosum vt cera alba: Et quoniam sulfur illud subtile significatum per Icarum, per distillationẽ altè volat, id est in caput alembici portatũ à prædicta aqua significata per Iouis aquilam, ideo cadit in mare, quoniam calor dissoluit illum salem in aquam, & in eã cadit sulfur dictum, & ibi moritur, quia fit nigrum: sed à supradicta aqua proiectum ad litus, id est ad superficiem in ea pellicula, & nauicula prædicta, quia pars oleaginosa semper supernatat, ideo desiccata aqua, ipsum arsenicum fuit sepultum in arena, id est in eo sulfure dicto Marte subtiliato in modum subtilissimæ arenæ ac lucidæ. DIS. Non sum harum expositionum capax, sed verbis tuis credo, quia magister es hac in arte. RAI. Quando praxim videbis, hæc tibi erunt manifesta. Dicunt etiam Poetæ, quum Io amaretur à Ioue, eam fugientem Iupiter circumdedit nube spissa & obscura, ita vt à cursu firmaretur Per Iouẽ significatur prædicta aqua mercurialis, quæ à Ioue amatur, quia sunt eiusdem substantiæ: sed hæc duo posita in vase ad ignem, dicta aqua subtilissima fugit per longum collum vasis, ac reuertitur, & Iupiter illud sulfur circumponit subtile in modum spissæ nubis ac nigræ, ob quam coagulatur, ac firmatur. Illæ nigræ pelliculę (vt superius dixi) sunt nigræ velæ, quibus Theseus reuertebatur Athenas: quod AEgeus pater illius videns, ac putans Theseum esse mortuum, desperans proiecit se in mare, in quo suffocatus est. Per Theseum ergo significatur sulfur illud subtile quod in ea pellicula latet, aut oleo per nauem significato. Et tunc AEgeus, id est sulfur dictum Mars, qui est pater huius subtilis sulfuris proijcitur in mare, id est in eam aquã salis, & hîc soluitur ac moritur, quia iterum fit nigrum. Scribunt etiam post diluuiũ & aquarum desiccationem, terram animalia producentem, quendam etiam serpentẽ produxisse Pythonem appellatum, quẽ Phœbus suis sagittis interfecit. In materiæ nostræ distillatione, primò lento igne diluuium venit, id est quædam aqueitas, de qua loquitur Geber lib. 2. cap. 2, & 7. & remota illa aqueitate, & acto igne, terra, id est materia nostra, quæ multa terreitate participat, producẽs animalia, id est sulfur, illud subtile dictum sulfur & sulfura, quia paulatim distillat, vt dicit Senior: & vocatur animal & animalia: quia vt scriptum est in Philosophorum Turba, Nostrum æs est vt homo qui habet animã, corpus, & spiritum: produxit etiam serpentem dictum Pythonem, id est aquam illam fœtidam

dam, quam Phœbus, id est Sol noster interfecit, id est coagulauit & nigrefecit. Ferunt quoq; Apollinem philocaptum Daphnes, eam fugientem secutũ. Apollo est Sol noster, qui in distillatione sequitur aquã mercurialẽ per Daphnem significatam. Finxerũt quoq; Phœbum & Bacchum fuisse Iouis filios: per Phœbũ ac Bacchum intelligũt sulfur superius dictum Solẽ & vinũ: quod quia distillatum est ab illo Ioue, & illius partem retinet, ideo dicitur esse Iouis filius. Scribunt etiam Mineruam Iouis fuisse filiam: Nam cũ Iupiter caput suũ percussisset, exilijt armata Minerua à suo cerebro. Per Mineruã intelligunt aquam mercurialem, quia minuit & subtiliat neruos, id est sulfura: Iupiter ergo feriens caput suũ igne, id est sal illud dictum Saturnum, in quo est illud sal subtile, album, molle & humidum significatum per cerebrum, per distillationem ab eo exit Minerua armata & induta partẽ illam subtilissimam & fusiuam Martis. Describunt etiam Vulcanum admodũ Mineruæ amore captum, omnibus viribus illam sequebatur: at ipsa illum fugiebat & contemnebat: cùm verò illi Vulcanus fortè approximaret, arripiens eã vestimentis semen suũ in terrã præ libidine fudit, ex quo semine scilicet natus est filius, & illa dimissa est in pace. Explicatio

Per Vulcanum intelligunt illud sulfur dictũ ignem & Martem, qui multũ hãc mercurialem aquam diligit significatam per Mineruam, quia simul in suo metallo fuerunt: sed quia facilè separantur, quia diuersas habeant naturas, ideo dicitur Mineruã eum fugere: at sulfur ipsum illi appropinquans, eamq; cõprehẽdens, antequàm separetur, suum semen relinquit, id est partem illã sulfuream, subtilissimam dictam arsenicum in terra ipsius salis dicti Saturni: & per distillationem nascitur puer, quem supra nominaui, Ganymedẽ, Apollinẽ & Phœbum: & ipsa aqua relinquitur in pace, quia illa est fixationis impedimentũ: est tamen necessaria vt diu vitam humanã sustentet. Dicunt etiam quidã Martẽ fuisse filium Iouis ac Iunonis, alij dicunt Iunonis sine patre. Per Iunonẽq; uis sæpe intelligant elementũ aeris, id est aquã illã mercurialẽ, tamen hîc intelligunt elementũ terræ, quando dicunt fuisse Iunonis filiũ sine patre. Iupiter ergo & Iuno significata per elementũ aeris, post putrefactionẽ sunt simul cum Marte: & quia illud separatur à ventre istorum, ideo dicitur illorũ filius: sed quia filius aliqua in re solet patri similis esse ac matri, & Mars seu illud sulf. omnino est dissimile nostro Ioui, quia Mars est calidus & siccus, rubeus, durus, sine fusione & priuatus arg. viu. Iupiter est frigidus & humidus, albus, mollis, fusibilis, & est arg. vi. mortificatũ, ideo dicunt illũ fuisse filiũ solius Iunonis intelligẽtes elemẽtum terræ, qm̃ sulfur est pinguedo terræ, nam similitudinẽ non habet cũ aqua mercuriali. DIS. Nescio quid de tuis istis expositionibus dicã: & veluti stupidus maneo, & timeo si eas alios docere voluero dicturos me insanire. RAI. Dixi iam tibi eum non posse ista intelligere, qui praxim nõ viderit: ideo si primò te contemnent, postea laudabunt. Dicunt præterea Vulcanũ fuisse Iouis filium ac Iunonis. Et quia erat deformis, subitò natũ proiectũ esse in Lemnum insulam, ibiq; fuisse à simijs nutritũ: quod superius de Marte dixi, potest etiã de Vulcano intelligi, qui quia deformis ac turpis est, id est, quia ante lauationem habet illam adustiuam vnctuositatẽ, & non habet partes salsugineas, ideo abiectus est, quãdo ab illis separatur ob diuersam naturã, fusionẽ, spissitudinẽ & raritatẽ, vt dicit Geb. lib. 4. cap. 14. & 15. & lib. 3. cap. 4. dicit, Arg. viu. nõ aliud capere q; quod suæ naturæ est. Proiectus est ergo in Lẽno insula, id ẽ in bociã vbi sagittæ cadunt, id est sulfura genita ex vaporibus calidis ac siccis: & ibi fuit nutritus, id est lotus, à simijs, id est ab his qui naturã imitantur, & fuit ad perfectũ adductus. Scribũt Vulcanũ duxisse Venerẽ in vxorẽ: Geb. lib. 1. cap. 10. dicit, Cõpar sulfuris esse arsenicũ, quod dicitur Venus. Dicunt Apollinem fuisse NB

Vulcani filium: per Apollinē intelligunt Solē nostrū, qui quia est subtilissima pars ipsius sulf. dicti Martis & Vulcani, ideo dicit eius filius. D I. Dic mihi vbi nam per Iunonem intelligant elementū aeris. RAI. Dixerūt Iunonē fuisse Saturni filiā, & Opis sororis & vxoris Iouis: in parte natā ante Iouem, fuisse Deorū reginā & diuitiarū, præfuisse partub. & matrimonijs: ideo dictā fuisse Iunonem, ꝙ matrimonia iungeret. Aqua mercurialis est filia Saturni, qui ab eo distillat, & à sua terra significata per Opim, quia illa dat diuitias, id est aurum nostrum: in vna distillatione generatur Iuno, id est aqua illa mercurialis, & Iupiter id est sal occultus in fæcibus cōbustis: de quibus fæcibus Hermes & Metuendus eius discipulus, & Mireris Philosophus dicunt, In cineribus est quod quæris. Hermes dicit, Cape fæces quæ remanent in fundo bocię & serua illas, quoniā sunt cordis corona, & sublima, quia sublimat alba vt sal. Idē scribitur in Diuin. libro. Geb. etiā lib. 2. cap. 2. dicit, Fæcum separationē esse posśibilē à salib. sublimandis ob saliū solutionem: quod non euenit alijs rebus. Modus lauādi eas fæces cōbustas scribit in lib. Inuestigat, vbi dicit, Atramentū nigrum soluatur in aceto mundo aut in aqua bulliente, postea per filtrum distilletur & coaguletur, & erit præparatum: aut prius in alembico ponatur, & tota eliciatur humiditas: Quia ergo in distillatione prima distillat ea mercurialis aqua significata per Iunonem, & postea extrahitur sal præparatus significatus per Iouē, ideo dicitur vno in partu Iunonē natam ante Iouem: Et istud voluit Geber significare lib. 1. cap. 11. quando loquens de hac aqua mercuriali, dixit, Illam potius reuerti à calce sua quā Iouem ipsum: Fertur esse supra partus, quia distillando eximit à suis terris, & in lucem producit nostrū Phœbum. Præest Matrimonijs quia est mediū coniungendi tincturas, vt superius dixi. Ideo Morien. dicebat, Animā, id est nostrum Solem non coniungi cum corpore sulfuris, nisi mediāte spiritu, & animam non coniungi præterꝙ cum corpore, à quo fuit extracta: & si conatus fueris illam cū alio corpore coniungere, invanū laborabis: dicitur soror & vxor Iouis, quia eodem partu nata est (vt dixi) vxor, quia eiusdē substā tiæ, regina Deorū Gentilium significatorū per nostra metalla, sulfura, & sales: nam ipsa regit illa, per eam nascuntur, soluūtur, subtiliantur, separātur, coniungūtur, mortificantur, viuificātur, & fructificāt: ideo dicitur Opū regina. Fingūt etiam Venerē filiam fuisse Deiones & Iouis, & Vulcani vxorē, & fuisse amatā à Marte: per Deionem, Vulcanū, & Martem, intelligunt ipsum sulfur dictū vinū ignem & Martem: Etymologiæ nominum alibi abs te reperiri poterunt: sulfur dictū Venus post distillationem videtur vinum: Et quia distillat ab eo sale dicto Saturno in quo est Luna & Iupiter, ideo dicit illorū filius. Dicūt Amorē fuisse filium Iouis & Veneris: per Amorem possumus intelligere sulfur illud subtile superius nominatū Phœbum, quia componitur ex mercurio dicto Ioue, & ex sulfure dicto Venere, ideo eorum dicitur filius. Fingunt etiā Latonā fuisse violatam à Ioue, ob quam rem Iuno Iouis vxor de cælo descendit, & eam in Delo insula proscripsit, vbi Phœbum & Dianā peperit: Per Latonam intelligūt quod superius de Amore dixi: nam cōponitur ex Ioue & Venere. Iuno, id est aqua illa mercurialls descendit de cælo, id est à capite alembici facti in modum cæli, in quo cælo fuit etiam Ganymedes portatus, id est istud sulfur: & Iuno portat & proscribit ipsam Latonam in bocia: & tandiu ibi moratur, quòd primò in Lunam, deinde in Solem vertitur. Hoc voluit Geber significare lib. 1 cap. 17. dicēs, Vidimus in mineris æris, à quibus exibat aqua quæ secū spumas ducebat subtilissimas æris, & illas continuo cursu aquæ lauat & mūdat: postea cessato aquæ cursu, vidimus eas cū arena sicca per annos tres calore Solis fuisse decoctas: inter quas inuentus est Sol verissimus. D I S. Si superius tibi non

respon

respondi, fuit in causa, quia expositiones illas fantasticas nō intelligebām: sed quia nunc apertè loqueris, potero aliquid dicere. RAI. Si debile tibi est cerebrū, & non capis illas expositiones, ne saltē eas vituperes: sed quid uis dicere? DIS. Volo dicere, Geberum naturaliter loqui, quoniam interdum accidit aquas transire per mineras, ac secum trahere aliquam mineræ partem, vt supra dixit: ideo dicit, vt naturam imitemur. RAI. Nimiū es credulus si putas naturam potuisse conuertere æs in aurū. DIS. Quid ergo innuebat Geber? RAI. Hic est vnus ex eis locis, vbi videtur apertius eum esse locutū, & tamen obscurius loquebatur. Nam æris nostri minera, est illud sal dictū supra Saturnum: à quo per distillationem exit aqua mercurialis, quæ secum illud sulfur ducit subtile dictū æs, quod per continuū cursum illorū vaporum aqueorū ascendentiū & descendentium lauatur à sua vnctuosa nigredine, & fit albū cessantibus dictis vaporibus. Sed post tres menses fit Sol verissimus, posita bocia in arena vel cineribus cum igne tēperato: tandē volens verba truncare, expositio Geberi, harumq; fabularū poeticarū ac similiū consistit in omni eo quod superius dixi de metallis intrinsecis: ideo nō amplius alias fabulas pro nunc declarabo quoniā ex te ipso intelligere poteris ex his quæ superius dixi, potissimū verò si nominum etymologiam & significatū consideres, quibus in fabulis vtuntur Antiqui. DIS. Omnino ingentes ago tibi gratias: sed ad nostrā medicinā reuertentes, velim scire num supradicta Philosophorū metalla præparata & soluta intrent cōpositionem nostræ medicinæ. RAI. Pluries dixi omnia ad hanc huius medicinæ cōpositionē concurrere. Et hoc confirmat Io. de Rupescissa dicens, Quēadmodum cæli influxus & Solis augmentatur aliarū stellarum influxu, ita etiā nostrum humidū radicale dictum cælū, non solùm ornari debet ex Sole, sed etiā à stellis aut planetis, vt eius influxus augeatur & virtus: Et hoc etiā confirmat Geber in fine primi libri, dicens, Quæcunq; perfectionū diuersitates parum antea fuerunt à nobis determinatæ, inuentę sunt in opere medij ac minoris artificij vel operis: sed in maiori omnes sunt eiusdem perfectionis. DIS. Haud credo inueniri hominē qui obscurius scripserit ipso Gebero: ideo nō mirandū est, si multi ob desperationē eum lacerant. RAI. Minor ordo est præparatio, in qua multæ sunt viæ & medicinæ imperfectę: secundus ordo est fixatio, & in hac etiā est aliqua diuersitas, quia non omnia æqualiter fixatione indigent: sed in tertio ordine, idest in multiplicatione, quia in medicina cōpleta peruenerūt omnia ad perfectionē vnam, ideo dicūtur omnia esse necessaria Si verò certior esse vis horum trium ordinū expositionē esse iuxta Geberi mētem, lege in fine Sūmæ suæ, vbi de Sublimatione loquitur, & præparatione primi gradus, secundi & tertij, & veritatē cognosces eius quod tibi dixi. DIS. Cōcedo in medicina minerali ac fixa, omnia illa esse necessaria: sed in medicina quæ per os accipi debeat, sum dubius: Nam sicut aqua mercurialis in minerali medicina nō est permanens, qm̄ illa est impedimentū fixationis, ita in medicina humanorum corporū non deberet ingredi sulfur illud tam fixatiuū dictum ferrū, qm̄ non opus sit eam fixari: nam stomachus seu vētriculus ea concoquere non posset, vt superius de auro dixisti. RAI. In hoc fac quod volueris, sed tibi dico Alb. in fine 2. Meteor. vbi Auicēnæ sentent. adducit, dicere, in optimis aquis aurum reperiri: post has, illa est in qua ferrū est, & multū interiora corroborat, & tamen fixa non est: atq; hoc cognoscere potes à signis quæ videntur cùm medicina est finita. DIS. Gratū erit mihi hoc intelligere. RAI. Ioānes de Rupe atque ego simul, diximus cognosci duobus signis, quando medicina hęc finita sit & perfecta: primus, si vas in quo posita est hæc medicina, positū in angulo domus, veluti miraculo & vinculo inuisibili ad se trahet omnes in-

trātes, & eos circa se stātes faciet, tunc cōpleta erit secundū signum, si prædictū vas positum supra turri trahet ad se omnes aues odorem medicinæ sentientes & eas circa se sistet. DIS. Hæc mihi videt̄ res magna & ferè impossibilis. RAI. Per turrim significatur fornacula posita in angulo domus, in qua fornacula vel furnulo positum est vitrū, in quo nostra medicina coquitur: per intrātes in domum, & per aues præteruolantes significantur illi spiritus vel vapores, qui virture caloris volant, & sursum deorsum eunt per longum bociæ collū: qui cùm firmantur, nec amplius ascendunt, & materia est coagulata, dulcificata, & medicina perfecta est, & nō tamen fixa: Atq; vt dicit magister Leonellus, coagulabitur in modū ouí quod tenet acumen in fundo: Superius dicta occultarunt Poetæ, fingentes Orpheum ex cantus ac soni dulcedine ad se traxisse bruta animalia, homines, aues, lapides, arbores ac montes: sistitisse ventos: ita vt dicāt etiam Phœbum, arcu ac pharetra depositis, stetisse captū dulcedine cātus: ac serpentem qui continuè aureū vellus custodiebat, Orphei cantu somno correptum fuisse. DIS. Hæc nimirū pulchra est fabula scienti verū significatū & sensum. RAI. Per Orpheum intelligo totā materiā coagulatam: & in hac medicina est pars vegetabilis, id est sal per arbores significatū & herbas: adest & pars animalis, id est anima, & aurum significatū per animalia, homines, Phœbū, & per vellus aureum: pars mineralis est illud sulfur dictū Mars, significatū per lapides, montes, ossa, resq; alias duras: adest etiā aqua mercurialis, & vapores significati per aues, ventos, serpētes, tauros, & dracones, qui aureū vellus custodiebant. Nanq; vt dicit Geber lib. 1. cap. 15. In distillatione nullū Philosophorū metallorū submergitur in mercurio, id est aqua mercuriali, Sole nostro excepto: Per Orpheum denicq; significatur nostra medicina, quæ cùm fit dulcis, sistit & coagulat omnia supradicta. Sed præcipua causa coagulandi & fixandi partem mercurialem sunt supradicta sulf. præparata & soluta: de quibus intelligebat Alb. lib. 1. Miner. cap. 3. tract. 1. dicens, Philosophi supra modum studēt, vt aquas faciant, quæ habeant in virtute diuersas elementorum qualitates, & nō actu: vt per illas exiccent & coagulent id quod transmutare volunt. Et 4. Meteor. tract. 3. cap. 1. dicit, Arg. vi. in artis operibus desiccari ex multa adustione & mistione sulfuris nō omnino adurentis. DIS. Quid de his dices, qui congelant & fixant arg. viu. cum herbis? RAI. His satis est vt dicam quod Geb. scribit lib. 2. cap. 17. loquens de medicina quæ coagulat arg. viu. & illi adhæret in profundo, & per minima cum illo miscetur ante illius fugā: necesse est illā colligere à rebus illi conuenientibus, & sunt omnia corpora sulfur vel arsenicū: & parum infra concludit, dicēs, Quòd à quacunq; re illius medicina trahatur, debet esse substantiæ subtilissimæ ac purissimæ, ex natura illi facilè adhærens, ac facillimæ fusionis in modū aquæ fixæ super ignis pugna: nā istud coagulabit, & in naturā Solarem conuertet, vel Lunarem. Et lib. 4. cap. 10. inquit, Cùm nil inueniatur quod illi magis conueniat, quàm id quod est suæ naturæ, ideo æstimauimus cum illo medicinam illius facere, & libro secundo, capite decimo septimo dicit, Dictam medicinam facilius, propinquius, & perfectius inueniri à solo arg. viu. quia natura amplectitur amicabilius naturam propriam, & eius plusquàm extraneæ gaudet: Et lib. 3. cap. 4. ait, Argentum viuum non aliud capit, quàm quod suæ naturę est: Et cap. 7. dicit: Si poteris facere medicinā perfectam ex solo argēto viuo, eris inquisitor preciosissimæ perfectionis: notare igitur debes quòd, vt dicit Geber capite 16. libro 2. argentum viuum Philosophorum habet partes sulfuris naturaliter cum eo mistas, id est sulfur & arsenicum: & cum his præparatis facilè vnitur ob conuenientiam in natura: & hęc sunt propria medicina coagulatiua & fixatiua argenti viui Philosophorum.

In li-

In lib. Vaporum scriptū est, Quòd qui cito vult coquere carnē imponat aquę cum carne frustū vitri: nā vitri siccitas tantū adimit humiditatis à carne in ebullitione, vt caro citò remaneat cocta: sed citius coquitur ea caro si vitrū illud sit ex cinere fœni ac filicis, quia illud minus abūdat humiditate: nam primū vitrū aliquid habet humidi quod à plumbo contraxit, quod primum fuit in cōpositione. DIS. mihi videtur hoc esse vnū Plinij mendacium. RAI. Tuam ignorantiā incuses, & noli excellētes homines vituperare, qui per similitudinē vel per allegoriam sunt locuti. DIS. Quid voluit ergo significare per illud vitrū, carnē & aquam? RAI. Dixi tibi per vitrū interdum significari sulfur: Et quia, vt pluries dixi, sunt duo sulfurum genera, quorum alterū nominatur ferrū, calidū & siccum quia participat humiditate quā cepit ab eo sale dicto plūbo, à quo ipsa Venus distillata est, ideo citius coagulatur & fixatur ipsum arg. viu. significatū per carnē mollem, si cum eo ponatur sulfur illud ex cinere fœni ac filicis, id est dictū ferrum ex nominis affinitate. Hoc Philosophi occultarunt dicentes, Theseum glutinasse os Minotauro in labyrintho cum tribus pilis. Per Minotaurū & alia animalia ferocia & venenosa significatur aqua Mercurialis, quæ in bocia coagulatur cum dictis sulfuribus, & cū nostro Mercurio dicto Iupiter, qui semper est plenus Apolline. Ideo hæc sunt tria poma aurea ob quæ Atlas id est aqua ista velocissima, in cursu firmata est. In hunc propositū dicebat Isidorus lib. 17. Chalcanthū id est flos æris fit in modum salis cum sole calidissimo & est virtutis adeò constrictiuæ, quòd in leonū & vrsorum os aspersum tantā habet constringendi vim, vt mordere non possint. DIS. Quid voluit Isidorus significare in his verbis? RAI. Per florem æris voluit significare sulfur illud dictum Venerem & æs, quod est occultum in sale, & salis natura participat, & fit per calcinationem vt sal, & illud vnitum cum aqua nostra Mercuriali significata per vrsos & leones, ita inuiscat & coagulat illam vt amplius non possit sulfura soluere, quia dulcis fit. DISCIP. Mineralis medicina quandiu moratur antequam coaguletur post sulfurum & argenti viui præparatorum commistionem? RAI. In artis Speculo scriptum est, Guberna materiam illam lento igne, donec maior pars conuertatur in terram nigram, quod erit in diebus. 21. DIS. quandiu durat nigredo? RAI. In Rosario scriptum est, Cōtinuatione 40. dierū stat vtraq; aqua permanēs nigredine tecta: quę nigredo si debitè gubernetur, non plus dieb. 40. durabit. Aduerte nihilominus, quòd vbi accedit aqua Mercurialis, plus temporis requiritur & ignis plus. Per duas aquas permanentes intelligit duo sulfura ex parte fixa. DIS. Dixit Geber lib. 2. cap. 16. quòd remotio sulfuris est causa varietatis colorum medicinæ post coagulationem: Putabam sulfur nō debere amoueri si sit aqua permanēs. RAI. Dixi materiā nostrā bis fieri nigram, bis albam, bisq; rubeam. Et quoniam albedo & nigredo sunt colores extremi & cōtrarij, & omnes alij colores sunt medij: Ideò quotiescūq; ob præparationē & decoctionē paulatim consumitur humiditas vnctuosa sulfurea quę est illius nigredinis causa, ita paulatim cōsumitur illa nigredo, & quotidie aliū apponit colorē. Ideo dicitur, sulfuris remotionem esse colorum varietatis causam: sed in sulfuris lotione manifestiores apparent hi colores (nā illud est lumen & tinctura) cū faciant in coagulatione & fixione medicinæ, in qua minor est vnctuositas, & sulfur mistū est cum arsenico & arg. viuo, quę colores imperfectos confundūt. DIS. Tandem, age, mihi explica quo ex metallo fiat hęc medicina. RAI. Dixi hanc medicinā nō debere ex auro fieri neq; ex argēto, neq; plūbo, neq; ex stanno cōmunibus: ergo ex ęre fieri debet vel ferro cō munibus: nam illa in ipsorum radice sunt munda, & accidentia facilè remoueri

possunt, quia omnes corruptionis causas habent & calcinationis: Et hoc voluit Geber significare lib. 4. cap. 3. dicens, Substantiæ Veneris & Martis (communium) dealbatio pura est, & similiter Lunæ rubificatio. DIS. Hanc sententiam non intelligo. RAI. Vult dicere, dealbationem id est argentum viuum & Lunæ rubificatio, id est sulfur quod est tinctura rubedinis ipsius argẽti viui dicti Lunæ, ipsa est pura & munda in eorum radice. Et hoc voluit Geber dicere lib. secundo capite septimo. Qui cum excluſisset Solem, Lunam, Iouem, & Saturnum communes, concludit postea, dicens: Melior est ergo argenti viui sublimatio ab illis corporibus quibus cum non conuenit, nempe quia munda in radice. Sed certum est argentum viuum minus conuenire in natura cum ferro & ære quàm cum alijs, ergo ab illis sublimari & extrahi debent spiritus: Et quicquid dicit Geber in lib. Inuest. & alibi de præparatione corporũ perfectorum & imperfectorum, intelligit de his. DIS. Quomodo de his intelligit loquens de perfectis? RAI. Dixi hanc artem non vti auro vel argento cõmunibus, sed solùm tractat de corporib. imperfectis (vt dicit Geber in proœmio lib. Inuest.) Neq; dico per cõmistionem cum medicina (nam hæc foret responsio parum sciens) sed per reductionem ad primã materiam & separationẽ omnium accidentium immundorum supra inductorum materiæ puræ radicali. Quando ergo in præparatione hæc metalla intrinseca sunt immunda, tũc imperfecta vocantur: sed quando sunt præparata & etiam ex colorum considerationẽ vocantur perfecta. Et hoc manifestè asserit Geber lib. 2. cap 16. in fine, & cap. 7. in fine. Et hæc omuia perfecta vel imperfecta possunt à supradictis elici, vel ab vno illorum. Particularius tamẽ nota, quòd cum Geber in lib. Inuest. dicit corpora perfecta, id est Solem & Lunam nõ indigere præparatione quo ad perfectionem, cum sint iam perfecta seu perfectè præparata, sed vt magis perfecta fiant, subtilientur, soluanturq;, intelligit solùm de sulfure crasso dicto Marte: quod præparatum vocatur Sol & Luna, quia in eo apparet rubedo solis & albedo Lunæ: vt dicit Geber lib. 1. cap. 14. & 22. loquens de Marte: nam eadem res albificat & rubificat. Et illud omne corpus illuminat, quia est lumen & tinctura, vt dicit Geber lib. 1. cap. 14. Et si bene consideres prẽparationis modum Solis & Lunæ scriptum in fine in libro Inuestigationis, inuenies eandem esse quam superius dixi de sulfuris lotione facta cum sale & aceto, & postea subtiliato cum sale armoniaco, id est cum sua aqua Mercuriali, & tunc corpus fixum factum est verè spirituale ac subtiliatum. Ideo Geber in libro Inuestigationis, loquens de præparatione aceti acerrimi cum quo possunt præparari corpora imperfecta vel corpus imperfectum, & ab eo extrahi suum argentum viuum & sulfur radicalia, & cum his fieri nostra medicina, dicit, Hæc aqua composita ex duabus aquis id est ex sulfure præparato & subtiliato, & argento viuo similiter soluto, ea est nostra medicina, & est argentum viuum præparatum ab argento viuo præparato: & sulfur præparatum à sulfure nõ præparato, & factum corpus spirituale & subtiliatum & attenuatum: Et quotiescunque Geber loquitur de soluendo aut subtiliando corpus purum & præparatũ cũ sale armoniaco id est cum aqua nostra Mercuriali, semper intelligit de hoc sulfure, nam neq; argentum viuum neq; arsenicum indigent illa subtilitione: & ideo Geber lib. 2. cap. 15 loquens de hac aqua Mercuriali sub nomine multarum aquarum acutarum, acerbarum & ponticarum, dicit causam inuentionis illius fuisse subtiliationem earum rerum, id est prædicti sulfuris, quod ante præparationem non habet fugionem aut ingressum, ideo amittebatur magna vtilitas ipsius fixi spiritus, & per consequens arsenici, quod de illius natura, vt dicit Geber lib. primo capite decimo quarto, ideo vocatur sulfuris compar, &

sæpe

sæpe vocatur Luna. Et vnum sine alio non esset vtile, imò (vt dixi in libro dicto Apertorio) arsenicum est medium coniungendi argentum viuum cum sulfure, quoniam vtraq; natura participat: Et Arnaldus in libro Flos florum dicit, Sperma non coniungitur cum corpore nisi Luna mediante: quoniam anima est medium inter corpus & spiritum, & illa simul coniungit. DIS. Quia locutus es de fixis spiritibus, velim vt mihi declares dubium quoddam: Nam iuxta tuam sententiam medicina hæc fieri debet ex spiritibus: & hoc etiam confirmat Geber lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 10. Quòd si spiritus non sint fixi comburuntur aut ab igne fugiunt: si fixi sint, non funduntur, quoniam terra sunt facti, ergo ex spiritibus haud fieri potest. RAI. Tuæ rationis vis erat in consequẽte ob insufficientiam: neq; enim sequela valet si à superiori ad inferius affirmatiuè arguas: ac si diceres, est animal, ergo est homo: ita non valet dicere, fixum est, ergo est terreum. Nam spiritus fixantur etiam sine conuersione in naturam terream, vt dicit Geber libro tertio capite sexto. Sulfur in principio suæ præparationis cum sale suo & aceto calcinatur & ad naturam terream conuertitur: & post perfectam præparationem, coniunctum cum suo argento viuo in vltima decoctione fixatur perfectè, & non conuertitur in naturam terream: Sed argentum viuum id est nostrum sal dictum Saturnus, fixatur & in terram conuertitur ob festinationem ad illius fixionem, quæ fit per præcipitationem aut descensionem id est distillationem, in qua corpora descendunt debilia id est oleum vel aqua Mercurialis & arsenicum reducta in aquæ formam aut olei paulatim in capello seu pileo bociæ, à calcibus eorum, id est ab eo sale, cuius similitudo est veræ calci similis: Vide Geberum in secunda de scensus causa. Et ob hanc distillationem aut præcipitationem, citò, id est in horis tribus consumitur substantia dicti argenti viui & in terram conuertitur, id est in fæces vstas in bociæ fundo. Fixatur etiam dictum argentum viuum simul cum sulfure & arsenico in vltima decoctione per successiuam spirituum sublimationem, qui per bociæ collum saliunt: & hæc fixio longa est & tarda, vt inquit Geber libro tertio capite sexto. DIS. Profectò Geber iste hac in arte admodum excellens fuit: & quia illum diligo, mihi pergratum esset illius vitam intelligere. RAI. Paruam illius notitiã habemus, præter quàm quòd nonnulli dicunt eum esse Arabem, Persarum Regem, & partis Indiæ: atq; vt scribit Aldimarus Parisiensis in suo dialogo, filius fuit filij magni Maumethes: pater eius fuit Baldechitarum Princeps, vt ismet Geber scribit in quodam suo libro de Regno. Patris nomen fuit Aycius cognomento Rasis Hebobechee Philosophus: aut Harem, iuxta opinionem Hali Philosophi. Tantæ verò existimationis est is Geber in Aegypto, vt magnus Aristoteles illi cedat in triplici Philosophia: illi cedit Rabbi Moses in Algorismo, Hermes Trismegistus in Magicis, & Ptolemæus in Astrologia quadriuia, illi cedunt: sed in sua scientia omnes Philosophi deferunt illi: Et Posteriores ab illo habuerunt veritatis eius scientiam, & meritò ab eis magistrorum magister vocatus est. DISCIPVLVS. Meritò illum commendas: Sed nisi tibi essem molestus, orarem vt hæc sua opera mihi declarares capitulatim, atque vt hanc praxim multis in capitibus sparsam ordine in libellum redigeres. RAIMVNDVS. Rem petis quam Philosophorum nemo vnquam aggredi voluit: Sed quia in me non regnat inuidia, & amore afficior erga te, ideo si ocium dabitur vt tibi satisfiat in hoc, libenter faciam: nihilominus in præsens talem operum illius notitiam tibi dabo, vt ex teipso facere possis quod ex me quæsiuisti. DISCSPVLVS. Tibi perpetuò deuinctus ero: Sed ad metallorum sermonem reuertentes, dixisti superius hanc medicinam fieri debere ex

vno ſolo metallo, ergo duo ſupradicta æqualiter bona eſſe non poſſunt hoc in opere. RAI. Verum eſt hanc medicinam ex ære fieri poſſe, tamen ferrum eſt melius, & facilius præparari poteſt: ac melius purificari, & huic arti propinquius eſt & plures habet virtutes cęleſtes quàm omnia & alia metalla: & omne id ratione & authoritate intelliges. DIS. Bene loqueris ſi ratione probabis: Sed mihi omne contrarium videtur: nam æs ferro præſtat, quia minus terreitatis habet, & plus ſubſtantiæ argenti viui, & minus aduſtibile eſt. Et Geber etiam primo libro capite 21. dicit, Venerem in ſuæ ſubſtantiæ profundo oſtendere auri colorem & eſſentiam, mediumq; eſſe Solis ac Lunæ, ac facilè conuerti in vtranq; tincturam, eſſeq; bonæ conuerſionis & pauci laboris. RAI. Si de communi ære loquí volumus, dico ſi deberemus integram ſubſtantiam præparare, melius foret quàm ferrum: Sed nos quærimus ſolùm ſpiritus radicales, atq; hi à communi ære non debent extrahi: Cum verò laudat æs Geber, dico illũ intelligere de ſpiritu ſulfureo ſuperius nominato arſenici & auri nominib. illudq; oſtendit colorem & eſſentiam auri, malleatur, id eſt ſubtiliatur ac ſolui tur, quia participat naturam ſalis, & funditur ignitione & ignis expreſsione, vt argentum & aurum, id eſt vt illud quod compoſitum eſt ex ſale ac ſulfure: nam ſi illud eſſet ſolum ſal, faciliter ſolueretur: ſi ſulfur tantummodò, nõ ſolueretur: ideo ſoluitur ignitione aludel. Cape ergo ſecretum ab illo. Superius dixi tria eſſe ſecreta, & tres vias, nempe ſulfur, arſenicum, argentum viuum, & diuerſam eorum præparationem: & quia compoſitum eſt ex ſulfure & argento viuo, ideo dicitur medium eſſe inter Solem & Lunam: & interdum vocatur Sol & Luna ſimul, interdum diſtinctè, & ita Geber intelligit ſequenti capite dicens, Mars id eſt ſulfur eſt longè præparationis ac duræ ob ſuæ fuſionis id eſt ſolutionis impotentiam: quod ſi fundatur id eſt ſi ſubtilietur & ſpargatur in aceto per putrefactionem ſine medicina quæ illius naturam mutat, quæ eſt argentũ viuum præparatum dictum Iupiter: & hoc facit in vltima decoctione, & non facit in putrefactione, in qua ſulphur coniunctum eſt Soli ac Lunæ, id eſt arſenico dicto Veneri, quod interdum Sol vocatur, interdum Luna: & ſeparari nequit ſine magna induſtria, quia multam affinitatem & conuenientiam in natura habent, vt dicit Geber in capite de Arſenico. Et lib. 3. capite ſeptimo dicit In corporibus metallicis communibus duas eſſe ſulfureitates, & ſuperuenientem difficilè remoueri: ſed ſi præparetur, & lauetur ipſum ſulfur (vt ſuperius dixi) in ea præparatione inuicem ſeparantur, & poſt ſimul iterum coniunguntur & per decoctionẽ ſimul fixantur, nõ mutantes tamen in parte fixa ipſius ſulfuris loti: ſupradictum ergo arſenicum & Venus facilè id eſt vnica diſtillatione in vtranq; tincturam couertitur, id eſt fit citrinum quia participat ex albo & rubeo, & eſt bonæ conuerſionis & pauci laboris, quoniam participat naturam ſalis: Et cum illo conuenit tutia, id eſt fumi illi albi aut aqua Mercurialis: ideo in diſtillatione aſcendunt ſimul, & dicta aqua rubea eſt vel citrina ob ipſam Venerem, quæ ſubmerſa eſt & incluſa in ventre illius aquæ, & citrinitas illa bona eſt, & in hoc opere proficua. Ideo Geber lib. 2. cap. 12. dicit, inquiſitionem olei fuiſſe vt haberetur illius color qui cum illius aquæ ſubſtantia permiſtus eſt: & hoc nobis auxiliari poteſt in opere: ſumus tamen ab ea aqua excuſati ab induratione ac fixione ſpirituum: nam quando in corporum humanorum medicina ponitur, non poſſunt nec debent fixari: cape igitur illam Venerem ſuper alia corpora imperfecta id eſt ſulfura, in opere minori id eſt in præparatione: vult dicere q; facilius prę paratur quàm ſulfur: & in opere medio id eſt in decoctione vltima: Et hoc intelligit in medicina pro humanis corporibus, quoniam facilè in dulcedinẽ conuertitur, & fortè non accedit ſulfur dictũ Mars: ſed in me-

in medicina minerali Mars est melior, quia eius substantia fixior est & fixatiua sed in ordine maiori, id est in multiplicatione (quæ inuenta fuit vt opus abbreuiaretur) neque Venus neque sulfur apponuntur: Sed cum vna parte medicinæ fixæ ponitur multum argẽti viui aut salis præparati dicti Iouis, & cum hoc fit multiplicatio: nam hoc soluit medicinam fixam, & medicina fixa congelat & fixat illud: ita ex terra fit aqua, & ex aqua terra. Istud voluit significare Geber lib. 4. cap. 18. dicens, Considerauimus ob examen istius magisterij, Iouẽ approximari maximæ perfectioni in opere maioris ordinis id est multiplicationis: Et libro tertio capite decimo nono, dicit Iouem approximari maximæ perfecto, id est medicinæ fixæ, quia plus de perfectione participat id est de argento viuo: Et quia illud habet substantiam viscosam, ideo multum adhæret Soli ac Lunæ id est arsenico: nam vt dicit Geber lib. 1. cap. 20. Illud Soli ac Lunæ conuenit, id est arsenico dicto Soli ac Lunæ: Et non semper ab illis separabitur. Et qui sciet illi eleuare vitium fractionis corporum, id est, qui sciet remouere & consumere humiditatem aqueam, quæ frangit id est soluit corpora sulfurea, statim gaudebit vtilitate illius Iouis. DIS. Ex sufficienti diuisione mihi videtur vt velis concludere inter omnes mũdi res nõ esse meliorẽ nec arti nostræ propinquiorem ferro communi. RAI. In hoc est occulta hæc medicina. DIS. Nunquam hoc cogitasse, imò contrarium credebam: nam Philosophi dicunt esse ex magis distantibus à veritate huius artis: & est magis vile inter omnia metalla, quia minus habeat argenti viui. Et Geber lib. 3. capite 9. dicit, corpora imperfecta quæ plus habent argenti viui, propinquiora esse perfectioni. Et libro prædicto capite septimo, dicit ea corpora quæ plus habent argenti viui, maioris esse perfectionis: & quę minus habent, minoris esse perfectionis. Et priuatim loquens de Marte libro primo capite vltimo inquit, Mars inter corpora imperfecta in transmutatione, est tractationis aut præparationis difficillimæ, laborisq; longissimi, ob suæ fusionis impotẽtiam. Et hoc idem fatetur multis in locis. RAI. Quando Razes clarè locutus est de Marte, tunc locutus est de supradicto sulfure crasso, quod quia minus habet argenti viui, & magis terreum ac sine fusione est ante præparationem: & est sine solutione, quia non habet naturam salis: Ideo magis imperfectum est omnibus alijs metallis intrinsecis: Et quia est quasi extrinsecum arg. viuo suo, ideo separatur ab illo, neq; vniri potest sine subtilissimo artificio: & eius præparatio longissima est ob multam vnctuositatem, terreitatem, ac duram solutionem: hac de causa dicitur esse ex magis distantibus à veritate huius artis. DIS. Semper hoc refugium habes de metallis intrinsecis: Geber dicit se manifestasse materiã hanc pluribus in locis ac diuersis capitib. Si dices ergo materiam illã esse Martem, ac per Martẽ intelligam sulfur, ergo quando dicet cape Martẽ, capiã sulfur solum, & in errore versabor: aut materiam hãc aliter nominauit q̃ Martem, atque hoc pacto non manifestauit, sed occultauit. Quando igitur discernere potero quòd per ferrum ille de communi ferro intelligat aut de sulfure? RAI. Quando Geber & alij Philosophi dicunt Martem esse calidum & siccum, atq; rubeum, & tingere Lunam, illiq; attribuunt supradictas proprietates, & apertè de sua præparatione loquuntur, tunc sis cautus, quia de suo sulfure intelligunt DIS. Nónne Geber scribit huius artis praxim? RAI. Scribit. DIS. Illum igitur loqui oportet de præparatione ferri communis, si in illo sit secretum. RAI. Loquitur, sed occultè, id est in capitibus generalibus quando loquitur de metallorum præparatione, marchasita, sulfure, argento viuo salibus ac similibus. DIS. quomodo ergo secretũ hoc manifestauit & hãc materiã in diuersis capitibus? RAI. Plurib. in locis is dixit Philosophorũ secretũ

esse in Marte, quodq; illum accipere debeamus: & quanuis sermo ille intelligi posset de sulfure, aut videatur in aliud propositum dictum, tamen illi sufficit dixisse maximum secretum esse in Marte. & de hoc etiam allegauit aliquas rationes: quę quanuis ad aliud propositum videantur, tamen cõcludunt de Marte. DIS. Istud est quod summopere scire desidero: nam est conclusio eius omnis quod mihi dixisti. Incipias ergo authoritates narrare, & postea rationes adduces. Lib. 1. cap. 15. dixit, argentum viuum facile omnibus metallis adhærere, sed Marti nullo modo nisi per artificium: ab isto certè seligit & capit maximũ secretum: ab isto, id est à Marte. Lib 3. cap. 9. dicit, Iouem approximari perfecto: Saturnũ minus, & minus Venerem, ac multò minus Martem, à quo perfectio depẽdet à quo id est à Marte depẽdet huius medicinæ perfectio (Quãuis alicubi textus hic sit deprauatus) & in supradicto loco dicit, causã impedimẽti cuiusq; fusionis esse sulfur fixũ: ab hoc certè colligere potes maximum secretũ: ab isto, id est à sulfure fixo, per quod intelligit ferrum cõmune: nam maior illius pars est sulfur fixum & terreum, ideo non funditur. Et denominatio fit à prædominante: & hoc modo illud intelligitur quod dixit libro 3. cap. 7. loquens de sulfure fixo: nam vt dixit lib. 2. cap. 18. octauo, Corpora imperfecta fixantur per suam calcinationem, & partes subtiliantur per ignem: sed partes salis quæ à corpore fixo & calcinato resoluuntur soluuntur vt ait libro 3. cap. 7. Dicit etiam Geber in Testamento, Martem qui substantię sit fixæ, ideo meliorem esse inter cętera corpora: & hoc intelligi potest de ferro communi, & de sulfure suo. In primo etiam libro capite decimo septimo dicit omnia metalla conuenire auro, & vltimum esse Martem: & hoc esse vnum ex naturæ secretis. Et lib. 3. cap. 6. loquens de Martis essentia, in fine concludens dicit: Laudetur ergo benedictus & glorioſus Deus altissimus qui illum creauit, & illi dedit substantiam & proprietatem substantiæ, quæ nulli rei in natura conuenit, vt in illa vllo artificio perfectio hæc inueniri possit, quia in illo potentiam propinquam inuenimus: Nam ipse (sua in calce) ignem superat, & ab eo non superatur: sed admirabiliter in eo requiescit, illo gaudens (quia semper fit perfectior.) Hoc idem Arnaldus in Rosario scripsit dicens, Manifestum est corpora esse maioris perfectionis, quæ plus habent Mercurij: & quæ minus de illo continent, sunt minoris perfectionis. Laudetur ergo rerum omnium opifex Deus glorioſus & benedictus causator optimus & altissimus, qui ex vili precioſum creauit. DIS. Quid volebat significare magister Arnaldus? RAI. Volebat dicere quòd à viliori corpore metallico, id est à ferro communi, quod in natura sua & penes vulgum vilius est, Deus creauit hanc precioſam medicinam: & quanuis in aliud propositum exire velle videatur, nihilominus illi & Gebero satis est secretum manifestasse illorum loquendi modum intelligentibus. Rudienus Philoſophus aperte manifestat secretum in Marte, dicens, Scimus omne metallum in suo occulto continere Solem & Mercurium: & nos iam extraximus à ferro argentum viuum, & ex illo postea facta est medicina, & ex illius colore bonum opus fecimus in ignium termino. dicit etiam supradictus: Dico maiorem petram esse Mercurium: & iste est qui extrahitur à lapide quem dicemus: exponemus ergo quid sit ille lapis, & modum extrahendi argentum viuum ab eo. Lapis ergo ex quo elicitur argentum viuum, vbiq; inuenitur, omnes habent, & homines eo indigent, nomen eius est Mars: illum ergo cape & bene contere subtiliter & laua. Senior Philoſophus dicit: Loquitur ferrum & dicit, Ego durum ferrum, ego forte, conterens, contrito ex me bonum omne hac in arte est, & lux, & secretum secretorum per me generatur. Dicunt etiam Auicebron & Razes, Corpus ferri est corporibus fortius

tius,& est Indorum lapis, &eorũ voluntas magis in illo est quàm in alio corpore:illud elegerunt sapientes. DIS. Sinas pro nunc has sententias: si aliquam rationem habes, prome:nam ratio me magis in veritate confirmat. RAI. Superius dixi,quòd iuxta Geberi sententiam in Testamento,Mars quia substantiam habet fixam,est inter alia corpora melius:Et quanuis per Martem intelligi possit de sulfure arsenici respectu, quod est minus fixum, tamen etiam de ferro intelligi potest communi,quoniam nullum metallum habet tantum sulfuris fixi quantum ferrũ commune:in præsentiarum verò per substantiam fixã intelligo substantiam terream: nanq; vt dicit Geber lib. 3. cap. 6, Si sulfur fixum terreum mistum fuerit cum argento viuo terreo, ex his fiet ferrum commune. DIS. Hæc non videtur mihi ratio,sed irrationalitas, credere vt ex maiori terrestreitate sit cæteris melius in opere nostro: nam medicina nostra fit ex materia purissima & separata ab omni terreitate superflua. RAIM. Non dico ferri terreitates esse hoc in opere bonas, sed aio spiritus natos & nutritos in ferri terreitate meliores esse & efficaciores spiritibus alitis in pauca aliorum metallorum terreitate: & hanc ego rationem scripsi in libro Secretorum naturæ dicens, Terra ob virtutem radiorum corporum cælestium qui continuè in illam influunt, continet tres principales partes,nempe animalem, vegetabilem,& mineralem:& est productiua rerum adeò terribilium vt narrari nõ possint:id quod alijs elementis non euenit:Et quanto res aliqua magis in terrestre elementum descendit,eo magis in cælesti virtute crescit: Ergo aquæ & spiritus qui sunt terrestri elemento immersi,ob similitudinẽ in materia naturali,imitantur & trahunt proprietates ac virtutes materiæ ac loci. DIS. Mihi videtur te eo in loco loquutum esse de elementis mundi maioris. RAI. Volentes Philosophi occultare hanc scientiam, scripserunt eam sub elementorum nomine,& nominarunt ferrum,minorem mundum:& quia plus terram participat quàm alia elementa,ideò spiritus & aquæ illius sunt alijs virtuosiores, & illi sunt nominati vegetabiles,animales & minerales: & hac de causa Philosophi nostri allegant diuinam illam sententiam:Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, solum ipsum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Alia ratio allegari potest ad probandum ferrum quãtumcunq; alijs metallis terrestrius sit, tamen esse perfectius post præparationem: Nam in se habet omnes causas corruptionis,quas Geber scripsit lib. 3. cap. 6. Et facilè corrumpitur:Et quia suæ terrestreitates non sunt bene commistæ, & non habent affinitatem vel conuenientiam cum parte radicali, ideo melius & facilius in ferro separãtur quàm in alijs metallis, Ideo Albertus lib. 4. Meteor. tractatu 4. cap. 5. dicit,Ferrum est malleabile & etiam liquefactibile cum forti igne,tamen multum habet terræ,& est mirabile in sua terrestreitate:Quoniã quando aqua facilius patiatur ab igne quàm terra,tamen in ferro citius à commisto soluitur terra & comburitur quàm substantia magis aquea.Et huius causa est, quia terreum quod est in ferri compositione est lutulentum, non bene depuratum, nec bene commistum.Huius signum est quia facilè rubiginem cõtrahit, & quando in igne comburitur, multæ adustæ terrestreitates ab eo cadunt,quoniam terrestre illius porosum est,& ignis ab omni parte potest illud comburere.Idem confirmat Geber lib. 4. cap. 14. loquens de hac calcinatione ac separatione sub nomine cineritij dicens, Corpora illa imperfecta quæ plus habent terreitatis,minus in hoc examine perdurant calcinationis & separationis, quia citius calcinantur, & eorum terrestreitates facilius separantur: Sed quæ metalla minus habent terrestreitatis, plus durant in eorum præparationis examine,quia difficilius corrumpuntur:& eorum partes terreæ diffi-

culter ſeparantur:Et manifeſtè vbi ſupra dicit, Martem & Venerem neceſſariò ſeparari à commiſto plus quàm omnia alia metalla: Et rationem adducit eo in loco & in ſequenti capite. Quoniam eorum terræ diuerſæ ſunt in ſubſtantia à parte radicali:Et ob hoc reſultat fuſio diuerſa, & ſpiſſitudo & raritas quæ ſunt eorum ſeparationis cauſa: Hæc ratio confirmatur ex eo quod dicit Geber libro ſecundo capite ſeptimo loquens de Mercurij ſublimatione. Dicimus ergo ingenium ſeparandi terram ſuperfluam à Mercurio id eſt ſale,eſſe commiſtionem cum rebus, cum quibus affinitatem non habet, & multoties ſublimationem ſeu diſtillationem eius à fæcibus reiterare:Et hæ res ſunt veluti talcum,& calx corticum ouorum,&marmoris albi ſimiliter,& vitri minutiſſimè triti, & omni genere ſalis præparati & ſimilium: ab his enim mundatur, ſed ab alijs cum quibus conuenit, non mundatur, præterquàm à corporibus perfectis, à qulbus ſi poſſes eximere, mundum eſſet:quia munda ſunt in radice. DIS. Mihi videtur in eodem capite contradictionem haberi:nam loquens de hac ſublimatione Geber dicit,Quando videbis argentum viuum vt nix albiſsimum,& veluti mortuum adhærere lateribus alembici, tunc reitera ſuper eum ſuam ſublimationem ſine fæcibus. Primò dicit eius ſublimationem reiterari debere cum fæcibus,poſtea dicit ſine fęcibus. RAI. Dicerent aliqui primã & ſecundam ſublimationẽ non eſſe eandem,& primò deberi cum fęcibus ſublimari,& poſt ſine fæcibus:Sed illa eſt vnica ſublimatio id eſt ſolutio: Ideo ſcire debes quòd quando volumus noſtrum ſal diſtillare,quod eſt arg. viuũ mortificatum,album eſt,& pariter ſuæ terræ ſunt albæ, & habent cum talco ſimilitudinem & marmore albo, & alijs fæcibus ſupradictis cum quibus affinitatẽ non habet,& ideo facilè ſeparari poſſunt à ſale ferri. Ideo Geber non intelligit vt artificialiter imponantur fæces illæ extraneæ: Sed vult dicere naturaliter eſſe coniunctas aliquas terreitates, cum quibus non habet in natura affinitatem:& ideo non impones fæces extraneas, quia vt dicit Geber lib. ſecundo cap. 9. Quicquid ignitione ſublimari debet, debet ſine fæcibus ſublimari quia in ſeipſo habet fæces ſufficientes,imò ſuperfluas:& huius ſignum eſt ſuæ ſublimationis difficultas: Certum autem eſt in arſenici ſublimatione qua terreitates à dicto ſale ſeparantur,ſublimatur cum ignitione vt dicit Geb. libro ſecundo cap.2. ergo non requiruntur fæces extraneæ:Et quicquid ſupradixi declarat Geber in loco vt ſupra, dicẽs, Separatio fæcum ab ipſis ſalibus ſublimandis eſt poſſibilis ob ſolutionem ſalium,quæ res alijs non conuenit:vt dicit Geber libro ſecundo capite decimoquinto & cap. 11. in tertio Deſcenſionis cauſa, id eſt diſtillatione & ſolutione ſupradicti ſalis: & in libro Inueſt. capite de præparatione aceti acerrimi,& ſequenti. DIS. Vellem vt declarares aliud dubium:Geber dicit in 2. lib.cap. 2.loquens de fæcibus à quibus debemus ſpiritus ſublimari, quòd debeat materia eligi cum qua magis conueniant ſpiritus ſublimandi,& cum qua vniantur profundius & per minima: Et eo in loco rationem adducit huius:ergo iſtud contrarium eſt illi quod ſuperius dixit, nempe quòd volentes nos ſublimare argentum viuum debemus illud cum fæcibus vnire,cum quibus neque affinitatem habet neque conuenientiam. RAI. Superius ſatis huic dubio reſpondi:Cum enim Geber dixit, debere nos fæces eligere cum quibus conueniunt,voluit ſignificare ne extraneas fæces acciperemus,ſed vt ſublimaremus cum fæcibus naturaliter per minima vnitis & fixis id eſt terreis: Et hoc loquendi modo multi Philoſophi vtuntur: nam dicunt,Cape talem vel talem rem & miſce ſimul: & nihilominus nihil earum rerum apponitur: ſed hoc faciunt vt indignos decipiant: & per illa verba ſignificare volunt, in ſua materia naturaliter vnitam eſſe vnam vel alteram rem

quæ

quæ cùm illis similitudinem habent: Sed quando Geber dixit vt fæces caperemus cum quibus ipsum argentum viuum non habet affinitatem vel conuenientiam, voluit significare, illas terreitates argenti viui Martis non habere affinitatem vel conuenientiam cum illo (vt habent aliorum metallorum terreitates) quanuis naturaliter & per minima sint vnitæ: ex superiori ratione sequitur, spiritus à ferro sublimatos puriores esse quàm si à quocũq; alio metallo sublimarentur. Nam terreitates & alia accidentia superinducta primæ materiæ radicali, melius possunt à ferro separari cum quo affinitatem non habent neque sunt bene commista, quàm in quocunque alio metallo, cum quo maiorem symboleitatem & conuenientiam habent, atque arctè commista sunt. Aliam huius rationem adducit Geber lib. secundo capite secundo, nempe quia ferri fæces fixæ sunt id est terreæ, quæ in sublimatione aut solutione ascendere non possunt, & spirituum immunditiem secum in fundo bociæ retinent, ita vt spiritus possint puri & mundi ascendere. Ferrum quia terrestrius est & crassius in natura cæteris metallis, quæ sunt magis aquea magisq; subtilia in substantia, ideo melius est alijs: Nam eius Mercurius id est sal præparatus vnitur cum suo sulfure non solùm vt cerationem præbeat & facilem fusionem illi, sed etiam vt seruet illud à combustione: nam est proprietas salium præparatorum vt ante fusionem haud vrantur, & vt spiritum sulfureum commistum saluent à combustione, vt dicit Geber lib. 2. cap. 15. Spiritus ergo Mercurialis qui post æquales præparationes seruabit magis naturam corpoream sui salis, tuebitur magis spiritus sulfureos à combustione: Nam quo is subtilior est & solutior eo magis ad ignis naturam accedit, & tanto citius comburitur, vt dicit Geber libro 2. cap. 2. Sed certum est quòd si omnes metallorum spiritus Mercuriales æqualiter præparari possent, Martis spiritus seruaret magis crassam & corpoream naturam, idcirco minus combureretur, & melius seruaretur sulfur à combustione: & hoc probat Geber libro 3. cap. 7. dicens, Subtilior res in sui natura, si ad naturam terream reducatur, id est si calcinetur, & in salis naturam reducatur, magis subtiliatur, ergo magis soluitur. Quoniam verò metalla omnia sunt in ipsorum natura subtiliora ipso ferro, ideo æqualiter præparata magis subtiliantur & soluuntur, & facilius comburuntur: hoc totum fatetur Geber libro quarto, capite decimo quinto loquens de sulfure sub Martis nomine, dicens, Quando Mars vnitur corporibus multæ humiditatis, illa combibit ob priuationem multæ humiditatis, & ideo illis coniunctus non inflammatur neque comburitur, nisi sint inflammabilia vel combustibilia corpora cum eo commista: idem confirmat Isidorus dicens, Stannum tuetur alia metalla ab igne: & quanuis æris natura & ferri durissima sit, si fuerint sine stanno, comburentur. Per stannum, æs, & ferrum, intelligit de supradictis intrinsecis. Vincentius quoque in suo Naturali libro septimo, capite nonagesimo dicit, Sal qui cum limatura corporis in igne miscetur, in igne tuetur illam ne comburatur: per limaturam corporis, intelligit sulfur præparatum vt argenti limatura. Albertus etiam libro quinto Mineralium capite primo dicit, proprium esse omnium metallorum, id est imperfectorum, vt videantur incompleta esse in specie, & ideo sunt in omnia conuertibilia: Et restringens hanc possibilitatem solummodò ad Martem sub nomine sulfuris libro quarto, capite primo, probat illum esse inconcoctum & non terminatum: Et dicit hanc eius intemperiem facere, vt is omnium elementorum materia vniuersalis esse queat, & in omnia metalla conuertibilis: nam ipse abundat magis sulfure alijs metallis. Alibi Alber. probat à ferro debere nostram medicinam extrahi: nam illud est proprium minerale medium à natura incoctum: non tamen vt ex eo

per naturam aliud generari possit, sed quia ab eo per artificium hæc nostra medicina generari potest: Ideo libro quinto, capite primo ita dicit: Quicquid aliqua ex parte lapidum passionem participat, & ex parte metallorum proprietatem, dicimus illud esse medium minerale: nam lapidum proprium est nõ liquefieri, metallorum autẽ liquefieri in calido sicco: Et ideo lapides sunt in genere siccorum & terræ: metalla verò in genere humidorum: Quoniam autem hæ proprietates ferro conueniunt, ideo illud est verum minerale mediũ: Et quia multam terreitatem participat & substantiam saxeam qua non funditur, ideo à Philosophis nominatur lapis. DIS. Albertus lib. 5. cap. 6. probat marchasitam esse hoc minerale medium, neq; de ferro loquitur. RAI. Ob substantiæ conuenientiam & nominis, Philosophi sub marchasitæ nomine locuti sunt de ferro communi: Et quia, vt dicit Albertus vbi supra, Medium habet naturam informem, & formatam & distinctam, extrema possident: Ideo extrema formata & distincta per artem & naturam reducuntur à medijs. Et valde considerare debemus mediorum naturam ad metallorum transmutationẽ quia in illis est multa scientia eorum quæ quærimus & conamur inuicem conuertere. Omne id breuibus verbis ipse Alb. lib. 3. Miner. cap. 8. concludit, dicens, Ars hoc modo procedit, nempe vnum metallum corrumpens illudq; à specie sua remouens, & cum auxilio rerum quæ sunt in ipsa specie metallica, inducẽs speciem alterius metalli. Multas laudes Antiqui ferro attribuêre: inter quas hæc vna est, Quòd dicant ferrum esse propriam mineram argẽti viui Philosophorum. Razes in lib. Diuinitatis dicit, Occultum ferri est arg. viuum. Isidorus lib. 16. inquit, Argentum viuum præcipuè in metallis reperitur, & tantæ est virtutis, quòd si ponas centenarium saxorum super sextarium (vel modiũ) arg. viui, statim resistit grauitati: quòd si superponas auri scrupulum, statim eius leuitatem in sinum suum recipit. DIS. Haud assequor quî possibile sit, vt argentum viuum possit tantum lapidum pondus sustinere. RAI. An non cernis Isidorum loqui de arg. viuo quod in metallis est, & maximè in ferro: nam illud sustinet multam lapidũ substantiam: sed si eius Mercurium distilles, in eo distillato submergitur eius sulfur dictum aurum, vt inquit Geber lib. 1. cap. 15. Dicit Aros Philosophus: Cape sal cõmune, sed dico omnibus metallis cõmune: neq; intelligas sal marinum: Et scias quia non agnosco aliud sal, neq; aliud atramentũ, eo excepto quod in capillis Virginis Paschalis stat. DIS. Nescio quę sit Virgo Paschalis. RAI. Antiqui hanc scientiam occultarunt non solùm scripturis, sed etiam varijs picturis, characteribus, cifferis, monstris, & animalibus: Ideo in ipsorum templis pingebant illas poeticas fabulas, in planetis, signis cælestibus, monstris, animalibus, & alijs signis: neq; intelligebantur præterquàm ab his qui huius scientiæ notitiam habebant. Virginem Paschalem pingebant in forma mulieris, capillis post humeros sparsis, in quorũ summitate erat Mercurij character, in medio erat dimidia Luna, in extrema autem parte Solis character. DIS. Quid hæ res significabant? RAI. Virgo Paschalis, herba est naturalis, quæ cum Marte similitudinem habet: Ideo Philosophus loquens per similitudinem, dicit se aliud sal aut sulfur non agnoscere, illo excepto quod in partibus subtilibus & radicalibus ferri situm est: sed Mercurius præparatus aut aqua Mercurialis, subtilior est altiusq; volat sale non præparato dicto Luna: & sulfur dictum aurum ob suum colorem rubeum aut citrinum, est istis grauius. Dicit etiam Rudienus Philosophus, Huius operis initium est quando Sol erit in ariete Et Arist. in lib. Secretum secretorum ad Alex. dicit, Ver tunc incipit quando Sol arietis signum intrat. DIS. Credo eos loqui de primo ignis gradu id est de putrefactione, qui esse debet leuis, id est calidus & humidus, vt est aer tempore veris. RAI. Satis bene intelligis: sed quia aries est domus Martis,

ideo

ideo dicere volunt principium materiale huius medicinę esse Martem. Razes in lib. Diuinitatis dicit, Accipe petram post ingressum Solis in arietem: & ibi dem ait, Dico hanc rem esse animalium calidiorum & cæteris meliorum, id est hominis, cuius complexio sit cholerica. DIS. Superius dixisti, hāc medicinam haud fieri ex animalibus, nunc verò dicis ex homine fieri. RAI. Hic homo calidus & bilioſus est ferrum: Razes dicit, Mars in profundo est calidus & siccus, igneus & cholericus, ideo homines qui sub Marte planeta nascūtur sunt bellicosi & cholerici. Ferrum vocatur homo sanus & iuuenis, quia purum est in radice, & quia durum est & forte. Vocatur homo quia habet animam, corpus, & spiritum (vt superius dixi) bonum istud metallum, quanuis genitum sit virtute omnium stellarum & planetarum, est tamen specialiter in terra genitum virtute potentissimæ & virtuosissimę polaris stellę dictæ Septentriones: ideo acus posita super magnetem nauigantium, semper ad Septentrionem vertitur tanquam ad suum simile: ideo ferrum vires habet & proprietates illius stellæ. Superiora occultarunt Antiqui dicentes, Dęmogorgonem fuisse omnium gentilium Deorum proauum, & ab omni parte circundatum tenebris, nebulis, & caliginibus, deambulare in medijs terræ visceribus, inibiq; absconditum manere, indutum quodam pallente viridi, & neglecta humiditate, euaporare terrestrem odorem horribilem ac fœtidū, non genitum ab aliquo, sed æternū, & omnium rerum patrem. DIS. Quanuis hæc mihi videatur deformis chimęra, tamen etiam tua mihi placebit interpretatio. RAI. Dęmogorgon Græcè, Latinè Deum terræ significat, vel Deum terribilem, & ferrum significat: proauus est omnium gentilium Deorum, quoniam ab eo cuncti deriuarunt, vt superius dixi in illarū fabularum expositione: ab omni latere circundatus est nebulis & caligine, id est terrestri substantia: deambulat in medio viscerum terræ quia sub terra generatur ibiq; nutritur: dicunt illum æternum esse, neq; ab aliquo genitū, quoniam ante terram aliaq; elementa, nulla est res elementata: Indutus est quandā humiditatem neglectā, nempe æruginē, & quandam pallidā viriditatem, id est vitrioli terrestris & sulfurei: proijcit odorem terrestrē horribilem ac fœtidum id est sulfureum ad ignē positū: est rerū omnium pater, quia omnia sunt in eo secundū aliquā similitudinē: Huic (vt inquit Boccacius lib. de Genealogia Deorū gētilium) Antiqui attribuerunt ęternitatē & chaos prosocijs: æternitas est arg. viuum præparatum, quod vt dicit Plinius lib. 33. est liquor æternus. Et istud arg. viuum Claudianus nominat serpentem, qui in coagulatione comedit & deuorat caudam suam, id est, aquam Mercurialem ab ipso arg. viuo distillatam in forma caudæ serpentis & draconis: Chaos est illud sal terreum dictum Saturnus: est enim materia, in eoq; res omnis est informis, nempe Sol, Luna, stellæ supradictæ, quæ suum lumen non dant, quatuor elementa, res vegetabiles, animales, & minerales, atq;, vt ait Claudianus, cum Dæmogorgone habitant diuersi metalli figuræ. Et ego dixi omnia Philosophorū metalla in ferro esse. Primus Dęmogorgonis filius fuit Litigius, id est, sulfur illud dictum Mars, quod in putrefactione tumultuatur in ventre chaos, id est illius salis, quia separari vellet, cum sit diuersæ naturæ ab illo: ideo aperto istius chaos ventre, id est soluto in aceto, Dæmogorgon extensa manu sua Litigium exemit, id est sulfur illud dictum ferrū: per Dæmogorgonis manum, significatur illud aliud sulfur dictum arsenicum: quia vt supra dixi, Mars eleuatur cum arsenico, & quia superius dixi per Vulcanum & Martem idem significari, & Vulcanum subitò natum, quia deformis esset, fuisse in Lemnum insulam proiectū: ita dicunt hunc Litigium illico natum, quia turpis erat ob aduſtiuam vnctuositatem, proiectum fuisse in auras id est in aquas distilla-

tas, vbi lauatur, subtiliatur, & in altum volat, nempe in illas aquas, nam̃ non poterat inferius descendere, quia arsenicũ illud quod exemerat illũ, seu separauerat ab eius salis ventre, est omnibus rebus inferius: nã ipsum in terræ centro ipsius salis habitat. DIS. Longa fuit hæc expositio, de qua quia iudicare non possum, ideo hac declaratione cõtentus ero quia tuis verbis credo. RAI. Nónne dicunt Poetæ Vulcani rete chalybeum fuisse? Et vellus aureum, tauros & dracones fuisse Marti dedicatos? DIS. Dicunt. RAI. Volunt significare, aquam Mercurialem, aurum Philosophorum, & Mercurium, omnia ex ferro constare: ferrum est lapis ille qui vili venditur precio respectu aliorum metallorum. In Lilio scriptum est, Philosophi tam diuersimodè hunc lapidem nominarunt, ne insipientes agnoscerent: nam si cognoscerent, non venderent vili precio vt faciunt: In Philosophorum Turba, Lapis quem quæritis, publicè ac vili precio venditur. DIS. Iandudum volui tibi dicere, quòd cum Philosophi de lapide loquuntur, aliam habent intentionem quàm vt medicinam parent pro humanis corporibus. RAI. Scripsi in libro Secretorum naturæ, omne fieri ex vna sola materia. DISC. Superius allegasti Morienum, ac dixisti, in materialium pondere pro hoc opere nihil expendendum esse, quia fit re vilissima: non est tamen admodum vile ferrum: Nam in Lilio scriptum est, Scitote huius artis fundamentum, pro quo multi periêre, est res magis tincta, fortior, & sublimior omnibus rebus apud Philosophos: apud verò insipientes vilior est omnibus rebus. In Turba Philosophorum, Non est istud nisi vt sapientes dixerunt, id est, diuiti ac pauperi, liberali & auaro, ambulanti & sedenti, communis: nam in vias proijcitur, & in sterquilinijs teritur. Alphidius dicit, Secretum hoc nõ emitur precio, & in vijs proiectum inuenitur, vt quiuis pauper habere possit. RAI. Concedo Martem reduci veluti in lapidem vilissimũ, ex quo fiat hæc medicina. De hoc lapide Arist. ad Alexandrum dicit, Accipe lapidẽ vegetabilem, animalem, & mineralem: qui non est lapis, neq; lapidis naturã habet. Arnaldus dicit, Lapis est in similitudine ac tactu, nõ in natura. Hali Philosophus ait, Sunt & nõ sunt lapides: sed nominamus lapides ob similitudinem quam cum eis habent. DIS. Concedo medicinã, cum finita est, habere lapidis formã vilis apud ignaros, & nõ esse lapidem: Et idcirco haud dicere debemus materiam, ex qua fit hęc medicina, vllo modo lapidẽ esse, nisi dicere vellemus, omnẽ rem in quatuor elementa diuisibilẽ, aut in igne non combustibilem, nominari lapidẽ. RAI. Dico materiã, ex qua fit hęc medicina, similitudinẽ vilissimi lapidis in operis initio habere, non autẽ in fine: Et hoc omnes Philosophi affirmant, & dicũt nos debere accipere lapidẽ illum vilem, & illum præparare, & proijcere superfluitates & immmunditias: hoc autẽ intelligi non potest in operis fine: nam medicina facta, si lapidis habet similitudinem vel oui, non existimatur vilis aut precioſa penes insipientes, quia illius nullam habent cognitionem, qui verò eam cognoscunt, eam super omnem rem appreciant: neque verum est, Omnem rem quę diuidi possit in quatuor elemẽta, aut in igne non comburitur, nominari lapidem aut lapidis similitudinem habere: sed Philosophi significare volunt, eorũ materiam esse vilem lapidẽ, quæ in igne non consumetur, & potest in quatuor elementa diuidi: illamq; fundamentum esse huius artis. Hali Philosophus inquit, Lapis iste omni tẽpore inuenitur, & vbiq; et apud quemcunq; hominem: cuius intentio nõ aggrauat quærentẽ vbicũq; sit: & est lapis vilis, niger, fœtens, neq; precio emitur. In Philosophorũ Turba, Res ista lapis est, et nõ est lapis, vbiq; reperitur, res est vilis et precioſa, obscura & occulta, et omnibus cognita. Senior Philoso phus inquit, Interrogatus Rex Marhos de lapidis cognitione, dixit, omnis homo illum cognoscit:

& qui

& qui illum lapidem non agnoscit, nihil cognoscit. DIS. Dic tandem clarè qui nam sit hic lapis tam vilis, qui in igne non comburitur, & in vias proijcitur. RAI. Quia (vt tibi dixi) in me non regnat inuidia, & cupio multis fidelibus Christianis prodesse, ac maximè tibi, quem tuas ob virtutes amo: ideo tibi dico, ferri excrementum seu scoriam vel calcem, Italicè loppam, quæ in igne generatur, & à fabris ferrarijs, seu ferri fusoribus in vijs proijcitur. Illa, inquam, est Philosophorum vilissimus lapis, habetq; lapis similitudinem & non est lapis, solaq; omnes habet proprietates, quas Philosophi dicunt de ipsorum lapide. DIS. Quomodo hæc est vegetabilis, animalis, & mineralis? RAI. Superius dixi, nostrum metallum habere in se has res omnes: de hoc lapide loquebatur Albertus lib. 1. Min. capite 4, dicens, Empedocles satis Hermete posterior, confirmauit lapides ab ardenti calore genitos esse. DIS. Quomodo hæc esse potest virtuosissimus Philosophorum lapis, cum sit exusta terra, in qua aliquid efficax esse vix potest: nam quum tam longo tempore fuerit in magno igne, credibile haud est in ea relictam esse sulfuris substantiam & argẽti viui, vel aliorũ spirituum. RAI. An nõ dixi tibi rem omnem in igne comburi, excepto calido & humido, radicalibus metallorum, atq; ex his medicinam parari nostram? Et quamuis arida videatur & sicca dicta calx atque humiditatis expers, tamen si experieris, inuenies omnia superius dicta. De hac calce loquebatur Geber lib. 2. cap. 7. dicens, Argenti viui sublimatio melior est à calce, quàm ab omnibus alijs mundi rebus, quia parum cum illo conuenit, neq; sulfureitatẽ habet. (vbi textus dicit talcum, error est.) DIS. Non nominat ferri calcem Geber. RAI. Vt tibi superius dixi, Geber concludit arg. viuum debere sublimari seu eximi ab illis metallis, cum quibus neque conuenit, neque affinitatẽ habet: Quoniam verò ferrum non conuenit, neq; affine est arg. viuo, ideo ab eo extrahi debet. Sed quia, vt dicit Geber in Testamento in capite de Ioue, corporum calcinatio est breuior ad perfectionem via, idcirco Geber ipse dixit, fore melius extrahere argentum viuũ Philosophorum à calce ferri, quàm à quacunque alia re: quia illius terreitates parum conueniunt illi, neque habet adustibilem sulfureitatem, aut immundam in radice. Quòd si leges cap. 2. lib. 2. Geberi vbi de fęcibus ac calcibus metallorum loquitur, ex his quæ tibi superius narraui sine alia declaratione ex te intelliges: nam sulfur & arsenicum coniungi debent cũ alicuius rei fixæ fæcibus, vt sunt calces Martis, in quibus naturaliter coniunguntur supradicti spiritus, ac profundè & per minima: atq; cum illis conuenire dicuntur, quia ex natura vniuntur: ideo ipse dixit. Experientia illum scire hoc esse necessarium qui hoc vidit & cognouit: nam quando sublimauit à re extranea ab illorum natura, frustra sublimauit: quia nullo modo illos depuratos inuenit post ipsorum ascensionem. Si verò sublimauit cum calce alicuius corporis, tunc bene sublimauit, & perfectè ac cum facilitate mundare potuit. Est ergo fæcum intentio vt administrentur metallorum calces, nam in illis facilis est sublimationis labor, cum alijs autem rebus est difficillimus. Nihil est igitur quod earum loco stare possit. Non dicimus tñ sublimationem esse impossibilem sine corporum calcibus, sed difficillimam longissimiq; laboris & prolongationis vsque ad desperationem: Hæc sunt magistrorum magistri verba. Quid ergo dicent hoc in loco infiniti ferè homines in varijs ipsorum fantasticis opinionibus & chimæris errantes? DIS. Quantum ad me iam credere incipio. RAI. Idem confirmat libro 1. cap. 14, dicens, Fixatur arsenicum vt sulfur & vtriusque sublimatio melior est à calcibus metallorum. De hac calce intelligebat Ioannes de Rupescissa, quando dixit, velle docere excantare aurum & argentum, eáque in terram & calcem reducere, vt possent publicè in manu

ferri bellorum tempore sine latronum metu. DIS. Quando mihi concedetur commoditas, experiar hoc opus, posteaquàm pauci est sumptus. RAI. Vide ne erres. DIS. Si errauero, rursus incipiam. RAI. Non dico de praxi, sed circa materiam. DIS. Capiam eam ferri calcem quam dixisti. RAI. In ea dico te errare posse. DIS. Mihi videtur omnis eadem. RAI. Non omnis est vnius modi & posses minus bonam capere. DIS. Doceas ergo me quæ melior sit. RAI. Inuenies calcis speciem quæ grauis est & non frangibilis, & ista est ferrum, nec bona est. Inuenies aliam quæ frangibilis est & alba in fractura, atq; illa non admodum bona est, quia tenet adhuc ferri naturã, & posset reduci in corpus ferreum. Sed ea quam videbis ex maxima ignis vehementia conuersam esse in vitri naturã, & coloris quasi viridis vel cærulei obscuri, illa vera est efficax sapientum petra, quæ in igne generatur, & non potest amplius in corpus ferreum reduci, quia terreitates & sulfureitas ex parte sunt combustæ. DIS. Tibi gratias ago tantam ob liberalitatem qua vsus es erga me: tamen (bona venia) dicam quod sẽtio de hac materia vitrificata. RA. Ne te vllus respectus teneat in dicẽda opinione tua (vt semper fecisti) nam hoc modo veritas lucidior & manifestior fit, DIS. Geb. lib. 2. cap. 13. in fine, dicit, Rem omnem sua humiditate priuatam, nullam dare fusionem, excepta vitrificatoria. Ferrum ergo ex maximo ignis calore conuersum est in naturam vitri, & humiditate priuatum, & ex cõsequenti caret argento viuo alijsq; spiritibus. RAI. Iuxta Alb. sentẽtiam libro tertio Mineral. cap. 2. & cap. 5. tract. 2. In metallis duæ sunt vnctuositates, seu humiditates vnctuosæ: quarum vna est veluti extrinseca, subtilis & inflammabilis: alia intrinseca, in radicibus metalli retenta, ne euellatur vel absorbeatur ab igne: hæcq; cremabilis non est aut combustibilis: sed certum est illud vitrũ esse humidum radicale ferri, ergo erit incombustibile, neq; omnino ab humiditate priuatum, quanuis sit illius humiditatis quasi extrinsecę expers. Ideo Albert. lib. supradicto capite 4, loquens de hoc vitro dicit, Negamus materiam, quæ vitri substantiam intrat esse cinerem, sed potius illud humidum radicale purissimum quod erat intrinsecum illi incineratæ rei: quod humidum ex potentia vnius incinerantis ignis, extrahi non poterat: sed fluit ob fortissimum ignem: & hoc est humidũ quod maximè à sicco passum est. Hæc est ergo liquabilium materia, & materia prima & remota vna & cõmunis, id est huiusmodi humidũ. Superius etiã dixi secundũ Alb. sent. lib. 4. Meteor. tract. 2. cap. 9. Calor vehemens congregat partes homogeneas, & separat heterogeneas: nam illud soluit humidũ, separatq; illud à terreo. Cumq; humidũ prehensum fuerit à terreo subtili, non potest omnino separari, & ideo distillare incipit cum terreo subtili, & ab igne fortissimo funditur in vitrum: Et tunc terreum crassum quod fortiter eum tenebat, vritur in squamas. Manifestũ ergo est vitrũ illud esse partem radicalẽ ferri: Et quia terreitates quæ fusionẽ impediebant cõbustæ sunt in squamas, ideo illud humidum est fusibile, quia reuersum est ad suã liquabilẽ naturam: quia verò pori sunt clausi, ideo ignis illud penetrare nequit & exterminare. Alph. dicit, Ignis intrat omnia corpora, substantias, spiritus & lapides sed lapidem illum non intrat, neq; illi dominatur, nec sulfura illũ corrumpunt. DIS. Cùm Philosophi dicunt eorum lapidem ab igne non consumi, ipsi intelligunt de completa medicina. RAI. Mala est ea glossa quæ textum destruit: tibi dico eos intelligere de principio & fundamento materiali. Et hoc confirmat Roger. Baccon Anglus, dicẽs, De omniũ qualitate dico debere fixos esse super ignem, id est, ne ab igne fugiant neque consumentur, nec ab eo corrumpantur: & tandem ne colorem mutent in igne: talia sunt igitur quæ huic operi initium dant.

Vin-

Vincentius in suo Naturali 8. lib. de hoc lapide loquens, inquit, Dicitur lapis non lapis: lapis quia teritur, non lapis quia funditur & fluit in igne sine euapo ratione, vt aurum: nec aliud est cui ea proprietas conueniat. Arnaldus in Ep. ad Regem Neap. dicit, Quo plus ille lapis in igne iacet, eo magis in virtute & bonitate augetur: quod non euenit alijs rebus: quia res omnes aliæ in igne cõ buruntur, sed dictus lapis totus, solus, semper in igne fit melior, & bonitas eius crescit, atq; ignis est eius nutrimentũ. Et hoc est vnum ex euidentibus signis in ipso lapide cognoscendo: Geber etiã in fine proœmij libri Inuestig. & in pro-œmio lib. 2. Summæ, dicit, Vitrum esse vnam ex rebus quæ præparationi au-xiliantur: & vult innuere, Quòd si ferrum ad vitri naturam reducatur, præpara tur: quia multæ cadũt terreitates: ideo Geb. lib. 3. cap. 7 dicit, Si ergo dicemus corpora ob calcinationẽ esse mundata, intelligas certè à substantia terrea, quæ vnita non est in radice. Auic. in lib. Animæ dicit, Sunt nonnulli qui magiste-rium non concedunt, dicentes, A re cuius natura non est vt ignem sustineat, elici rem non posse quæ ignem sufferat: Quibus rationem nitri obijcimus: Nã terra quidem citò ab igne remouetur: sed dum ab igne tangitur, fortis euadit, quoniam ignis vim non habet supra nitrum. DIS. Sal nitrum mihi videtur ad modum cõbustibile. RAI. Antiqui carmen inuenerunt, ne hæc scientia pos-set alterari, vtq; illam occultarent, non modò fabulasp oeticas nacti sunt, sed e-tiam grãmaticales figuras: Ideo Auic. per nitrum intelligit vitrũ, per figurã an-thesin, mutando primam literam: vt si dicas olli pro illi: Dicit quoq; Auic. in Ep. ad Arsem Philosophum, Locus Orientis, vbi gemmæ inueniũtur, est Soli proximus. Ita etiam nitrũ, quo magis à calore Solis tangitur, eo magis valet. Ergo lapis mineralis qui plus ignes sustinet, & alios labores, is plus valet. Alb. in 4. Meteor. tract. 3. cap. 16. inquit, Quanuis aliqua sint corruptibilia ab igne, non sunt tamen cõbustibilia: quoniã ipsorum humor non est ignis alimentum vt sunt lapides & ferrum. Sed aliquæ res, quæ tales habent humores ob corpo rum angustiam non dant igni ingressum, & propterea rursus nõ ardent. Ferrũ igitur in vitrum conuersum non ardet, quia pori sunt clausi, & eosdem habet humores, id est sulfura & arg. viu. radicalia, quas ferrum habet & cætera metal-la. DIS. Fortasse Philosophi quando de vitro locuti sunt, intellexerunt de cõ-muni vitro. RAI. Vitrum cõmune non habet in se sulf. neq; arg. viu. metallis conuenientia: Ideo Razes dicit, Antiqui fecêre vitrum metallinum. Et Geber lib. 1. cap. 11. dicit, Philosophos facere vitrum ex corporibus metallicis. Razes etiam in libro Diuin. dicit, Alij dixerunt tincturam esse à vitro, & non ab alio & esse lapidem maiorẽ, vilem, inuentum, famosum. Idem quoq; in lib. de Alu-minibus dicit, Vitrum liquat ferrum & omnia corpora, & illa facit in fusione currere. DIS. Quando superius dixisti, vitrum citò facere carnem coctilẽ, dice bas per vitrũ Philosophos sulfur intellexisse: quomodo ergo de illa calce intel ligunt? RA. Verũ est (vt superius dixi) Philosophos multoties equiuocatione vti. DIS. Declara igitur quando de illa calce intelligant, & quando de sulfure loquantur. RAI. Cùm dicunt vitrum esse tincturam, ac omnes colores recipe-re ac tincturas, quòd q; citò ad lapideitatem reuertatur, & in illo ac sale inesse totum secretum, tunc de sulfure intelligunt ab ea calce extracto: sed cùm scri-bunt, vitrum esse lapidem maiorem, vilem & famosum, ac fæcem esse vel calcẽ mercurij, ferrum liquefacere & alia corpora, tunc de illa calce intelligunt. Al-phidius dicit, Frange vitrum, & lapidem extrahe, ac illam pone in bocia vitri, & oleum extrahe, & inuenies quod dicit Philosophus. Idẽ Philosophus quo-que ait, Frange vitrum, & cape medicinam coagulatam, illamq; pone in can-nam vitreatam. Per vitrum Philosophus intelligit calcem supradictam, & illa

frangitur, quia subtilissimè teri debet, & postea per putrefactionem educi debet lapis seu medicina coagulata, id est sulfur & sal. In hoc vitro est arg. viuum quod ignem superat, nec ab eo superatur, vt dicit Geber lib. 3. cap. 6. in fine. Isidorus in hunc propositum loquens, dicebat, Arg. viuũ melius seruatur in vasis vitreis, nam alias materias perforat. Geb. etiam lib. 2. cap. 6 dicit, Solummodo vitrum & vitro simile, quia poros non habet, potens est spiritus retinere ne fugiant, & ab igne exterminentur: Volunt dicere, spiritus ferri semper fugere ab igne vehementi, donec in vitri naturam conuertantur coloris sapphiri, aut cærulei obscuri. Ideo Geber lib. 4. cap. 18. dicit, In corporibus præparatis debemus cælestem colorem creare, qui fit perfectus ob arg. viui bonitatem. Albertus magnus etiam in fine suorũ Meteor. superiora occultè confirmat, dicẽs Non est facilè scire quãdo mineralia suam formam specificã habeant, & quãdo non: quia haud facilè est scire, quando sit verus lapis aut metallum, nisi per corruptionem veniat ad multum debile, ita vt sola figura superstit, & nihil ex virtute quæ essentiam sequitur. Et huius rei similitudo est in corporibus mortuorum: nam cum illa ex paruo tempore mortua sunt, videntur parum differre a viuis: sed cùm diutius in sepulchris iacuerint, tunc in illis est sola figura, & si tãgantur, statim soluuntur in cineres: ac tunc maxima est differentia inter viuentium & mortuorum corpora. Pariter videre est in vegetabilibus & mineralib. nam mineralia suo modo pereunt vt animalia, sed nescitur quando proprium esse ac naturam amiserint, nisi ex maxima mutatione. Nam cùm sapphirus adhuc colorem & transparentiam atq; figuram sapphiri habet, est veluti viuus, qui operationem sapphiri habet, & ideo nominatur sapphirus ac si viuus esset: sed post diuturnam eius mutationem obscuratur & discontinuatur, tuncq; agnoscitur non esse nisi tantùm similitudine sapphirus. Idem dicere debemus de auro viuo & mortuo, de argento cæterisq; mineralibus. DIS. Posteaquã tàm humaniter ac patienter mihi satisfeciſti quibuscunque in rebus quas ex te quæsiui: obsecro ne te pigeat quatuor etiam verba addere in huius longæ sententiæ declarationem, & tunc contentus abibo. RA I. Sentẽtia talis est, Quòd quum Mars tandiu in igne fuerit, quòd multum debilis ac frangibilis factus sit nec relíqua sit in eo pars aliqua naturæ vel substantiæ ferri, sed in vitri naturam sit conuersus coloris ferè sapphiri obscuri, tunc in lapidem mutatus erit. DIS. Dum viuam, tibi semper debebo. Vale.

Finis Dialogi de Ligno vitæ, & Geberi ac similium succinctæ declarationis Ioannis Braceschi Brixiani.

PRAE-

PRAESTANTISSIMO NATVRAE INTERPRETI DOMINO IO. MICHAELI STERPINO, ROBERTVS TAVLADANVS ex animo. S. D.

QVI Apollonij Tyanei gesta scripsere, eum aiunt scientiæ gratia, & ad Brachmanes, & ad Gymnosophistas Indos penetrasse, adeoq; in arcanis Naturę profecisse, vt is nunquam habuerit, vel habiturus parem sibi sit neminẽ. Platonẽ quoq; diuinum legi, ad Aegyptios sacerdotes accessisse, & ab ijs complura, quæ ipse penitus ignorabat, vel subdubitabat, edoctum in Græciam suam redijsse. Idẽ me sublimiora scrutantem ardor inuasit: non tamen vt in Indiam ijs calamitosissimis temporibus me transferrẽ, sed Parisiorum Lutetiam adij: Quem in locum profectò non fuit pœnitẽda profectio. Porrò cùm illic locorũ essem, & in dies magis ac magis tui nominis, & Gaudentij Merulæ rumor inualesceret, destituta Lutetia in Italiam euolaui: & cùm velut de via fessus in Augusta Taurinorum substitissem, intellexi Merulam in Forolebetiorum, quod est agri Nouariensis municipium, patria tua esse, sed breui tamen Taurinum ad lectiones publicas salario publico conductum esse venturũ. Hac re intellecta gauisus sum non mediocriter. Interea Cherium ad te contendi. Vbi, Dij boni, boni plus inueni, quàm cogitabam, quàm quod mihi fama retulerat. Apud te igitur cùm essem, Cherij Merulã audio in Augusta Taurinorum ad suum munus venisse: Te igitur, vt scis, destituto ad hominem, quem videre & salutare exoptabam, maximè transcurro. Qua fronte me adolescentẽ licet, & Aquitanum, & planè incognitum Merula susceperit, profectò verbis explicare non possem. Cæterũ eiusdem religionis vinculũ, quo nihil est in rebus humanis tenacius, cũ illi me, & mihi illũ magis conciliaret in dies, inter ambulandũ, vt fit, ipsum interrogo quid de libello Ioannis Bracesschi, quem de Chemica facultate velut Gebri interpres edidit, sentiat, respondit, bene. Tunc ego, qui iam sciebam Merulam tã Christiani esse animi, vt etiã hostibus suis bene esse cupiat, subiunxi. An ò Merula istuc dicis ex animo? an cõmuni magis subscribis opinioni? Cùm hìc paululum substitisset, respondit, Quid egò falcem in alienam messem ponam? Est hęc metallorũ scientia, extremis (quod aiunt) labris à me degustata. His ego subridens dixi. Qua ratione id fieri potest, quando libro tuorũ memorabilium (ni fallor) quanto bellissimæ huius materiæ fonteis potaturis aperueris? De eo libro rursus respondit se bene sentire. Tunc ego non sic, dixi, Senties ò Merula, vbi errores illius qui artem ipsam in contemptum, & studiosos in pauperiem trahere possunt, cõplures exposuero. Adhæc ille vultu ad risum ferè composito, O Tauladane, inquit, Amicus Plato, amicus Socrates, magis tamẽ amica veritas. Iccirco, tametsi Bracesschus ob singularem eius virtutem, & ingenium, quibus pollet, sit mihi carissimus, lõgo tamen interuallo est mihi magis cara veritas. Pergratum igitur mihi Tauladane feceris, si ex ordine illius digestis erroribus, & huic ætati & posteritati pro viribus consulueris: & ob hãc rem fortasse non solùm tibi, sed & mihi, qui te ad hanc prouinciam excitarim, posteritas debebit: qui χρύσια χαλκέων exhibueris, vt cum Homero loquar. Domũ igitur destituto Merula, cùm mihi ocij aliquid dabatur, cùm redijssem, in margine cœpi Bracesschi errores annotare, & singulos suis argumẽtis meridiano Sole clarioribus arguere. Sed profectò (vt ingenuè fatear omnia) in hoc chemico pelago velificanti mihi tot Symplegades, tot Scyllas, tot Charybdes tot monstra denique obij ci, nunquam credidissem. Huiusce enim facultatis li-

bri quot & quantis ſingulis ferè foliſs deformẽtur labibibus, quot enormibus ſcateant antracibus, quot in locis luxi ſint, elumbes, inuerſi, mutilati, manchi, & redundantes vltra modum, ne mihi aliunde patronos accerſam, tu es teſtis optimus. Teſtis & optimus ipſe Merula, qui Petri Boni Longobardi & phyſici præſtantiſsimi apud Duces inclytos, & de Repub. literaria bene meritos, Ferrariæ Precioſam Margaritam Nouellam, qua nihil eſt precioſius, trecentis & his amplius expurgauit erroribus. Dij boni in tam exiguo agro, quæ ziza-niorum meſsis excreuerat? In cauſſa eſſe arbitror, vir præſtantiſsime, quòd huiuſmodi farinæ authores primi aut Aegyptij fuerunt, vt Hermes Triſmegiſtus Moſes, eiuſq; ſoror Maria, aut Hebræi, vt Salomon, Callis: aut Arabes, vt Geber & Rex & Mahometi, vt aliqui volunt, nepos: cui in hac arte merito primę partes attribuuntur Raſis, & Auicenna rex & medicus celeberrimus: aut Grę-ci, vt ille diuinus Plato in Stollicis, & in quartis, Ariſtoteles, Lucas, Rhodianus: alij, vt in Turba Philoſophorum legere eſt. Ex Latinis aut inter veteres, ip ſe quòd ſciam, hanc Philoſophiæ partem attigit nemo. Annis porrò abhinc quingentis, nonnulla in medium ingenia proceſſêre, Ricardus Anglicus, Rogerius Baccho, Merculinus vates ex Anglia: Quibus poſtmodum ſucceſſores ſunt dati, Raymundus Lullus Hiſpanus, & Arnoldus Villanouanus. Porrò qui Arabes illos, Græcos & Aegyptios ſcriptores latinitate donarunt, bonarũ literarum expertes erant, vt ſeries eorum ſermonis oſtendit: nec elucubrationes illorum ſatis fideliter ab eis ſunt translatæ. Superuenêre poſtmodũ vt codices per tonſores & monachos imperitiſsimos exſcriberẽt: horumq; imperitia factum eſt, vt ferè tot errores eſſent, quot verſuum tractus in foliis. Aetate etiam hac noſtra Geber toties impreſsus quot mendis ſcatet? Quàm igitur arbitrabar, labor mihi fuit intricatior. Quid porrò huic negocio lucis chemico præſtiterim, id malo ab alijs dici, quàm ipſe de me prædicare. Has autem ingenioli primitias mei, tibi vni dicare placuit: vt ex ijs meum erga te ſtudiũ paulatim cognoſcas, cognitum & foueas, & amplexeris. Non me fugit eſſe te munus indignum, ſed tua tamen fretus humanitate, munere hoc non ſatis idoneo vti fratrem in Chriſto optimum cognoſcere non dubitaui. Bene vale, non ſolùm Italiæ, ſed & huius ætatis decus immortale. Ex, Auguſta Taurinorum Cal. Aprilis, M. D. LIIII.

IN IOANNEM BRACESCHVM GEBRI INTERPRETEM ANIMADVERSIO, AVthore Roberto Tauladano Aquitano.

VM nihil sit minus Christianum Braceschę, quam alienam famam acribus, uirulentis, & procacibus dictis proscindere & lacerare, ego ne in mordacis Momi suspitionem tibi uenirẽ, continui me, quantum potui, ne hanc in te animaduersionem scriberem. Tandem cum uirus scriptorum tuorum in miserandum permultorum naufragium longius in dies serpere, ac grassari uiderem, non potui diuturniori silentio uti, non potui inquam mihi temperare, quin huic tuæ Hydræ, omnia (nisi quis obuiam iuerit) artis Chymicæ fundamenta intra paucos dies ferro uastaturæ, me opponerem. Quod quũ in aliquot adhuc annos differre meditarer, ueritas huius artis, quæ ferreo tuo decreto se regno spoliatam, & exulem esse cõqueritur, sese mihi obtulit, tandemq́, cum cæteros omnes conniuere hoc in negotio cernerem, hanc à me in sui patrocinium Apologiam impetrauit. Qua ego, cum tu ex eorum iudicium sis numero, qui non nisi ferro uincere cupiunt, ad omnes ueritatis fautores, conscios, & æquitatis tutores prouoco, & eos quanta cum ratione hanc prouinciam susceperim, iudices constituo.

Agitur iam nonus annus, te libellum quendam in lucem emisisse, cui Interpretationis Gebri titulum imposuisti. In quo Demogorgonem inducis cum Gebro differentem: Demogorgonem, inquam, tanquam Chrysopœiæ cognitionem scisscitantem, Gebrum autem ueluti sui ipsius & reliquorum philosophorum interpretem. Et ita inducis Gebrum, aut (ut uerius loquar) sub nomine Gebri Brachescum, huius artis mysteria pandentem, ut tandem colligas medicinæ, ad uiliora metalla in aurum, seu argentum uertenda componendæ formam, neque ex auro, neq; ex argento, sed ex solo ferro, aut ex uili eius excremento, depromendam esse. In cuius opinionis confirmationem, magnorum aliquot philosophorum, & potissimum Gebri authoritates quasdam adeò uersutè detorsisti, ut multorum (sed tamen in hac parte philosophiæ parum aut nihil instructorum) animos ad amplexandam opinionem tuam pellexeris. Itaq; cum hæc tua lucubratio (me apud Vascones degente) in manus meas uenisset, amaui ego certè ingenium tuum: nũquam tamen mihi persuadere poteram, te in eam hæresim lapsum esse, ut crederes formam auri effectricem ex Marte, aut abiecto eius stercore petendam esse. Ideoq; te Sphingem agere, & ænigmatico sermone hanc artem scripsisse arbitrabar. Proinde ut mentem tuam planè assequerer, & exploratam haberem, ex ulteriore Vasconia in Italiam perrexi, nec unquam ab incepto itinere destiti, donec Vrceos nouos peruenissem. ubi quũ à fratre tuo intellexissem, te apud Turrim illustrissimi Alberti Palauicini degere, statim me illuc contuli, & succincta oratione causam itineris mei tibi indicaui. Qua audita, bene me sperare iussisti, nec me prius discessurum asseueraști, quàm plenam & integrã Chrysopœiæ cognitionem abs te accepissem. Cœpisti itaq; paulò ost mentem tuam familiarissimè mihi interpretari, quam ut mihi commendatiorem redderes, hos uersus (abs te, ut suspicor elaboratos) mihi proposuisti exponendos:

Artus est hominis, qui constat sex elementis
Cui P. si addas, & in M. mutare si noscas,
Hoc est æs nostrum, lapisq; philosophorum.

Quo ænigmate audito, quum me Tauladanum esse, non OEdipum respondissem, utpote qui hanc tuam Sphingem ex tempore soluere non possem, tu his uerbis usus es. Non miror, si tu ex abrupto hoc ænigma soluere non possis, ad quod enodandum per decennium ego sudaui. Et tandem eorum uersuum inter-

pretationem sic auspicatus es. Artus, membrum est, Hominis, id est, Martis, qui à philosophis homo bilioſus nominatur. Qui constat sex elementis, id est, cuius nomen, in his uersibus inclusum, sex literis absoluitur. Cui P. si addas, Cui, subaudi, uocabulo artus si addas P. fiet partus. Et in M. mutare si noscas, hoc est, si mutaueris P. in M. nascetur hoc uocabulum Martus, quod sicut Mauors poetis, ita nobis Martem significat. Hoc est æs nostrum, lapisq; philosophorum, hoc, id est Martus, siue Mars, est æs, seu metallum nostrum, ex quo formatur lapis philosophorum. Quibus interpretandis quum finem feciſſes, narrasti iterum mihi, te in uolumine quodam annoso sequentem sententiam scriptam legisse:

Virgo Paschalis est dicata arti M.

Quam sic interpretatus es. Virgo paschalis herba est, quæ per similitudinem lapidem philosophorum significat. Si Virgo paschalis herba est, arti Medicæ dicatam esse interpretandum est. Hæc igitur ea ratione, qua hunc lapidem significat, est dicata arti M, id est Marti, quod legetur, si M, quod obscurandæ rei gratia (ut tu ais) præposterè locatum fuit, anteponatur. Vnde etiam colligebas lapidis philosophici formam, ex Marte, hoc est ex ferro, cui philosophi Martis nomen accõmodauerunt, mutuandam esse. Quibus ut maiorem fidem faceres, citabas nonnullas philosophorum authoritates, quæ eo, quo abs te citabantur, modo, lippientes, obtusos, & cæcutientes oculos primo suo fulgore fallere & perstringere non mediocriter possent. Tandem, ut me unico uerbo beares, in aurem mihi insusurrasti, excrementum hoc ferreum, unde forma auri & argenti effectrix (ut tu uis) expiscanda est, duplicis generis inueniri, idq; solum eligendum, quod uehementi ignis asperitate, forma spoliatum metallica, in naturam uitri, cæruleum colorem præ se ferentis redijsset. Postero die quum ego te seriò agentem, & extra non tuam, sed omnium philosophorum mentem positum esse planè cernerem, certandum mihi tecum esse duxi aliquot rationibus, è uiuis philosophorum, imò & ipsius naturæ fontibus exhaustis, quibus te premerem, formam metallorum in aurum & argentum uertendorum, non à ferro, cui nihil ineſt, nisi uilissimum, ignobile & ferreum, sed ab auro & argento, quibus solis ingenita est, hauriendam esse. Quibus quum te oppugnari, urgeri, & uehementer opprimi sentires, confugiebas ad sacrosanctum hoc asylum, scilicet non esse fidendum philosophis, quorum uerba aliud indicant, quàm sonare uideantur. Quo subterfugio, & sophismate, quum te omnes sapientum authoritates eludere posse animaduerterem, abs te discessi. Nunquam tamen pœnitebit me Braceſche, hoc iter feciſſe, cùm ex eo precioſiſsimum fructum retulerim, & doctior in Galliam redierim. Contemplatus enim sum in te, uelut in speculo, admirabilem & suspiciendam diuinæ Maiestatis sapientiam, quæ absolutam huius arcani cognitionem, aliquando mediocris doctrinæ uiris confert, interdum autem uiros, quantunuis profundæ eruditionis, in explorandis & inuestigandis naturæ mysterijs adeò delirare, hallucinari, & cæcutire facit, ut fascinati, ebrij, & à Circe aliqua dementati esse uideantur. Quod nullam aliam ob causam agit Dominus, nisi ut terrenos istos Argos, qui se, neglecto numine Diuino, ingenij sui acumine non solùm hanc inferiorem naturam, sed ipsum etiam cælum penetrare posse gloriantur, eludat, domet, & ex summo arrogantiæ suæ Olympo ad inferos usq; retrudat: ut qui se aliquid scire nouerunt, non in sua cæca sapientia, sed in Domino totius sapientiæ fonte & authore, id sibi contigisse glorientur: ut discant, inquam, omnes Adæ posteri, se nihil aliud esse, quàm meras tenebras: denicq; ut hi, quibus noticia huius arcani continget, intelligant, diuinam Maiestatem eam esse, citra cuius liberalitatem & beneficentiam nemini mortalium ad huius sublimis arcani cognitionem patuit aditus, neque patebit unquam. Sed ut eò, unde digressa est, redeat oratio, postquàm ego ab Italia in Galliam redij, ij, qui notam habebant itineris mei causam,

à me

à me quæsierunt, num te uidissem, conuenissem, & quid de te sentirem. Apud quos ego (quanuis te hac in parte hallucinari expertus essem) laudibus te ad cælum usq; extuli: & ita extuli, Bracesche, ut hi me seriò agere existimantes, tanta tui uidendi cupiditate incenderentur, ut parùm abfuerit, quin iter in Italiam fecerint. Ego itaque hucusq; errorem tuum tuli, & tegi, & lubens in posterum tegissem, nisi eum in singularem ueritatis contumeliam, & deplorandam multorũ perniciem plus æquo uiguisse, & adhuc uigere sensissem. Quod quum animaduerterem, non potui (ignosce quæso) mihi diutius imperare, quin pernicioſum hunc errorẽ detegerem, saltẽ, ut minus cauti metallicæ sophiæ amatores sibi ab hac opinione non minus cauendum esse intelligant, quàm nautis à uoraciſsima Charybdi, ni laboris iacturam, & bonorum suorum naufragium facere malint. His enim omnibus, qui opinioni huic ferreæ fidem dederint, continget, ut lapidem philosophicum conficere molientes, & suam & alienam dilapident pecuniam. Et quoniam tu Gebrum, tanquam singularem opinionis istius uindicem, patronum, & assertiorem in medium producis, idcirco extorquenda tibi è manibus primo impetu esse duxi, hæc arma Arabica, ut his spoliatus intelligas, & reliquas omnes authoritates philosophicas, abs te uiolenter contortas, & perperam fuisse interpretatas. Argumenta autem è Gebro à te desumpta, quibus te inuictum putas, hæc sunt:

CAPVT I.

Primum argumentum est hoc.

Scripsit Geber, cap. 30. suæ Summæ, hæc uerba:

Argentum uiuum adhæret tribus mineralibus de facili, uidelicet Saturno, Ioui & Soli: Lunæ autem magis difficulter, Veneri autem difficilius, quàm Lunæ, Marti autem nullo modo, nisi per artificium. posteà sequitur:

Ex hoc itaque maximum elicias secretum. Quam ultimam partem tu sic exponis. Ex quo, scilicet Marte elicias maximum secretum, hoc est Elixir.

Secundum argumentum quo uteris, est hoc.

Scripsit Geber cap. 66, suæ Summæ, Iouem perfecto magis propinquum esse, Saturnum uerò minus, minus adhuc Venerem, minimè uerò omnium Martem. posteà sequitur: Ex quo perfectio dependet. Quæ ultima uerba tu sic interpretaris. Ex quo scilicet Marte, perfectio (subaudi metallorum) dependet, hoc est Elixir. Quanuis in nonnullis (ais) exemplaribus legatur, Eo ex quo perfectio dependet, quam lectionem tibi summopere exosam, & ingratã esse indicas, quia sentis (licet id subticeas) eam interpretationi tuæ inimicam esse.

Tertium est hoc.

Scripsit Geber, cap. 32. suæ Summæ, hæc uerba: Vltimò uerò Mars. Et hoc est unum de secretis naturę. Quod tu sic interpretaris. Et hoc, id est, Mars, est unum de secretis naturæ, id est Elixir.

Quartum est hoc.

Scripsit Geber cap. 66. suæ Summæ, hæc quæ sequuntur. Causa impedimenti fusionis cuiuscunq;, est sulfur fixum. Per hoc itaq; maximum poteris elicere secretum: Quod tu sic interpretaris. Per hoc subaudi sulfur fixum, siue ex hoc sulfure fixo (per quod uis ferrum indicari, eo quòd maior pars ferri sit sulfur fixum) poteris maximum elicere secretum, id est Elixir.

Quintum est hoc.

Scripsit Geber, cap. 88. suæ Summæ, postquàm de Marte egisset, hæc uerba: Per hoc igitur artificis dilatatur industria ad ueram cuiuscq; corporis rectificationem. Quod tu sic interpretaris. per hoc, id est per Martem dilatatur artificis industria ad ueram, rectificationem cuiuscunq; corporis.

Sextum quo te inuictum credis, est hoc.

Geber cap. 63. suæ Summæ, postquàm de essentia Martis pluribus egisset, tan-

dem hoc epilogo usus est. Laudetur igitur benedictus & glorioſus Altiſsimus, qui creauit illud, dedit̃q; illi ſubſtantiam, & ſubſtantię proprietates, quas nõ contingit, ullam aliam rem in natura poſsidere, ut in illa poſsit inueniri hæc perfectio per artificium aliquod, quam in illo inuenimus propinqua potentia. Ipſum enim est, quod ignẽ ſuperat, & non ſuperatur: ſed in illo amicabiliter requieſcit, eo gaudens. Quæ omnia de Marte, ſeu de Martis excremento dicta eſſe interpretaris. Septimum, quo ueluti trophæum canis, & te plena potitum credis uictoria, est hoc.

Scripſit Geber cap. 32, ſuæ Summæ, ubi ait de auro, hæc uerba. Calcinatur autem aurum, & ſoluitur ſine aliqua utilitate. Scripſit etiam hæc cap. 33. Calcinatur ſimiliter argentum, & ſoluitur cum magno labore, & ſine aliqua utilitate. Quibus uerbis tu rem tuam ſic agis. Omnium Philoſophorum conſenſu & ſuffragio metallum illud, ex quo formatur Elixir, calcinandum eſt, & ubi in calcem redierit, in liquorem eſt reuocandum. Atqui Gebri teſtimonio ex auro & argento calcinatis & ſolutis, nullus redit ad nos fructus, nulla inde promanat utilitas, fieri itaq; non poteſt, ut ex auro aut argento naſcatur ditiſsimum illud Elixir.

Hæc eſt legio illa Arabica, Braceſche, hæc claua illa Herculea, hic eſt, inquam ferreus ille exercitus, quo duce in aciem cum Mauorte tuo progrederis. Quæ omnia, ut intellígas, quàm ſint parui ponderis ad roborandam opinionẽ tuam, armabo te libenter altera Gebri authoritate, quam demiror abs te prætermiſſam, quum hæc ſola opinionem tuam omnino ferream efficere poſſe uideatur.

Geber cap. 9. libri de Inueſtigatione ſcripti, poſtquàm methodum ferri in liquorem reducendi docuit, ſic ait: Martem ſolutum honora, aquam uidelicet ſulfuris ſixi colorem Elixiris mirabiliter augmentantem. Num huius authoritatis acceſsione uires tuas duplatas eſſe ſentis, Braceſche? at niſi has omnes copias tuas (fauente mihi Diuina maieſtate) profligauero, fudero & penitus proſtrauero, ignauum, & imbellem, me iudices uelim. Conferam itaque ſigna mea cum tuis, & tentabo, quantum ualeant uires tuæ, & primo impetu aggrediar primam & anteſignanam illam authoritatẽ, quam ex 30. cap. Summæ Gebri deprõpſiſti.

CAPVT II.

QVo in loco quid ſibi Geber uelit, ut lectores facilius aſſequantur, ego caput integrum legendum ſubijciam, tum demum mentem de hac re non meam, ſed ipſius authoris & fideliſsimorum Gebri interpretum afferam.

Sequitur cap. 30. Summæ Gebri, argento uiuo, ſeu mercurio dicatum.

GEBER.

Argentum autem uiuum, quod etiam Mercurius appellatur antiquorum uſu, eſt aqua uiſcoſa, in uiſceribus terræ, ſubſtantiæ ſubtili terræ albæ per calorẽ temperatiſsimum unita per minima, unione tali, donec humidum à ſicco, & ſiccum ab humido æquàliter contemperetur. Ideoq; fugit ſuperficiem planam de facili, propter ſuæ aquæ humiditatem: non autem adhæret, uiſcoſam licet habeat humiditatem, propter ſiccitatem illius, quæ eam contemperat, & adhærere non permittit. Eſt etiam (ut quidam dicunt) materia metallorum cum ſulfure. Adhæret quoque tribus mineralibus de facili, uidelicet Saturno, Ioui & Soli: Lunæ autem magis difficulter, Veneri uerò difficilius, quàm Lunæ, Marti autem nullo modo, niſi per artificium. Ex hoc itaque maximum elicias ſecretum. Eſt enim amicabile, & placabile metallis ſuæ naturæ. Eſt etiam medium coniungendi tincturas, & non ſubmergitur aliquid in argento uiuo, niſi Sol. Soluuntur tamen Iupiter & Saturnus, Luna & Venus ab eo, & cõmiſcentur, & ſine ipſo aliquod metallorum deaurari non poteſt. Figitur & eſt tinctura rubedinis exuberantiſsimæ refectionis, & fulgidi ſplendoris, & non recedit à cõmiſto. Non eſt tamen medicina noſtra, donec eſt in natura ſua: ſed iuuare quandoque ſimiliter poteſt in caſu. Hactenus Geber.

TAVLADANVS.

Ego nunc quid de hoc loco sentiam, imò quid ipse uoluerit Geber, & quid fidelissimi eius interpretes, Petrus Bonus Ferrariẽsis, & Arnoldus Villanouanus de hac re senserint, explicabo.

Geber Arabum philosophorum facilẽ princeps, cum tractandam & describendam sibi proposuisset metallorum naturam, ut faciliorem uiam lectoribus ad id faceret, indicandum sibi prius esse duxit, quæ & quot essent, iuxta ueterũ opinionem, propinquam metallorum principia. Quæ cum superius docuisset esse tria, scilicet, arsenicum, sulfur, & argentum uiuum, & expressisset duobus capitibus proximè antecedentibus, quæ nam esset sulfuris & quæ arsenici natura, consequens erat, priusquàm metalla attingeret, (quę sunt tanquam soboles horũ principiorum) ut caput unum naturę tertij principij, hoc est, argenti uiui exprimendę dicaret. Qua motus ratione hoc 30. cap. mercurio consecrauit. In quo primo docet, quid sit mercurius, his uerbis.

GEBER.

Argentum uiuum, quod etiam Mercurius appellatur antiquorũ usu, est aqua uiscosa, in uiscoribus terrę, substantię subtili terrę albę, per calorem temperatissimum unita per minima, tali unione, donec humidum à sicco, & siccum ab humido æqualiter contemperetur. Ideoq; fugit superficiẽ planam de facili, propter suę aquę humiditatem. Non autem adhęret, uiscosam licet habeat humiditatem, propter siccitatem illius, quę illam contemperat, & adhęrere non permittit.

TAVLADANVS.

Quæ sibi nihil aliud uolunt, quàm argentum uiuum ex aqua uiscosa, & terra candida, tenui, & sulfurea oriundum esse, quæ duo, aqua scilicet uiscosa & terra sulfurea, ea lance à natura librata fuerunt, ut quãuis aquæ proprium sit, rem in eam demersam madefacere, & licet uiscosi conditio sit, tangenti adhærere, neutrum tamen aqua uiscosa in argento uiuo existens, queat præstare, ob terram sulfuream sibi unitam, quæ sua siccitate uiscosam, & humidam illius conditionem ita frangit, & temperat, ut neq; adhærere, neq; madefacere ualeat. Vnde ueteres philosophi argentum uiuum aquam siccam nominauerunt. Sed quoniam hęc ex se clariora sunt, quàm ut egeant interprete, idcirco prosequamur reliqua, & qui sit eorum usus, penitissimè exploremus.

GEBER.

Est etiam (ut quidam dicunt) materia metallorum cum sulfure.

TAVLADANVS.

Hoc est, sunt ex ueteribus philosophis nonnulli (ut dixit cap. 25. suæ Summæ) qui uelint argentum uiuum, & sulfur, esse principia illa, quæ à natura ad generationem metallorum assumuntur. Cui ille opinioni non suffragatur, motus rationibus, quę ab eo 26. cap. Summæ adferuntur. Ideoq; addidit, Vt quidam uolunt.

GEBER.

Adhæret quoq; tribus mineralibus de facili, uidelicet Saturno, Ioui, & Soli: Lunæ autem magis difficulter, Veneri autem difficilius quàm Lunæ, Marti uerò nullo modo nisi per artificium.

TAVLADANVS.

Hoc est argentũ uiuum libentius & maiori quadam cum auiditate uorat, sorbet & deglutit aurum, plumbum & stannum, quam reliqua metalla. post hęc tria auidius argentũ complectitur, quàm æs: cum ære autẽ facilius init fœdus, quàm cum ferro. Ferro enim adeò ægrè cõmiscetur, ut non nisi inuitum, & arte coactũ, ac superatum cum eo coire uelit. Cuius rei nulla alia est ratio, quàm rebus omnibus hanc à natura uim ingenitã esse, ut res homogeneas, & eas, quibus cũ aliquo affinitatis uinculo cõiunctę sunt, tacita quadam beneuolentia complectan-

tur,& eas ſibi copulari gaudeãt,& lætentur:cum heterogeneis aũt,& ijs,quibus cum nullam habent affinitatem,antipathiam exerceant. Vnde fit, ut arg. uiuum libentius coeat cum metallis,quibus cum maiorem habet affinitatem. Ea aũt ſunt illi magis affinia,quæ naturã ipſius magis ſapiunt. At naturam ipſius magis ſapiunt ea metalla,quæ maiori abundant arg.uiui copia. Et quoniã ferrũ eſt inops arg.uiui præ cęteris metallis,ditiſsimũ autem ſulfuris cremabilis, argentum uiuum ſentiens ſe in eo minimum iuris habere, ſentiens, inquam,ſulfur aduſtibile (quo in natura nihil eſt mercurio magis inimicum) maiorem ferri partem occupaſſe,ægerrimè pro conſanguineo Martem tuum agnoſcere poteſt ô Braceſche.

GEBER.

Ex hoc itaq; maximum elicias ſecretum. Eſt enim amicabilis (mercurius ſubaudi) & placabilis metallis ſuæ naturæ.

TAVLADANVS.

Nunc quod ſit hoc arcanũ,quod Geber docet hinc eſſe eliciendum,expendamus. Quod licet me tacente ſeſe omnibus ſpectandum prodat, faciam tamen, ut clarius eluceſcat. Hæc eſt igitur mens Gebri. Ex eo quod uidemus arg. uiuum alijs metallis amicum magis,alijs aũt minus:ex eo, inquam, maximum colligere debemus arcanũ. Quod nõ immeritò maximum dixit, cum ex huius cognitione totius artis pendeat,& colligi poſsit myſterium,ut ex ſequentibus notiſsimũ fiet. Sed quod erit tandem hoc arcanum? Adeſte quæſo animo ô uos omnes ueritatis conſcij & fautores,& intelligetis, me Gebri mentem fideliſsimè & uiuaciſsimè exprimere. Ex eo igitur quòd argentum uiuum alijs metallis magis,alijs autem minus amicũ & familiare eſſe uidemus, ex eo, inquam,ſi perſpicaces naturę exploratores eſſemus,maximũ arcanum aſſequeremur. Intelligere enim inde poſſumus, metalla ea naturæ argenti uiui magis uicina, quibus cum argentum uiuum familiarius commiſcetur. Nam,ut Geber docet cap.61.ſuæ Summæ,argentum uiuum id ſolum ſuſcipit, quod ſuæ naturæ eſſe ſentit,quod cap.64 confirmauit his uerbis: Argentum uiuum retinet, quod ſuæ naturæ eſt, alienum uerò reſpuit. Et cap.53.his uerbis: Quoniam natura propriam naturã amicabilius amplectitur,& gaudet ea,magis quàm extranea. At ubi cognouerimus quæ metalla ſint argento uiuo uiciniora,& magis affinia,inde facilè colligi poteſt,quænam ſint perfectiora. Cum enim argentum uiuum ſit cauſa metallicæ perfectionis,ea metalla meritò dicentur,& habenda erunt perfectiora, quæ argento uiuo ſunt affiniora. Quòd autem argentum uiuum ſit cauſa perfectionis metallorũ, & illud,in quo ſita eſt & recõdita tota huius artis perfectio,id teſtatur Geber cap.38.his uerbis: Conſideratio rei, quæ perficit (in hac arte ſubaudi) eſt conſideratio electionis puræ ſubſtantiæ argenti uiui. Item cap.59.his uerbis, Ideoq; relinquitur argentum uiuum eſſe perfectiuũ,& aduſtionis ſaluatiuum,quod eſt perfectionis ultimum. Item cap.74.his uerbis, Ideoq; cum in cæteris rebus exquirẽtes, non inuenerimus inuentione noſtra rem aliquam magis, quàm arg.uiuũ corporum naturis amicari,per hoc opus noſtrũ in illo impendentes, reperimus ipſum eſſe uerã alterabilium medicinã in cõplemento,cum alteratione uera & non modicè pecuniosa. Item cap.81.his uerbis, Probauimus aũt ex noſtris ſermonibus, ſulfur cuiuſcũq; generis, eſſe perfectionis corruptiuũ,arg.autem uiuũ eſſe perfectiuum in operibus naturę,cõpletis eius regiminibus. Igitur & naturam minimè mutãtes,ſed imitantes (in his ſcilicet operibus,in quibus eam imitari poſſumus) arg.uiuũ ſimiliter in huius operis magiſterio aſſumimus, in cuiuſq; perfectionis medicina,ſolari ſcilicet & lunari,tam quidem imperfectorũ,quàm ipſius arg.uiui coagulabilis. Ex his Gebri locis ſatis patet arg.uiuũ eſſe cauſam perfectionis huius artis. Quod ne in dubiũ uocari poſſet,id Geber potẽtiſsima ratione probauit cap.69.ſuæ Sũmę,his uerbis, Ideoq; per hoc inuenimus aliquid in corporibus imperfectis diminutũ fuiſſe,quod compleri neceſſariò oporteat, per medicinam illis

illis conuenientem, & diminutum cõplentem. Est autem diminutum in illis, paucitas scilicet argẽ. uiui, & non recta inspissatio eiusdem. Igitur cõplementum in illis erit, arg. uiui multiplicatio, & inspissatio bona & fixio permanens. Hoc autem per medicinam ex illo (subaudi arg. uiuo) creatam efficitur. hæc enim quum ex arg. uiuo fuerit in esse deducta, per beneficiũ luciditatis, & splendoris ipsius, illorum fuscedinem palliando celabit, teget, splendorem inducet, & in fulgorem cõuertet. Quum enim arg. uiuũ in medicina per nostrum magisterium præparatum, ac mundatũ fuerit, & in substantiam purissimam, & fixam reductum, proiectum super diminuta à perfectione, illustrabit ea, & sua fixione perficiet.

Hæc est ratio illa, qua Geber contendit argẽ. uiuum esse causam perfectionis huius artis, quæ certè est ualida. Nam si paucitas arg. uiui, & non recta inspissatio eiusdem, est causa imperfectionis metallorũ, necessariò colligendum est, causam perfectionis eorũdem esse copiam & ubertatem arg. uiui & rectam ipsius inspissationem. Quod aũt inopia, seu paucitas, arg. uiui, & non recta inspissatio, sit causa imperfectionis metallorum, hinc cõstat. Oppositorũ effectuum oppositas necessariò oportet esse causas effectrices. Sed causa perfectionis metallorum (quæ perfectio est effectus imperfectioni oppositus) est abundans copia arg. uiui ritè inspissati. igitur causa imperfectionis eorum, quæ imperfecta sunt, erit oppositа scilicet inopia arg. uiui, & non recta inspissatio eiusdem. Quòd aũt abundans copia argenti uiui, ritè inspissati, sit causa perfectionis metallorum, hinc colligitur. Si abundans copia mercurij ritè inspissati non esset causa effectrix perfectionis metallorum, id metallum nõ esset reliquis omnibus præferendũ, in quo maior est mercurij ritè inspissati copia. Atqui aurũ, quod uberius abũdat mercurio ritè inspissato, (ut testatur solius auri demersio in mercurio) præfertur cæteris omnibus metallis, & solum est inter metalla, numeris omnibus absolutũ. Igitur necessariò colligendũ est, maiorẽ copiam mercurij ritè inspissati, esse causam effectricẽ perfectionis metallorũ. Quod si ita est, igitur inopia mercurij ritè inspissati erit causa imperfectionis metallorũ. Quòd si paucitas mercurij ritè inspissati est in causa: quominus Saturnus, Iupiter, Mars & Venus ad perfectionem uenerint, ergo multiplicatio mercurij, & recta eiusdẽ inspissatio præstabit, ut euadant perfecta. Sed sola medicina, ex purissima, & ritè inspissata, mercurij substãtia cõflata, hãc mercurij ritè inspissati multiplicationẽ eis conferre potest. igitur arg. uiuũ, ut superius testatus est Geber, erit causa perfectionis in hac arte, cum id solum instauret, & sarciat in metallis imperfectis, quod eis à natura fuerat denegatũ, cum ipsa etiã perfecta, eam, quã habent perfectionẽ, illi debeant, & acceptã ferant. Cum itaq; arg. uiuum sit causa perfectionis in hac arte, profectò ex facili uel difficili ipsius cũ metallis cõgressu colligere possumus, quę metalla sint perfectiora, quę minus perfecta, & quę sint à perfectione aliena. Nam si arg. uiuum est causa perfectionis metallorũ, ea metalla meritò cẽsenda erũt perfectiora, quæ arg. uiuo sunt magis affinia. Ea uerò sunt illi magis affinia, cum quibus ipsum arg. uiuũ familiarius cõgreditur. Cum ijs aũt familiarius cõgreditur, quę naturã suã magis sapiũt. Sed ea metalla arg. uiui naturã magis sapiũt, quæ sunt fœcũdiora arg. uiui. Ea igit erunt habẽda pfectiora. Qd Geber cap. 64. apertè docuit his uerbis: Ex hoc itaq; manifestũ est corpora illa esse maioris pfectionis, quę plus arg. uiui sunt cõtinẽtia, quę uerò minus, minoris pfectionis. ꝓbatio uerò eius, qd ea, quę maioris arg. uiui quãtitatis sunt cõtinẽtia, maioris sint perfectiõis, est facilis susceptio arg. uiui. Itẽ cap. 98. his uerbis, iã igit uobis patuit ueridicè, maximã arg. uiui quantitatẽ cõtinẽtia, pfectionis existere corpora, & ideo arg. ui. maximè amicari. Quãobrẽ autumandũ est, corpora ea perfectioni magis approximare, quę magis amicabiliter arg. uiuũ cõbibũt. Et huius signũ est, arg. uiui facilis susceptio à Solaris aut Lunaris pfectionis corpore. Ob huius igit rationis causam, quodcũq; corpus in sui substantiã arg. uiuũ facilè nõ admiserit, à pfectionis cõplemẽto maximè di-

ſtare neceſſe eſt. Quæ omnia hactenus à nobis in huius primæ authoritatis interpretationem dicta, ut familiarius intelligantur, ego ea in pauca hîc reducam.

Ea metalla argenti uiui naturam magis ſapiunt, & ſunt ipſi affiniora, cũ quibus ipſum argentum uiuum libentius cõmiſcetur. Atqui argentum uiuum miſcetur libentius cum metallis, quæ maiorem cõtinent copiam argenti uiui. Ergo metalla, quæ maiorem continent copiam argenti uiui, magis ſapiunt naturam argenti uiui, & ſunt illi affiniora. Sed metalla argento uiuo magis affinia, ſunt perfectiora. Igitur metalla, quę maiorem continent copiam argenti uiui, erunt perfectiora: ſiquidem hæc ſunt argento uiuo uiciniora. Quòd autem ea ſint perfectiora, quę argento uiuo ſunt magis affinia, ſic colligitur. Id quod cauſæ perfectionem efficientis magis particeps eſt, iure optimo perfectius iudicandum eſt. Sed argentum uiuum (ut ſuperius docuimus) eſt cauſa perfectionis metallorum tam eorum, quæ perfecta ſunt, quàm eorum, quæ ad perfectionem ſunt promouenda. Proinde metalla, quæ magis ſapiunt, & obtinent naturam argenti uiui, erunt cæteris perfectiora. Atqui ea metalla magis obtinent naturam argenti uiui, quæ maiori abundant copia argenti uiui. Igitur ipſa erunt perfectiora. Quòd ſi ea metalla ſunt perfectiora, quæ maiori abundant argenti uiui copia, profectò (cum contrariorum contraria ſit ratio habenda) ea metalla erunt à perfectione alieniſsima, quæ maxima laborant argenti uiui paucitate & inopia. Atqui in Marte eſt maior penuria argenti uiui, quàm in aliquo alio metallo, ut teſtatur illibentiſsimus & difficillimus argenti uiui cum eo congreſſus. Collectio igitur hæc erit, Braceſche, Martem tuum, (quem tu uis non ſolùm perfectioni finitimum, ſed eſſe ipſam perfectionis effectricem cauſam) omnium metallorum à perfectione remotiſsimum & alieniſsimum eſſe. Quòd ſi Mars eo nomine à perfectione alieniſsimus eſſe cenſetur, quòd inops ſit argenti uiui, iudica tu ipſe Braceſche, qui fieri poſsit, ut fæx illa ferrea, in naturam uitream redacta, ſit cauſa perfectionis in hac arte effectrix, cum in ea nihil ſit penitus argenti uiui, imò tota, quanta eſt, ſit ſulfur terreum, nimia ignis inclementia argento uiuo natiuo ſpoliatum. Nam ſi ignis argentum uiuum ei non extorſiſſet, poſſet beneficio argenti uiui (utpote liquationem metallicam efficientis) iterum in metallum ſcilicet in ferrum redire, & reuocari. At cum experientia teſtetur, fæcem illam ferream in uitrum cęruleum redactam, (quam tu ſcripſiſti eligendam) liquatione metallica exhauſtam, & priuatam omnino eſſe, profectò abſentia effectus, hoc eſt liquationis metallicæ, fidem indubitatam facit ſub latæ, & abſentis cauſæ, liquationem metallicam efficiẽtis, id eſt, argenti uiui. Qua ſublata factum eſt, ut metallica eſſe deſierit, & in naturam uitream, à metallica alienam abierit. Quòd ſi hoc Martis excrementum argento uiuo penitus exhauſtum eſt, quomodo uis, Braceſche, metallorum ignobilium in melius mutandorum medicinam ex eo cõfici, cum eam teſtetur Geber ex argento uiuo (utpote inopiam metallorum ſarciente) conficiendam eſſe? Hoc igitur erat arcanum ex hac Gebri authoritate eruendum, Braceſche, ſcilicet (cum argentum uiuum ſit cauſa perfectionis metallorum) ea metalla eſſe perfectiora, cum quibus argentũ uiuum libentius coit, & familiarius congreditur, & per conſequens Martem eſſe omniũ metallorum à perfectione remotiſsimũ, & alieniſsimum, cum argentum uiuũ, adeò exoſum habeat eius coitum, & illibentiſsimè atq; ægerrimè cum eo copuletur. Et cum ſolius perfecti propriũ ſit, perfectionẽ nondum perfectis conferre, imperfectorũ aũt, eam à perfectis mutuari & accipere, profectò uis conferendę perfectionis, reliquis omnibus metallis prius inerit, quàm tuo Marti, à perfectione adeò diſtracto. Et inter metalla perfectionis integrè expertia, maximè & primò conueniret Ioui, utpote ad naturã cauſę perficientis propinquius accedenti. Hanc tamen perfectionis conferendæ facultatẽ, neq; Ioui, neq; Saturno, neq; Veneri, neq; Marti ingenitam eſſe docuit nos Geber cap. 69. his uerbis.

Redeuntes

Redeuntes tamen in nos ipsos,& torquentes nos immensæ meditationis afflictionibus, tandem respeximus, corpora à perfectione diminuta in profundo suæ naturæ fœda existere,& nihil in eis fulgidum inueniri, cum in eis secundum naturam non insit. Non enim inuenitur in re, quod in illa non est. Cum igitur in illis nihil perfecti reperiatur,&c. Audi Bracesche in metallis à perfectione diminutis nihil perfecti (& per consequens nihil perfectionis) reperiri. Quòd si neq; in Ioue, neque in Saturno, neque in Venere perfectionis quicquam reperitur (quæ tamen Marte tuo longè sunt perfectioni uiciniora) uide quæso quid perfectionis excremento tuo, patre suo, hoc est Marte ignobiliori, relinquatur. Quòd si nulli eorum perfecti quicquam ineſt, ac solius perfecti proprium est, nondum perfectis perfectionem conferre, hinc Sole clarius constat, causam perfectionis effectricem in nullo imperfectorum quærendam esse. Non enim inuenitur in re, (ut ait Geber) quod in illa non est. Sed quoniam superius ex Gebro, docui argentum uiuum esse causam perfectionis in hac arte effectricem, uidendum superest, num id de argento uiuo crudo & uulgari sit interpretandum.

Ego itaque ne pugnantia loqui,& mihi constare non uidear, asserо certè causam perfectionis in solo argento uiuo sitam, & repositam esse, nec aliunde esse promendam, non tamen in argento uiuo in natura sua cruda sumpto. Id enim testatur Geber cap. trigesimo his uerbis. Non est tamen argentum uiuum medicina nostra in natura sua. Item cap. 38. his uerbis. Consideratio rei quæ perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ argenti uiui,& est medicina, quæ ex materia illius assumpsit originem & ex illa creata est. Non est autem ista materia argentum uiuum in sua natura. Item cap. quinquagesimonono his uerbis. Ex iam dictis similiter patet argentum uiuum non esse perfectiuum in natura sua.

Proinde cum argentum uiuum in natura sua sumptum non sit causa perfectionis, quale tandem erit illud argentum uiuum, quod superius cum Gebro asseruimus esse causam perfectionis in hac arte effectricem? facilè intelligemus, quale sit hoc argentum uiuum; si quæ in hanc rem à Gebro scripta fuêre, in memoriam reuocemus. Dixit Geber cap. nonagesimonono, summam totius operis Chymici hãc esse, ut sumatur lapis in capitulis notus (hoc est Mercurius) deinde cum operis instantia assiduetur super illo opus sublimationis primi gradus,& per hoc mundetur à corrumpente impuritate. Hæc enim est sublimationis perfectio: Et cum ea subtilietur lapis, donec in ultimam puritatem deueniat,&c. Dixit præterea cap. octuagesimosecundo, artem medicinæ componendæ hanc esse, ut præparetur argẽtum uiuum cum modis suis iam dictis, cum diuturni laboris instantia, quousque omnis illius subtilis substantia purissima, alba quidem in Luna, citrina uero intensè in Sole, habeatur perfectè. dehinc uerò cum hac purissima arg. uiui substantia perficiatur, cum huius magisterij ingenijs medicina, quæ illi adhæreat, & fundatur facilimè, & illud coagulet. Dixit etiam cap. 75. Et cum inuenerimus ipsum (subaudi argentum uiuum) sine administratione alterationis naturæ illius, non mutare, inuenimus similiter ipsum præparari debere necessariò, cum non permisceatur in profundo, absque illius præparationis modo. Et est scilicet, ut talis fiat illius substantia, quòd permisceatur usq; ad profundum corporis alterabilis, sine separatione in æternum. Hoc autem non fit, nisi subtilietur ualde cum præparatione certa, determinata in cap. sublimationis. Et non permanet eius impressio, nisi figatur, nec illustrat, nisi fulgidissima ex eo eliciatur substantia. Cum itaq; arg. uiuũ, metalla imperfecta illustrare,& decorare non possit, nisi purissima & splendidissima ex eo eliciatur substantia (quod citra sublimationem fieri non potest) & cum eius impressio non sit constans, imò nisi figatur, euanescat, ideo cap. 59. sic ait, In argen. uiuo necesse est superflua demere. habet enim corruptionis causas, uidelicet terram,& adustibilis absq; inflãmatione aqueitatis substantiam. Putauerunt tamen aliqui, illud terram

non habere ſuperfluam,uel immundiciam. Sed uanum eſt,quod ab eis cogitatur. uidemus enim ipſum multæ liuiditatis,& non puræ albedinis. & ſimiliter per leue artificium uidemus ex illo terram nigram, & fæculentam emanare, uidelicet per lauationem,cuius modum narrabimus. Sed quia duplicem ex illo perfectionem elicere oportet,ſcilicet medicinam ex eo facere,& illud perficere, ideo neceſſe eſt ipſum duplici mũdationis gradu pręparare. Propterea duę mundationes mercurij ſunt neceſſariæ,una per ſublimationem ad medicinam, (ex eo ſub conficiendam) & hæc hîc innuitur, alia per lauacrum,ad ipſius coagulationẽ, & iſta innuetur. Si enim uolumus medicinam ex eo creare,tunc neceſſe eſt, ipſum à fæculentia ſuæ terreitatis mundare,ne in proiectione creet liuidum colorem, & ipſius fugitiuam aqueitatem delere, ne totam medicinam in proiectione fugitiuam reddat,& mediocrem illius ſubſtantiam ſaluare pro medicina, de cuius proprietate eſt non aduri,& ab aduſtione defendere,& quæ non fugit, & fixũ (ubi ſubaudi fixata fuit) facit. Ex his Gebri locis ampliſsimè conſtat, quale ſit argentum illud uiuũ, quod eſt cauſa perfectionis in hac arte, ſcilicet argentum uiuum defæcatiſsimum & fixum. Quibus qualitatibus cum argentũ uiuum crudum non ſit prædituin, idcirco in natura ſua ſumptum non eſt cauſa perfectionis,nec eſſe poteſt,donec mundiſsima eius ſubſtantia per ſublimationem à fæcibus ſeparata,& exonerata fuerit,& poſtea fixæ, & conſtantis in igne conditionis euaſerit. Quam ob cauſam Geber caput unum de Sublimatione mercurij ſcripſit,& alterum de Fixione mercurij,per ſublimationem mundati.

At quemadmodum Geber docet cap.46,marchaſitam,mercurio extincto,mediocriter præparato,& ad fixionem aliquo modo inclinante præditam eſſe, cuius mercurij extincti,in marchaſita exiſtentis beneficio, immunes ſimus à laboribus extinctionis mercurij crudi: eadem ratione colligere poſſumus,nos à laboribus extinctionis,abſterſionis,& fixationis argenti uiui crudi immunes fore, ſi mercurium non ſolùm extinctum,ſed abſterſum,mundum, defæcatiſsimum,& ad plenam fixionem ab ipſa natura deductum inuenerimus. Itaq; cum ipſa natura mercurium his omnibus dotibus præditum, in Sole & Luna, nobis liberaliſsimè offerat, non eſt profectò, quòd nos torqueamus in argento uiuo extinguendo,abſtergendo,per ſublimationem defæcando, & ad fixionem deducendo. Imò fruſtra huiuſmodi laborem ſubiremus,cum argentũ uiuum crudum mederi non poſsit metallis ignobilitate laborantibus, quin prius metallicam formam induat,& metallum euadat, & ipſa natura metalla nobis cuiuſuis generis exhibuerit. Quod autem argentum uiuum metallis ignobilibus perfectorum nobilitatem conferre non poſsit,quin prius efficiatur metallum,hinc conſtat.

Si à mollitie argenti uiui,non patet aditus ad duritiem metallorum (teſte Gebro cap.26.ſuæ Summæ) niſi per diſpoſitionem, quæ medium tenet inter mollitiem,& duritiem illorum: eodem argumento colligendum eſt,argentum uiuum, metallorum ignobilitate laborãtium,medicinam euadere non poſſe, quin prius formas inter formam Elixiris,& ſuam interiectas experiatur, & ſubeat. Non patet enim acceſſus ab extremo ad extremum,niſi per interiecta media. Atqui inter has duas extremas formas Elixiris,ſcilicet & argenti uiui,formæ metallorum iacent media. Proinde argentum uiuum,niſi prius metallum euaſerit, ad formam Elixiris promoueri non poterit. Quod autem metalla medium teneant inter argenti uiui & Elixiris formam, huius rei fideliſsimus teſtis mihi erit Arnoldus Villauouanus cap.decimo ſui Roſarij minoris,cuius hæc ſunt uerba:

Hic igitur eſt lapis noſter formoſus, quia non fit tranſitus de extremo ad extremum, niſi per medium. Extrema autem noſtri lapidis in primo latere eſt argentum uiuum, in ſecundo uerò eſt Elixir completum: media autem horum duorum extremorum ſunt metalla. Huius etiam rei teſtis eſt Lullus, in ſuo primo Teſtamento, his uerbis. Natura habet in ſuo opere, quatenus ad

creanda

creanda metalla ſpectat, extrema duo, & unum medium. extrema ſunt argẽtum uiuum, & ſulfur ex una parte & metalla ex alia. medium uerò eſt quoddam tertium, in quo ſunt iſta duo nempe mercurius & ſulfur. Aliqui dicunt hoc medium eſſe uitriolum, alij arſenicum, alij alia media mineralia. Ex quo medio natura extrahit duos fumos, qui ſunt mercurius & ſulfur, ex quibus conficit metalla. Ars cum ſit naturæ imitatrix, & cum ſint eadem principia naturæ & artis, habebit ipſa ars duo extrema, & unum medium. Extrema artis erunt argentum uiuum & ſulfur ex una parte, lapis ex alia. medium autem erunt ipſa metalla, ex quo medio ars extrahit ſulfur & mercurium, ingenio naturæ depurata & fixata, ex quibus poſtea lapidem conficiet.

Cum itaq; metalla media ſint, inter formam Elixiris, & argenti uiui, & nullus fiat progreſſus ab extremo ad extremum, niſi per interiectum medium, profectò argentum uiuum Elixiris formam contingere non poterit, niſi primò gradum faciat ad formam metalli intuendam. Quòd ſi argentum uiuum, priuſquàm tranſeat in Elixir, ad formam metalli promouendum eſt, ergo aut plumbi, aut ſtanni, aut æris, aut ferri, aut argenti, aut ſaltem auri formam induat, neceſſe eſt.

Quòd ſi optamus ſcire, ad cuius tandem metalli formam promoueri debeat, antequàm ex eo Elixir confici queat, id ex uerbis Gebri uenandum eſt. docet enim Geber, mundiſsimam ſubſtantiam ex eo per ſublimationem depromendam, eamq; ad fixationem ducendam. Itaq; cum mundiſsima eius ſubſtantia ſit aſſumenda, immudum & ſordidum ex ea non poterit generari metallum, munda enim illius ſubſtantia (ut teſtatur Geber cap. 53.) mundum, & ſordium expers, producit metallum: immunda uerò, pollutum & ſordidum. Neceſſe eſt igitur ut ex mundiſsima & defæcatiſsima argenti uiui ſubſtantia (quam Geber ſolam aſſerit colligendam) mundiſsimum, & defæcatiſsimum naſcatur metallum. Quòd ſi mundum & ſordium expers, ergo aut Solem aut Lunam ex ea mercurij ſubſtantia oriri neceſſariò oportebit. Reliqua enim metalla immunda ſunt, nec extrema tantùm, ſed etiam inteſtina, & penitus inoſſata laborant ſpurcitie.

Quòd ſi argentum uiuum, ut ex eo fieri poſsit Elixir, per ſublimationem & fixionem in metallum nobile, terſum & mundum reuocandum eſt, & natura nobis metalla mundiſsima, tam alba, quàm citrina produxerit, profectò quemadmodum beneficio mercurij in marchaſita exiſtentis, utpote extincti, mediocriter præparati, & ad fixionem ſuſcipiendam diſpoſiti, immunes ſumus à laboribus extinctionis, & ſublimationis argenti uiui crudi: eadem ratione colligere debemus, beneficio metallorum nobilium, & mundorum, hoc eſt auri & argenti mineralis, nos ab immenſis illis laboribus ſubleuari, qui ſubeundi nobis eſſent, ſi argentum uiuum per extinctionem, ſublimationem, & fixionem in metallum nobile & mundum permutandum eſſet. Quorſum enim tot nos fragamus laboribus? cum natura hoc ante uidens, & noſtri miſerta, nobis hac in parte inſudauerit, & hæc nobilia metalla porrexerit, ut ex eis ſubſtantiam illam mercurij mundiſsimam, & iam ad fixionem deductam effoderemus, eamq; ad ſublimiorem Elixiris formam promoueremus.

Quod perſpicaciſsimus & fideliſsimus Gebri interpres, Ademarus perſentiens, ſcripſit, tacitam & per uaria Summæ capita diſperſam Gebri mentem hanc fuiſſe, ut in his duobus metallis, utpotè à Natura iam elaboratis, ſublimatis, & ad fixionem deductis, opus lapidis inchoaretur. Quam rem Geber ipſe ſatis indicauerat cum electionem mundæ ſubſtantiæ mercurij, ad fixionem deductæ, cauſam perfectionis eſſe promulgaſſet, eamq; ſæpius his duobus metallis ineſſe ſcripſiſſet. Quò tamen facilius id aſſequeremur, ſcripſit capite trigeſimo ſecundo, Aurum eſſe precioſiſsimum metallorum & tincturã rubedinis, quia tingit, ac transformat omne corpus. Item cap. trigeſimo tertio ſcripſit Lunam eſſe tincturam albedinis. Quorum etiamſi nihil ſcripſiſſet, id nobis ſatis

esse debebat, quod cap. 51. scripserat his uerbis. Habent autem magnam affinitatem metalla adinuicem, non tamen perfectum perficit imperfectum per solam commistionem, si enim aurum cum plumbo liquefactione misceatur, non fit ex hoc plumbo aurum: sed euanescit à commistione plumbum, & aduritur, aurum autem in examinatione remanet. & idem in reliquis cõtingit. Secundum uerò nostrum magisterium, perfectum iuuat & perficit imperfectum. Et paulopòst.

Et per Deum se inuicem perficiunt, & perficiuntur, & se inuicem alterant, & alterantur, non tamen per se tantùm unumquodq; (imperfectorũ subaudi) perficitur, sine alterius (subaudi perfecti) adminiculo. Quæ sola authoritas satis erat ad indicandum Elixiris confectionem à Sole & Luna (quæ sola perfectione sunt dotata) ordiendam esse. His tamen minimè cõtentus Geber, hanc rem, cap. 19. libri Fornacum, apertissimam fecit his uerbis.

Quæ autem sint medicinæ, & quales secundi & tertij ordinis, sufficienter demonstratum est in libro nostro perfecti Magisterij, ubi demonstrauimus demonstratione competenti & uera lapidem nostrum de arg. uiui substantia esse procreandum. Et hoc sufficienter ut theoricus speculatiuus: hic uerò practicam manifestè referabimus. Et est, ut Solem & Lunam resoluere studeas, &c.

Quibus uerbis Geber palàm & publicè testatur, se in Summa per argen. illud uiuum, ex quo mundato & fixo Elixir conficiendum docuit, nihil aliud, quam Solem & Lunam uoluisse. Quocirca in calce eiusdem cap. (ubi de solutione horum duorum metallorum egit) sic loquitur. Et hoc est (inquit) nostrum argen. uiuum, de arg. uiuo extractum, quod uolumus pro fermento. Quod non immeritò uiuum appellauit, cùm hoc solum reliquis metallis causa uitæ, hoc est perfectionis, sit. Nunc itaq; satis patet, quodnam sit illud arg. uiuum', quod Geber in Summa indicabat esse eligendum, scilicet munda & fixa Mercurij substantia in Sole & Luna inclusa. Itaq; Braceschè cum apud Gebrum toties legisses, causam perfectionis huius artis in solo argen. uiuo reconditam esse, debebas tu inde colligere, ea metalla perfectiora esse, quæ naturæ arg. uiui magis essent conformia. Quæ autem naturæ arg. uiui essent magis conformia, docuit te Geber cap. 59. his uerbis. Videmus arg. uiuum arg. uiuo magis adhærere, & eidem magis amicari, post illud uerò aurum, & post hæc argentum, ideo ex hoc relinquitur ipsa esse suæ naturæ magis. Alia uerò corpora uidemus ad illud tantam conformitatem non habere, & ideo ipsa ueridicè inuenimus minus de illius natura participare. Quæcunq; enim plus ab adustione saluari uidemus, illa iudicamus arg. uiui naturam magis possidere, quia argẽ. uiuum (inquit) est adustionis saluatiuum. Quòd si arg. uiuum est causa incremabilitatis metallorum, poteras tu inde colligere, ea arg. uiuo conformia magis esse, & naturam illius magis sapere, quæ minus sunt cremabilia. Et cum Martem cæteris omnibus metallis magis cremabilem esse sentires (cum argen. uiui incremabilitatem efficiẽtis, minus obtineat) debebas tu inde ratiocinari, Martem minimam cum arg. uiuo habere conformitatem. Et cum arg. uiuum causam perfectionis metallorum, tam perfectorum, quàm ad perfectionem reuocandorum esse, à Gebro audiuisses, nonne poteras inde colligere ea metalla à perfectione conferenda aliena esse, quæ paruam aut nullam haberent cum arg. uiuo conformitatem? Et cum reliqua omnia metalla argen. uiuo cerneres magis conformia, quàm Martem tuum (quod ægerrimus & illibentissimus arg. uiui cum eo testatur coitus) poteras tutò iudicare, Martem omnium metallorum à conferenda perfectione (cuius est maximè inops) alienissimum esse, eamq; cæteris omnibus metallis potius, quàm Marti uendicandam. Et hoc erat arcanum illud à Gebro tacitè in hac prima authoritate indicatum, sed longè maius inde colligi poterat arcanum. Nam cum in eodem cap. dixisset argen. uiuum (ex quo ubiq; prædicat Elixir componendum) in natura sua sumptum, perfectionem conferre non posse: & alibi docuisset, mundissimã eius substantiam

per

per ſublimationem efficiendam eſſe,eamq; poſtea ad fixionẽ ducendam, debebas profectò colligere,fieri non poſſe,quin arg. uiuũ hac methodo in mundum, & nobile rediret metallum:præſertim cum Geber ipſe cap.63. monuiſſet arg.uiuum per ſucceſsiuam illius ſublimationem eò peruenire, ut metallica ſit prædita liquatione,& cap.53.docuiſſet,ex munda illius ſubſtantia mundum generari oportere metallum. Et cum nullum metallum,præter aurum & argentũ, mundum eſſe cerneres,poteras ſentire Braceſche,hanc mundam & fixã mercurij ſubſtantiam (cum reliquis non inſit) ex his duobus tantùm effodiendam, eamq;, ut Geber docet,ad ſublimem Elixiris formam eſſe promouendam. Ex quibus poſtremò colligendum erat,hanc Mercurij ſubſtantiam,neq; ex Marte,neq; ex Venere,neq; ex Saturno,neq; ex Ioue,promi poſſe, quin prius iſta auream, uel argenteam induiſſent naturam & conditionem. Iudica nunc quæſo Braceſche, iudica,inquam,tu ipſe,quantum à recta Gebri interpretatione deflexeris. Quòd ſi adhuc in opinione tua ferrea perſtas, & interpretationem meam, tot illuſtratam teſtimonijs,tot uallatam rationibus,in dubium uocare audes, prodeat in mediũ Arnoldus Villanouanus,fideliſsimus Gebri interpres, & hanc noſtram cõtroueꝛſiam dirimat,terminet,& reſcindat. Quo iudice ſi hac cauſa cecidero,lubens palinodiam canam Braceſche, opinionem ferreã amplectar,& Marti tuo libentiſsimè ſubſcribam.

Hæc igitur ſunt,quæ ab Arnoldo in huius loci diffinitionẽ ſcripta fuêre ca.4. ſui Roſarij minoris. Sed arg.uiuum in omnibus ſuis operibus manifeſtè eſt perfectiuum:quoniam aduſtionis eſt ſaluatiuum,& fuſionis effectiuũ. Et cum figitur eſt tinctura rubedinis,exuberantiſsimæ refectionis, & fulgidi ſplendoris, & non recedit à cõmiſto. Eſt enim amicabile ac placabile metallis,ac medium coniungendi tincturas:quoniam miſcetur per minima cum ipſis, & in profundo naturaliter adhæret eis,quia eſt de natura ipſorum. Veruntamen cum Sole & Luna miſcetur facilius,eo quod ipſa naturã illius magis participant,attamen non ſubmergitur aliquod metallorum in arg.uiuo niſi Sol.

Ex hoc itaq; maximum elicias arcanũ: quoniam Mercurius in ſe recipit, quod ſuæ naturæ eſt,alienũ uerò reſpuit,eo quòd ſua natura magis gaudet, quàm aliena. Ex hoc igitur manifeſtè relinquitur, corpora maioris eſſe perfectionis, quæ plus Mercurij ſunt continentia,& quæ minus,minoris. Laudetur ergo omnium opifex Deus,glorioſus & benedictus, creator optimus & altiſsimus, qui ex uili creauit precioſum, ut cum mineralibus maximum teneat in natura ſymbolum, & dedit illi ſubſtantiam,& ſubſtantiæ proprietatem, quam non contingit ullam aliam rem in natura poſsidere: quoniam ipſum ſolum eſt, quod ignẽ ſuperat, & ab igne nõ ſuperatur,ſed in eo amicabiliter cõquieſcit,eo gaudens. ipſum nanq; ſolum (quum ſit metallum) continet in ſe totum, quo indigemus ad noſtrum magiſterium:quoniam alia omnia,cum ſint cõbuſtibilia, igni cedũt, & in fauillam tranſeunt. Hoc ſolum Arnoldi teſtimonium ſatis erat Braceſche:etiamſi ego nihil aliud attuliſſem,ad ſubuertendam interpretationem tuam ferream. Ex his enim Arnoldi uerbis manifeſtè uides,arcanum illud,ex facili uel difficili Mercurij cum metallis congreſſu eliciendum,nihil aliud eſſe,quàm ea metalla arg.uiuo affiniora eſſe,quibus cum arg uiuum libentius cõmiſcetur. Cuius rei hanc eſſe aitrationem,quòd arg.uiuum libenter amplectatur id,quod ſuæ naturæ eſſe ſentit,alienum autem à natura ſua reſpuat, & exoſum habeat. Et cum ab ipſo Arnoldo audias,arg.uiuum eſſe in hac arte perfectiuum,facilè intelligere potes, ea metalla eſſe perfectiora,quæ maiorem habent cum arg.uiuo cõformitatem,qualia ipſe teſtatur eſſe aurum & argentum,cum quibus argentum uiuum libentius miſcetur,inquit,quia hæc duo metalla arg.uiui naturam magis ſapiunt, quòd ſi aurum & argentũ eo nomine perfectiora cenſentur,quòd maiorem habeãt cum argento uiuo affinitatem,facile erat tibi inde colligere ea metalla à perfectione

longius esse distracta, quæ argento uiuo minus essent conformia. Itaque cum ex illibenti argenti uiui cum Marte coitu intelligeres, Martem à natura argenti uiui alienissimum esse, non possum non admirari Braceſche, quomodo non intellexeris, Martem longiori interuallo à perfectione distractum esse, quàm reliqua metalla, & per cõsequens, perfectionem (à qua adeò alienus est) prius conferre non posse, quàm eam adeptus fuerit, & in perfectum metallum euaserit. Audis præterea Arnoldum testantem, argentum uiuum, ubi uersum fuerit in metallum, id totum in se continere, quo hac in arte egemus. Ex quibus iudicare potes, quàm uerè superius à me dictum fuerit, argentum uiuum in natura sua sumptum, non esse perfectiuum, sed ut tale euadat, ad naturam metallicam prius esse promouendum, & postremò ad formam Elixiris. Cum itaq; in metallum uertendum sit, antequàm Elixir effici possit, poteras ex uerbis Gebri ratiocinari, in quod tandem metallum esset mutandum. Nam si munda illius substantia mundum creat metallum, & hæc sola Gebri testimonio est assumenda, debebas cum Ademaro colligere, argentum uiuum, antequam metallis ignobilitate laborantibus mederi posset, in aurum seu argentũ esse uertendum, cum hæc sola sint munda, & in his solis mundissima argenti uiui substantia reperiatur. At cum natura artis miserta hac in parte nobis insudauerit, poteras iudicare Gebrum tacitè lectori indicare, mundissimã mercurij substantiam ex Luna ad Lunam, ex Sole ad Solem esse promendam, & ex ea ignobilium metallorum in aurum, uel argentum mutandorum, medicinam esse conficiendam. Ex hoc Arnoldi testimonio satis patet, illam, quæ à me superius allata fuit, interpretationem non esse meam, sed ipsius Arnoldi, imò nec Arnoldi, sed ipsius Gebri, cum eam ex Gebro collegerit Arnoldus. Corruit itaq; prima & antesignana ratio tua Braceſche, & ita corruit, ut reliquæ fermè omnes illius ruina attonitæ per se iam corruant, & nullo impellente collabantur. Ea enim arte instructa erat hæc acies tua, ut hac prima cohorte stante, reliquæ futuræ essent inuictæ: hac autem expugnata, reliquæ corruerent.

CAPVT III.

SEd quoniam nondum sentis, quantam cladem acceperis, ideoq; uictoriã adhuc promittere tibi audes, prodi, quæso, in mediũ cum illa secunda authoritate ex cap. 66, Summæ Gebri à te desumpta, qua faciam ut intelligas, quantum abutaris, & quàm grauiter tibi imponas. Et quia tu duas ex eo cap. authoritates promis, ego ambas adferam, ut uno & eodem ictu utranq; rescindam. Quod ut rectius fiat, paulò altius Gebri uerba resumam, ut ex antecedentibus quid sibi uelint consequentia, familiarius percipiatur, quod tu consultò prætermisisti, ne mens Gebri innotesceret, & interpretationi tuæ fides derogaretur. Verba igitur Gebri hæc sunt:

Et ideò in hoc nobis aperta est uia inuestigationis causæ huius operis, per quod in calcinatione mutatur Iupiter facilius in durum, quàm Saturnus, non autem in tarditatem liquefactionis uelocius, quàm Saturnus. Et illud ideo, quoniam causa duriciei naturæ, est sulfur, & argentum uiuum fixum. Causa uerò liquefactionis est duplex, argentum uiuum scilicet, & sulfur combustibile: quorum alterum, quoad fusionis perfectionem sufficit in unoquoque gradu eius, scilicet cum ignitione & sine ignitioue, scilicet argentum uiuum. Quia igitur in Ioue est multa argenti uiui quantitas non uerè fixi, remanet in illo multa liquefactionis uelocitas, & non remouetur ab illo faciliter. Causa uerò mollificationis est duplex, argentum scilicet uiuum, & sulfur combustibile. Quia igitur remouetur sulfureitas comburens ex Ioue facilius, quàm ex Saturno, ideo ex eo altera molliciei causa remota, necesse est illud indurari calcinatum. Saturnus uerò, quia utranque molliciei causam fortiter habet coniunctam, non facilè induratur. Est tamen diuersitas in mollicie per argentum uiuum, & per sulfur, quia mollicies,

mollicies, quæ fit per ſulfur, eſt ceſsiua, mollicies autem quæ fit per argentum uiuum, eſt extenſiua. Et hoc neceſſariò probatur per hoc, quòd uidemus corpora multi argenti uiui, multæ extenſionis eſſe: corpora uerò pauci, paucæ. Et ideò Iupiter facilius & ſubtilius extenditur, quàm Saturnus, Saturnus facilius quàm Venus, Venus quàm Mars, Luna ſubtilius quàm Iupiter, Sol uerò quàm Luna ſubtilius. Patet igitur, quòd cauſa indurationis eſt argentum uiuum fixum, aut ſulfur fixum. Cauſa uerò mollitiei eſt opppſita. Cauſa uerò fuſionis eſt duplex, ſulfur non fixum, & argentum uiuum cuiuſcunq; generis: ſed ſulfur non fixum neceſſariò eſt cauſa fuſionis ſine ignitione. Et manifeſtè uides huius rei experientiam, per proiectionem arſenici ſuper corpora difficilis fuſionis: facit enim ea facilis fuſionis, & ſine ignitione. Cauſa uerò fuſionis facilis, eſt ſimiliter argentum uiuum. Cauſa uerò fuſionis cum ignitione, eſt argentum uiuum fixum. Cauſa igitur impedimenti fuſionis cuiuſcunque, eſt ſulfur fixum. Per hoc itaque maximum poteris elicere ſecretum, quòd cum plurimæ argenti uiui quantitatis corpora maximæ perfectionis ſint inuenta, pluris utique quantitatis argenti uiui corpora à perfectione diminuta, perfecto magis approximare neceſſe eſt. Itaq; & multa ſulfureitatis corpora, plurimæ corruptionis eſſe cõtingit. Quamobrem ex iam dictis patet, Iouem maximè perfecto approximare, (cum perfectionis plus participet) Saturnũ uerò minus, minus adhuc Venerem, minimè uerò Martem, eo ex quo perfectio dependet. Hactenus Geber. Nunc quis ſit eorum ſenſus, ordine expendamus, & ſingulas partes ſeriatim examinemus.

GEBER.

Et ideo in hoc nobis aperta eſt uia inueſtigationis cauſæ huius operis, per quod in calcinatione mutatur Iupiter facilius in durum, quàm Saturnus: non autem in tarditatem liquefactionis uelocius, quàm Saturnus. Et illud ideo quoniam cauſa duritiei naturæ, eſt ſulfur & argentum uiuum fixum. Cauſa uerò liquefactionis eſt duplex, argentum uiuum ſcilicet & ſulfur combuſtibile: quorum alterum, ſcilicet argentum uiuum, ad fuſionis effectionem ſufficit in unoquoque gradu eius, ſcilicet cum ignitione, & ſine ignitione. Quia igitur in Ioue eſt multa argenti uiui quantitas non uerè fixi, remanet in illo multa liquefactionis uelocitas, & non remouetur ab illo faciliter.

TAVLADANVS.

Geber in hoc cap. confert naturam Iouis & Saturni adinuicem. Vnde hic ait, Iouem calcinationis beneficio citius indurari, quàm Saturnum: at Saturnũ promptius liquefactionis celeritatem deponere, quàm Iouem. Cauſam igitur, propter quam Iupiter non æque citò liquefactionis uelocitatem deponat, ac Saturnus, hanc eſſe ait. Cauſa liquefactionis plus quàm par ſit uelocis, hoc eſt ignitionem non ferentis, eſt partim argentum uiuum minimè fixum, partim ſulfur cremabile, & ab igne fugiens. Quod ne in dubium uocari poſsit, hac ratione ueriſimum eſſe conſtabit. Oppoſitorum effectuum, oppoſitas neceſſe eſt cauſas eſſe effectrices. Atqui liquefactio ignitionem ferens, eſt effectus liquefactioni, ignitionem non ſuſtinenti oppoſitus. Igitur horum duorum effectuum oppoſitæ habendæ ſunt cauſæ. Sed liquefactionis ignitionem ſuſtinentis cauſa eſt argentum uiuum fixum. Igitur argentum uiuum minimè fixum, erit cauſa liquationis ignitionem non ferentis. Quòd autem argentum uiuum fixum ſit cauſa liquationis ignitionem ſuſtinentis, id conſtat ex metallis ignitionem ſuſtinentibus. In quibus cum præter argentum uiuum & ſulfur maiori ex parte fixa nihil ſit, oportet huiuſmodi liquationis ignitionem ferentis cauſam eſſe, aut argentum uiuum fixum, aut ſulfur fixum, aut utrunque. Atqui tantum abeſt, ut ſulfur fixum liquationem efficere poſsit, ut eam penitus tollat, (ſiquidem liquationis cauſa eſt humidum, quo humido ſulfur fixum, cum ſit aridiſsimum, eſt omnino exhauſtum, & per conſequens illiquabile.) Cum itaque ſulfur fixum liquationis

causa esse non possit, profectò liquationis ignitionem sustinentis causa esse minus poterit. Quòd si sulfur fixum liquefactionis, ignitionem sustinentis causa non est, id certè argento uiuo in metallis ignitionem ferentibus existenti, acceptum ferendum est. Et si argentum uiuum fixum est causa liquationis ignitionem sustinentis, consequens est, ut argentum uiuum minimè fixum dissimilem pariat effectum, & sit causa liquationis ignitionem non ferentis: siquidem oppositorum effectuum oppositæ sunt causæ, & oppositarum causarum oppositi effectus. Ex his notissimum est, argẽtum uiuum minimè fixum, esse causam liquationis ignitionem non ferentis. Sed quoniam Geber duplicem in hoc capait esse causam huiusmodi liquationis, argentum scilicet uiuum minimè fixum, & sulfur cremabile, atque ab igne fugiens, id num de sulfure cremabili, & minimè fixo uerum sit, exploremus: Quod hac ratione facilè innotescet. Sulfuris fixi, & sulfuris minimè fixi natura penitus dissimilis est, & extremè opposita. Igitur horum duorum effectus, erunt penitus dissimiles, & extremè oppositi. Atqui sulfuris fixi effectus, est extrema retardatio liquationis. (eam enim quantum in se est, remoratur & prohibet, ut patet in ferro.) Igitur sulfuris minimè fixi effectus, erit extrema liquationis acceleratio. Atqui summa, & immoderata liquationis acceleratio, secum adfert liquationem, ignitionem non expectantem. Proinde sulfur cremabile, & minimè fixum erit altera liquationis sine ignitione causa. Ex his itaque constat & sulfur ab igne fugiens, & argentum uiuum minimè fixum, causam esse liquationis uelocioris quàm par sit, id est, ignitionem non ferentis. Et quoniam ambæ istæ causæ plus abundant in Ioue quàm in Saturno, hinc fit, ut hanc immoderatam liquationis celeritatem, non æquè citò deponat Iupiter, ac Saturnus.

GEBER.

Causa uerò mollificationis est duplex, argentum scilicet uiuum & sulfur combustibile. Quia igitur remouetur sulfureitas comburens ex Ioue facilius, quàm ex Saturno, ideo altera molliciei causa ex eo remota, necesse est illud indurari calcinatum. Saturnus uerò, quia utranq; molliciei causam fortiter habet coniunctam, non facilè induratur.

TAVLADANVS.

Quemadmodum superius docuit, Saturnum Ioue promptiorem esse, ad deponendam & exuendam nimiam liquationis celeritatem, ita hîc docet, Saturnum à Ioue superari, quòd Iupiter promptius citius, & facilius calcinationis beneficio induretur, quàm Saturnus. Et huius rei affert has rationes. Causa duricies in metallis efficiens (ut superius dixit) est partim sulfur fixum, partim argentum uiuum fixum, ut patet in omnibus duris corporibus, & potissimum in ferro omnium metallorum durissimo. Itaq; cum hæc sit duritiei causa in metallis, & oppositorum effectuum oppositæ sint causæ, profectò causa efficiens mollitiem in metallis (quæ ex diametro cum duritie pugnat) erit partim sulfur ab igne fugiens, partim argentum uiuum minimè fixum. Et quoniam remissa causa efficiente, illius effectum remitti, & sublata, penitus tolli oportet: Idcirco in quocunque horum duorum metallorum causæ mollitiei ambæ, seu altera tantùm uelocius remittetur, aut citius tolletur, in eodem effectum illius causæ citius tolli, aut saltem remitti necesse est. Atqui altera mollitiei causa, sulfur scilicet non fixum, facilius, promptius & citius per calcinationem à Ioue separatur, quàm à Saturno (quia scilicet tenacius adhæsit, & arctius fœdus iniit cum argento uiuo Saturni, quàm Iouis.) Itaq; sublata promptius à Ioue, quàm à Saturno, altera mollitiei causa, mollitiem in Ioue citius remitti iudicandum est. Quòd si mollities in Ioue citius, quàm in Saturno supprimitur, qualitatem mollitiei oppositam, hoc est duritiem, Ioui citius, quàm Saturno contingere necesse est: cum hæc sit lex & conditio qualitatum inimicarum, & inter se pugnantium, ut altera repulsam patiente,

tiente,& explosa,altera admittatur,succedat,& in locum primæ substituatur,& una eneruata,alterius uires intendantur,inualescant,& corroborentur.

GEBER.

Est tamen diuersitas in mollitie per argentum uiuum,& per sulfur, quia mollities per sulfur est cessiua, mollities uerò per argentum uiuum est extensiua. Et hoc necessariò probatur per hoc, quòd uidemus corpora multi argenti uiui,multæ extensionis esse,corpora uerò pauci,paucæ. Et ideo iupiter facilius & subtilius extenditur, quàm Saturnus, Saturnus facilius quàm Venus, Venus quàm Mars,Luna facilius quàm iupiter,Sol uerò quàm Luna subtilius.

TAVLADANVS.

Docuit superius Geber, duplicem esse mollitiei metallorum causam, scilicet argentum uiuum minimè fixum,& sulfur cremabile,atq; ab igne fugiens. Nunc docet,quod sit discrimen,inter mollitiem quam efficit sulfur cremabile, & eam, quam parturit argentum uiuum non fixum. Mollities (inquit) quam parit sulfur est cessiua,illa uerò quam efficit argẽtum uiuum est extensiua,hoc est sulfur per mollitiem quam inducit,facit,ut metallum urgenti malleo cedat,argẽtum autem uiuum facit,non solùm ut cedat metallum,sed etiam ut facilè extendatur,& in tenues bracteas ictu mallei duci possit. Quòd autem argentum uiuum,& non sulfur,sit causa extensionis,& ductilitatis metallorum,hinc constat. Ea metalla, in quibus maior est argẽ.uiui copia,facilius & tenuius sub malleo extenduntur, & ea,in quibus minor est argenti uiui copia,non æquè facilè aut tenuiter ducuntur. Igitur colligendum est necessariò, argentum uiuum esse causam extensionis & ductilitatis metallorũ. Quòd autem metalla & facilius & tenuius sub malleo ducantur,quæ maiori abundant argenti uiui copia,hinc patet. Iupiter facilius & tenuius extenditur,quàm Saturnus,Saturnus facilius quàm Venus, Venus quàm Mars,Luna subtilius quàm iupiter,Sol uerò quàm Luna subtilius. Atqui Iupiter argenti uiui copia superat Saturnum,Saturnus Venerem, Venus Martem, Luna iouem,& Sol ipsam Lunam. Igitur ea metalla facilius & tenuius sub malleo ducuntur,quæ maiori abundant argenti uiui copia,& quę minori,minus sunt ductilia. Proinde argentum uiuum est causa extensionis,& ductilitatis metallorum.

GEBER.

Patet igitur,quòd causa indurationis est argentum uiuum fixum, & sulfur fixum, causa uerò mollitiei est opposita.

TAVLADANVS.

Geber quid ex superioribus colligendum sit,docet,& ueluti in compendium redigit. Primò igitur colligit duplicem esse causam duritiei metallorum, scilicet argentum uiuum fixum,& sulfur eadem conditione præditum. Causa uerò mollitiei metallorum (inquit) est oppositæ. Nam cum mollities sit effectus duritiei oppositus,horum duorum effectuum oppositas necessariò esse oportet causas effectrices. Proinde cum partim sulfur fixum, partim arg.uiuum fixum sit causa duritiei metallorum,& sulfur non fixum sulfuri fixo,& argentum uiuum minimè fixum,argento uiuo fixo opponatur, profectò mollities metallorum partim sulfuri non fixo,partim arg.uiuo minimè fixo adscribenda erit.

GEBER.

Causa uerò fusionis est duplex,sulfur non fixum,& arg.uiuum cuiuscunq; generis. Sed sulfur non fixum,necessario est causa fusionis sine ignitione. Et manifestè uides huius rei experientiam,per proiectionem arsenici super corpora difficilis fusionis: facit enim ea facilis fusionis,& sine ignitione.

TAVLADANVS.

Id est,causa efficiens liquationem in metallis,est partim sulfur non fixum,partim arg.uiuum,cuiuscunq; fuerit conditionis,hoc est,siue sit fixum, siue expers fixionis. Sed arg.uiuum à sulfure non fixo hac ratione distinguitur,quòd sulfur fixum perpetuò sit causa liquationis,ignitione carentis,arg.aũt uiuum non sem-

per. Arg. enim uiuum, fixione prædictũ, (ut proximè docebit) est causa liquationis ignitionem sustinentis. Quòd autẽ sulfur non fixum, sit causa liquationis, ignitionem non ferentis, inquit, hinc patet. Arsenicum est sulfur non fixum. Atqui arsenicũ eius est conditionis, ut metallis non solùm ignitionẽ sustinentibus, sed ægerrimè etiã atq; difficillimè liquescentibus copiosius adhibitũ, tantã inducat liquescẽdi celeritatẽ, ut posteà nullo modo se iniri patiãtur. Proinde necessariò colligendũ est, sulfur fixionis expers causam esse liquationis, ignitionẽ nõ ferentis.

GEBER.

Causa uerò fusionis facilis est, similiter argentum uiuum: causa uerò fusionis cum ignitione, est argentum uiuum fixum.

TAVLADANVS.

Docuit superius sulfur non fixum, esse causam facilis liquationis: hîc etiam fatetur arg. uiuum facilem conferre liquationem. Sed quoniam arg. uiuum duplicis est conditionis, scilicet fixionis expers, & fixione præditum, id arg. uiuum, quod fixione præditum est, hac ratione differt ab argento uiuo non fixo, & à sulfure fixionis expertæ, quòd argentum uiuum fixione præditum, semper præstat liquationem, ignitioni coniunctam, argentum autem uiuum fixionis expers, & sulfur non fixum, liquationem inducunt ignitionem præeuntem.

GEBER.

Causa uerò impedimenti fusionis, est sulfur fixum.

TAVLADANVS.

Dixerat superius, sulfur fixionis expers, esse causam facillimè, & celerrimè liquationis, hîc uerò docet, oppositam penitus esse sulfuris fixione præditi naturam: cuius hæc est conditio, ut liquationem metalli, in quo abundat, impediat, remoretur, & quantum in se est, prohibeat. Cuius rei amplissimam fidem facit ferrum, quod ob multam sulfuris fixi copiam ægerrimè, & summa cum difficultate liquatur: Quod Geber apertè testatur cap. 63. his uerbis. Si uerò fuerit sulfur fixũ, terreum, arg. uiuo fixo, terreo cõmistum, & hæc ambo non puræ, sed liuidæ albedinis fuerint, & longè maior sit sulfuris fixi, quàm mercurij quantitas, fit ex his ferrum: quoniam superans copia sulfuris fixi fusionem prohibet. Ideoq; ex hoc relinquitur sulfur uelocius liquefactionis festinantiam per opus fixionis perdere, quàm arg. uiuum: sulfur uerò non fixum, uidemus citius quàm argẽ. uiuum liquescere. Ex his uerò manifestatur causa uelocitatis fusionis, & tarditatis in uno quoq; metallorũ. Nã quod de fixo plus habet sulfure, tardius, quod uerò plus de aduretẽte, facilius & citius fusionẽ suscipit. Quod satis apertè relinquitur à nobis demõstrandum. Quòd uerò ipsum fixũ tardiorem faciat fusionem, manifestatur per hoc, quòd ipsum nunquam, nisi calcinetur, figitur, & calcinatũ nullam dat fusionẽ. Ergo in omnibus illã impedire debet. Cum itaq; sulfur fixũ sit causa liquationẽ impediẽs, & prohibẽs, meritò Geber sulfure fixionis expertæ, ad facilitatẽ liquescẽdi ferro cõferendam utitur: & cũ sulfur fixionis expers nimis liquationẽ acceleret, ut patet in Ioue, & Saturno, meritò Geber, ad retardandã in ioue & Saturno nimiam liquescendi celeritatẽ, talcho, quod sulfuris fixi species est, utitur. Cõtraria enim, cõtrarijs curantur, & oppositarũ causarũ, oppositi sunt effectus.

GEBER.

Per hoc itaq; maximum poteris elicere secretum, quod cum plurimæ arg. uiui quantitatis corpora maximæ perfectionis sint inuenta, pluris uticq; arg. uiui quantitatis corpora à perfectione diminuta, perfecto magis approximare necesse est. Itaq; & multæ sulfureitatis corpora, plurimæ corruptionis esse contingit.

TAVLADANVS.

Quod tu sic interpretaris, Braceſche, per hoc, id est, ex hoc sulfure fixo, subaudi (per quod tu uis à Gebro fertum intelligi, eo quòd maior pars ferri sulfur fixũ sit) poteris elicere maximum secretum, hoc est Elixir. Quæ interpretatio quàm sit insulsa, Braceſche, non meum, sed periti cuiuslibet lectoris sit iudicium. Nam

si hiç

si hic locus de Marte, ut tu uis, interpretandus esset, & Elixir formam auri uel ar
genti impertiens, ex Marte cõficiendum esset, corrueret necessariò hic Gebri lo
cus, ex quo Geber tandem colligit, Martem omniũ metallorũ à perfectione tam
sibi cõparanda, quàm reliquis impertienda, alienissimũ esse. Quòd si tua locum
haberet interpretatio, tantum abesset, ut Mars à perfectione alienus cẽsendus sit,
ut etiam colligendum sit, Martẽ perfectioni uicinissimũ, imò & omniũ metallo-
rum absolutissimũ esse. Et ita hæc Gebri authoritas penitus subuerteretur. Nos
itaq; quis sit germanus huius loci sensus, fauente diuino numine, fidelissimè in-
terpretabimur. Geber hoc in loco apertissimè promulgat, quodnam sit illud ar-
canũ, quod ex prima illa authoritate, à nobis superius interpretata, indicabat esse
eliciendum, scilicet ea metalla esse perfecta (& per consequens perficiendi uim
ex eis promendam esse) quæ maxima abundant arg. uiui copia, & parũ sapiũt na
turam sulfuris, ut sunt aurum & argentũ: Et inter cætera metalla ea esse perfectio
ni uiciniora, quę horum duorũ nobilium conditionem uiuacius exprimũt, & ma
gis imitantur, hoc est, quæ maiori prædita sunt arg. uiui quàm sulfuris copia: Ea
uerò à perfectione alienissima esse, quæ multo maiorem obtinent sulfuris, quàm
arg. uiui copiã: Quod etiam testatur cap. 64. suæ Summæ his uerbis. Ex hoc itaque
manifestũ est, corpora illa maioris esse perfectionis, quæ plus arg. uiui sunt conti
nentia, quæ uerò minus, minoris perfectionis. Studeas igitur, ut in omnibus ope-
ribus tuis, argẽ. uiuũ in cõmistione superet (subaudi sulfur). Itẽ cap. 61. his uerbis.
Ex præcedentibus igitur patet, quòd multa quãtitas arg. uiui, est causa perfectio-
nis, multa uerò sulfuris, est causa corruptionis. Ratio aũt, propter quã ea metalla
sunt perfectioni uiciniora, quæ maiorẽ arg. uiui quàm sulfuris obtinẽt copiã, hæc
est. Id quod causę perfectionẽ efficiẽtis magis particeps est, perfectius censendũ
est. Atqui arg. uiuũ est causa efficiẽs perfectionẽ in metallis. Igit̃ ea metalla, quæ
arg. uiui naturã magis sapiẽt, & maiori prędita erunt arg. uiui copia, perfectiora
erũt habẽda. Et quẽadmodũ ea metalla nobiliora cẽsentur, quę arg. uiui sunt ditio
ra, ita ea ignobiliora meritò cẽsebuntur, quæ arg. uiui magis erũt inopia. Atqui ea
metalla quæ maiori laborãt arg. uiui inopia & sterilitate, sunt fœcundiora sulfu-
ris. Igit̃ metalla quę magis abũdant sulfure, sunt habẽda ignobiliora. Quod si ita
est, profectò arg. uiuũ nobilitatis, sulfur uerò ignobilitatis metallorũ causam esse
necessariò colligendũ est. Quod ut ueriss imũ esse cõstet, ego sic agã. Si metallũ
illud, in quo est maxima quãtitas arg. uiui, minima uerò sulfuris, esset omniũ me-
tallorum nobilissimũ, & illud, in quo est maxima quãtitas sulfuris, minima uerò
arg. uiui, omniũ ignobilissimũ haberetur, negari nõ posset, quin arg. uiuũ sit cau-
sa nobilitatis metallorũ, sulfur uerò ignobilitatis. Atqui in auro, quod sine cõtro
uersia est nobilissimũ metallorũ, & absolutũ opus naturę inter metalla, est maxi
ma arg. uiui copia, minima uerò sulfuris: & in ferro, quod est ignobilissimũ metal
lorũ, est maxima quãtitas sulfuris, minima uerò arg. uiui. Proinde necessariò col-
ligendũ est, arg. uiuũ esse causam nobilitatis metallorũ, sulfur uerò ignobilitatis.
Quod aũt in auro res ita habeat, hac ratione cõstabit. Quicquid est in rerũ natura
libẽtius propriã & sibi cõformem naturã amplectitur, quã alienam & dissimilẽ.
Atqui arg. uiuũ libẽtius aurũ cõplectitur, quàm cętera metalla. Quocirca neces-
se est, aurũ magis sapere naturã arg. uiui, & per cõsequens arg. uiuo abundantius
prædituṁ esse, quàm cętera metalla. Quod aũt arg. uiuũ libentius aurũ cõplecta-
tur, id fidem facit, quia nullũ metallũ præter aurũ in arg. uiuo submergitur. Quod
nullam aliã ob causam fit, teste Arnoldo Villanouano, & Petro Bono, nisi quia
arg. uiuum in se recipit, id quod naturam suam sapit, alienum autem à natura sua
respuit. Et quoniã reliqua metalla non habent tantam cum arg. uiuo conformita
tem, quantam aurum: hinc fit, ut nullum metallorum, auro excepto, in arg. uiuo
submergatur. Proinde auiditas illa, qua argentum uiuum rapit, uorat, & deglutit
aurum, certissimum indicium est, aurum magis sapere naturam argenti uiui, &

per consequens maiori præditum esse argenti uiui copia quàm reliqua metalla. Quòd si ita non esset, non adeò libenter cum eo coiret. Vndè fit, ut cum in nullo aliorum sit tanta argenti uiui copia, quanta in auro, non adeò libenter cum alijs coalescat, imò nullum aliud in intimas sui partes admittat. Præterea hoc argumento constabit maiorem esse argenti uiui in auro copiam, quàm in reliquis metallis. Causa extensionis & ductilitatis metallorum, teste Gebro, est argentũ uiuum. Igitur quæcunq; magis abundant argento uiuo subtilius extendentur, & in tenuiores bracteas ducentur: & quæcunq; subtilius extendentur, maiori prædita esse oportebit argenti uiui copia. Atqui Gebri testimonio, imò teste ipsa experientia, aureum subtilius extenditur, & in tenuiores bracteas ducitur, quàm aliquod aliud metallum. igitur maior erit in eo arg. uiui, quàm in alijs copia. Quòd si maior argenti uiui, igitur minor sulfuris. Præterea illa metalla, teste Gebro cap. 90. facilius in cemento cremantur, quæ maiorem sulfuris continent copiam, quæ uerò minorem, difficilius cremantur. Sed inter metalla solum aurum ex cemento illæsum redit, & incrematum. igitur in auro minor erit sulfuris quantitas, quàm in aliquo alio metallo. Quòd si minor sulfuris, igitur maior argenti uiui. Maius enim & minus in eorum numero sunt, quæ cum aliquo conferuntur. Ea autem, quæ huius generis sunt, talia dici non possunt (teste Aristotele) nisi collatione ad aliud facta. Itaq; cum omne minus sit aliquo maiori, cum quo cõfertur, minus, & omne maius aliquo minori maius, si minor est sulfuris in auro quantitas profectò aliqua alia re in auro existente, minor sit necesse est. At cum in auro præter sulfur & argentum uiuum nihil sit, minor sit oportet, ad quantitatem argenti uiui, in eo existentis comparata: Et per consequens maior erit in auro arg. uiui copia. Ex quibus abundè constat, in auro omnium metallorum nobilissimo minorem esse sulfuris, maiorem uerò arg. uiui copiam, quàm in alio quopiã metallo. At quoniam superius diximus, in Marte omnium metallorum ignobilissimo, maiorem esse sulfuris, minorem uerò argenti uiui, quàm in alijs metallis quantitatem: id nunc probandum supereſt. Quod ut fiat, sic agemus. Ea metalla maiori censentur esse prædita argenti uiui copia, minori uerò sulfuris, quibus cum argentum uiuum libentius congreditur, ut patet ex auro, quod solum in argento uiuo submergitur. Quocirca cum contrariorum contraria sit ratio habenda, ea metalla meritò censebuntur, maiori sulfuris, minori uerò argenti uiui copia prædita, quibus cum argentum uiuum illibentius copulatur. Atqui, teste Gebro, imò ipsa experientia, nullum est metallum, cum quo argentum uiuum adeò ægrè & illibenter coeat, atq; cum Marte. Proinde necessariò iudicandum est, Martem inter metalla ueraciſsimum esse sulfuris, infœcundiſsimum uerò argenti uiui.

Proinde cum metallum illud, in quo maior est arg. uiui, minor uerò sulfuris copia, quàm in aliquo alio metallo, sit omniũ metallorum nobiliſsimũ, id autem, in quo opposita est, tam arg. uiui quàm sulfuris portio, sit omnium ignobiliſsimũ, id certiſsimum argumentum est, causam nobilitatis metallorum esse arg. uiuum, ignobilitatis autẽ sulfur. Quod cùm multis in locis, tum 81. cap. suæ Summę Geber apertè pronunciauit, his uerbis. Probauimus autem iam ex nostris sermonibus sulfur cuiuscunq; generis, esse corruptiuum perfectionis, solum autem argentum uiuum esse perfectiuum. Itaq; cum argentum uiuum sit causa nobilitatis metallorum, sulfur uerò ignobilitatis, meritò dixit Geber, ea metalla nobilia & perfecta æstimanda esse, quæ maximam continent arg. uiui copiam, minimam uerò sulfuris, qualia sunt aurũ & argentum. Et inter reliqua metalla, ea censenda esse perfectioni uiciniora, quę perfectorũ, & nobilium metallorum naturam & conditionem magis redolent, hoc est, quæ maiori abundant arg. uiui, quàm sulfuris copia: ea uerò à perfectione magis aliena esse, quæ minorem arg. uiui quàm sulfuris obtinent quantitatem. Et hoc est arcanum illud, quod hîc docet. Ex quo hæc, quæ proximè sequuntur, colligit.

GEBER

GEBER.

Quamobrem ex iam dictis patet, Iouem perfecto maximè approximare, cum perfectionis plus participet, Saturnum uerò minus, minus uerò adhuc Venerē, minimè uerò omnium Martem, eo ex quo perfectio dependet.

TAVLADANVS

Hoc est ex ijs, quæ superius dicta fuere (hoc est ea metalla perfectissima, nobilissima, & numeris omnibus absoluta esse, quæ maxima prædita sunt argenti uiui, minima uerò sulfuris copia, ut sunt aurum & argētum) ex ijs, inquam, patet, inter reliqua metalla ea perfectioni esse uiciniora censenda, quæ maiori abundāt argenti uiui, quàm sulfuris copia. Atqui post aurum & argentum (quæ sola sunt perfecta) stānum magis redolet causam nobilitatis metallorum, hoc est, copiosius abundat argento uiuo, quàm plumbum, & plumbum copiosius quàm æs, & æs copiosius quàm ferrum. Igitur inter metalla, quæ ad perfectionem auri & argenti non peruenerunt, stānum propinquius ad perfectionē accedit, quàm plumbum, & plumbum quàm æs, & æs propinquius quàm Mars, seu ferrum: eo (sub audi considerato,) ex quo perfectio metallorum dependet, hoc est, considerata causa nobilitatis & ignobilitatis metallorum. Causa autem nobilitatis metallorum, ut superius probatum est, argentum uiuum est, & causa ignobilitatis sulfur. Igitur metalla, quæ argenti uiui naturam magis sapiunt, æstimanda sunt nobiliora, & quæ sulfuris naturam magis referunt, ignobiliora censenda sunt. Atqui inter metalla, quibus natura auri & argenti nobilitatem denegauit, Mars magis sapit naturam sulfuris, quàm Venus, Venus quàm Saturnus, Saturnus uerò quàm Iupiter: & Iupiter magis sapit naturam argenti uiui, quàm Saturnus, Saturnus quàm Venus, Venus quàm Mars. Proinde inter metalla, à nobilitate auri & argenti aliena, Iupiter erit minus alienus, quàm Saturnus, Saturnus quàm Venus, & Venus quàm Mars. Itaq; habita ratione causæ, ex qua nobilitas metallorū pendet, & æstimāda est, Mars tuus, Braceſche, erit omnium metallorū à perfectione alieniſsimus. Quod ſi ita eſt, maiori certè cum ratione à Ioue, Saturno, imò & ipſa Venere mutuanda eſſet uis nobilitandi ignobilia, quàm à Marte. Sed uideo te ſtomachantem, indignatum & tragœdias agentem, quòd legam (minimè uerò Martē, eo ex quo perfectio dependet) & audio te contendentem, legendum eſſe (minimè uerò Martem, ex quo perfectio dependet.) Ego uerò cum omnibus ueritatis fautoribus aſſero, illam particulam (eo) in uetuſtioribus exemplaribus, non traductoris Gebri, ſed typographi inſcitia omiſſam, & ſilentio ſepultā fuiſſe, ideoq; à uiris eruditis, hunc errorem animaduertentibus, fideliſsimè nobis reſtitutam. Quæ cùm ita ſe habeant, demiror, Braceſche, quo uultu auſus ſis, Gebrum hoc in cap. tibi promittere fautorem, ad probandum Martem nobilitandorum ignobilium metallorum authorem, cum hic Geber potentiſsima, & familiari ratiocinatione contendat, Martem omnium metallorum ignobiliſsimum eſſe. Quod ſi, ut tu uis, res haberet, nullus profectò ratiocinationi Gebri, imò nec ipſi ueritati locus relinqueretur. Norunt enim omnes ſanæ mentis homines, ex ſolis nobilibus metallis, uim nobilitandorum ignobiliū hauriēdam eſſe. Atqui Mars tuus, teſte Gebro, à nobilitate metallica longius diſtat, quàm aliquod aliud metallum. Igitur uis ignobilium nobilitandorum ex Venere (ut pote nobiliori) potius petenda eſſet, quàm ex Marte, & ex Saturno potius, quàm ex Venere, & ex Ioue potius quàm ex Saturno, cum inter metalla, à nobilitate auri & argenti aliena nullum ſit, quod æquè ad eorum nobilitatem accedat, ac Iupiter. Quòd ſi ex Marte, ut tu uis, hauriēda eſſet uis nobilitandi ignobilia metalla, profectò (cum hęc ſolis inſit nobilibus metallis) colligendū eſſet, Martem in catalogo nobilium metallorum ſcribendum eſſe. Quòd ſi ita eſſet, medicina certè non egeret, cuius beneficio ad nobilium metallorum formam promoueretur. Benè enim ualentibus, ut tritum teſtatur adagium, non eſt opus

pharmaco. At cum Martem omnium metallorum ignobiliſsimum eſſe conſtet, profectò ignobilium metallorum, in melius mutandorum, uim ex Marte nequaquàm pendere, iudicadum eſt. Etenim cum alieno egeat auxilio, ut conualeſcat, quî fieri poſſet, ut ſibi morboſus, reliquis ſalubris eſſe queat, ſibi inops, reliqua ditet metalla, ſibi infelix, reliqua beare poſsit? Alioqui neceſſariò colligendum eſſet à metallo, non ſolùm à nobilitate metallica alieno, ſed omnium alieniſsimo, uim ignobilium, ad nobilitatem prouehendorum, mutuandam eſſe. Quod quàm ſit ridiculum, & à ueritate alienum non meum, ſed omnium doctorum, imò & in hac parte philoſophiæ nunquam inſtructorum, ſit iudicium, uelim. Omnium enim philoſophorum mens eſt, ut Richardus Anglicus, & Arnoldus Villanouanus teſtantur, cum meliori peius & deterius perficere. Quod ſtolidi (ut ait Richardus) ſiniſtrè & præpoſterè interpretantes, cum peiori melius perficere moliuntur. Præterea, ut cauſa, quæ nobilitat metalla ex Marte depromatur, nonne oportet eam prius Marti ineſſe? Quod enim in re non eſt, id in ea, ut ait Geber, non reperitur. Atqui cauſa nobilitatem & perfectionem metallorum efficiens, Marti non ineſt. Qua igitur arte ex Marte depromi poteſt? Quòd ſi eam Marti ineſſe audes contendere, prodeat in medium Geber, quem tibi fautorem polliceris, & hanc noſtram litem ſuo teſtimonio dirimat. Cuius hæc ſunt uerba libri de Inueſtigatione inſcripti cap. 2.

GEBER.

Cum ergo hæc ſcientia de imperfectis tractet corporibus metallorum, inquantum ea perficere deceat, in primis circa hæc, duo conſideraiimus, imperfectionem ſcilicet, & perfectionem. Circa hæc duo, noſtram fundamus intentionem. De rebus autem perficientibus & corrumpentibus, ſecundum quod per noſtram inueſtigauimus experientiam, hunc librum componimus: quia oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt. Res autem quæ perficit in metallis, eſt ſubſtantia argenti uiui, & ſulfuris proportionabiliter miſta, per longã & temperatam decoctionem in uiſceribus terræ mundæ inſpiſſata & fixa, cum conſeruatione ſuæ humiditatis radicalis, non corrumpẽtis ad ſubſtantiam ſolidam, cum ignitione debita fuſibilem, & ſub malleo extenſibilem producta. Per diffinitionem naturæ huius perficientis, leuius peruenire poſſumus ad cognitionem rei corrumpentis. Et eſt illa, quæ à contrario ſenſu habet intelligi, uidelicet ſubſtantia impura arg. uiui, & ſulfuris, ſine debita proportione cõmiſta, uel minus decocta in uiſceribus terræ immundæ, nec rectè inſpiſſata nec fixa, humiditatem habens cõbuſtibilem & corrumpentem, & rarę ſubſtantiæ, & poroſæ, uel habens fuſionem ſine ignitione debita, uel nullam, nec patiens malleum ſufficienter. Primam autem diffinitionem inueni intruſam in his duobus corporibus, uidelicet in Sole & Luna, ſecundum cuiuslibet perfectionem: Secundam uerò in his quatuor, ſcilicet in ſtanno, plumbo, cupro, & ferro, ſecundum cuiuslibet imperfectionem. Nunc ſaltem apertiſsimo conuictus Gebri teſtimonio, Braceſche, aut Gebrum abiures oportet, aut ſaltem fatearis, ipſam perfectionis metallorũ effectricem cauſam in Marte minimè incluſam eſſe. Quòd ſi ita eſt, profectò iam cauſa tua cadas, uictoriam deſperes, palinodiam canas, eamq; ex Marte promi non poſſe, in poſterum fateaˢ neceſſe eſt. Quod enim in rẽ aliqua non eſt, id in ea, teſte Gebro, inueniri non poteſt: & mutuari ab aliquo, id quod non habet, ſtolidum eſt, & à ratione penitus alienum. Hoc igitur erat arcanum, Braceſche, ex hoc 66. cap. Gebri eliciendũ, ſcilicet aurum & argentum, ob multam argenti uiui copiam, pauciſsimam uerò ſulfuris, metalla eſſe perfecta, & per conſequens uim ignobilium metallorum ad perfectionem promouendorum ex his duobus tantũmodo eliciendam eſſe: non aũt ex imperfectis, cum eis à natura denegata fuerit. Quòd ſi ex imperfectis erui poſſet, profectò exijs, quæ ad perfectionẽ propinquius accedunt, eruenda eſſet. Atqui Iupiter, teſte Gebro, propinquius ad perfectionem accedit, quam Saturnus,

Saturnus, Saturnus uerò quàm Venus, Venus autem propinquius quàm Mars. Igitur cum Mars à perfectione omnium alieniſsimus ſit, potius ex Ioue, Saturno, imò & ipſa Venere elicienda, & effodienda eſſet, quàm ex Marte. Atqui ea, quæ perfectioni ſunt magis uicina, ſcilicet Iupiter, Saturnus, & Venus, hoc (ut tu in Dialogo tuo teſtatus es) præſtare non poſſunt: minus igitur id præſtare poterit Mars tuus Braceſche, cum ſit à perfectione omnium remotiſsimus. Alioqui ex duobus alterum ſemper cõfitearis oportet, aut mendoſum eſſe, quod ait Geber, ſcilicet Martem à perfectione omnium alieniſsimũ eſſe, aut id, quod eſt ignobiliſsimum, maiorem obtinere uim nobilitandi, quàm ea quæ ſunt nobiliora. Hæc igitur eſt recta huius loci interpretatio, hæc eſt germana mens Gebri, hoc eſt, inquam, arcanum ex hoc Gebri cap. colligendum. Proinde ambæ authoritates, abs te ex hoc cap. deſumptæ, corruerunt Braceſche, & ita corruerunt, ut nemini in poſterum ſint negotium faceſſituræ. At ne quis ex reliqua parte huius capite ſcrupus queat in poſterum naſci, nos eam pro uiribus interpretabimur, & enodabimus, & ita interpretem agemus, ut nihil ex noſtro afferamus, ſed omnia ex Gebro, fideliſsimo ſui interprete. Hæc eſt igitur reliqua pars huius cap. 66.

GEBER.

Aliter autem medicina complente, & defectum ſupplente, & perfectius attenuante ad profundum corporum ſpiſsitudinem, & ſub ſplendentis fulgoris ſubſtantia eorundem palliante fuſcedinem, ſe habere contingit. Ex hac enim maximè perfectibilis Venus exiſtit, minus uerò Mars, adhuc minus Iupiter, minimè uero Saturnus. Ex his igitur repertum eſt laboris inueſtigatione ueridica ex corporum diuerſitate, diuerſas inueniri cum præparatione medicinas. Alia enim eget medicina durum ignibile, alia uerò molle & non ignibile corpus. Hoc quidem (ideſt molle) eget medicina indurante, & inſpiſſante occultũ eius. Illud uerò (id eſt durum) mollificante, & ad profundum attenuante, & in ſua æquante ſubſtantia. Ex his igitur nos expedit ad medicinas tranſire, &c.

TAVLADANVS.

Hæc lectio licet ex ſe clariſsima ſit: quoniam tamen hîc audis metalla, quæ prius perfectioni uiciniora dicebantur, hîc ordine ſubuerſo dici remotiora, & è conuerſo, poſſet certè hæc pars ultima alicui, in Gebro parum exercitato, negotium faceſſere. Quod ne contingat, nos, quæ ſit mens Gebri, Deo optimo & maximo duce, explicabimus. Dixerat ſuperius Geber inter metalla, nobilitatis auri & argenti expertia, ea eſſe perfectorum naturæ uiciniora, & per conſequens ad perfectionem facilius ducilia, quæ maiorem argenti uiui, quàm ſulfuris continent quantitatem. Nec immeritò: nam ſi argentum uiuum eſt cauſa perfectionis metallorum, ſulfur uerò corruptionis, profectò ea metalla iure optimo cenſenda ſunt perfectioni propinquiora, quę maiorem obtinent argenti uiui, quàm ſulfuris copiam. Et quoniam Iupiter copioſius abundat argento uiuo, quàm Saturnus, Saturnus magis quàm Venus, Venus autem copioſius quàm Mars: idcirco ſuperius collegerat Iouem perfectioni auri & argenti uiciniorem, & ad eam facilius reuocari poſſe quàm Saturnum, Saturnum quàm Venerem, Venerem quàm Martem. Quæ (inquit) neceſſariò ita ſe habent, eo, ex quo perfectio metallorum dependet, & metienda eſt, conſiderato, hoc eſt, ſi eorum ad perfectionem acceſsio ex maiori, uel minori argenti uiui copia expendatur, ut reuera expendenda eſt, cum Mercurius author ſit perfectionis & nobilitatis metallorum. At ſi quis metiri & expendere uellet (inquit) maiorem aut minorem metallorum ignobilium ad perfectionem acceſsionem ex diuerſis metallorum qualitatibus, quas natura eis uariè contulit, profectò rem aliter ſe habere contingeret. Ea enim metalla, quæ iuxta primam conſiderationem perfectionis uiciniora cenſebantur, iuxta hanc ſecundam conſiderationem æſti-

manda essent perfectioni minus uicina: & quæ superius à perfectione erant magis aliena, & ad perfectionem difficilius ducilia, iuxta hanc secundam regulam essent perfectioni propinquiora, & ad perfectionem facilius reuocari possent. Etenim iuxta primam perfectionis considerationem Iupiter ad perfectionem propinquius accedebat quàm Saturnus, hic quàm Venus, Venus quàm Mars. At si iuxta hanc secundam considerationem horum metallorum maior aut minor ad perfectionem accessio æstimanda esset, scilicet ex diuersis metallorum qualitatibus, profectò rem ordine præpostero se habere contingeret: iuxta enim hanc qualitatum considerationem Venus propinquius quàm Mars ad perfectionem accederet, & facilius ad perfectionem promoueri posset, Mars autem facilius quàm Iupiter, & Iupiter facilius quàm Saturnus. Sed quoniam hæc nondum satis intelliguntur, ideo à nobis pluribus explananda sunt. Quod ut ritè & decenter fiat, sciant omnes, Gebrum (eorum omnium, qui naturam metallorum perscrutati sunt perspicacissimum) hunc ordinem in exploranda huius artis ueritate tenuisse, ut primò sibi inuestigandum duxerit, quid singulis metallis, à nobilitate auri & argenti alienis natura denegasset, persuasus intelligi nunquam posse, quid in singulis sarciendum sit, nisi prius intelligatur, quid singulis desit. Quod testatur cap. 38. his uerbis: Consideratio eorũ, cum quibus peruenitur ad operis complementum, est consideratio principiorum corporum secundum suum profundum, occultũ, & manifestum, secundum suam naturam. Quoniam si non cognoscerentur corpora, & illorum principia, in profundo suæ naturę, & manifesto, cum artificio & sine artificio, nesciretur quid superfluum sit in eis, & quid diminutum. Quo ignoto, impossibile esset, nos ad perfectionem transmutationis illorum unquam peruenire. Hac itaq; ratione fretus explorauit naturam metallorum nobilium, hoc est auri & argenti. Et quoniã opposita adinuicem collata magis innotescunt, contulit nobilia cum ignobilibus, & ex ea collatione tandem assequutus est, quid singulis ignobilibus metallis desit, & per consequens quid in singulis sarciendum sit, ut auri & argenti nobilitate potiantur. Postquàm igitur collegisset, quid singulis natura denegasset, quominus nobilitatem auream uel argenteam obtinerent, ad conferendam eis hanc nobilitatem ex duobus alterum iudicauit agendum, scilicet aut conficiendam esse medicinam, quæ ingenitam horum metallorum contagionem penitus aboleret, & sinceram atq; germanam auri uel argenti naturam eis cõferret, aut saltem elaborandam esse medicinam aliquam, quæ si lepram eorum natiuam abolere, & radicitus extirpare non posset, eam saltẽ palliaret, & splendore aureo uel argenteo decoraret. Harũ medicinarũ prima à Gebro uocatur opus maius, & medicina tertij ordinis, quæ (ut ipse ait cap. 76.) quãdo metallis ignobilibus adhibetur, omnem corruptionẽ cum proiectione sua tollit, & cum omnis complementi differentia perficit. Et hæc eo teste unica est. Secunda autem, quæ tantũmodò palliat, duplex est: quarum altera à Gebro in eodem cap. opus minus, & medicina primi ordinis uocatur, & hæc remissius palliat: Altera opus medium, & secundi ordinis medicina nuncupatur, & hæc intensius decorat. Opus minus, seu primi ordinis medicina, est, authore Gebro, omnis præparatio mineralium, quæ super diminuta à perfectione corpora proiecta, alterationem imprimit, quæ cõplementum sufficiens non adducit, quin tandem contingat alteratum mutari. Opus autem medium, seu medicina secundi ordinis Gebri testimonio est, quæ quando super diminuta à perfectione corpora proiecta est, alterat in differentiam aliquam cõplementi, relictis nonnullis corruptionis differentijs, qualis est medicina Lunam perpetuò citrinans, aut Venerem perpetuò & indelebili candore argenteo decorans, relictis alijs differentijs corruptionis. Proinde cum partes minoris & medij operis, non sint intimam & inoffatam metallorũ ignobilitatem, & spurcitiem penitus abolere, sed tantũmodo palliare, tegere, & aliquas in eis sarcire qualitates,

qualitates, ueluti mediocrem & temperatam duritiem, aut mollitiem, aut liquefactionem, aut ignitionem, profectò si iuxta operis medij & minoris considerationem ignobilium metallorum maior aut minor ad perfectionem accessio expenderetur, ea metalla, hac ratione habita, possent haberi leuius, & facilius curabilia, & perfectioni uiciniora, in quibus per medicinas primi aut secundi ordinis, pauciora essent ad palliandam eorum ignobilitatem sarcienda. Illud enim, quod paucioribus actionibus bonitatem suam assequitur, ut testatur Aristoteles libro 2. de Cælo & mundo, æstimandum est bonitati uicinius. Atqui in Venere per has duas medicinas pauciora sunt sarcienda & instauranda, quàm in Marte, & in Marte pauciora quàm in Ioue, & in Ioue pauciora, quàm in Saturno. igitur si ex qualitatibus per medicinas primi & secundi ordinis sarciendis æstimanda esset metallorum palliandorum maior, aut minor ad fucatam illam perfectionem accessio, profectò iuxta hãc rationem, Venus esset perfectioni uicinior habenda, quàm Mars, Mars quàm Iupiter, Iupiter quàm Saturnus. Quod autem in Venere pauciora sint sarcienda, per has duas medicinas, quàm in Marte, hinc constat. Venus à natura dotata fuit duritie & liquatione ignitionem perferente. Igitur cum Venus hæc duo iam à natura obtinuerit, non erunt hæc duo in illa sarcienda: unde Geber cap. 31. suæ Summæ, sic ait: Excusamur itaque in Venere à laboribus indurationis & ignitionis illius. Proinde cum Venus & duritie & liquatione & ignitione, sit prædita, hoc unum medicinis primi & secundi ordinis superest agendum, ut genuinam Veneris ignobilitatem tegant, & splendore aureo uel argenteo palliant. In Marte autem plura sunt sarcienda. Nam præter decorationem, seu ignobilitatis palliationem, instaurãda est in eo facilitas liquationis, quàm ei natura denegauit, Veneri autem liberalissimè contulit. Quòd autem in Ioue plura sint, quàm in Marte sarcienda, hinc patet. Nam præter palliatam auri uel argentei splendoris decorationem, induranda est eius plus æquo mollior substantia, quæ durities, cum Mars ea præditus sit, in eo instauranda non est. Et quemadmodum in Marte acceleranda & maturanda est liquatio, ita in Ioue, cum sit plus æquo uelocior, remoranda, frænanda & cohibenda est, ne eam, nisi prius igniatur, præstet. Mars non nisi ignitus liquescit, Iupiter ante liquationem, ignitionem non admittit, idcirco in Ioue ignitio sarcienda est, in Marte autem minimè. His adde, quod Iupiter stridore laborat, Mars autem stridoris expers est, plura igitur in Ioue quàm in Marte erunt sarcienda. At in Saturno, excepto stridore, hæc omnia intensius quàm in Ioue instauranda sunt. Iupiter enim multò minus deformitate & spurcitie laborat, quàm Saturnus. Proinde cum splendore Saturnum antecellat, natiuæ deformitatis palliatio longè intensius in Saturno sarcienda erit, quàm in Ioue. His accedat, quòd Saturnus est longè mollior ipso Ioue, nec solùm mollior, sed ad nimiam liquescendi celeritatem procliuior, imò & minus ignitionem sustinet, quàm Iupiter. Itaq; cum hæc omnia Saturnum à perfectionis acquirendæ meta longius distare faciant, quàm Iouem, profectò hæc omnia intensius erunt in Saturno, quàm in Ioue instauranda.

Ex his igitur manifestissimè constat, in opere minori & medio, pauciora esse in Venere, quàm in Marte sarcienda, in Ioue plura quàm in Marte, in Saturno adhuc plura quàm in Ioue. At cum in opere minori & medio, ea metalla censeantur perfectioni uiciniora, in quibus pauciora sunt sarcienda, profectò si maior aut minor ignobilium metallorum, ad perfectionem accessio, ex medij & minoris operis actione, pendenda esset, certè Venus primas teneret, Mars secundas, Iupiter tertias, Saturnus quartas & infimas. Quod Geber cap. 36. suæ Summæ, his testatur uerbis: Venus itaq; ut narratum est in profundo suæ substantiæ, colorem & essentiam auri prætendit: malleatur autem & ignitur, ut argentum & aurum. Ideoq; hoc secretum ex ea assumas, scilicet quòd Venus est medium Solis & Lunæ, quia facilè ad utrunq; conuertitur, & est facilis cõuersionis & pauci

laboris. Excusamur itaq; in ea à laboribus indurationis & ignitionis. Assumas igitur eam præ cæteris corporibus imperfectis in opere minori & medio. Vide quæso lector, quàm fidelissimè se ubiq; Geber interpretetur, hic enim apertissimè cõfirmat, quæ hactenus à nobis dicta sunt, scilicet inter metalla ignobilia Veneri primatũ in opere minori & medio deferendum esse, eam scilicet ob causam, quòd Venus in utroq; isto opere minori cum difficultate immutetur, quàm alia metalla ignobilia. Itaq; si maior, aut minor ignobilium metallorũ, à perfectione distantia, ex cõsideratione minoris, & medij operis æstimanda esset, profectò Iupiter & Saturnus, quæ superius ratione arg. uiui, non solùm Marti, sed etiam Veneri præferebantur, hìc essent postponenda, & ea, quæ superius postponebãtur, id est, Mars & Venus, hoc in loco essent reliquis duobus anteponenda. At cum perfectionis metallorum causa non sint hæ qualitates, sed maior arg. uiui copia, minor uerò sulfuris, ut superius Geber docuit, idcirco ex maiori Mercurij, minore uerò sulfuris quantitate pendenda, & libranda est horum metallorum maior, aut minor ad perfectionem accessio. Proinde ea metalla, necesse est, ut censeãtur perfectioni uiciniora, quæ arg. uiui sunt fertiliora, & infœcundiora sulfuris: ea uerò habenda sunt à perfectione magis aliena, quæ sterilissima sunt arg. uiui, & sulfuris feracissima. Atqui Iupiter (ut superius docuit Geber) arg. uiui copia Saturnum superat, Saturnus Venerem, Venus Martem, Mars aũt sulfuris ubertate uincit Venerem, Venus Saturnum, & Saturnus iouem. Igitur Mars est omnium ignobilium metallorum à perfectione alienissimus, minus autem Venus, minus adhuc Saturnus, & his omnibus minus Iupiter. Quocirca inter metalla ignobilia Iupiter principatum iure optimo sibi uendicat, & propinquius ad perfectionẽ nobilium metallorũ accedit, quàm Saturnus, Saturnus quàm Venus, Venus autem quàm Mars propinquius. Quod Geber etiam confirmat cap. 35. suæ Summæ his uerbis: Est ergo Iupiter inter diminuta à perfectione corpora, in radice suæ naturæ perfecto magis affinis, Soli scilicet & Lunę. Proinde Bracesche cũ Gebri apertissimo testimonio Iupiter sit nobilius metallum Saturno, & Saturnus Venere, & Venus Marte, & Mars sit omniũ ignobilissimus (habita ratione arg. uiui ex quo metallorum nobilitas pendet, & ponderanda est) profectò uis nobilitãdi ignobilia, maiori cum ratione mutuanda esset, non solùm à Ioue, sed etiam à Saturno, & Venere, quàm à Marte. Atqui tui ipse fassus es in Dialogo tuo, eam uim nobilitandi, nec Ioui inesse, nec Saturno, nec Veneri, ideoq; ab eis mutuandam nõ esse. Necesse est igitur, ut eam Marti, omnium ignobilissimo, minus inesse fatearis, & eam ex Marte minus depromi posse concedas. Nam si ea, quæ magis talia esse uidentur, talia non sunt, neq; id, quod minus. Arcanũ igitur nobis à Gebro, in hoc 66. cap. traditũ, nihil aliud est, Bracesche, quã ea metalla esse nobilissima, quę maxima copia arg. uiui, minima uerò sulfuris, prædita sunt, qualia sunt aurum & argentum: Inter alia uerò metalla, ea ad nobilitatem auri & argẽti propinquius accedere, quæ magis sapiunt naturam arg. uiui, quàm sulfuris. Quocirca cũ hæ duæ authoritates, quas tu ex hoc cap. deprompseras, nihil aliud adferant quã interpretationẽ à me in authoritatẽ 30. cap. allatã, intelligere nunc saltẽ potes, Bracesche, quàm uerè à me superius dictũ sit, ex primæ authoritatis germana expositione, reliquas omnes authoritates tibi è manibus extorqueri, & abs te penitus deficere.

CAPVT IIII.

HActenus igitur de secunda & quarta, nunc ad tertiam (quæ inter eas media est) excutiẽdam accedamus. Quæ quoniam ex 32. cap. sumpta fuit, ego cap. integrũ adferam, ut lectores facilius intelligant, eam authoritatẽ de Marte nullo modo interpretãdam esse. Demum quid Geber eo loco sibi uelit, omnibus familiarissimũ reddam. Sequitur 32. cap. Summæ Gebri, de Sole siue auro inscriptũ.

Attulimus tibi in generali cap. summam de intẽtionibus metallorũ, specialem tibi tamen faciemus de unoquoq; sermonem. Et primò de Auro. Dicimus ergo

quòd

quòd aurum est corpus metallicũ, citrinum, ponderosum, mutũ, fulgidum, æqualiter in uentre terræ digestũ, aqua minerali diutissimè lauatum, sub malleo extensibile, fusibile, examinationem cineritij & cementi tolerans. Ex hac itaq; diffinitione elicias, quòd aliquid non est aurũ, nisi causas diffinitionis, & differẽtias omnes habeat auri. Quicunq; tamen metallum radicitus citrinat, & ad æqualitatem perducit, & mundat, ex omni genere metallorũ aurum facit. Ideoq; per opus naturæ perpendimus, artificio æs in aurum mutari posse. Vidimus nanq; in mineris æris, à quibus emanabat aqua, secum adducens squamas æris tenuissimas, ipsasq; diuturno & cõtinuo lapsu lauit, & mundauit: deinde uerò aqua cessante fluere, uidimus in sicca arena has squamas per triennium Solis calore excoqui, inter quas est inuentum aurum uerissimum. Aestimauimus itaq;, per aquæ beneficiũ illas mundatas fuisse, per Solis autem calorem in arenæ siccitate æqualiter digestas ad æqualitatẽ peruenisse. Imitantes aũt naturam cum possumus, similiter alteramus, non tamen in hoc sequi naturam ualemus. Aurum quoq; est præciosissimũ metallorum, & est tinctura rubedinis, quia tingit ac transformat omne corpus. Calcinatur aũt & soluitur sine utilitate, & est medicina lætificans, & in iuuentute corpus cõseruans. Frangitur facillimè cum Mercurio, & odore plumbi teritur. Nõ est autem in actu aliquid, quod magis in substantia illi conueniat, quàm Iupiter & Luna. In pondere autem & surditate & imputrescibilitate Saturnus, in colore autem Venus. In potentia quoq; magis Venus, deinde Luna, deinde Iupiter, & deinde Saturnus, ultimò uerò Mars. Et hoc est unum de secretis naturæ. Cum ipso similiter cõmiscentur spiritus & figuntur per ipsum maximo ingenio, quod nõ peruenit ad artificem duræ ceruicis.

TAVLADANVS.

Ex sola uerborũ lectione potes assequi, lector, hoc de Marte minimè dictũ esse. Ne Braceschus suspicari possit, nos soluendo hoc nodo impares esse, faciã ut omnes intelligãt, hoc nõ de Marte, sed de auro dictũ esse. Hęc igit̃ est mẽs Gebri.

Geber postquàm tractasset de principijs metallorũ, id est, de Mercurio, sulfure & arsenico, acturus de metallis, quę oriũda sunt ab ijs principijs, ab auro omniũ metallorũ nobilissimo orsus est, & ex hoc cap. exprimẽdę eius naturę dedicauit, ubi primò adfert diffinitionẽ auri, qua quid sit aurũ innotescat, & quibus proprietatibus sit à natura dotatũ. diffinitio igitur hęc est. Dicimus quòd aurũ est corpus metallicum, citrinum, põderosum, mutum, fulgidum, æqualiter in uentre terrę digestum, aqua minerali diutissimè lotum, sub malleo extensibile, fusibile, examinationem cineritij & cementi sustinens. Quæ diffinitio num sit integra, & numeris suis absoluta uideamus. Omnis legitimę diffinitionis partes sunt, ut totã, integram, & propriã rei, quę diffinienda est, naturã cõplectatur, & exprimat. Quod teste Aristotele, ut rite fiat, oportet diffinitionẽ ex genere, id est materia, & differentia specifica effectrice, hoc est forma substantiali conflatã esse: nisi enim materia & forma substãtialis alicuius rei cognoscerẽtur, rei illius ex his duabus partibus cõflatæ naturã, nunquam agnosci cõtingeret. Geber itaq;, more philosophico, diffinitione exprimendã sibi duxit auri naturã. In qua primò adfert genus auri scilicet corpus metallicũ, quod ex æquo cõmune est reliquis metallis, utpote argento, stanno, plumbo, æri & ferro. Hæc enim omnia huius generis, scilicet corporis metallici diffinitionẽ, æquè sibi uendicant, cum metallum Gebro authore, cap. 31. nihil aliud sit, quàm corpus minerale, fusibile, & sub malleo ex omni dimẽsione extẽsibile. Itaq; in hac diffinitione metallũ, seu corpus metallicũ, (quod idem est) generis uim & conditionẽ sibi uendicat. Nunc quæ sit altera huius diffinitionis pars, scilicet forma solius auri uidendũ est. Sed quoniã substãtiales rerũ formæ abstrusæ latent in materia, nec se agnoscẽdas præbent, nisi per accidentia & proprietates, quas pariunt in ipsis rebus: præterea quia nos ea laboramus infelicitate, ut propr̃is formarũ exprimendarum nominibus sępissime destituamur,

idcirco cogimur potissima eius rei adferre accidentia, & singulares eius colligere proprietates, ut ex his omnibus (formæ uices sarcientibus) in unum cumulum redactis, & generi eius rei adiectis, germanā rei naturam exprimamus, & familiarem reddamus. Quocirca cum germana auri forma nullam habeat uocem propriam, peculiarē, & aptam, qua se prodat agnoscēdam, idcirco Geber qualitates auri maximè proprias in unū cumulum redegit, ut ex his cum genere (hoc est metallo) iunctis, auri formam exprimeret, & eam à forma reliquorū omnium metallorum distinctā redderet. Genus igitur est corpus metallicum quod idē est, ac si dicas metallū: qualitates auri sunt citrinū, pōderosum, mutū, fulgidum æqualiter in uētre terræ digestum, aqua minerali diutissimè lotū, sub malleo extensibile, fusibile, examē cineritij & cementi tolerās. Et quoniā omnis legitimæ diffinitionis lex est, ut retro semper meet, & reciprocetur cū ipsa re diffinita: quia hæc diffinitio id præstat, & soli auro, & omni auro, & semper quadrat, hinc maximè cōstat, auri naturā hac Gebri diffinitione plenè, integrè, & absolutè expressam esse. Et quoniā hæc soli auro competit, ideo Geber subdidit. Ex hac diffinitione uticq; elicias, quòd nulla res est aurū, nisi causas diffinitionis, & differētias omnes habeat auri.

TAVLADANVS.

Cuius rei hæc est ratio: quia quicquid alicuius rei diffinitionē sibi iure uendicare nō potest, necq; nomen eius rei obtinere potest. Diffinitio enim & diffinitū ita cohærēt, & cōfœderata sunt, ut aut neutrū, aut ambo de eodē dicātur. Quicquid enim à diffinitione alicuius rei alienū est, id à diffinito quoq; excludendū est, & cuicūq; diffinitio cōuenit, eidem cōueniat diffinitū necesse est: posteà sequitur.

GEBER.

Quisquis tamen metallum radicitus citrinat, & ad æqualitatē perducit, & mundat, ex omni metallorum genere aurum facit.

TAVLADANVS.

Quod idem est, ac si dicat, quotiescunq; beneficio Elixiris adhibiti, continget aliquod reliquorum metallorum intimè citrinari, & ad æqualitatē & temperiem reduci, & penitus mundari (cum hæ sint proprietates solius auri) quodcūq; metallum has obtinuerit auri cōditiones, meritò & iure optimo nomen auri sibi uendicare poterit, & erit re uera aurum. posteà sequitur.

GEBER.

Ideoq; per opus naturæ perpēdimus, artificio æs in aurū mutari posse. uidimus nāq; in mineris æris, à quibus emanabat aqua, secū adducēs æris squamas tenuissimas, ipsasq; diuturno & cōtinuo lapsu lauit & mundauit: deinde uerò aqua cessante fluere: uidimus in sicca arena has squamas per triennīū Solis calore excoqui, inter quas est inuentū aurum uerissimum. Aestimauimus itaq;, per aquæ beneficium illas mundatas fuisse, per Solis autem calorem & arenæ siccitatē æqualiter digestas, ad æqualitatem peruenisse.

TAVLADANVS.

Id est, quā rem superius à nobis dictā ita se habere, & effici posse, docuit nos natura. Experti enim sumus, squamas æris subtiles cōtinua aquæ per minerā fluentis alluuione in uallē arenosam ductas, tandem in aureā naturam fuisse mutatas. Quod cōtinuę aquę abluētis actioni, & Solis calori, acceptū esse ferendū coniecimus. Aquę enim propriū est, sordes eluere: caloris aūt naturalis partes sunt, temperata decoctione omnia maturare, decoquere, & heterogenea ab homogeneis segregādo, ad æqualitatē perducere. Ideoq; (inquit) ex naturæ, ignobilia metalla ad nobilitatem promouētis, actione didicimus, & collegimus æs, & reliqua per cōsequens metalla, arte naturam imitante, ad auri dignitatem promoueri posse.

GEBER.

Imitantes igitur naturam cum possumus, similiter alteramus: in hoc tamen naturam imitari non possumus.

TAVL

TAVLADANVS.

Id est, si naturã (in ijs subaudi operibus, in quibus arti datũ est, eam imitari) nobis imitandã proposuerimus, profectò arte naturã imitante metalla ignobilia ad aureã & argẽteã nobilitatẽ prouehemus. in hac tamẽ parte, (inquit) ars naturæ respondere nõ potest. Cuius rei (licet eam Geber hîc subticuerit) hæc est ratio. Natura solo aquę abluẽtis, & caloris cõcoquentis beneficio utitur, ad ignobilia metalla in aurũ uel argẽtum mutanda, nihilq; ab auro uel argento mutuatur, ut ignobilibus metallis auri uel argenti nobilitatẽ cõferat. Ars uerò nisi formã auri effectricem ab auro, & argenteã ab argento mutuetur, & reliquis eam metallis adhibeat, nunquã ignobilia metalla (quãtumuis abluat, quantũuis decoquat) nobilitare poterit. Quod Geber cap. proximè antecedenti, apertissimè testatur his uerbis. Secundum nostrum magisteriũ perfectum iuuat, & perficit imperfectum, & per Deum se inuicẽ alterant, & alterantur, & se inuicẽ perficiunt, & perficiũtur. Non tamẽ per se tantùm unumquodq; (imperfectorum subaudi) perficitur, sine alterius (subaudi perfecti) adminiculo. Proinde nõ citra rationem dixit Geber, nos ea in parte naturã sequi omnino non posse. posteà sequitur ex Gebro.

Aurum quoq; est preciosissimum metallorum, & est tinctura rubedinis, quia tingit, ac transformat omne corpus.

TAVLAD. Hoc est, solum aurũ est metallum nobile & numeris omnibus absolutum. Argẽtũ enim, licet collatione plumbi, stãni, ęris & ferri nobile habeatur, cum auro tamẽ collatũ ignobile uidetur, ut testatur Geber cap. 33. & 62. suę Summæ. Quẽadmodum enim reliqui planetæ ad Solem, totius luminis & splendoris fontẽ, cõparati, tenebrosissimi uidentur, eadem ratione, cum aurum se habeat ad reliqua metalla, sicut Sol ad reliquos planetas, eius collatione omnia alia metalla habenda sunt ignobilia Nam si argentum ad aurum cõparatum ignobile censetur, quãto magis reliqua metalla, argento inferiora, si cum auro cõferantur, censenda sunt uilia & abiecta: Et quẽadmodum Sol est fons ille luminis, à quo & Luna, & reliqui omnes planetæ, lucẽ & splendorẽ suum hauriunt, mutuantur, & accepta ferunt: ita aurum est illud, à quo necesse est, ut Luna nostra, hoc est argentum, & reliqua metalla, nobilissimã auri naturam hauriant, mutuẽtur & accipiãt. Quòd si ab auro, ut hîc Geber palàm testatur, igitur non à Marte, nec ab aliquo aliorũ metallorũ: cum eorum nullum sit, quod auri diffinitionẽ, nec per cõsequẽs eius naturã, sed naturæ aureę proprietates sibi uendicare queat. Nã si aliquod reliquorum metallorũ hanc auri proprietatẽ sibi uẽdicare iure posset, meritò & iure optimo auri naturã & diffinitionẽ sibi arrogare posset. Quæcunq; enim sunt eadem proprio, sunt eadem specie, natura, forma & diffinitione. Atqui nullũ reliquorũ metallorũ, auri diffinitionẽ iure sibi uendicare potest, igitur nec proprietatem: nam si aliquod reliquorum auri diffinitionẽ sibi uendicare posset, id aurũ esse necessariò oporteret. Cuicunq; enim cõuenit diffinitio, eidẽ quadret diffinitum necesse est. At cum reliqua omnia metalla à forma auri sint aliena, & distincta ab auro speciẽ singula cõstituant, auri nomine potiri non possunt. Quòd si auri nomẽ obtinere non possunt, igitur nec diffinitionẽ, si diffinitionẽ obtinere non possunt, igitur nec naturã auri sibi uendicare poterunt. Quare cum à diffinitione & natura auri sint aliena, igitur & à proprietate auri censenda sunt aliena: propriũ enim alicuius infimę speciei, alterius speciei propriũ esse nõ potest: aliqui propriũ nõ esset cum sua specie reciprocũ. Proinde cum speciei auri maximè propriũ sit, teste Gebro, reliqua metalla in aurũ uertere, id certè nullius metalli à forma auri alieni, proprium esse poterit. Meritò igitur primi illi Chrysopœiæ authores, auro nomẽ Solis per similitudinẽ, & reliquis metallis reliquorũ planetarũ nomina accõmodauerunt, cũ reliqua omnia metalla per se tenebrosa & obscura sint, nisi radijs auri illustrentẽ, ignobilia, nisi ab eo nobilitentẽ, & egena, nisi ab eo ditentẽ. Solum igitur aurũ est illud, à quo mutuãda est tinctura aurea, cũ ipsum solũ hoc priuilegio à natura sit dotatũ, ut reliqua omnia metalla possit mutare in aurũ.

GEBER.

Calcinatur autem, & soluitur sine utilitate.

TAVLADANVS.

Quoniam hoc loco Bracescus utitur pro septima ratione, idcirco horum uerborum interpretationē adhuc differam, & lectorem relegabo ad confutationem septimæ authoritatis, ubi facillimè intelliget, quid sibi hac in parte uelit Geber.

GEBER.

Et est medicina lætificans, & in iuuentute corpus cōseruans, id est, aurum hac proprietate à natura dotatum fuit, ut lætitiam, gaudium & hilaritatē cordi inducat, & corpus humanum in robore iuuenili cōseruet, & foueat: quæ res quoniam à multis in dubiū uocatur, id num uerum sit, expendamus. Cum omniū philosophorum cōsensu hic mundus inferior superioris mundi, hoc est, cœlestis, motu regatur, oportet eorum omnium corporū, quæ in hoc inferiori mundo generantur, & corrumpuntur, causam effectricē (naturaliter loquor) esse motum corporum cœlestium. Vnde Hermes ille philosophorū omnium princeps dicebat, eorum quæ in terra generantur, patrē esse cœlum, à quo manat uis omnis agendi & informandi, matrem uerò terrā esse, quæ à cœlo impręgnatur, & est omnium influxuum cœlestium, ueluti matrix & receptaculum. Quod cum ita sit, colligendum est, nullam rem esse in hac inferiori natura genitā, quæ sui genitorem in cœlis nō habeat, quæ alicuius corporis cœlestis naturam non referat, & quæ singulari aliqua ab eo sydere, cuius naturam sapit, dotata non sit proprietate. Itaq; philosophi cum ratione expenderent, cuius syderis naturam aurum referret, tandem ipsum Solis (qui totius cœli decus est, & ornamentum) filium esse intellexerunt. Vnde, teste Hermete, aurum Solem nominauerūt: Et tot laudibus ipsum aurum cumularunt, ut post animam ratione prædītam sub cœlo nobilius auro nihil esse, ausi sint affirmare, nec citra rationem. Nam si æterna caducis, immortalia interituris, & perennia ijs, quæ corruptionem sentiunt & experiuntur, iure optimo præferuntur, profectò ea, quæ ad hanc naturam perennem, & corruptionis expertem propius accedent, meritò cæteris erunt anteponenda. Atqui secundum animam ratione dotatam, nihil est in tota hac inferiori natura, quod æquè propè accedat ad perennitatem, & ad conditionem corruptionis expertem, ac aurum. Meritò igitur philosophi, reliquis omnibus naturæ inferioris operibus autū prætulerunt. Quòd aurum minus sit corruptioni obnoxium, quàm reliqua ex elementis conflata, hinc constat. Philosophi uno consensu testantur, inter uegetabilia nonnulla esse magis longæua, & quæ serius cariem sentiant, quàm omnia corpora sensu & motu prædita. Et quēadmodum animalia à uegetabilibus hac in parte uincuntur, ita philosophorum testimonio, uegetabilia à mineralibus longè hac in parte superantur. Nullum enim est uegetabile, quod æquè illæsum, & incorruptum duret, atq; ipsæ gemmæ, quæ inter mineralia numerantur. At inter mineralia nihil est, quod æquè absit à corruptione, ac aurum. Nam omnia mineralia, aut sunt corpora lapidea, aut metalla, aut media inter hæc duo extrema, ut notum est his omnibus, qui naturam mineralium scrutati sunt. E'quibus omnibus, auro excepto, nihil potest dari, quod aut diuturna ignis asperitate, & inclementia, aut alterius elementi actione, non immutetur, consenescat, & natiua forma spolietur. Quod, exemplo ex his tribus mineralium generibus allato, illustrabitur, & manifestissimū euadet. Primùm si quid esset inter lapides, quod cum auro hac in parte cōferri posset, id potissimum esset carbunculus, seu rubinus, qui cum sit reliquis omnibus gēmis magis coctus, & digestus, & tēperatus, ideo omnium gēmarum principatus ei defertur. Nec immeritò: habet enim se ad reliquas gemmas, tanquā aurum ad reliqua metalla, ueluti Sol ad reliqua astra, & huic soli reliquarum omnium gēmarum uires à cœlo collatas esse, philosophi testātur. At licet adeò temperatæ naturę sit carbunculus, rerum tamen ignearum aurentium, & sulfurearū, hoc est, aquarum, uia chymistica ex medijs mineralibus educ-

tarum,

ctarum, acrimonia, forma natiua spoliatur, & genuino humore exhaustus, in cal cem terream, omnis splendoris expertem redit, & in pristinam formam reuocari non potest. Aurum autem siue ignis tyrannidem experiatur, siue omnium rerum adurentium, sulfurearum, & rodentium censuram subeat, quacunq; tamen incle mentia exerceatur: & licet in calcem, aut in liquorem, aut in glaciem redigatur, semper ex omni cõflictu non solùm inuictum, sed etiam illæsum ad pristinam re dit formam. Quòd si carbunculus omnium gemmarum absolutissimum opus, au ro hac in parte cedit, profectò inter lapides nihil erit, quod auro hac in parte re spõdere possit. Nunc num sit aliquid inter media mineralia, quod cum auro hac ratione conferri possit, exploremus. Si quid tale esset inter media mineralia, id maximè esset talch, quod ab alijs stella terræ dicitur. Nihil enim est in tota me diorum mineralium natura, quod corruptionis æquè sit expers, & quod igni, om nium elementorum potentissimo & inclementissimo adeò potẽter resistat, atq; talch Hoc tamen etiamsi ab igne superari non possit, salium tamẽ acrimonia in calcem uertitur, & ad pristinam formã redire in posterum non potest. Aurum ta men, millies in calcem reductum, ad natiuam semper redit formã, per eam actio nem, quam Chymistæ reductionem uocant. Igitur inter media mineralia nihil e rit, quod auro hac in parte respondere possit. Superest nunc, ut uideamus, num in numero metallorum aliquid sit, quod cum auro hac ratione comparari pos sit. At hoc adeò notum est, & uulgatum, ut probatione nulla egeat. Nam licet aliqua sint metalla, quæ rubiginem nunquam experiantur, ut stannum, & plum bum, tamen si plumbum, stannum, æs, ferrum, & ipsum etiam argentum, ce menti, aut antimonij uires experiantur, penitus absumuntur, & partim in fu mum, partim in scoriam & fæcem rediguntur. Aurum uerò, etiamsi milleſies mil lies censuram cementi & antimonij subierit, semper inuictum, illæsum, inte grum, incolume, & immortale inde regreditur: nec fieri potest, ut aëris, aut a quæ, aut terræ, aut ignis, aut alicuius rei mistæ asperitate, natiua illi forma ex torqueatur. Proinde cum in ratione accedendi ad incorruptionem animalia à ue getabilibus, & uegetabilia à mineralibus superẽtur, & omnia mineralia auro ce dant, & ab eo omnino uincantur, profectò nihil erit in hac inferiori rerum na tura (excepta anima ratione prædita) quod æquè distet à corruptione, & quod perennitati sit æquè uicinum, ac aurum. Et cum res, quæ minus sunt caducæ, & perennitati magis affines, cæteris meritò sint anteponendæ, meritò & iure opti mo philosophi reliquis omnibus huius inferioris naturæ operibus aurum præ tulerunt. Et quoniam omnis corruptio ex contrariorum inæqualitate, & di stemperamento nascitur, & incorruptionis causa effectrix est contrariorum æ qualitas, & æquilibratio, profectò ea meritò censenda sunt, æqualitati & uero temperamento magis uicina, quæ corruptioni minus sunt obnoxia. Qua ratio ne ducti ueteres philosophi, cum aurum inter hæc inferiora à corruptione lon gius abesse experirentur, uno consensu affirmauerunt, aurum omnium inferio rum corporum temperatissimum, & æqualitati propinquissimum esse. Cæte rùm cum sentirent, incolumitatis causam esse humorum harmoniam, & æquali tatem, morborum uerò, quibus humanum corpus opprimitur, causam esse eorun dem humorum inæqualitatem, iudicauerunt, eligendam esse rem aliquam, ad ue ram illam temperiem proximè accedentem, ut eius usu humores distemperati ad temperiem & æqualitatem reuocarentur, & sublata causa morborum, hoc est humorum intemperie, effectus eius causæ, scilicet morbus quicunque periret, extingueretur, & occideret. At cum experirentur, nihil esse in hac inferiori na tura quod ad rem medicam pertineat, siue sit è numero animalium, siue uegeta bilium, siue mineralium, nihil, inquam, esse temperamento æquè uicinum ac au rum, affirmauerunt aurum præsentaneũ esse omnium ægritudinum antidotum. Sed quoniam natura mineralium maximè terrea est, unde fit, ut uis eorum mole illa terrea obruta, ueluti sepulta iaceat, & uires suas ualenter exercere nõ possit,

niſi ad tenuiorem naturam reuocetur, & cõpedibus illis terreis ſoluatur, idcirco philoſophi aurum attenuandum, & in liquorẽ ducendum, & liquorem eius per diſtillationẽ à parte terrea denſiori, ſeparandum eſſe iudicauerũt, ut huius liquoris (quem animæ carcere corporis ſolutæ cõparauerunt) ſua tenuitate quaslibet corporis humani partes ſubire ualẽtis, frequẽti uſu, humores diſtẽperatos ęquando, morbos profligarent, & æquatos in eo tẽperamento fouerent & cõſeruarent. Itaq; cum aurum ſua temperie omnes humores inæquatos, æquare & temperare poſsit, & triſtitia nihil aliud ſit, quàm immoderatæ & redundantis atræ bilis effectus, nõ mirum, ſi aurũ inæquatã bilẽ atrã domãdo, & ad æqualitatẽ reducendo, eius delet effectũ, id eſt, triſtitiã. Et quoniã exploſa triſtitia, gaudiũ ſuccedit, non abs re philoſophi dixerunt, aurũ animo gaudiũ & hilaritatẽ adferre: nec ineptè aurũ Soli cõparauerunt, & illud Solis filiũ eſſe uoluerunt. Nã quẽadmodum umbra terræ interdum Lunæ ſplẽdorẽ & lucẽ ſua obſcuritate nobis ſubtrahit, & quẽadmodũ nubes ex uapore terreo ortæ iucundiſsimũ Solis, ſuo aſpectu omnia exhilarãtis, aſpectũ nobis ſubducunt, & aërẽ tenebroſum reddunt, ita bilis atręquę in elemẽtis terræ reſpõdet) redundãtis hęc eſt natura & cõditio, ut ſua umbra ſerenitatẽ ſpiritus noſtri obſcuret, & uapore ſuo nubes generet, quæ ſua caligine aërẽ corporis noſtri, id eſt ſanguinẽ, atrum, piceũ & fuliginoſum reddãt, & ita nobis omnẽ lętitiã & gaudium ſubripiant, & ſubducãt. Et quẽadmodum Sol, cum radios ſuos exerit, aduẽtu ſuo ſplendidiſsimo aërẽ, umbra terræ obtenebratũ, ſerenat, & exhilarat, ita hic liquor aureus ſuo aduẽtu, & ſua actione aërem noſtri corporis, id eſt ſanguinẽ, & ſanguine tenuiorẽ ſpiritũ, umbra & caligine uaporis melancholici obnubilatũ ſerenat, & nubes has atras diſsipando, hilaritatẽ, lætitiam & iocunditatẽ inducit. Et quoniã nihil eſt, quòd adeò caniciẽ & rugoſam ſenñ deformitatẽ acceleret, atq; melancholia, quę ſpiritus exhaurit, calorẽ natiuũ ſua frigiditate extinguit, & humoris uitalis ærarium abſumit, profectò id quod melancholiã ualenter & citra naturę lęſionẽ ſubducit (quale eſt aurum) nõ immeritò dicitur, canitiẽ & ſenium remorari: & cum nulla res floridum, iuuenilẽ & uiuidum colorẽ magis foueat, quàm moderatũ gaudium, profectò id quod triſtitiã pellit, & gaudium inducit (quale eſt aurũ) meritò dicetur, hominẽ in uiuido, iuuenili, & florido ſtatu fouere & cõſeruare. Non me latet, raras, ſingulares, & uerè aureas huius liquoris aurei proprietates medicas, apud nonnullos noſtræ ætatis medicos minus authoritatis habere, quàm figmenta poetica, aut aniles fabulas, imò & minus quàm ſomnia. At cum eas nũquã experti ſint, demirer ego huiuſmodi hominũ audaciã & tyrannidẽ, qui quaslibet res ſibi ignotas dãnare nõ erubeſcãt, ac ſi nihil in rerũ natura ſit, quod eos lateat, ac ſi nihil ſciri poſsit, prętereà quæ ipſi norunt. At dicẽt, Galenũ de hac re nihil penitus ſcripſiſſe. Ego uerò reſpondeo, non eſſe mirũ, ſi id nunquã Gale. nouerit, nec inde effici, ut nõ ſit uerum. Licet enim profundiſsimus naturæ ſcrutator fuerit Gale. homo tamẽ fuit: proinde multa ignorare potuit, imò & reuera multa in ea arte quã pfeſſus eſt, ignorauit, quæ à poſteris inuẽta nobis tradita fuerunt. Quòd ſi Galen. Hippocrates, aut Dioſcorides, naturã auri tanquã inſalubrẽ & ſuſpectã damnaſſent, ferendi & audiendi eſſent iſti: ſed cũ ex Gale. didicerint, nihil eſſe citra rationẽ audendũ, nihil etiã citra demonſtrationẽ tyrãnico more dãnandum, profectò modeſtiores & æquiores in cenſendis aliorũ ſcriptis eſſe deberent. Sed hoc unum eos decipit, ſcilicet, quia adeò religioſi ſunt Galeni, ut ſi quid ſit à Gale. nõ dictum, id admittere nefas, & piaculum eſſe arbitrentur. Non dãno, quòd Galeni hominis certè diuini religioſi ſint diſcipuli, ſed hoc dico, nimiã religionem abire in ſuperſtitionẽ, imò & in idololatriã. Idcirco non eſt, quod adeò ſtrictè iurent in doctrinã Galeni, ut illius ſolius adorẽt, uenerẽtur, & ſuſpiciant oracula. Quòd ſi hanc ſuperſtitionem mordicus retinuerint, nõ minus idololatrię dãnandi erũt, quàm hi, qui nullã uocẽ p Latina agnoſcunt, quæ apud Ciceronẽ nõ legat. Laudo quidẽ eos, ubi uoces Ciceroni ingratas explodunt, & dictiones exoticas, mõſtroſas ac barbariẽ redolentes

lentes respuũt,& exibilãt:sed quum aliquãdo uox aliqua ex authore alio Latino mutuata adferẽ,non est,quòd in ea admittenda adeò tetrici, difficiles & superstitiosi sint.Sed nos his missis ad rem nostrã redeamus. Sequitur in textu Gebri.

Frangitur facillimè cum Mercurio,& odore plumbi teritur.

TAVLADANVS. Quòd Mercurius auro coniunctus aurũ frangat,attenuet,& cõminuat,huius rei fidelissimi testes esse possunt aurifabri,qui hoc quotidie experiuntur,ut reliqua metalla inaurare possint,quam nõ solum actionẽ,sed maximam artis suæ partẽ chymisticis philosophis acceptam ferre debent. Quòd autẽ uapore plumbi aurum imbutũ teratur,& in puluerẽ tenuissimũ redigatur, id uerissimum esse experientur omnes,qui ori fictilis,in quo plumbum tenetur liquatum,aurum in bracteas ductum appenderint, ad uaporem plumbi excipiendum. postea sequitur in Gebro. Non est autem aliquid actu,quod magis in substantia illi conueniat,quàm Iupiter & Luna.

TAVLAD. Id est,inter metalla nullũ est quod actu,hoc est re ipsa, habeat substantiam auri substantiæ æquè uicinã,aut quod ratione substantiæ sit auro magis simile,quàm Luna & Iupiter.cuius rei hæc est ratio:quia cum maxima substantię auri portio sit arg.uiuum,ea metalla censenda sunt ratione substãtiæ,auro magis affinia & magis similia,quæ maiori abundant arg.uiui copia.Proinde cùm Luna & Iupiter magis abundent arg.uiuo quàm reliqua metalla,non immeritò dicẽtur actu esse auro ratione substãtiæ uiciniora, & magis similia. posteà sequitur in Gebro. In pondere autem & surditate & imputrescibilitate Saturnus.

TAVLAD. Hoc est,si aũt spectes pondus,surditatẽ,& conditionem putredinis expertem,& ex his uicinitatem & conformitatẽ metallorum cum auro metiaris: profectò cum solum plumbũ sit mutũ,id est soni expers, reliqua uerò sint sonora,cum inquam,plumbum reliqua põdere & grauitate longè uincat, & rubiginẽ nũquam sentiat,aut putrescat,meritò plumbum,habita harum trium qualitatum ratione,auro uicinius censendum erit. posteà sequitur in Gebro.

In colore autem Venus, & in potentia quidem magis Venus: deinde Luna, deinde Iupiter,deinde Saturnus,ultimò uerò Mars.

TAVLAD. Id est,at si nec substantiã,nec pondus,necnon tinniendi aut rubiginis non cõtrahendæ conditionem spectes,sed solum colorem, profectò Venus erit auro uicinior, cum teste Gebro cap.36. Venus in sui profundo colorem auri prætẽdat,eo quòd sulfur eius actu rubeum est.& cum omnis rubor facillimè remitti possit,& remissus in citrinum cõmutetur,& citrinitas sit germanus auri color,idcirco si hanc rationẽ spectes,scilicet propinquam aurei coloris obtinendi potentiam,profectò Venus censenda erit auro uicinior, quàm Luna, cùm sulfur Lunæ,sit adhuc penitus album, sulfur aũt Veneris iam sit rubeum. Sed quoniam sulfur Lunæ magis coctum est, & ad maiorẽ peruenit maturitatem, quàm sulfur iouis,quod adhuc crudum est & immaturũ,profectò cum sulfur album per intensiorem decoctionem uertatur in rubeum,sulfur Lunæ longè facilius ruborẽ concipiet,quàm sulfur iouis,& per consequens Luna facilius & citius uertetur in aurum quàm Iupiter: unde fit, ut Luna coloris aurei acquirendi potentia auro sit propinqua magis quàm Iupiter. Quòd si hanc ipsam rationem spectes, Iupiter uicinior erit auro,quàm sit Mars aut Saturnus.Nã cum citrinus color, teste Gebro cap.60.& Arnoldo cap.5.sui Rosarij,oriundus sit ex multo albo,& modico rubeo,& ex liuido aut fusco (ut ibidem testis est Arnoldus) non fiat transitus ad citrinum,nisi per candorem interiectũ,profectò necesse est, ut Saturnus & Mars candidiora efficiantur,priusquàm citrinitatem attingere ualeant.Itaq; cum candore ad argenteum uergente,Iupiter hæc duo præcellat, facilius quàm illa ad citrinitatem peruenire poterit, & hac potentia erit auro uicinior quàm sint Mars & Saturnus. At cum citrinitas, ut superius diximus, filia sit multi candoris & pauci ruboris, & in Saturno sit magna Mercurij (cuius natura est dealbare) co-

pia, in Marte uerò minima, idcirco Saturnus facilius quàm Mars citrinum & aureum colorem obtinere & assequi poterit. & sic habita huius potentiæ ratione Mars longè minus uicinus auro censendus est, quàm reliqua metalla.

posteà sequitur: Et hoc est unum de secretis naturæ. Et hoc subaudi aurum, nõ aũt Mars, ut uoluit Braceschus, est unum de secretis naturæ in hac arte. Quod ut facilius intelligi possit, reuocandũ est in memoriã, id quod superius primam authoritatem interpretantes diximus, scilicet perfectionẽ huius artis mundissimæ substãtiæ Mercurij ad fixionem deductæ, totam acceptam esse ferendam. Et quoniam Mercurius crudus, nec mũdus, nec fixus est, idcirco priusquàm author perfectionis huius artis esse possit, substãtia eius mundanda est, & per successiuam sublimationem ad fixionẽ ducenda, ut ex Gebro superius docuimus. At cũ Gebri testimonio, Mercurius ad fixionẽ ritè deductus, metallũ euadat: unde & liquationem metallicã præstat: & ritè purgatus, mundissimũ & nobile pariat metallũ, profectò Mercurius purgatus, & ad fixionẽ ductus, aliud nihil esse posset, quàm aurum, aut argentũ, cum præter hæc duo nullum metallum sit mundũ. At cum natura, nostri miserta, hac in parte nobis insudarit, & purissimã Mercurij substãtiã fixione præditã nobis porrexerit, cãdidissimã equidem in Luna ad Lunã, citrinã uerò in Sole ad Solem, idcirco superius notũ fecimus, hæc duo metalla esse duo illa naturæ in hac arte secreta, id est, esse duos illos secretos lapides semielaboratos, in quibus natura tanquã in duobus scrinijs arcanũ huius artis, tam album, quàm rubeũ includit & reposuit. Sunt igitur hæc duo metalla, duæ illæ arcanæ naturæ arcæ, in quibus natura formã cùm auri, tum argenti effectricem recondidit. Quã ob causẽ Geber hìc ait, aurũ esse alterum arcanũ naturę in hac arte. Quod ut apertius esset, dixit superius in hoc ipso cap. aurũ esse preciosissimum metallorum, & tincturã rubedinis, quia tingit, ac trantformat (in aurum subaudi) omne aliud metallum: & sequenti cap. ut indicaret Lunam esse alterũ naturę in hac arte arcanum, dixit, Lunam esse candoris, subaudi argẽtei, tincturam. Sed quid ego hoc in loco me torqueo, cum nemo sit, qui hunc locum ad aurum pertinere, & de eo solo interpretandum esse non uideat? Nam si id de Marte interpretãdum esset, quis est, qui non fateatur reliquam & postremã huius cap. partem de eodem marte interpretandam esse? scilicet quod cum marte misceantur & figantur spiritus maximo ingenio, quod non peruenit ad artificem duræ ceruicis. At hanc partem non marti, sed uni auro uendicãdam & deferendam esse, testis est Arnoldus Villanouanus, cap. 5. sui Rosarij minoris. Quòd si hæc posterior sentẽtia ad aurũ pertinet, & anterior ad aurũ referatur, necesse est. Hęc igitur, quam attulimus, est germana & aurea huius loci interpretatio, Braceschę, hæc est mẽs Gebri, hoc est arcanum huius artis hactenus tibi ignotũ, quod si ad martẽ, ut tu uoluisti pertineret, poteras tu iudicare, Gebrũ non adeò parum cordatum fuisse, quin illud in cap. martis aut repitiuisset, aut saltẽ dicẽdũ eouscę distulisset, ne quis forsitã sibi imponeret, & id nõ de marte, sed de auro in cap. auri dictum esse suspicari posset.

CAPVT V.

SAtis de quarta diximus, nũc ad quintã gradũ faciamus. Quinta uerò authoritas, abs te è cap. 88. desumpta, hęc est: Scripsit Geber cap. 88. suæ Sũmæ, postquàm egisset de marte, hæc uerba: Per hoc igitur artificis dilatatur industria, ad cuiuscę corporis uerã rectificationẽ. Quam sententiã tu sic exponis, per hoc, id est per martẽ, artificis dilatatur industria, ad cuiuscę corporis metallici rectificationẽ. Quæ authoritas cũ in tuã rem nil faciat, nõ possum ego nõ admirari, quid tibi de ea ausus sis promittere, imò locus hic adeò est apertus, familiaris & clarus ut nullo egeat interprete: attamẽ ne tu me pusillanimitate aliqua id dixisse interpreteris, faciã ego, ut omnes breui intelligãt, hoc ad martẽ referendũ nõ esse, imò nec referri usquã posse. Geber postquàm medicinarũ, quibus ignobilia metalla in meliorẽ conditionẽ mutantur, confectionẽ docuisset, tandẽ artes, quibus metallorum

tallorum alteratorũ integram, aut diminutã mutationẽ explorare possemus, sibi docendas esse duxit, ut patet ex cap. 87. quas nouem esse scribit, scilicet cineritiũ, cemẽtum, liquationem, super uapores acutorum expositionem, sulfuris aduren-tis mistionem, ignitionem, ignitorum in aquis salium, aut aluminum extinctio-nem, calcinationis, & reductionis iterationem, & argenti uiui facilem, uel difficilem conceptionem. Hæ sunt artes, quibus certissimè agnoscimus, num metalla ignobilia, actione medicinæ adhibitæ, germanam auri, uel argenti formam obti-nuerint, an uerò palliatam, fucatam, & phaleratam tincturam conceperint. Id e-nim metallum, quod medicina alba imbutum, cineritij examen impunè non tu-lerit, quod liquationem & ignitionem lunarem non exhibuerit, quod ignitum & submersum in aquis acutis, ex submersione argenteum splendorem illęsum non retulerit, quod ad uapores acutorum expositum, florem intensè cæruleum non pepererit, quod ex sulfuris adurentis mistione, ad pristinam formam non redie-rit, quod sæpius in calcem redactum, pristinum colorem, & pondus non retinue-rit, & quod cum argento uiuo libenter non coierit, id, inquam, metallũ pro adul-terino, & illegitimo argento est habendum. omne autem metallum medicina ru bea imbutum, quod præter dicta examina, à cementi conflictu inuictum, incolu-me, & illæsum non redierit, pro auro spurio habendum est. Geber itaq; ante om-nia à cineritio incipit, & causam reddit, propter quam aurum & argentum cine-ritij censuram impunè subeant, quam hanc esse ait: quia horum duorum metallo-rum prima radix (ut eius uerba referam) fuit multa argenti uiui copia, & puriss-ima illius substantia, subtiliata prius, posteà uerò inspissata, donec cum ignitio-na liquefactionem suscipiat. Ex quibus colligit ea metalla, quæ minus abundant argento uiuo, aut quæ plus habent substãtiæ terreæ, aut quæ sunt tenuiora, quàm sint aurum & argentum, ea, inquam, citius in cineritio perire: quæ uerò minus ta-lia sunt, tardius absumi. Et quoniam Saturnus, inquit, multa abundat substantia terrea, & lutosa, & uelocioris est liquationis, quàm reliqua, & quia etiam longius abest à conditione ignitionis ferendæ, ideo citius huic succumbit examini, & ue-locius absumitur, unde cum in fuga sit omnium uelocissimus, eius opera, inquit, utimur, ut reliqua ignobilia secum trahat. Iupiter autem, quia argento uiuo co-piosius abundat quàm Saturnus, aut Venus, & quia etiam mundior est, & mi-nus terreus, ac subtilioris substantiæ, ideò diutius examẽ cineritij sustinet, quàm Saturnus aut Venus. Et licet Saturnus argento uiuo magis abundet, quàm Ve-nus, tamen quia Venus ignitione prædita est, quam natura Saturno denegauit: hinc fit, ut Venus diutius in cineritio duret, quàm Saturnus. Mars uerò licet to-tus fermè sit terreus, & inops argenti uiui: quia tamen ægerrimè ob inopiam ar-genti uiui liquescit, idcirco Saturno ritè commisceri non potest. Cum itaq; Satur nus obliquationis priuationem, Martem amplecti nequeat, difficilè eum trahit. Quòd si Martem ignis uiolentia liquari cõtingat, & adfuerit Sol aut Luna, Mars (qui humoris expers est, & idcirco sitientissimus) Solis aut Lunæ Mercurium epotat, & forbet. Et quoniam Mercurius horum duorũ metallorum fixus est, & cineritium nõ timet, hinc fit, ut Mars altero horum duorum metallorũ imbutus, in cineritio deleri nõ possit. At si Luna & Sole absentibus, Martẽ reliquis igno-bilibus metallis commisceri contingat, necessariò Mars unà cum illis perit, & aboletur. Itaq; non ratione perfectionis suæ, cum sit corruptissimus, sed per acci-dens fit, ut Mars interdũ cineritiũ sustineat. Quod Geber cap. 90. clarissimè do-cet his uerbis: Mars uerò non per se, sed per accidens nõ cõburitur. Quãdo enim cum multæ humiditatis corporibus miscetur, cõbibit illam, propter suę humidi-tatis carentiam, & ideo cõiunctus non inflammatur nec cõburitur, si corpora sibi iuncta nõ fuerint inflãmabilia (qualia sunt Sol & Luna.) Si uerò cõbustibilia sunt corpora sibi iuncta, secundum naturã suam adustibilẽ, necessariò oportet Martẽ aduri, & flãmis absumi. Postquàm igitur Geber docuit cap. 88. quæ sit causa effi-

ciens,ut aurũ & argentũ illęsa ex cineritio regrediãtur,reliqua uerò in eo pereãt, & absumãtur,licet alia tardius,alia citius, tandem sic ait: Per hoc igitur artificis dilatatur industria,ad ueram cuiusq; corporis rectificationem,si rectè eius,quod diximus,efficaciã nouerit. Quod idem est,ac si dicat:Si artifex, hæc,quæ à nobis in hoc capite tradita fuêre, probè intellexerit,id est: si intellexerit,quæ sit causa, quare alia metalla hoc examen sustineant,alia uerò non sustineant:& quę sit causa,quare alia citius in eo pereant,alia uerò non æquè cito deleantur, si inquam, horum omnium causas,à nobis hîc traditas probè norit,profectò intelliget,quid singulis desit,quid in unoquoq; sarciendum sit, & quid in eis instaurari debeat, ut cineritij examen ualenter sustinere queant: Posteà sequitur in textu Gebri.

Si uerò fantasticè super illud intellectum contraxerit, nihil ex eo ueritatis agnoscet:hoc est,si id,quod docuimus hoc in capite,perperam intellexerit,& scripta nostra in alienum sensum detorserit,nunquam intelliget,qua arte ignobilia metalla ad hunc perfectionis gradum sint promouenda. Hæc est igitur huius loci recta & non obliqua, facilis,& minimè coacta interpretatio,Braceschę,qui locus se adeò aperte prodit,ut me etiam tacente, ab omnibus intelligi possit. Proinde ad sextã authoritatẽ excutiẽdam accedamus, quæ si tibi non magis fauerit, quàm superiores,parum certè fauebit. At quantũ tibi prodesse queat,uideamus.

CAPVT VI.

SExta igitur authoritas,quam tu adfers,hæc est. Geber cap.63. suæ Summæ, postquàm de Marte pluribus egisset,tandem hoc epilogo cap. illud clausit. Laudetur igitur benedictus,& gloriosus altissimus,qui creauit illud, deditq; illi substantiam,& substantiæ proprietates, quas non contingit ullam rem aliam in natura possidere,ut in illa possit inueniri hæc perfectio, per artificium aliquod, quam in illo inuenimus potentia propinqua. Ipsum enim est, quod ignem superat,& ab igne non superatur,sed in eo amicabiliter requiescit,eo gaudens.

Quem locum (cum Martẽ ab igne superari,& aduri animaduerteres) ad Martem referre ausus non es, sed ad ignobilissimum Martis excrementum referendum esse docuisti. At faciam,ut intelligant omnes,hunc locum non Marti,aut eius uili excremento, sed soli argento uiuo uendicandum esse, & de hoc solo interpretandum. Quod ut familiarissimè intelligi possit, sciant lectores Gebro hunc finem in eo cap.propositum esse, ut Martis genituram doceat. Quod ubi egit: quoniam Mars præ cæteris metallis sulfure fixo abundat,docet quę sit conditio sulfuris fixi, & quæ sit conditio Mercurij fixione præditi, & horum duorum naturam per antithesim comparat. Ex qua collatione tandem colligit, causam ignobilitatis & corruptionis metallorum, sulfuri adscribendam esse, causam uerò nobilitatis metallorum soli Mercurio acceptam esse ferendam, & solum Mercurium totius nobilitatis,& integritatis,metallicæ, authorem esse censendum. Primò igitur Martem ex pauco argento uiuo, eoq; terreo, liuido, & fixo,& ex multo sulfure terreo,immundo & fixo, oriundum esse scribit. Et quòd magna sit sulfuris fixi,modica uerò Mercurij in Marte copia,hac ratione confirmat. Conditio sulfuris fixi, est liquationem metallorum impedire, remorari, & prohibere. Igitur ea metalla censenda sunt multo sulfure fixo esse prædita, quæ tardę,& difficilis sunt liquationis. Atqui Mars omnium metallorum tardissimè liquescit,& difficillimè omnium conflatur,proinde colligendum est, Martẽ omnium metallorum sulfure fixo refertissimum esse. Quòd sulfur fixum liquationem remoretur,& impediat ,sic docet. Sulfur nunquam figitur, nisi calcinetur, calcinatum autem siccissimum euadit, & omni humore per calcinationem exhauritur. Atqui humidum est causa liquationis. Igitur sulfur fixum cum sit aridissimum,non solùm eam præstare non poterit, sed etiam impediet. Nam cum siccum humido penitus opponatur, & humidum sit causa liquationem metallicam efficiens,necesse est,ut sulfur fixum,quod est siccissimum,oppositum pariat

effectum:

effectum: hoc est, ut liquatione priuet metalla, & eam ubi Mercurium uicerit, (ut fit in ferro) penitus tollat. Mercurium autem non est necesse, per fixionem in substantiam terream, liquationis expertem redire. Nam licet interdum per præcipitationem, hoc est, per uiolentam & præcipitem sublimationem, contingat illum humore liquationem efficiente exhauriri, & in terream substãtiam liquationis expertem reduci, tamen si per temperatam, & successiuam (qualem ars præcipit) sublimationem ad fixionem ducatur, liquationem reddit metallicam, ut notum est illis (inquit) qui ambas eius fixiones experti sunt. Sulfur autem, si figatur, semper & sibi, & alijs illiquabile efficitur. Cæterùm cum sulfur nihil aliud sit, quàm pingue & unctuosum adustibile, hinc facilè intelligi potest, ipsum sulfur causam esse adustionis metallorum. Mercurius autem tantùm abest, ut adustionis author sit, ut etiam ab adustione tueatur, & protegat. Cuius rei amplissimam fidem faciũt metalla. Nam quæ multò abundant argento uiuo, ea adustione minus sibi timent: quæ uerò plus habent sulfuris quàm Mercurij, ea grauius ab adustione damnum sentiunt, & patiuntur. Ex quibus (inquit) duo huius artis arcana mira collegimus, & didicimus: quorum alterum est, sulfur adustibile causam esse corruptionis metallorum in igne, quod simulatq; flammam concepit, totam metalli substantiam urit & absumit, licet argentum uiuum illius metalli fixum fuerit. At argentum uiuum (inquit) quoniam propter nullas exterminationis causas se in partes suæ compositionis diuidi permittit, quia cum tota sua substantia ab igne euolat, aut cum tota in igne permanet, idcirco (inquit) necessariò colligendum est, causam perfectionis metallorum in argento uiuo sitam esse. Et hoc est secundum illud arcanum (inquit) quod collegimus, scilicet perfectionem metallorum soli argento uiuo acceptam esse ferendam. posteà sequitur in textu Gebri.

Laudetur igitur benedictus & glorioſus Altissimus, qui creauit illud (subaudi argen. uiuum) deditq; illi substantiam (incremabilem subaudi) & substantiæ proprietates (tutandi ab adustione metalla subaudi) quas non contingit ullam rem in natura possidere, ut in illa possit inueniri hæc perfectio per artificium aliquod, quam in illo inuenimus propinqua potentia. Hæc est autem illa perfectio quæ ineſt soli argento uiuo. Ipsum enim est, quod ignem superat, & ab igne non superatur, sed in eo amicabiliter requiescit, eo gaudens, id est, natura solũ argen. uiuum hac dote insigniuit, ut omnem ignis inclementiam, & tyrãnidem inuictum sustinere possit, & ab eo semper cum uictoria, & trophæo regrediatur.

At dicet Braceschus, Hæc proprietas nõ ineſt Mercurio crudo, cum ipse inimicum, & exosum habeat ignem, ab eo sibi timeat, & impetum eius ferre non possit. Igitur hic locus de Mercurio non erit interpretandus. Fateor, Braceſche, hanc proprietatẽ Mercurio crudo actu non adesse, sed cum Gebro respondeo, hanc proprietatem propinqua potentia in eo reperiri. Sed quænam illa potentia, dicet Braceschus? Respondeo, substantiam Mercurij ritè purgati in potẽtia esse ad fixionem suscipiendam. Quæ substantia Mercurij, per sublimationẽ munda-ta, ubi in actũ illius potẽtiæ ducta fuerit, hoc est, ubi ritè ad fixionem peruenerit, tunc hæc substãtia Mercurij munda & fixa, est illa Salamandra chymistica, cuius alimentum ignis est. Et hęc sola, hanc proprietatem sibi arrogare potest. Et ne quis alienam à mente Gebri interpretationẽ hîc me attulisse suspicari possit, reuocet, quęso, in memoriã, quę ex tot Gebri locis superius probauimus, scilicet solum Mercurijũ esse causam perfectionis metallorũ, non quidem Mercurijũ in sua liuida, fugaci & cruda natura sumptum, sed per sublimationem, ut docet Geber, mundatum, & tandem ad perfectã fixionis maturitatẽ ductum. Proinde cum sola Mercurij substantia munda, & fixa, sit causa perfectionis metallorum, & hęc sola ignẽ superet, nec ab eo superetur, sed in eo libẽter cõquiescat, (ut testatur aurum) hunc locũ de solo Mercurio mundo, & fixo interpretandum esse, fatearis

oportet. Et cum hæc Mercurij substantia, munda & fixa, in solis inueniri possit metallis, imò sit metallũ, ut superius ex Gebro docuimus, profectò necesse est, ut sit aut in Saturno, aut Ioue, aut Venere, aut Marte, aut Luna, aut Sole. Sed Mercurius Saturni & Iouis immundus est, & propemodũ crudus (ut Geber testat) nec ignis sæuiẽtis impetus sustinere potest. Igitur nõ erit in illis. Præterea Mercurius Veneris & Martis, licet quodãmodo sit fixus, tamen pollutus est, atq; coinquinatus, imò & ab igne tandẽ expugnatur. igitur nec in istis erit. Quòd si in metallis est, & in nullo dictorũ quatuor reperiatur, superest, ut solis insit metallis nobilibus, & perfectis, auro scilicet & argẽto. Nec mirũ si in istis duobus perfectis tantũmodo reperiatur, cum huiusmodi Mercurius mundus, & fixus sit causa perfectionis metallorum nobiliũ. Cum igit hic Mercurius sit author nobilitatis metallicæ, & hæc duo aurum scilicet & argentũ, sint metalla nobilia, profectò necesse est, ut in illis reperiatur & existat: alioqui essent ignobilia. Itaq; necesse est, ut de Mercurio in his duobus metallis existente, hunc locũ interpretemur, cum hæc sola in igne libenter cõquiescant, & cõmorentur. At dicet Braceschus, stercus illud ferreũ, in naturã uitri cœrulei redactũ (quod ille scripsit eligendum) in igne semper inuictũ durare, & ab igne minimè expugnari posse: Ideoq; hũc Gebri locum meritò sibi uendicare. Sed age quæso, Braceschе, quomodo tãdem efficies, ut hoc tuum excrementũ cum uerbis Gebri cohæreat? Testatur ubiq; Geber paucitatẽ arg. uiui mundi & fixi esse causam ignobilitatis metallorũ, ideoq; arg. uiuũ mundum & fixum in eis multiplicatum, causam nobilitationis eorum necessariò futuram. Vnde etiã colligit, medicinã ignobilia metalla nobilitantẽ ex Mercurio mundissimo, & penitus fixo cõficiendam esse. At cum illud ferri excremẽtum in uitrum redactũ (quod tu scribis eligendum) metallicũ esse desierit, & arg. uiuo penitus exhaustum, in uitrũ abierit, qui poterit ex eo cõfici metallorum in melius mutandorum medicina? Quod aũt arg. uiuo penitus exhaustum sit, hinc patet. Arg. uiuum est causa liquationẽ in metallis efficiẽs. Atqui hæc fæx Martis uitrea, liquationis metallicæ omnino expers est, & nullam aliam reddit liquationem, quàm uitreã. Proinde necessariò iudicandum est, hanc fæcẽ arg. uiuo penitus spoliatam esse. Quòd si arg. uiui expers est, profectò medicina ignobiliũ metallorum esse non poterit. Siquidem hæc medicina ex arg. uiuo mundo, & fixo cõficienda est. Et cum hic locus ad causam perfectionis metallorũ effectricẽ, hoc est ad arg. uiuũ mundum & fixum pertineat, profectò ad fæcem illam Martis pertinere nullo modo poterit. Est igitur hic locus de solo Mercurio fixo, in igne libẽter cõmorante, tripudiante, & sibi cõgratulante, interpretandus, Braceschе, qualis Mercurius solis inest nobilibus metallis, hoc est auro & argẽto. Et cum solus Mercurius fixus in igne ouans, & triũphum agens, ex hoc Gebri testimonio, sit causa nobilitationis metallorũ ignobilium, & is soli auro & argento insit, necesse est, ut eũ ex his duobus fontibus hauriat, qui cũq; medicinã ignobilium, ad auream uel argenteam nobilitatem promouendorũ sibi proponet cõficiendam. Quòd si secus fecerit, saxum perpetuò cum Sisypho uoluet, nec optato fine, quoad uiuet, potietur. Satis de sexta authoritate diximus, Braceschе: nunc quænam sit septima abs te citata, uideamus. Septima hæc est.

CAPVT VI.

SCripsit Geber cap. 32. suæ Summæ hæc uerba. Calcinatur aũt aurum, & soluitur sine aliqua utilitate: & cap. 33. hæc uerba. Calcinat similiter argentũ, & soluitur cum magno labore, & sine aliqua utilitate. Quibus duobus locis tu in cõfirmationem opinionis tuę sic uteris. Omnium philosophorum cõsensu & suffragio, metallũ illud, ex quo formari debet Elixir, est in calcẽ redigẽdum, & postea in liquorẽ resoluendum. Atqui Geber hîc docet, aurum & argen. siue in calcẽ redeant, siue etiã in liquorẽ resoluantur, nullam adferre utilitatẽ. Proinde hoc argumento satis cõstat, neq; ex auro, neq; ex argento ditissimum illud Elixir cõfici posse.

posse. Profectò Bracesche hæc sola ratio plus habet pōderis & momenti, quàm reliquæ omnes abs te citatæ. Imò adeò est obscura & difficilis, ut qui eam mihi sol ueret, neminē inuenerim, præter doctissimum Ioannē Michaelem Sterpinū. Cui eruditissimo uiro nō solùm Gebri, sed reliquorū etiā huius artis authorum fami liaritatem me debere fateor, & quoad uiuā ingenuè profitebor. Licet itaq; hic lo cus magnū aliquid prima frōte tibi promittere uideatur, faciā tamē, ut intelligas, hoc à Gebro uerè scriptum fuisse, nec tamē impedire, quin Elixir rubeum exau ro, & album ex argēto, necessariò sit cōficiendum. Quoniā Geber in his duobus cap. palàm & publicè promulgarat, aurum esse tincturam rubedinis, & arg. esse tincturam albedinis, ut hoc aliquo modo tegeret, & palliaret, nō probis uiris, sed sceleratis, hæc quæ tu adfers, Bracesche, subdidit. Hæc tamē uerissima esse, & su perioribus Gebri uerbis nullo modo aduersari experiemur, & sentiemus, si dili genter animaduertamus, quam longè & latè pateat apud Gebrū, usus calcinatio nis, & solutionis. Cum Geber uideret, metalla ignobilia nobilitari nō posse, nisi quæ in eis redundant, aboleātur, & quæ desunt, beneficio Elixiris resarciātur, re secanda primò sibi duxit superflua. Itaq; cum uideret, ignobilia metalla humore quodam immaturo & uaporabili, atq; unctuoso quodam cremabili, & fęce qua dam terrea, à natura metallorū aliena laborare, & onusta esse, proposuit sibi ea, ab humido illo uaporāte, & sulfure adurente, arte calcinationis exonerāda. Ignis enim (ut ille testatur) omnē substantiā uaporantem exhaurit, & unctuosam atq; cremabilem perdit, cremat, & absumit. Et cum fęcē illam terreā calcinatione se parari nō posse, animaduerteret, eam sibi per iteratā calcis reductionē, separan dam esse duxit. Quod testatur cap. 70. suæ Summæ his uerbis. Mundificanē simi liter utriusq; generis corpora (id est, tam dura ut Mars & Venus, quàm mollia ut Iupiter & Saturnus) per reiterationē calcinationis & reductionis eorū, cum suffi cientia sui ignis, quousq; mundiora appareāt. Per hāc enim (methodum subaudi) mundantur hæc corpora imperfecta, à duplici corrūpente substātia, hac quidem (reductione subaudi) à terrea fœculētia, illa uerò (calcinatione subaudi) ab inflā mabili & fugitiua substātia. Et hoc ideo, quia ignis in calcinatione omnem fugiti uam substantiā eleuat & consumit, & idem ignis similiter in reductione omnem substantiā terræ diuidit, cum proportione sua. Quod etiā testatur cap. 51. suæ Sum mæ, his uerbis. Est ergo calcinatio, rei per ignē puluerizatio, per priuationem hu miditatis partes cōsolidantis. Causa inuentionis eius est, ut sulfureitas adustiua corrūpens, & defœdans, per ignē deleatur. Calcinātur igitē corpora, & calcinan tur spiritus, & res alienæ extraneæ à natura horum, diuersa tamen intentione. Et quia corpora imperfecta sunt duorū generum, dura uidelicet ut Mars & Venus, & mollia ut Iupiter & Saturnus, (quæ omnia calcinātur) idcirco necesse fuit, illa diuersa intētione calcinari, generali scilicet & speciali. Generali tamē una inten tione calcinātur: scilicet ut sulfureitas illa corrumpēs, & defœdans, per ignē de leaf. sic enim cōburitur omnis ex quacūq; rei sulfureitas adustiua, quæ sine calci natione deleri nō potest. Quoniā ipsum corpus solidum est, & propter soliditatē & latitationē occultatæ sulfureitatis in cōtinuitate substātiæ arg. uiui defenditur per illud ab adustione: Ideoq; necesse fuit, cōtinuitatem eius separare, ut ignis libe rius ad quācunq; minimā eius partē perueniens, sulfureitatē ex eo cōburere pos sit, & non defendat ipsum cōtinuitas arg. uiui in illo existētis. Est & cōmunis in tentio similiter in illis, depuratio terreitatis. Inuentū est enim, quòd corpora per reiterationē calcinationis, & reductionis mūdantur, ut mōstrabimus in sequēti bus. Sed præter hos, quos diximus modos, excogitauit alias uias Geber, quibus sordes metallorum ignobilium eluere posset, quas omnes enumerat cap. 70. Inter quas eam quæ fit per calcinationē, & calcis solutionē cęteris docet antepo nendam, his uerbis. Mundificanē & hæc similiter per solutionē suæ substātiæ, cu ius modum iam diximus: & per reductionē similiter eius, quod ex eis dissolutū

fuerit. Inuenit enim illud mũdius hoc modo, quàm alio quopiã præparationis genere. Vide igit, Braceſche, quomodo Geber metalla ignobilia in calcẽ reducit, & è calce in liquorẽ reuocat, ut ea reddat, quantũ fieri poteſt, mundiſsima. Corpora aũt nobilia, qualia ſunt aurum & argentũ, cum huiuſmodi ſordibus nõ ſint coinquinata, hac præparatione non indigent. Itaq; ſi hunc calcinationis & ſolutionis finẽ, & uſum cõſideres, fruſtra aurum & argentũ, ut Geber ait, calcinãtur, & ſoluuntur, cum harum ſordiũ, quibus reliqua metalla laborant, & per calcinationem atq; ſolutionẽ expurgant, ſint expertia. Et hæc certè fuit mens Gebri. At ſi calcinationis ſecundũ uſum cõſideres, ſcilicet ut res calcinata facilius in liquorẽ redeat, quò tenuior euadat, & naturã corporeã, torpentẽ, & põderoſam, cum natura ſpirituali cõmutet, profectò ſi hunc, inquã, uſum cõſideres, nõ abſq; utilitate, hęc duo metalla calcinant & ſoluũtur. Quod Geber cap. 2. libri de Inueſtigatione inſcripti, his uerbis teſtat. Hac aũt præparatione, (id eſt, calcinatione & ſolutione in priorẽ finẽ ſpectãte, quæ ſolis cõuenit imperfectis,) nõ egẽt corpora perfecta, (cũ nõ ſint polluta ſubaudi) ſed tali præparatione indigẽt (hoc eſt in eũ finẽ calcinant & ſoluunt) ut partes illorũ per eã magis ſubtilient, & à corporalitate ſua ad ſpiritualitatẽ reducant fixã. Cuius (ſubaudi præparationis perfectorum corporũ per calcinationẽ & ſolutionẽ) intẽtio eſt, ut ex eis fiat corpus ſpirituale fixũ, hoc eſt, multò magis attenuatũ, q̃ eſſet prius. Quæ poſtq̃ erunt ſufficiẽter præparata (hoc eſt per calcinationẽ & ſolutionẽ attenuata) erũt apta, ut de eis Elixir albũ, uel rubeũ fiat magnũ. Quod repetit cap. 10. eiuſdẽ libri, his uerbis. Perfecta uerò corpora nõ egent præparatione (id eſt calcinatione & ſolutione) quantũ ad perfectionẽ, (id eſt ut fiãt perfecta) cũ perfecta ſint, ſed ut magis ſubtilient & attenuent, talis eiſdẽ præparatio adhibẽda eſt. Accipiat Sol in laminas tenues ꝓductus, & ponat cũ tale cõmuni optimè præparato in uaſe calcinationis, & colloceť in furno, calcinãdo bene per tres dies, uel donec totũ ſubtiliter fuerit calcinatũ: deinde extrahat, & multũ bene terat, tritũ cũ aceto laueť, & deſiccetur ad Solẽ, poſtea terat bene cũ medietate ſui ſalis ammoniaci mundi, & ponatur ad diſſoluẽdũ, donec totũ fuerit beneficio ſalis ammoniaci, in aquã clariſsimã diſſoluũ. Et idẽ, inquit, age in Luna. Vide quęſo, Braceſche, quã fideliſsimè ſe ubiq; Geber interpretet, & quã facilè ex ijs, quæ adduxi, intelligi poſsit, quid ſibi uelit locus ille, abs te ꝓxi[illegible] è citatus. Nã ſi tu calcinationẽ, & ſolutionẽ ad primũ uſum referas, id eſt, ſi in eũ finẽ utaris, ut metallorũ ſordes aboleant, id fiet cũ magno labore, & citra aliquã utilitatẽ in Sole & Luna, cũ hæc ſint metalla munda. & ſordium expertia. At ſi ſecundũ uſum ſpectes, ea erũt calcinãda & ſoluenda, ſcilicet ut attenuent, & attenuata in Elixir mutent. Ratio aũt, ob quã aurum & arg. in Elixir mutari nõ poſſunt, niſi prius attenuent, patet ex cap. 53. Summæ, ubi Geber ait, corpora, quoad han ſubſtantiã corporeã, denſam & cõpactam retinuerint, arg. uiuũ in ꝓiectione retinere nõ poſſe: unde colligit ea eſſe attenuanda his uerbis. Subtilioris ergo ſubſtãtiæ & liquidioris fuſionis medicinã illam eſſe oportet, q̃ ſint corpora. Nec ſolùm ut arg. ui. retineãt, attenuãda ſunt, ſed etiã ut metalla ignobilia tranſmutẽt, trãſmutare enim nõ poſſunt, niſi ingrediant. Nã q̃d nõ ingredit, ſeu q̃d nõ penetrat, nõ alterat, & q̃d nõ alterat, minus etiã trãſmutat. Proinde ut metalla nobilia trãſmutare poſsint ignobilia, neceſſe eſt, ut uim alterandi prius aſſequant. Alterare aũt nõ poſſunt, niſi penetrãdi acumẽ prius obtineant. At penetrare nõ ualẽt, niſi prius attenuent, & attenuari nequeunt, niſi in liquorẽ reſoluant. Et quo facilius in liquorẽ redeãt, prius in calcẽ reuocant. omnis enim res calcinata facilius in aquã reſoluit, teſte Gebro cap. 64. Et hæc eſt cauſa, propter quã nobilia metalla calcinant, & ſoluunt. Ex ſuperioribus igitur ſatis patet, Braceſche, quid ſibi uelit Geber cap. 32. & 33. ubi ait, aurum & arg. calcinari, & ſolui citra aliquam utilitatẽ. Quæ ueriſsima eſſe ex Gebro docuimus, nec tamen ullo modo impedire, quin aurum & argentũ ſint illa metalla, ex quibus aureum & argenteum Elixir eſt conficiendum. Finis primi libri.

SVPEREST nunc ultima illa authoritas, qua te ego armaueram, excutienda, Braceſche, quo in loco quid ſibi Geber uelit, faciam, ut facilè aſſequaris. Nonne ab ipſo philoſophię fonte Ariſtotele hauſiſti, nihil generari aut fieri poſſe, citra formam materiæ copulatam? Scio enim te noſſe, materiam impotentem eſſe, ut ſe è potentia ducat in actum, citra formæ beneficiũ, noſti etiã formam non in ſe, ſed in ſola materia generare poſſe. Proinde cum hæc ſint eſſentialia cuiuslibet rei generãdæ principia, profectò lapis philoſophicus, nobis naturæ ſopitæ excitatoribus generandus, his duobus principijs carere non poterit. Non poſſet enim natura ſuis principijs deſtituta, hunc theſaurum nobis parturire. Proinde neceſſe eſt, à nobis hæc principia aſſumi, eaq; ſunt nobis exterius tantùm agentibus, naturæ rerum omnium parenti affabrè cõmittenda. Quæ nam igitur hæc ſunt lapidis philoſophici principia? quæ nam forma, aut quæ illius eſt materia? Profectò, Braceſche, ſi intelligere poſſumus, quid ſit in hac arte fermentum, facilè aſſequemur, quæ ſit elixiris generandi forma, & quæ ſit eius materia. Nam cum fermenti proprium ſit agere, fermentare, ac informare, paſtamq; ſibi aſsimilare, & hæ etiam ſint formæ proprietates, profectò quod in hac arte fermenti conditionem ſibi uendicat, id elixiris generandi formam eſſe, neceſſe eſt. Cum igitur fermenti, utpotè uicem formæ ſubeuntis ſit agere, informare, ac fermẽtare, & omnium, teſte Ariſtotele, agentium naturalium finis ſit, aſsimilare ſibi paſſum in qualitate, aut ſubſtantia, hinc neceſſariò colligendum eſt, quale fuerit fermentum, talem fermentatione euaſuram paſtam, qualis fuerit forma, talem informatione futuram materiam. Itaq; ſi ferrum, ut tu uis, eſſet elixiris generandi forma, ſiue fermentum, oporteret reliqua metalla paſtæ fermentandæ, ſeu materiæ informandæ, rationem ſubire. Quale igitur erit fermentum, hoc eſt Mars tuus, talia ſunt tandem euaſura reliqua metalla, ſcilicet ferrea. Forma enim ferri, nihil aliud in materia metallica generare poteſt, quàm ferrum. At cum finis chymiſticæ artis ſit chryſopœia, & argyropœia, id eſt ignobilium metallorum in auream, uel argenteam formam reuocatio, non poſſumus tergiuerſari, non poſſumus manus huius ratiocinationis euadere, non poſſumus, inquam, nos ab ea explicare, Braceſche, quin aurum aurei, argentum elixiris argentei generandi formam, & fermentum eſſe, uel nolentes fateamur. Vnde rectè Morienus, inquit. Sicut paſtæ fermentum paſta eſt, ita auri fermentum aurum eſt. Quod Geber ipſe palàm promulgauit cap. 10. libri de Inueſtigatione inſcripti, his uerbis. Aurum hoc modo in aquam reſolutum, eſt fermentum ad elixir rubeum, precioſum & uerum corpus ſpirituale factum. Et cap. 11. ubi de Præparatione Lunæ agit, ſic inquit, Subtiliatur autẽ argentum & attenuatur, & ad ſpiritualitatem reducitur, per modum iam dictum. Ergo per omnia fac in ipſius Lunæ ſubtiliatione, ſicut de Sole feciſti, & aqua Lunę diſſolutæ eſt fermentum ad elixir album, ſpirituale factum. Quòd ſi aurum elixiris rubei fermentum eſt, & argentum elixiris albi, oportet horum duorum fermẽtorum paſtam fermentandam eſſe reliqua metalla. Si aurum & argentũ formæ conditionem ſibi uendicant, neceſſe eſt, ut reliqua metalla materiæ uices gerãt. Quã rationem ne quis cõtemnat, illuſtrabo ego eam authoritate Lulli apertiſsima: cuius hęc ſunt uerba in tertia Diſtinctione, de quinta Eſſentia capite inſcripto, De alijs ex principijs figuræ S.

Item S. id eſt Saturnus, T. id eſt, Iupiter, V. id eſt Mars, X. id eſt Sol, Y. id eſt Luna, Z. id eſt, Venus: ſunt principia poſita in hac figura S. per quę habet artiſta cognitionem huius artis, quod ipſa ſunt res, ſeu ſubſtantię, de quibus oritur illud (forma ſubaudi & materia) de quo Q, (id eſt lapis) cõponitur. Quædam illorum habent ſe materialiter, alia uerò formaliter. Quæ ſe habent materialiter, ſunt S. id eſt Saturnus, T. id eſt Iupiter, V. id eſt Mars, & Z. id eſt Venus, quodlibet per ſe,

uel duo simul, uel tres, uel quatuor, ad placitū artistæ. Quæ uerò se habent formaliter sunt X. id est Sol, & Y. id est Luna. Hoc autem dictū est, ut artista cognoscat S. T. V. Z. id est, Saturnum, Iouem, Martem & Venerē, esse substantias, ex quibus extrahitur materia, seu arg. uiuum, quod informari debet: Et X. Y. id est, Solem & Lunam esse substantias, ex quibus extrahitur, seu cōstituitur forma, cum qua, & per quam dictum arg. uiuum (ex Saturno, Ioue, Marte, aut Venere extractum subaudi) informetur, ut ex dicto argento uiuo, & ex dicta forma resultet tertium, quod est lapis. Vide igitur, Bracesche, quanta cum ratione cōtendamus, Elixiris rubei aurum, albi uerò argentum formā esse, & fermentum: reliqua uerò metalla loco pastæ seu materiæ habenda esse. Et ne forsan existimes, Lullū in hac opinione solum esse, extat testimonium Arnoldi, qui cap. 29. sui minoris Rosarij, huic nostræ opinioni subscribit, his uerbis. Fermentū auri, aurum est, argenti uerò, argentum, & non sunt alia fermenta super terram, &c. Quòd si ita est, necesse est, ut reliqua omnia metalla conditionē materiæ seu pastæ subeant. Sed quoniam pastam naturæ fermenti aliqua ex parte respondere oportet, cum duplex sit fermentum, album scilicet, & rubeum: oportet duplicem esse pastam, albam scilicet, & rubeam. Quarum altera scilicet rubea, fermento rubeo copulanda est, alba uerò fermēto albo adhibenda est. Sed quoniam in dubium uocari posset, ex quibus metallis alba, & ex quibus eruenda sit pasta rubea: idcirco ut hoc facilè intelligi possit, adferam ego unicam Gebri authoritatē: cuius hæc uerba sunt cap. 19. libri Fornacum. Si uerò utrunq; opus, album scilicet & rubeum perficere conaris, utrunq; fermentū (Solem & Lunam subaudi, ut paulo antè dixerat) per se modo iam dicto, dissolue & serua. Et hoc (fermentū subaudi solutum) est nostrum argentum uiuum, de argento uiuo extractum, quod uolumus pro fermēto. Pastam uerò fermentandam extrahimus more solito, ex imperfectis corporibus. Et ideo tibi tradimus regulam generalem, quòd pasta alba extrahitur de Ioue, & interdum de Saturno: pasta uerò rubea ex Venere, Saturno & Marte. Vnde in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione Iouis, dixit. Hanc (subaudi Iouis) aquā honorare debemus. Ipsa enim est, quā quærimus ad album, (pro pasta seu materia subaudi). Et cap. de Præparatione Saturni. Ipsa (subaudi aqua Saturni) est aqua Mercurij & sulfuris, proportionabiliter mistorum, qua utimur in rubei Elixiris compositione. Et cap. de Præparatione Veneris. Hanc aquam honora, quam sulfuris fixi aquam uocamus, cum qua tingitur Elixir usq; ad infinitum. Et cap. de Præparatione Martis. Solutum (subaudi Martem) honora, aquam uidelicet sulfuris fixi, colorem Elixiris mirabiliter augmentantem. Quæ de aqua Martis à Gebro dicta, si iuxta opinionem tuam essent interpretanda, Bracesche, hoc est: si quis inde colligere uellet, Martem solutum pro fermento Elixiris rubei habendum, profectò idem asserendum esset, ex uerbis Gebri de Venere & Saturno, ad Elixir rubeū informandum, & de Ioue ad Elixir album. At neq; Martem, neq; Saturnum, neq; Venerem, Elixiris rubei, nec Iouem Elixiris albi formam, aut fermentum esse posse, testatur Geber ipse, cap. 10. eiusdem libri Inuestigationis, ubi ait, Aquam auri esse fermentum Elixiris rubei preciosum, & cap. 11. ubi ait, Aquā argenti esse fermentum ad Elixir album componendum. Quod si ita est, consequens est, aquas Iouis, Saturni, Veneris, & Martis pro pasta, & materia Elixiris esse habendas.

De Via uniuersali & particulari. Cap. II.

HOc aūt, scilicet ut metalla ignobilia uices gerant materiæ, & beneficio fermenti ad nobilitatem promoueantur, duobus modis fieri contingit, quorū alter est, ut ambo, pasta scilicet & fermentū, rarefiāt, & beneficio alicuius medij utrunq; attenuantis coēant. Quod nullam aliam ob causam fit, nisi ut fermentū nobilitatem suam transfundere possit in pastā. Et hæc est uia particularis. Secundus modus est, ut sola forma attenuetur, rarefiat, & ad naturā spiritualē promoueatur.

ueatur. Postremò cum aliqua portione materiæ informandæ, prius tamen præparatæ copuletur, & confœderetur, ut huius fœderis beneficio, simul atq; similima materiæ conflatæ obuiã facta fuerit, intimas eius partes subire, & penetrando transmutare possit. Et hæc est uia uniuersalis, quæ ut facilius intelligi possit, sic habeto. Via particularis ad nobilitanda uilia metalla, est, in qua fermentum aquæ siccæ, id est Mercurij crudi, actione attenuatur, rarefit, & in aquam siccam resoluitur: & ubi ad naturam illam spiritualem peruenit, cum pasta metalli transformandi, actione Mercurij prius attenuati copulatur. Et tandiu ambo coquũtur, donec fermentum pristinam metalli immutandi formam aboleuerit, & suam illi insculpserit. Hanc uiam particularem docet Geber in lib. Fornacum. Cuius etiã meminit Richardus Anglicus in suo Correctorio his uerbis. Nota, quòd duplex est solutio corporum, quarum altera est in Mercurium, per Mercurium: altera in aquã Mercurialem. Prima solutio, inquit, requiritur ad particularia: secunda uerò ad uniuersalia. Prima solutio corporum in Mercuriũ, inquit, nihil aliud est, quàm congelati resolutio, id est, quod per solutionẽ serratum aperitur, propter ingressum unius naturæ in aliam, (hoc est, ut perfectũ metallum possit trãsmittere uim suam in imperfectum). Et ista resolutio est in particularibus. Secunda solutio est in aquam Mercurialem, inquit, & hæc est in uniuersalibus. Nouit igitur hãc uiam particularem Richardus Anglicus. Sed unum est, in quo sibi imponit hic uir bonus, scilicet quòd solum Mercurium crudum hac uia in aurum & argentum mutari posse existimat, Mercuriũ autem ignobilium metallorum minimè. Sed fallitur uir bonus. Nam si Mercurius crudus, hac uia in metallum nobile mutari potest, nulla est ratio, quæ prohibeat idem fieri, in Mercurio ignobilium metallorum ritè mundato, & ad concipiendam formam illam affabre dispositio. Imò suis ipsius uerbis reuinci posset Richardus, si nobis id agere nunc liceret. Sed de his aliquando copiosius, nunc hanc rem, aliud agentes delibasse, seu indicasse, sit satis. Hactenus igitur de uia particulari: modò agamus de uniuersali.

Via uniuersalis est illa, in qua primò anima, fermentum, seu forma, (quæ idem sunt) artis naturæ famulantis beneficio, de potentia in actum promouetur: & cum eò peruenit, tunc artificis industria confœderatur cum aliqua portione metalli immutandi, prius tamen iuxta præcepta artis in naturam spiritualem reuocati. Cuius fœderis beneficio fermentum, seu forma, metallo immutando in proiectione conciliatur, & metallum transmutandum sentiens sibi amicam familiarem, & confœderatam esse formam, libentissimè eam excipit, & arctissimè eam amplectitur. Et hæc substantia spiritualis à metallo transmutando orta, & formæ de potentia in actum deductæ, ante proiectionem copulata est materia Elixiris, quæ à philosophis interdum corpus mortuum & animandum, interdum terra foliata, in qua semen aureum uel argenteum seminandum est, nominatur. Horum autem duorum extremorum, id est corporis & animæ, seu materiæ & formæ, copulandorum mediator est, spiritus menstrui philosophici, id est, aqua utrumq; attenuans, soluens, & rarificans. Et quoniam metallum imperfectum, & fermentandum, est altera pars lapidis, scilicet materia, idcirco interdum à philosophis lapis eorũ nominatur. Hæc autem materia ex metallo transformando orta, quando cum fermento seu forma, id est cum anima metalli nobilis, & perfecti coniungitur, tunc fermenti naturã induit, & per fermentationẽ in medicinã uertitur: & tunc habet uim tingendi, informandi, & nobilitandi. Vnde Geber cap. 5. libri Inuestigationis, inquit. Hæc aqua (metalli transmutandi subaudi) est lapis noster, & argentum uiuum de argento uiuo, & sulfur de sulfure, ex corpore spirituali abstractiũ, & subtiliatum, siue attenuatũ, quod meliorari potest (per fermentationẽ subaudi) confortando in ea uirtutes elementares, cũ aliis præparatis, quæ sunt ex genere sui generis, (id est cũ aqua fermenti argẽtei uel aurei subaudi) augmentando in ea colorẽ, fixionẽ, pondus, puritatem, fusionẽ, & alia omnia, quæ

pertinent ad Elixir cõpletum. Et ubi hæc ſubſtantia, ex ignobili metallo orta, per fermentationẽ diademate aureo, uel argenteo coronata fuerit, tũc, ut ait Lullus, habebit poteſtatem promouendi parentem ſuum ignobilem ad principatum, & ad dignitatem regiam. Aduerte itaq; lector in hac uia uniuerſali neceſſariam eſſe ſubſtantiæ à metallo tranſmutando extractę, cum fermento cõiunctionem. Sin ſecus nullus erit proiectionis effectus, ut teſtat Arnoldus Villanouanus cap. 31. ſui Roſarij minoris, his uerbis. Si non diuidis lapidem in quatuor elementa, non poteſt bene coniungi cum corpore, & ſi non miſceas in Elixiri de ipſo corpore, ſuper quod uis facere proiectionem, corpus non diliget ſpiritum, nec colorabitur corpus ſicut debet. Huius etiam rei teſtis eſt Lullus in libello quodam, cui titulus eſt Intentio ſumma Lulli, ubi ſic ait: Si uis facere proiectionem ſuper aliquod corpus, pone de ſpiritu illius in Elixir, & per tale artificium medicina in illud habebit ingreſſum: Sed in iſta parte, inquit, practica pluribus eſt abſconſa. Idem teſtatur Arnoldus in ea parte Roſarij maioris, ubi agit de calcinatione metallorum, cap. de Præparatione Veneris. Huius autem ſubſtãtiæ à metallo tranſmutando ortę, cum fermento ante proiectionẽ copulandę, cauſam ipſam expreſſiſſe, mihi uidetur Geber, cap. 83. ſuæ Summæ, his uerbis. Eſt tamen bona cautela ad ingreſſum rebus impermiſcibilibus dandum, ut ſoluatur corpus: de cuius intentione ſit alterari & immutari, & ſoluantur res, quarũ intentio ſit ingredi cum alteratione. Non fiat tamen, inquit, omnium partium ſolutio, ſed quarũdam: deinde illud, & non aliud imbibatur corpus, uice poſt uicem. per hoc enim beneficium in id ſolum ingreſſum habebit neceſſariò, & non in aliud corpus neceſſariò. Ex his Gebri uerbis patet, fermentationis hanc eſſe cauſam finalem, ſcilicet ut fermento de potentia in actũ deducto, beneficio fœderis iniri cum aliqua portione metalli immutandi, facillimus pateat in intimas partes eiuſdem metalli conflati in proiectione ingreſſus. Quod medium ingreſſus cõciliandi ſi abeſſet, nullus teſte Lullo in libro de Quæſtionibus inſcripto, ſequeretur proiectionis effectus. Cuius rei hæc eſt ratio, quia, ut ait Geber, quod non ingreditur non alterat, & quod non alterat, tranſmutare non poteſt.

De Fermento rubeo & albo. Cap. III.

SEd ut unde deflexit, eò regrediatur oratio, ſolum aurum eſt fermentũ elixiris rubei, arg. uerò albi. His enim duobus ſolis natura radios ſplendoris cõtulit, quibus illuſtrare poſſent reliqua metalla decore aureo, & argenteo. Quòd ſi ſolum aurum rubei, argentũ elixiris albi fermentum eſt, reliqua omnia metalla propaſta, ſeu materia lapidis ſunt habenda. Nec unquã formæ, aut fermenti rationẽ ſubire poterunt, niſi prius nobilitentur, quãdiu chryſopœia, aut argyropœia finis erit Alchymiæ. At ſi ſideropœia eſſet finis alchymiæ propoſitus, tunc elixiris illius formã, ſeu fermentum oporteret eſſe Martem. Nam quemadmodũ auri fermentum aurum eſt, & argenti argentũ, ita ferri fermentum, eſt ferrum, ſtanni ſtannũ, cupri cuprum, & plumbi plumbum. Omne enim agẽs agit iuxta formam ſuã. Poſſent alicui hæc, quæ proximè diximus noua uideri, ac ſi ex ſingulis ignobilibus poſſet fieri elixir, quod mutet reliqua omnia tam nobilia, quàm ignobilia, aut in Martem, aut in Iouem, aut in Saturnum, aut in Venerem. Quod licet multis uiris doctis, & maximè Petro Bono, uiro ſingularis eruditionis, nouũ & incredibile uideatur, nulla tamen ratio eſt neceſſaria, quæ id fieri prohibeat. Imò ſi hoc fieri non poſſet, profectò actũ eſſet de alchymia, & ars chymiſtica, meritò figmentum & fabula dici poſſet. Sed quoniã hoc fit, ideo & chryſopœię, & argyropœię locus relinquit. Quòd aũt nobilia metalla in ignobilia mutari poſsint, hinc perſpicuum eſt. Nã ſi ferrũ, æs, ſtannũ, aut plumbũ, arte chymiſtica de potẽtia in actum ducereť, & poſtea alijs metallis ad patiendũ diſpoſitis adhiberetur, nõ minus ualẽter reliqua metalla ſibi aſsimilaret, quã faciũt aurũ & arg. hãc enim legẽ natura ſanciuit, ut quotieſcũq; actiua paſsiuis ritè copulanť, actio & paſsio ſubſequantur.

tur,& alteratio ſemper naturã agentis ſapit,& redolet. Et q̃uotieſcunq; id quod antea patientis uices gerebat,ita diſponitur,ut in id ualenter agere poſsit, à quo prius patiebatur,neceſſe eſt alterationẽ naturæ agentis reſpondere,& conformẽ eſſe. Quocircà ſi ignobilia metalla ad patiendum diſpoſita,actione auri uel arg. ad agẽdum ritè diſpoſiti immutãtur,neceſſe eſt,ab ignobilibus metallis,ad agendum affabrè diſpoſitis,metalla nobilia ad patiẽdũ diſpoſita immutari. Quòd aũt ignobilia metalla nõ minus ad agẽdum,quàm patiẽdum,& quòd nobilia nõ minus ad patiẽdum quàm agẽdum, pro arbitrio artificis flecti, & inclinari poſsint, hinc cõſtat. Nã cuicunq; rei actio cõtingit,eidem paſsio cõtingere poteſt,& è cõuerſo: ſubſtantia enim teſte Ariſtotele,ſuſceptibilis eſt cõtrariorum, & cõtraria circa idẽ ſubiectũ uerſant̃,& eidem ſubiecto uiciſsim inſunt,à quo ſe mutuò extrudunt. Quæ cum ita ſint,cõſtat ignobilia metalla non minus mutare,quàm mutari poſſe. Vnde Lullus ſagaciſsimus, & profundiſsimus naturæ ſcrutator, non cõtentus tranſmutatione metallorũ in aurum,coegit naturã,à ſupremo metallicę nobilitatis faſtigio,id eſt ab auro,pedẽ referre, & retromeare uſq; ad ignobiliſsimam & infimã,inter metalla,plumbi naturã,& gloriat̃ ſe metamorphoſim Solis in Saturnũ,primum (quod ſciatur) expertũ. At cum finis omnium chymiſtarum ſit,ignobilia metalla ad nobilitatẽ auream,uel argenteã promouere,inde colligendum eſt,pro fermento Elixiris aurei aurũ,pro fermento aũt Elixiris argẽtei eligẽdum eſſe arg. Quòd ſi ijs nõdum cõtentus es rationibus,Braceſche,interroga Lullum,& dicet tibi in minori Apertorio, Fermẽtum lapidis albi eſt arg. & rubei aurum,ſine quibus fermentis non fit Sol,neq; Luna. Interroga Auicen. & dicet tibi:Sulfur illud perfectũ,quo in hac arte indigemus,non inueniẽt ſuper terrã, niſi quautũ exiſtit in his duobus perfectis metallis,Sole uidelicet,& Luna. Ideo, inquit,iſta duo corpora ſubtiliter præparamus,ut ſulfur & arg. uiuum de illa materia habeamus ſuper terrã,de qua aurũ & arg. ſub terra efficiebantur. Ipſa nanq; ait,ſunt corpora lucẽtia,quibus inſunt radij,tingẽtes cætera metalla albedine,& citrinitate uera. Itaq; niſi aurum & arg. uiderẽ,inquit (hoc eſt,niſi natura artis miſerta,nobis aurum & arg. generaſſet) crederem alchymiã non eſſe artem, (id eſt deſperarẽ de fine alchymię): Nã cum finis chymiſticæ ſit ex metallis ignobilibus aurum uel arg efficere,& forma auri effectrix ſoli auro, argenti uerò ſoli argẽto inſit: unde quæſo eas formas ars mutuaretur,ſi his duobus metallis nobilibus ordata eſſet? Interroga Arnoldũ,& dicet tibi:Fermẽtum auri,aurum eſt,& argenti argentũ,& nõ ſunt alia fermẽta ſuper terrã. Interroga Platonẽ,& dicet tibi,Omni argento ineſt ſulfur album,quo egemus:& omni auro ineſt noſtrum ſulfur rubeum. Interroga Pythagorã,& dicet tibi,Aurũ,aureum,argentũ uerò, argenteũ tribuit colorẽ. Conſule Augurellum,& dicet tibi:In auro ſunt ſemina auri,& in argẽto argenti. Cõſule Richardum Anglicũ,& dicet tibi: Quæ ſeminauerit homo,hæc & metet. Ergo ſi ſtercus ſeminauerit,inquit,nihil aliud metet, quàm ſtercus. Semina igit̃ aurum & argentũ,inquit,ut ferãt tibi fructum aureum & argenteum,quia hæc ſola id præſtare poſſunt,& eſt illud quod quærimus, & nulla alia res mundi. Cõſule Morienũ,& dicet tibi:Ne comedas de filio,cuius mater menſtruum patitur,quia leproſus eſſes,& tu & opus tuum:ſed comede de carne pinguiori,& habebis aurum & argentum, quantum uolueris. quæ uerba Arnoldus in Roſario maiori, ſic interpreratur:Ne comedas de filio,cuius mater menſtruũ patitur,id eſt,ne aſſumas ignobilia & leproſa metalla pro fermento, ſiue forma Elixiris,ſed utere carne mundiori,id eſt auro,inquit,& arg. Cõſule iterũ Morienum,& dicet tibi:Sicut fermentũ paſtę,paſta eſt,ita fermentũ auri,aurũ eſt. Conſule authorem minoris Roſarij,à Petreio unà cum operibus Gebri excuſi,dicet tibi:Veriſsima tinctura albedinis,eſt ſulfur albiſsimũ ex Luna deprõptũ & perfectiſsima tinctura rubedinis,eſt ſulfur rubicundiſsimũ è Sole extractũ. Interroga Calid philoſophũ Yſid filiũ, & dicet tibi: Aurũ nõ poteſt tingi,niſi cũ auro,

His adde Seniorẽ,& dicet tibi,Qui colligit coloquintidam,& sperat se ex ea mel expressurũ,is profectò demẽs est. Num oues,inquit,pariunt homines? num grana tritici producunt galbanũ? num palma profert mala granata? num uolatilia pariuntpisces? Tãdem cõsule omnes philosophos, Bracesche,& eos omnes uno ore audies pronuntiantes,formã auri effectricẽ ex solo auro,argenti ex solo argẽto effodiendam & depromẽdam esse: Ideoq; Elixir aureum ex auro, argenteum ex solo argento esse formãdum. Scio te resp̃ondurum, Bracesche,aurum & arg. apud philosophos nõ esse ea,quibus nos utimur,sed à philosophis metaphoricòs ita nominari. At ne hoc sophismate euadere,elabi,& sapiẽtum authoritates eludere in posterũ queas,obstat Lullus, qui hac unica ratiocinatione omnem tergiuersandi uiã tibi præcludet. Ratiò aũt Lulli,in suo libello,de Quęstionibus huius artis inscripto,hæc est. Cum finis alchymiæ,inquit,sit aurificare, & argentificare,necesse est in alchymia esse aurum & arg. (ut ex eis subaudi forma auri & arg.effectrix depromatur.) Quod aũt necessariò rem ita habere oporteat, inquit, id nos uel inuitos fateri cogit principij diffinitio. Nam quẽadmodũ ignis est principium calefaciendi & igniendi,ita aurum est principium in ratione aurificãdi,& arg.in ratione argentificandi. Quòd si aliter res haberet,inquit, id est si alchymia posset aurificare sine auro,& argẽtificare sine arg. (ut tu uis fieri posse cũ ferro, aut eius excremẽto) diffinitio principij esset falsa: Quia nullum principium, inquit,ante aliud se haberet in ratione alicuius prioritatis, & omnia haberẽt unicã proprietatẽ,& sic unum esset plura numero,& plura specie distincta,essent eadẽ proprio,quod est impossibile. Atqui aurũ,ut superius dixit,est principium in ratione aurificandi, quẽadmodum ignis in ratione igniendi. Igitur quẽadmodum ignificatio est singularis ignis proprietas,ita aurificatio est proprijssimũ auri priuilegium. Quòd si aurificatio est germana auri proprietas,igit̃ nec ferro,nec alię cuipiã rei sub cælo existẽti uendicari poterit. Sin secus,diffinitionẽ maximè proprij mendosam esse oporteret. Siquidẽ maximè proprium illud est,quod uni soli speciei,& omni illius indiuiduo,& semper cõuenit. Atqui hęc proprietas,ut Lullus testat̃,soli auri speciei cõuenit. Igitur nulla res,ab auri specie aliena, eam sibi uendicare poterit. Sed ferrũ,& reliqua omnia metalla,nec solùm metalla,sed omnia mineralia,uegetabilia,& animalia,ab auri specie sunt aliena. Igit̃ & à substantiali forma auri erunt aliena. Quorũcunq; enim species sunt diuersę,& formę substantiales sunt diuersæ,teste Aristotele. Sed quæcunq; forma substantiali distinguuntur,ea etiã proprietate differunt. Nam diuersis formis diuersę sunt à natura collatæ proprietates. Igit̃ quæcunq; à forma auri sunt aliena,eadẽ ab aurificatione,utpotè germana auri proprietate,aliena necessariò sunt habenda. Nã cum huiusmodi propriũ sit cum sua specie reciprocũ, & hæc sit auri germani proprietas,oportet eã omni auro inesse, & omne illud, cui illa inerit, reuera aurum esse. Proinde cum autũ sit unicũ aurificandi principium,& aurificatio sit genuina formæ auri proprietas,hinc uel inuiti fateri cogimur, Elixir aurificũ ex auro, argentificum ex arg. solo cõflandum esse,neq; id metaphoricòs interpretandum,Bracesche,nisi simul uelis philosophos per metaphorã loquutos,cũ ignẽ dicunt principium ignificationis. Quòd si cõsequẽs ridiculũ est,iudica,quæso,tu ipse,quale sit antecedẽs. Sed urget adhuc Lullus in tertia Distinctione de quinta Essentia, cap.de Tinctura,ubi adeò apertè eludit omnes metaphoricos auri & arg.interpretes,ut nulla alia cõuincendo huic errori opus sit authoritatee, cuius hæc sunt uerba. Tinctura est alterum principium huius artis significatum per N. & est cõpositio ignis & aëris,auri & argenti,uel sic, Est quoddam cõpositum ex igne & aëre auri & argenti,uel sic: Est corpus tingens, ortum & cõpositum ex duobus elementis, scilicet ex igne & aëre auri ad rubeum, & argenti ad album. Istæ diffinitiones sunt, inquit, prout tinctura consideratur in hac arte: Secundum quas fili poteris notare, quòd necesse est, ut omnis tinctura alchymica sit ex

iamdictis

iam dictis metallis: quia simile producit simile in natura, & naturaliter & artificialiter. Nam aurū ita est principium omnibus aurificātibus necessariū, sicut est ignis ignificantibus. Qui enim aliquid ignificare uult, non quærit aquam uel plantam, sed ignem, qui est principiū ignificationis. Igitur fili, si quis uult aurificare non quærat metaphoricè sulfur, alumen, aut ammoniacū (& si opinionem tuam sensisset, adiecisset, nec stercus ferreū, sed id tacuit ea ratione, qua Solon legē in parricidam olim non tulit) sed quærat aurū, inquit, quod est principium aurificationis. & sic suo modo de argento est dicendum. Non est ergo cōsiderandum fili, quod tinctura lapidis philosophorum cōponatur, præterquàm ex auro & argento, & qui aliter cōsiderat, non habebit optatum, inquit. Age nunc quæso, Braceschе, & his te explica Lulli compedibus aureis, si potes, quibus adeò arctè uinctus teneris, ut quāuis te millies in Protheum uertas, nunquā tamen elabi possis, quin metaphoricā interpretationē tuā à ueritate alienam esse, uel nolēs fatearis.

Eant nunc, & Braceschо, si possunt, opem ferant, qui uolunt aurū & argentum philosophis metaphorica esse, & negant tincturā lapidis aurifici ex auro minerali, argentifici ex argēto effodiendam, & promēdam esse. Quæ pernicioſa opinio, scilicet omnia hac in arte per metaphorā scripta esse, est illa Charybdis Braceschе, quæ non te solùm, sed innumeros alios hoc mare chymisticum tranantes olim pessundedit, & quotidie naufragio perdit. Hæc est illa uenefica Circe, quæ non solùm rudes & imperitos, sed multos etiā Apuleios quotidie in asinos mutat. Hæc est illa Saga Thessalica, hæc illa est Medea, quæ meo tēpore permultos non mediocris doctrinæ uiros, adeò excæcauit, & dementauit, ut eorum alij sibi persuaserint formam auri & argenti effectricē à plantis mutuandam, alij ex ignobilibus animalium excremētis, ueluti ex sanguine menstruo, spermate uirili, imò & ex ipso stercore humano eruendam esse. Vnde uersus ille:

Qui quærit in merdis secreta Philosophorum,
Expensas perdit, &c.

A qua pestilenti opinione, ut omnes sibi in posterum caueant, tanquam ab inclementissima uoragine, ego eam mihi indicandam esse duxi.

CAPVT V.

AT dicet quispiā fautor huius opinionis, Cornel. Arippa testatē cap. 14. primi sui libri de Occulta philosophia, se forma auri usum, nec tamē plus auri eā sibi in proiectione reddidisse, cū erat primū illud auri pōdus, ex quo formam illā deprōpserat. Fateor Agrippā id scripsisse, & do etiā expertū esse, sed id tibi respō deo, ꝙd Geber supponentibus artē in spiritibus respōdebat, scilicet Agrippā nō ea omnia tunc sciuisse, quæ circa hoc negotiū erāt sciēda. Ideoq; licet id nō potuerit assequi Agrippa, nō tamē hîc cōsequitur rem ita non habere, quod etiā docet Agrippa, his uerbis. Quod tamē alio fieri posse artificio nō inficior, inquit. Vnde perspicuū est, hanc obiectionē nullius esse pōderis aut momenti. Sed insurget alius quispiā, & dicet: Elixir philosophicum promittit se posse omnia ignobilia metalla in aurū & argentū uertere. Atqui, teste Arnoldo cap. 8. sui Rosarij minoris, aurum & argentū uulgaria id minimè possunt præstare: quia si perfectionem suā reliquis cōmunicarent, ipsa imperfecta remanerēt, eo quòd non possunt tingere, nisi in quantū se extendunt: quoniā eorū perfectio simplex est. Igitur aurum & argentū uulgaria nō sunt illa; ex quibus depromēda est tinctura Elixiris. Hāc difficultatē facilè, & sine ullo negotio soluemus, si expēdamus, quid sibi eo loco uelit Arnol. Si quis, ait Arnold. Elixiris confectionē ordiretur in prima metallorū materia, ueluti in arg. uiuo, aut in arsenico, immēsus labor esset subeundus, & innumeri sumptus faciēdi, antequàm prima illa materia ad formā metallicā, utpotè aureā uel argenteā perueniisset. Et quū tandē eò ueniisset, primū tamē opus philosophicū (quod est duorū luminariū solutio in Mercuriū, ut testatur cap. 9.) nōdum esset initiatū. Necessariū enim est, inquit, ipsa duo perfecta corpora existere, an-

tequàm cõficl,imò uel initiari posit Elixir:quoniã nihil potest cõfici citra mate/riã.materia aũt lapidis ex his duobus perfectis metallis extrahit̃.Igit̃ prius oportet esse ipsa metalla perfecta,quã possit fieri Elixir,quia prius oportet esse materiã,cp̃ ipsum cõpositum.Sed quorsum opus est, ut materia lapidis ex his duobus perfectis metallis extrahat̃,antecp̃ fiat Elixir cõpletum? Quia,inquit,oportet Elixir magis digestũ esse,cp̃ sit aurum uel argentũ. Nam Elixiris partes sunt,uirtute sua digestiua metalla,quæ ob penuriã perfectę digestionis imperfecta remãserũt ad naturam aureã reducere. Atqui aurũ & argentũ id prẽstare nõ possunt:quoniã eorum digestio simplex est,proinde antecp̃ id possint prẽstare,necesse est,ut arte naturæ ministrãte,eorũ simplex digestio intendatur, accrescat, & multiplicetur. Ideocp̃ (ait posteà Arnoldus) fiunt operationes in lapide nostro, ut melioretur eius tinctura,plus quàm erat in natura sua. Vnde Arnoldus in maiori,Rosario: Quantumuis aurum,& argentum in se tincturã naturaliter cõtineant, nõ tamen habent motũ,ut fiant Elixir cõpletum,nisi moueantur arte & operatione. Ideocp̃ inquit,artes uariæ à philosophis inuentæ fuẽre,ut cõpleatur per artificium,quod natura reliquit incõpletum. Vnde etiam Auicenna sic ait: Si simplex nobiliũ metallorum perfectio cõmiscibilis,& cõmunicabilis esset imperfectis, imperfectũ cum perfectis eo modo non perficeretur,sed potius illorũ perfectio cum imperfectis diminueretur:sed si essent,inquit, plus perfecta quàm sint à natura, uel in duplo,uel in quadruplo,uel in decuplo,uel in centuplo,uel ultrà, tunc certè perficerent ea,quæ sunt imperfecta. Vide,quæso,lector,quam facilè hanc obiectionem diluat Auicenna.Nam perfecta,quãdiu hanc solam perfectionem natiuam obtinuerint,nõ poterunt mutare imperfecta,sed si ad altiorem perfectionis & digestionis gradum arte naturæ famulante, promoueantur, tunc certè id poterunt præstare. Quocirca Lullus in primo suo Testamẽto,sic ait: Vbi natura desinit,ibi ars incipit:desinit aũt in perfectis metallis,& potissimum in auro,quod non amplius transmutat.igitur ars à Sole & Luna,per uiam corruptionis exordietur. Natura,inquit,non potuit hunc lapidem per se cõponere,sed misserta est arti,cũ hęc duo perfecta metalla & munda ei reliquerit,ut ars subtiliet,& adaptet ea,pro forma imperfectorum metallorum transmutandorũ,& etiam ipsius Mercurij uulgi. Respondemus igitur cum Auicenna,aurum & argentum,quãdiu in hoc simplici digestionis gradu steterint,nõ posse reliqua nobilitare metalla:at ubi artis ministerio eorũ simplex digestio intensior euaserit,tunc reuera id posse. Cuius rei testis est Rasis,ubi ait:Aurum non tingit,nisi seipsum,donec factum sit spirituale:cum aũt factum est spirituale,inquit,tunc habet tincturam sine numero. Sed instabit quispiam & dicet,aurum ad sublimiorẽ perfectionis gradum scandere nõ posse:cui ego sic respõsum uelim;Si perfectionẽ metallicam intelligit,fateor aurum ad supremũ perfectionis metallicæ gradum peruenisse,ideocp̃ in nobilius metallum mutari nõ posse. At si auri perfectio & digestio cũ Elixiris perfectione & digestione cõferatur,exigua profectò censebitur:oportet enim, ut ait Arnoldus,Elixir multò magis digestũ esse,quàm sit aurum:proinde cum aurũ habita Elixiris ratione sit simpliciter digestũ,& omnis simplex digestio possit intendi,cum sit ẽ numero earũ qualitatum,quę intensionẽ suscipiunt,hinc uel maximẽ cõstat,aurum ad eminentiorẽ digestionis & perfectionis gradũ promoueri posse. Imò,inquit Arnoldus,in eum finẽ fit operatio in lapide nostro, ut melioretur eius tinctura,plus quàm sit in natura sua. Atqui prius dixerat idem Arnol. lapidem ex auro & argẽto eliciẽdum esse:perspicuũ igitur est,aurũ meliorari posse. Quòd si aurũ meliorari nõ posset,profectò ars chymica fabulosa habenda esset. Ea enim ars fabulosa habẽda est, quæ finẽ sibi proponit,quẽ attingere & assequi nullo modo potest. Atqui si uerum est aurũ meliorari nõ posse,chymistica finem sibi proponit impossibilẽ,scilicet Elixiris cõfectionem:meritò igitur fabulosa & ridicula habenda esset alchymia,si aurũ meliorari non posset. Quod aũt finis alchymiæ,

chymiæ, id est, Elixiris confectio sit impossibilis, si aurum meliorari non posset, hinc constat. Omnes Philosophi testantur Elixir ex metallis conficiendum esse. Atqui præter plumbum, stannum, æs, ferrum, argentum, & aurum nullum est metallum. Igitur oportebit Elixir confici, aut ex plumbo, aut stanno, aut ære, aut ferro, aut argento, aut auro. Atqui, ut isti uolunt, Elixir ex auro fieri non potest, quia aurum meliorari & ulterius digeri non potest. Igitur necesse est, ut ex aliquo reliquorum quinq; metallorum conficiatur. Sed posito, quòd aurum meliorari non possit, Elixir neque ex plumbo, neq; ex stanno, neq; ex ære, neq; ex ferro, neque ex argento confici potest. Igitur finis alchymiæ, qui est Elixiris confectio, impossibilis habendus esset. Quòd autem (posito quòd aurum ulterius digeri & meliorari non possit) Elixir ex reliquis metallis confici nullo modo queat, hinc constat. Necesse est Elixir multò magis digestum esse, quàm sit aurum. Atqui aurum inter metalla solum est plenè digestum, quia ipsum solum optesim passum est, ex completa actione caloris: reliqua autem metalla scatesim passa sunt ex indigentia caloris non digerentis, & non depurantis complete. Igitur cum solum aurum sit digestum, & Elixir digestione superet aurum, necesse est, ut multò magis superet plumbum, stannum, æs, ferrum, & argentum. Atqui non patet accessus ab extremo ad extremum, nisi per medium, & nihil potest fieri maturissimum, quin prius sit maturius, nec maturius, nisi primò sit maturum: quia cuicunq; comparatiuus gradus non competit, neque superlatiuus conuenire potest: & nihil potest sibi cõparatiuum uendicare, nisi prius conueniat ei positiuus. Igitur cum Elixir sit longè nobilius, perfectius, & magis digestum, quàm aurum, & reliqua metalla ad aurum comparata, sint ignobilia, imperfecta, & indigesta, necesse est, ut hæc metalla ignobilia, perueniant ad eam nobilitatem, perfectionem & digestionem, ad quam peruenit aurũ, antequàm peruenire queant ad extremum illud perfectissimum, quod est Elixir (& uelint nolint, id mihi fateri cogũtur.) Atqui nullum ignobile metallum potest peruenire ad eam perfectionem & digestionem, ad quam peruenit aurum, quin transeat reuera in aurum. Igitur si aurum meliorari non potest, si, inquam, ex auro Elixir confici non potest, profectò neque ex aliquo ignobili metallo, ad perfectionem auri promoto fieri poterit. Proinde necesse est, ut ex duobus alterum mihi cedant, aut aurum meliorari, & in Elixir transire posse, aut Elixir ex nullo metallo cõfici posse, ideoq; impossibilem esse alchymiæ finẽ. Obijcient mihi forsitan authoritatẽ Rogerij Bachonis, cap. 3. sui Speculi sic loquentis. Verba Bachonis.

Aurum est corpus perfectum & masculinum, sine superfluitate aliqua, aut diminutione. & si imperfecta, sola liquefactione sibi commista perficeret, esset Elixir ad rubeum. Argentum est etiam corpus ferè perfectum & fœmineum quòd si imperfecta sola fusione uulgari perficeret, esset Elixir ad album, quod non est, nec esse potest: quia solummodo perfecta sunt. Quòd si illa perfectio esset commiscibilis imperfectis, non perficeretur imperfectum cum perfectis, sed potius eorum perfectio cum imperfectis diminueretur, & imperfecta fieret. Sed si essent plusquàm perfecta, uel in duplo, uel in quadruplo, centuplo, uel ultra, tunc perficerent imperfecta. & quia natura semper operatur simpliciter, perfectio in eis simplex est, & inseparabilis & incommiscibilis * nec arte ad opus abbreuiandum ponerentur in lapide pro fermento, & reducerentur tunc in pristinum, quum summa uolatilis superat summam fixi. & quia aurum est corpus perfectum ex argento uiuo rubeo, claroq;, & ex tali sulfure, ideo non eligimus ipsum pro materia lapidis ad Elixir rubeum, eo quòd ita simpliciter est perfectum sine mundificatione ingeniosa, & tam fortiter digestum & coctum naturali caliditate, quod cum igne nostro artificiali, uix in aurum & argentum operari ualemus. & quãuis natura aliquid perficiat, tamen intimè mundificare, seu perficere ac purificare ignorat: quia simpliciter operatur super illud, quod habet. Quare

Suspicor hic aliquid desiderari.

si eligeremus aurum uel argentum pro materia lapidis, uix aut difficulter inueni remus ignem in eis agentem. Et licet non ignoremus ignem, tamen ad intimam sui mundificationem & perfectionem peruenire non possemus, propter sui fortissimam compactionem & compositionem naturalem. Quare excusamur à receptione primi ad rubeum, & secundi ad album, cum inueniamus rem, uel corpus aliquod, ex tam mundo, uel mundiore sulfure, & argento uiuo, super quod natura parum, uel minimum est operata: quod cum igne nostro artificiali, & experientia artis nostræ ad congruam sui mundificationem, colorationem & fixationem, cum ingenioso nostro opere super hoc continuato, ualemus peruenire. Eligenda est ergo materia, in qua est argentum uiuum, mundum, purum, clarum, album & rubeum, non ad complementum perductum, sed cõmistum æqualiter, & proportionabiliter per modum debitũ cum sulfure tali, & in massam solidam congelata, ut cum ingenio & prudentia nostra, igneq; nostro artificiali ad mundiciem sui intimam, & ad ipsorum puritatem peruenire possimus, & talem efficere, quòd ipsa post operis complementum sit millies millesies fortior & perfectior, cæt; ipsa corpora simplicia, caliditate naturali decocta. Hactenus Bacho.

Hæc uerba ex tractatu quodam Auicennæ deprompta fuere, sed ab eo qui deprompsit, germanus Auicennæ sensus, omnino inuersus, & deprauatus fuit. Ait enim Auicenna, Aurum & argentum metalla esse perfecta, quæ si sola liquationis cõmistione perficerent imperfecta metalla, aurum esset reuera & actu Elixir ad rubeum, & argentum ad album, quod non sunt, inquit, cum ignobilia sibi per liquationem cõmista non nobilitent, nec esse possunt, nisi artis beneficio de potentia in actum reuocentur. Nam si ignobilia metalla per liquationem cum auro & argento misceantur, non idcirco euadunt perfecta: quia horum duorum nobilium metallorum perfectio simplex est. At si eorum perfectio simplex intenderetur, tunc certè nobilitarent ignobilia. Proinde cum in eis solis, inquit, natura perfectionem auspicata sit, & nos methodum nouerimus, qua ad sublimiorem perfectionis gradum possint promoueri, idcirco hæc duo eligimus, tãquam Elixiri conficiendo propinquiora. Nihil enim est in tota mineralium natura, in quo adeò munda sit sulfuris & Mercurij substantia, ac in Sole & Luna. Itaq; nulla res est, inquit, cuius beneficio subleuemur ab usu & receptione auri ad Elixir rubeum conficiendum, & argenti ad album. Hæc est Summa uerborum Auicennæ: hic autem Bacho, aut alius quispiam sub nomine Bachonis, uel inscitia ductus, uel inuido aliquo spiritu exagitatus, sententiam Auicennæ deprauauit, & penitus subuertit: Et ita deprauauit, ut qui uerba Auicennæ, cum uerbis istius contulerit, facilè intelligat, hunc de industria id egisse. Nam ubi Auicẽna sic ait: Et quia aurum est corpus perfectum ex argento uiuo rubeo claroq;, & ex tali sulfure: ideo nos eligimus ipsum pro materia lapidis ad rubeum, hic sic inuertit: Ideo non eligimus ipsum pro materia lapidis rubei. Ex quo unico loco quilibet sanæ mentis facilè colligere potest, quàm fuerit sepeliendæ ueritatis studiosus. Qui, ut prauæ suæ opinioni fidem conciliaret, ait aurum & argentum ita esse à natura decocta, ut nos ignem non habeamus, quo in ea agere possimus propter nimiam sui compactionem. Quod quàm mendosum sit, ipsa docet experientia. Philosophi enim nullam aliam actionem auro uel argento inferre moliũtur, nisi ut ea per solutionem attenuent, & ex corporea illa natura in conditionem uertãt spiritualem. Quod fieri posse, non solùm ueteres philosophi testantur, sed etiam quotidiana fidem facit experientia. Nam plericq; huius artis scrutatores, singulis diebus experiuntur, aurum & argentum in Mercurium reuocari, nec solùm in Mercurium, sed etiam in liquorem tenuissimum, & merè spiritualem, qui liquor in igne tẽperato retentus chamæleontẽ agit, innumeros induendo & exuẽdo colores. Quod cum ita sit, mendosè hic scripsit, nos ignẽ non habere, quo aurum & arg. exerceamus. Proinde cum se hac in parte apertè mentiri sentiret, ut mendacitã

suum

ſuum tegeret, adiecit. Et licet ignē non ignoremus, tamen ad intimam ſui mūdificationem peruenire nunquā poſſemus. Vide quæſo, lector, quomodo recidat in Syllam, cupiens uitare Charybdim. Vide, inquam, quomodo in grauiorē errorem delabatur. Demiror certè, quid ſomniaret iſte, cum nos ad intimā auri & arg. mundificationē peruenire non poſſe, ſcriberet: præſertim cum ab omnibus probatis huius artis authoribus audierit, hæc duo metalla (& maximè aurum) in intimis ſuis uiſceribus munda eſſe. Quod ſi ita eſt, quid quæſo egent mundatione? ſola enim ſordida, polluta, & coinquinata egent mundatione. Quòd ſi hæc impolluta ſunt, tam in occulto, quàm in profundo (alioqui enim non eſſent reuera perfecta, ſed tantūmodo fucata) quid quæſo tibi uoluiſti, Bacho, cum ſcriberes nos ad intimā horum duorum nobilium metallorū mundificationem peruenire non poſſe? Video quid te deceperit. Legebas apud philoſophos, nos ſolo igne ad intimam metallorū mundificationem peruenire non poſſe. At cum philoſophi hoc ſcribunt, non agunt de auro uel arg. quæ iam munda ſunt, ſed agunt de Saturno, Ioue, Venere, & Marte, quæ nō ſolùm externa, ſed etiam intima, & inoſſata labore immundicie, quæ immundicies cum ſit eis ingenita, adeò intimis eorum inſidet medullis, ut radicitus extirpari non poſsit, niſi aduentu medicinæ tertij ordinis, ut ait Geber cap. 80. Proinde abuteris hac authoritate, dum eam in aurū & argentum retorques, quæ ſi intima, ut tu uis, immūdicie laborarent, falſò à philoſophis dicerentur munda, nobilia & perfecta. Sed longè grauius & à ueritate multo magis alienū eſt, quod poſtea ſubiungis: ſic enim ſcribis. Quare cum inueniamus aliquod corpus cōpoſitum ex tam mundo, uel etiā mūdiore ſulfure & Mercurio, quàm ſit aurū uel argentū, ſuper quod natura parū, uel minimū eſt operata: ideo excuſamur à receptione auri ad rubeū, & arg. ad albū. Age quęſo, Bacho, quo'dnam erit illud corpus metallicū à natura parum elaboratū, quod æquè mundo, aut mundiore, ut tu nugaris, præditū ſit arg. uiuo & ſulfure, quàm aurū aut argentum? Erit ne Mars? minimè certè, ut ex tuo cōſtat teſtimonio: ſic enim cap. 2. de Marte ſcribis. Ferrū eſt corpus immundum, & imperfectū, ex arg. uiuo impuro, nimis fixo, terreſtri, adurente, albo, & rubeo, non claro, & ex ſimili ſulfure generatum, & deficit ei fuſio, puritas, & pondus, & nimis habet de ſulfure fixo immundo. Cum igitur non ſit Mars, eritne Venus? minimè: ſic enim de Venere ſcribis. Cuprum eſt corpus immundum, & imperfectum ex arg. uiuo impuro, nō fixo, terreſtri, adurente, rubeo, non claro, & ex ſimili ſulfure generatum, & deficit ei puritas, & fixatio cum pondere, habetq; nimis de colore impuro & terreitate non adurente. Cum igitur, ut tu ipſe teſtaris, nec ſit Mars, nec Venus, neceſſe eſt, ut ſit Iupiter, aut Saturnus. At non eſt Saturnus, quem tu ipſe teſtaris eſſe corpus immundum, ex arg. uiuo immundo, & ſimili ſulfure genitum. Superest igitur ut ſit Iupiter, quem tu ipſe teſtaris eſſe corpus mundum, ex arg. uiuo mundo, & ſimili ſulfure procreatū, & ſolam ei deeſſe decoctionē. Sed falleris uir bone, & toto cælo aberras, ſi Iouis ſubſtantiam ſubſtantia auri & arg. puriorē, & magis mundam eſſe, perſuaſum habes. Nam cum tuo ipſius teſtimonio aurum & argen. ſint corpora munda, oporteret Iouē mundum eſſe, priuſquā his duobus mundior dici poſsit. Cuicunq; enim poſitiuus gradus accōmodari nō poteſt, minus ei quadrabit cōparatiuus. At quòd Iupiter mundus non ſit, teſtis erit Geber: cuius authoritati philoſophi tantum detulerūt, ut ipſum magiſtrorū magiſtrum nuncuparint: cuius hæc ſunt uerba cap. 35. ſuæ Summæ. Iouis ergo traditione non omiſſa ſignificamus filijs doctrinæ, quòd eſt corpus metallicū, album, non purū, liuidum, &c. Et eodem cap. ſic ait: Induratur uerò & mundatur facilius, quàm Saturnus, quòd ſi facilius mundatur, ergo immundus neceſſariò habendus, ſola enim immunda mundantur. Audiuiſti Iouem immundum ſeu impurū eſſe, audi iterum Gebrū, cap. 65. teſtantem, Iouem ex arg. uiuo impuro eſſe procreatum: cuius hæc ſunt uerba. Hac igitur inueſtigatione propoſita, noſtrum propoſitū ſequētes, innuimus,

quòd si sulfur fuerit in radice cõmistionis, pauca fixione participans, album albedine non pura, non superans sed superatum, cum arg. uiuo secundum partem fixo, partim uerò non fixo, albo, non puro, cõmistum, sequetur ex eo stannum. Quòd si his duobus locis non es contentus, consule adhuc Gebrum cap. 2. libri de Inuestigatione, id apertius testantem, ubi ait: Causam corruptionis metallorũ effectricem, esse substantiam impuram arg. uiui & sulfuris, sine proportione debita cõmistam, uel minus decoctam in uisceribus terræ immundæ, nec rectè inspissatam, nec fixam, humiditatem habentem cõbustibilem, & corrumpentẽ, & raræ substantiæ, & porosæ, uel habentem fusionem sine ignitione debita, uel nullam, nec patientem malleum sufficienter. Quam substantiam arg. uiui & sulfuris immundam, & ita corruptam, affirmat inesse his quatuor metallis, uidelicet stanno, plumbo, cupro, & ferro. Quæ Gebri testimonia cum sint uera, mẽdosam esse oportet Bachonis opinionem. Sed insurget forsan aliquis fautor Bachonis, & dicet ioui, licet externa sordicie laboranti, hanc tamen intimam non esse, ideoq; eam præparatione aboleri, & tandem mundissimũ & defæcatissimum euadere posse. Ego uerò contendam, & iouem, & Venerem, & Saturnum, & Martẽ non solùm externa, & aduentitias, sed etiam intima, intercute, & penitus inossata lepra laborare, quæ omnino deleri non possit, citra beneficium medicinę tertij ordinis. Obijciet mihi authoritatem Gebri cap. ultimo libri de Inuestigatione scriptam: cuius hæc sunt uerba.

GEBER.

Considerauimus inuestigatione nostra perfectorum materiã cum forma à radice suæ cõmistionis usq; ad cõplementum, puram esse, sine corruptione aliqua superuenienti. considerauimus etiam à contrario sensu imperfectorũ & perfectorum, substantiam unam ubiq; esse, scilicet arg. uiuum & sulfur, quæ antè commistionem suam pura sunt, & munda. Et per hanc considerationem per nostrum exercitium inuenimus, corruptionem imperfectorũ accidentaliter superuenisse, quæ materiæ nouam & corruptam dedit formam. Nam cum corpora imperfecta per nostram experientiam & per ingenium nostrum uidimus prẹparata, & mundata ab omni superflua corruptione, & immunditia fugitiua, seu terrestri liberata, inuenimus ipsa maioris claritatis, & fulgoris seu puritatis, quàm ipsa corpora naturaliter perfecta. Proinde dicet aliquis: si hæc corruptio præparatione deleri potest, si, inquam, per præparationem mundiora & splendidiora efficiuntur, quàm sint corpora naturaliter perfecta, hinc uel maximè constat, hanc metallorum ignobilium immunditiẽ aduentitiã esse, & deleri sola præparatione posse. Hîc certè ardua & difficilis insurgit quæstio, dabit tamen Deus opt. max. ut inde pedem incolumes referamus. Proinde ut hanc difficultatẽ soluamus, hoc dilemmate utemur, aut à Gebrõ hoc nunquã scriptum, sed ab aliquo alio sub nomine Gebri, aut à Gebro ueritatis inuestigatore & nondum experto, aut per præparationẽ (qua asserit imperfecta euadere ipsis perfectis splendidiora) intelligẽdam & interpretandam esse medicinã ignobilia nobilitantẽ, id est medicinam tertij ordinis, non aũt præparationem aliquam uulgarẽ. Quam ultimã dilemmatis partem, si quis probat (probabit autẽ quilibet sanę mentis) ego certè libenter assentior: didici enim ex Arnoldo, Raymundo, & reliquis huius artis doctoribus peritis, aurum seu argentũ, beneficio Elixiris ex metallis ignobilibus generatũ, & uiribus, & splendore, nobilius & generosius esse auro minerali. Quòd si quis hanc præparationis interpretationẽ non probat, ex duobus alterũ mihi cedet, aut Gebrum hæc uerba scripsisse, aut non. Si uult à Gebro id scriptũ, & nõ cõcedat, præparationẽ modo supradicto interpretãdam, cogẽ denuò ex duobus alterũ mihi cõcedere, scilicet aut à Gebro experto, aut à Gebro nondum experto id scriptũ fuisse. Si uult à Gebro experto id dictũ, profectò faciã tandem, ut sentiat præparationem, ut suprà docui, exponendam esse, aut cõuincam, à Gebro nondum experto

perto fuisse scriptum. Quòd aũt à Gebro nõdum experto, id dictum fuerit, si per præparationem non intelligas medicinã tertij ordinis, sic docebo. Scripsit Geber cap. 1. suæ Summæ, omnium librorũ suorum summam ibi coaceruatam & accumulatam esse. Vnde & Summæ nomen ei libro imposuit. Ait etiam in ultimo cap. libri de Inuestigatione, se scripsisse in Summa, ea quæ digitis extraxerat, & oculis uiderat, & manibus tetigerat. Scribit etiam cap. 15. Summæ, hanc artẽ ueram esse, quam se uidisse, & ueritatem assequutum esse scribit: unde satis constat, Summam à Gebro experto fuisse scriptã. Itaq; si liber Inuestigationis ab eodem experto scriptus esset, oporteret Gebrũ in ambobus idem sentire, & sibi similem esse. At nisi per præparationẽ in ultimo cap. libri de Inuestigatione, interpreteris medicinã tertij ordinis, facilè deprehendes Gebrũ aliter sentire in Summa, quàm in lib. Inuestigationis. Cuius hæc sunt uerba cap. 69. suæ Summæ.

GEBER.

Saturni uerò & similiter iouis essentiæ multiplex adhibetur præparatio, secundum multiplicem ipsorũ ad perfectionẽ approximationis, aut elongationis ab ea gradum. Cum sit igitur aliud ex corrumpentibus, illorũ profundo aduenies, & ipsorum naturæ radicitus innatũ, sulfureitatis scilicet terreitas atq; impuritas terræ arg. uiui, illorum essentiæ, in principijs creationis cõmista: aliud uerò superueniens post primã eorum mistionem, & corruptionẽ adducens, & huius generis sunt sulfureitas cõburens, & illius impuritas, & arg. uiui fœda substantia, quæ omnia sunt Saturni & iouis substantiã corrũpentia. Sed horum quidem alterum, (scilicet primũ) impossibile est remoueri, per alicuius medicinæ primi ordinis industriam. Alterum uerò paruo adminiculo remoueri cõtingit. illud quidem remoueri impossibile est, propterea quòd prima illa corrũpentia in principijs naturæ propriæ horum corporũ in ueram essentiam cõmista fuerũt, & uera essentia facta sunt. ideoq; cum non sit possibile, ueram rei cuiusq; in natura remouere essentiam, re ipsa permanente, non fuit possibile ab eis hæc corrumpentia delere. Quamobrem quidam philosophi putauerunt, hanc ob causam ad finẽ artis optatum peruenirí non posse. Et nos quidem, nostro tempore hanc inquirentes scientiam, peruenimus ad hoc idem, quod similiter nullo, quantũuis ingenioso, præparationis modo potuimus, corpora (subaudi ignobilia) illustrare cum complemento sui fulgoris lucidi, quin cõtingeret illa ex toto infici, & penitus denigrari.

Quæ uerba quantum aduersentur ultimo cap. libri Inuestigationis, nemo est, qui non uideat. Proinde cum Geber non nisi expertus Summam scripserit, colligendum est librum Inuestigationis ex officina Gebri non prodijsse, aut à Gebro inexperto editũ, aut saltem præparationẽ in libro Inuestigationis, modo supradicto esse interpretandam, cum hi duo loci alioqui ex diametro pugnent, & nulla alia ratione conciliari possint. Atqui Geber cap. 70. suæ Summæ, suum agnoscit librum Inuestigationis, & cap. 1. libri Inuestigationis, testatur Summam à se prius fuisse scriptam. Proinde cum uterq; à Gebro experto scriptus fuerit, cogimur necessariò admittere, præparationẽ in ultimo cap. libri Inuestigationis pro medicina tertij ordinis interpretandam esse. Cum enim omnis præparatio ignobilium metallorũ, aut fiat per adhibitã medicinã, aut sine medicina, oportet eam præparationẽ, qua imperfecta corpora perfectis euadere splendidiora, in lib. Inuestigationis scribit, harũ duarum alterã esse. sed non est ea, quæ fit citra medicinam: igitur erit illa, quæ fit beneficio medicinæ adhibitæ. Quòd non sit ea, quæ fit citra medicinã, hinc patet. Omnis præparatio imperfectorũ, quę fit citra medicinã, teste Gebro, aut est eorũ in calcem reductio, & calcis ablutio & descẽsio, aut est calcis in aquã resolutio, & calcis solutæ cõgelatio, & in massam solidam reductio, aut calcis cum spiritu aliquo eleuatio, aut eorũ cum arg. uiuo mistorũ ablutio, & abstersio, aut limaturæ eorũ cum sale, uel alumine, uel uitro mistæ descẽsio. Atqui nulla harũ præparationũ per se, nec omnes in unũ cumulũ redactæ æquare

possunt ignobilia metalla auro & argento in claritate, splendore, seu puritate: quia Geber peractis his omnibus præparationibus, cõponit eis medicinas: quarum beneficio ad splendorẽ & puritatem auri uel argenti promoueantur. Quod agendum non esset, si antedictis præparationibus id obtinuissent. Bene enim ualentibus, non opus est medico, nec etiam medicina. Quocirca cum per præparationes, quæ fiunt citra medicinam id obtineri non possit, superest ut fiat per præparationem, quæ fit per medicinam adhibitã. Atqui omnis præparatio, quæ fit per medicinam, teste Gebro cap. 76. suæ Summæ, Aut est præparatio medicinæ primi, aut secundi, aut tertij ordinis. Itaque oportet præparationem illam, de qua Geber agit, in ultimo cap. libri Inuestigationis, harum trium aliquam esse. Atqui non est præparatio medicinæ primi ordinis, ut Geber testatur, cap. 69. his uerbis. Sed horum (corrumpentium subaudi) alterum impossibile est remoueri per alicuius medicinæ primi ordinis industriam, quod etiã patet ex diffinitione medicinæ primi ordinis, quam Geber cap. 76. sic describit. Dico autem primi ordinis medicinam, omnem præparationem mineralium, quæ super diminuta à perfectione corpora proiecta, alterationem quidem imprimit, non tamen adducit cõplementum sufficiens, quin contingat alteratum corrumpi & mutari, cum euaporatione impressionis medicinæ illius totali. Proinde cum non sit medicina primi ordinis, oportet, ut sit medicina tertij, aut secundi. Atqui medicina secundi ordinis, id præstare non potest, ut testatur eius diffinitio, quam Geber attulit cap. 76. his uerbis. Secundi uerò ordinis medicinam, dicimus omnẽ præparationem, quæ quãdo super diminuta à perfectione corpora proiecta est, alterat in differentiã aliquam cõplementi, relictis differẽtijs aliquibus corruptionis omnino. Igitur erit medicina tertij ordinis præparatio illa, qua Geber in lib. Inuestigationis, ait metalla ignobilia maioris effici claritatis, fulgoris, & puritatis, quàm sint metalla à natura nobilitata, quod Geber testatur cap. 80. his uerbis. Quia igitur corporũ, (ignobiliũ subaudi) est aliquid impermutabile, quod in corporũ radice innatum est, quod per medicinã secundi ordinis tolli non potest, ideo omnis illa medicina, quæ illud de cõmisto tollit, non secundi, sed tertij & maioris ordinis appellatur medicina: quod etiã constat ex eius diffinitione cap. 76. scripta his uerbis. Medicina tertij ordinis, est illa præparatio, quæ quando corporibus aduenit, omnẽ corruptionẽ cum proiectione sua tollit, & cum omni cõplemento perficit. Et est ea, ut ait cap. 67. qua durũ, mollescit, & molle indurat corpus, & fugitiuum, figitur, & fœdũ, illustratur splendore inenarrabili, & eo, qui supra naturã existit. Audis saltẽ hîc Gebrũ apertè docentẽ, metalla ignobilia, beneficio summæ illius medicinæ, euadere splendidiora metallis à natura splẽdore dotatis, nullamq; esse præparationẽ aut medicinã, quæ id præstare possit, excepta medicina maioris, & tertij ordinis, quæ est Elixir. Itaq; duxi se tandem, licet inuitum & nolentem, quò te primò ducere proposuerã. Hoc enim dilemmate initio usus sum, aut locũ illum, quem tu mihi obiecisti, à Gebro nondum experto fuisse scriptum, aut si id non est, per præparationẽ interpretandam ibi esse summã illam philosophorum medicinã, ignobilia metalla nobilitantẽ. Ex his igitur satis cõstat, Iouẽ, Saturnũ, Venerem, & Martẽ, non solùm in cute seu in cortice, sed in intimis suis medullis polluta, & coinquinata esse, & eorũ contagionem adeò inoffatam esse, ut nulla præparatione, quantũuis ingeniosa, aboleri possit, nisi eis adhibeatur, maioris & tertij ordinis medicina, id est Elixir. Quòd si nullo alio quam Elixiris beneficio lepra & contagione sua liberari possunt, & Elixir omniũ philosophorum testimonio, non nisi ex re mundissima confici possit, necesse est, ut mundissima euadant, priusquàm ex eis cõfici possit Elixir. Atqui mundissima effici non possunt, citra beneficium summæ medicinæ philosophorum. Igitur antequàm ex eis confici queat Elixir, oportet illis adhiberi summam illam medicinam. Sed simul atq; illis adhibetur summa illa medicina, illicò transeunt in aurum uel argentum,

gentum, ut omnes testantur Alchemiæ authores. Igitur ex metallis imperfectis non potest fieri Elixir, nisi prius in aurum & argentum transmutentur. Quod si ita est, igitur ex auro & argento Elixir cõfici necesse est. Quibus aptissimè quadrat authoritas Platonis, sic dicentis: Corporibus imperfectis, licet interdum uti possis, eis tamen ad Elixir non indiges, cum non possis habere ex ipsis illud quod est maioris temperantiæ & minoris fæcis. quòd si eis uti uolueris: oportet primò, ut conuertas ea in similitudinem duorum aut corporum perfectorum, quod nunquam fiet, donec Sol & Luna, in uno corpore iuncta, proiciantur desuper ipsa. Valeat igitur & Bachonis & Bracescht, & reliquorum omnium error, qui Elixir non ex auro & argento, sed ex Ioue, Marte, aut quapiam alia re conficiendum esse opinantur. Sed obstrepet mihi iterum quispiam, & dicet: Philosophi ubiq; docent aurum & argentum suum, non esse aurum & argentum uulgi. Ideoq; contendet, ex auro & argento, quibus uulgò utimur, Elixir conficiendum non esse. Turbaret me profectò, præ cæteris omnibus hæc obiectio, nisi Arnoldus Villanouanus cap. 38. sui Rosarij minoris, eam apertè enodasset: cuius hæc sunt uerba. Proijce ergo unum pondus de ipsa medicina super mille partes Mercurij, uel Luuæ, & fiet Sol melior, quàm Sol de minera productus: quia aurũ & argentum Elixiris, excedunt aurum & argentum uulgi, in omnibus suis proprietatibus. Vnde dicunt Philosophi, quòd aurum & argentum eorum, nõ sunt aurum & argentum uulgi: quoniam additur eis additio magna in tinctura, & perseuerantia in igne, & in proprietatibus operationum, & multarum utilitatum ad omnem utilitatem expellendam. Ex his Arnoldi uerbis facillimè intelligis, quid sibi uelint Philosophi, cum aurum & argentum suum alia esse dicũt, quàm sint aurum & argentum uulgi. Quæ interpretatio cum non sit mea, sed Arnoldi, uiri hac in arte celeberrimi & fide digni, neminem adeò temerarium fore existimo, qui eam ausit respuere. Nihilominus tamen, ut morosis omnino satisfiat, nos eam obiectionem alio modo diluemus. Dicimus igitur, ubi aurum & argentum, artis beneficio in spiritualem & actiuam naturam redierunt, id est, postquàm de potentia ad actum iter fecerunt, tunc philosophica dici, & longè alia esse à uulgaribus. Nam uulgaria, quandiu in naturali suo statu permanent, mortua sunt, id est actionis expertia: quoniam reliqua metalla nobilitare non possunt. At si arte naturæ ministra in actiuam conditionem promoueantur, ita ut eorum potentia sopita excitetur, & in actum prodeat, tunc reliqua omnia mutabunt metalla: & tunc cum libera agendi & mutandi facultate polleant, & potiantur, profectò longè alia sunt, quàm sint illa uulgaria. Vnde non immeritò, tunc dicitur aurum uel argentum Philosophorum, hoc est à Philosophis elaboratum, & ad sublimiorem conditionem euectum, non esse aurum uel argentum uulgi. Quam interpretationem, ne quis contemnat, sciat eam non esse à me confictam, sed esse Aros Philosophi, cuius hæc sunt uerba in libro suo ad regem Nephes. Et est sciendum, inquit, quod in nostro lapide sunt Sol & Luna, in uirtute & potentia, atque etiam in natura: quia si hæc in dicto lapide non essent, non fieret inde Sol, neque Luna. Et tamen ipse Sol in lapide existens non est, sicut Sol communis, nec Luna eodem modo, sicut Luna communis: quia Sol & Luna existentes in dicta confectione, sunt meliores & subtiliores facti, quàm sint manentes in ipsa natura uulgari, cuius hæc est ratio: quia manentes in ipsa natura uulgari, sunt penitus mortui, & nullam exercere possunt actionem: at ubi transierunt in Elixir, tunc potentissimè agunt in reliqua metalla. Hinc itaq; familiarissimè intelligi potest, quid sibi uelint Philosophi, cum dicunt aurum & argentum suum non esse illa uulgaria. Non enim eò id spectat, ut lapidem ex auro & argento formari negent, (si enim hæc in lapide reuera non essent, ut ait Aaros, nõ fieret inde Sol aut Luna, quia si alchemia, ut ait Lullus, aurificaret sine auro, & argẽtificaret sine argento, diffinitio principij esset falsa, & aurum non esset principium in ra-

tione aurificandi, quod est falsum) sed cum à philosophis alterata, & sublimata in cõfectione lapidis fuerunt, tunc longè alia sunt, quàm sint illa uulgaria, in naturali statu permanentia. Proinde falluntur, qui sic ratiocinantur: Aurum & arg. philosophorũ non sunt illa uulgaria. Igitur lapis philosophorũ, non fit ex auro & arg. uulgari. Id enim ita interpretandum nõ est, ut ex Arnoldi & Aros testimonio perspicuũ est. Imò si lapis philosophorũ ex auro & arg. uulgi non fieret, sed ex aliquo alio auro uulgo ignoto, oporteret aurum illud ab specie & forma substantiali auri uulgaris alienũ esse. Nam si esset eiusdem speciei, esset eiusdem formæ substantialis (cum unius speciei sit unica differentia specifica) & per consequens esset idem cum auro uulgari. Quòd si non est idem cum auro uulgari, igitur erit alienum à forma & specie auri uulgaris. Atqui diuersarum substãtialium formarũ diuersæ & dissimiles sunt informationes (quia species à specie non differt, nisi à ratione suæ formæ). Igitũ huius auri, quod tu ais alienũ esse à forma auri uulgaris, diuersa erit informatio, hoc est, aurũ eius actione ex metallis imperfectis, in proiectione generatũ, nullã habebit cõformitatẽ cum auro uulgari. Sin secus, oporteret necessariò eos fateri, easdẽ proprietates in specie manare à diuersis formis, ꝙd certè est impossibile. Quod si ita èst, ꝓfectò homines ipsum pro auro nõ agnoscẽt, & nullius erit apud eos pretij. Itaq; si uulgus eo nõ utat in pretijs rerũ pro auro simili minerali, si homines ipsum pro auro nõ habeãt, & agnoscãt, quis erit usus eius? quæ nã est et eius utilitas? Facessant igitũ huiusmodi cauillationes, & auri effectricẽ formã ex solo auro uulgari, argenteã ex solo arg. cõmuni, effodiẽdã esse, indubiè credamus. Et cũ solius formæ essentialis auri propriũ sit, aurũ efficere, (forma enim est illa, quę dat esse rei) profectò inde perspicuum est Elixir aurificũ ex auro, argentificũ ex argento, conficiendum esse necessariò. Quod ut omnes facillimè intelligãt, & dehinc nullus impostor eos fallere possit, ego hac sequenti ratiocinatione id apertissimum reddam, fauente Diuina maiestate.

CAPVT VI.

EOrum, quæ ex elemẽtis, perfectè mistis, generata sunt, alia animalia, alia uegetabilia, alia mineralia sunt. Proinde expendamus primùm, num ex uegetabilibus, aut animantibus fieri possit hæc gẽma philosophica, ignobilia metalla in aurũ mutans, uel in arg. Quod ut exactissimè discutiamus, utendũ est regula Lydia, hoc est, principio aliquo philosophico, quo duce falli & errore non possimus. Philosophi aũt inter cætera unicum nobis reliquerunt, quo duce nũquam falli poterimus, scilicet extrema lapidis philosophici, altera ex parte esse arg. uiuum & sulfur, altera ex parte esse ipsum Elixir, & horum duorum extremorum media esse metalla. Hoc autem nobis scriptum reliquerunt, ut intelligamus, quænam sint propinquissima huius artis principia ad Elixiris confectionem. Etenim quia hæc est perpetua & inuiolabilis lex naturæ, ut ab extremo, à quo fit motus & progressus, nihil promoueri possit ad extremum, ad quod tendit & refertur motus, nisi per interiecta media: Hinc admonemur, nihil posse ad Elixiris formam peruenire, etiamsi sulfuris & arg. uiui naturam conceperit, nisi interiectam inter hæc duo extrema metalli formam subeat, & experiatur: ueluti binarius numerus in quaternariũ mutari non potest, nisi primò subeat ternariũ. Et quemadmodum nihil potest Elixiris formam cõcipere, quin prius metallum euaserit, & nihil potest fieri metallum, nisi primò sulfuris & arg. uiui naturã conceperit, quæ sunt metallorũ generandorum principia: ita nihil potest sulfuris & arg. uiui naturam cõcepisse, quin reuera sit minerale. Itaq; cum uegetabilia & animalia à mineralium catalogo sint aliena, ut Elixiris naturã obtinere queant, oportet primò, ut mineralia euadãt, & ubi mineralia euaserint, necesse est, ut sulfuris & arg. uiui naturam induant, & in proximam atq; immediatã metallorũ materiã uertantur: quo ubi peruenerint oportet, ut ad metallicã formã promoueãtur, & ubi metalli formã obtinuerint, tunc in Elixir mutari poterũt. Ars aũt hoc præstare non

poteſt,

poteſt,& huic negotio obeundo, id eſt generandis metallorũ principijs, ſe impares eſſe agnoſcit,& profitetur. Vnde Geber cap. 24. ſuæ Summæ, de Suppo nentibus artem in uegetabilibus ſic ait. Poſsibile quidem ponunt naturę, ſed non ſibi: licet enim eorũ uita, inquit, in centenas annorũ myriades protendatur: citius tamen operi ſuccumbent,& labori ſuſcepto ſuperſedebunt, quàm extremã coronidem operi imponere queant. In quorum deriſionem Richardus Anglicus cap. 10. ſui Correctorij, ſic ſcribit. Quare fatui ſunt; qui tot,& tam diuerſa negotia,& ſophiſticationes ad decipiendum homines adducunt, ſcilicet ſecundinas, teſtas ouorũ, crines, ſanguinem rufi hominis, baſiliſcum, uermes, bufones, herbas, ſtercus humanũ,& ſic de infinitis generibus ſtercorũ, uolentes cum peſsimis optima conficere,& naturæ defectum cum his adimplere,& ſtercus ſeminando, triticum metere, quod eſt impoſsibile. Nam quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Ergo ſi ſtercus ſeminat, ſtercus etiam metet. Quare non mirũ, inquit, ſi nullus eorũ cum tali ſtercore perficit. At inſurget quiſpiã,& dicet: Si neq; ex uegetabilibus, neq; ex animalibus Elixir confici poteſt, quo pacto uera & probanda erunt eorũ philoſophorũ ſcripta, qui lapidem philoſophicũ in omni loco,& in qualibet re eſſe ſcribunt? Poſſem ego cum multis reſpõdere, hoc à philoſophis per analogiã,& ſimilitudinẽ quandã dictum eſſe, eo quòd lapis philoſophorum per ſimilitudinẽ habeat quandam affinitatẽ cum omni re uegetabili, animali & minerali: quẽadmodũ homo cum omnibus rebus analogiã quandam habet: unde & μικροκόσμος à philoſophis dictus eſt. Et ſi hanc adferrem ſolutionẽ, nihil profectò alienum à ueritate adferrẽ. res enim ita habet,& multi philoſophorũ hanc difficultatẽ hoc reſponſo enodarunt. Sed quoniã ego aliam, multò magis ueritati cõſentaneam, huiuſmodi ſolutionẽ ex Lullo, uiro hac in arte ſingulari & ſtupendo didici, malo eam adferre, quàm ſuperiorẽ. Quę ut ab omnibus familiariter intelligi poſsit, ſciendum eſt, omniũ philoſophorum teſtimonio, tres eſſe Elixiris partes, ſcilicet animã, corpus,& ſpiritum. Anima nihil aliud eſt, quàm fermentũ uel forma Elixiris. Corpus eſt paſta, ſeu materia. quæ duæ partes ex ſolis metallis depromẽdæ ſunt, utpote forma ex Sole & Luna, materia ex Saturno, Ioue, Venere,& Marte, ut ſuperius ex Lullo indicauimus. Tertia uerò pars lapidis, eſt ſpiritus, qui cũ ſit ſedes,& uehiculum animæ, animã corpori infundit,& hæc duo extrema, indiſſolubili confœderationis uinculo cõponit,& copulat: quo mediatore ſublato, anima cum corpore nunquã fœdus inire poſſet. Etenim non bene cõueniunt, nec in una ſede morantur duo extrema, niſi beneficio alicuius medij cõcilientur,& confœderentur. hic ſpiritus nihil aliud eſt, quàm liquor ille, formã & materiam lapidis attenuans,& in ſpiritualem naturã reuocans: qui ſpiritus, interdum à philoſophis cælum, interdum Mercurius ſolutiuus, interdũ menſtruũ, interdum azoch, interdũ quinta Eſſentia,& innumeris alijs nominibus nuncupatur. Hunc ſpiritum Lullus in tertia Diſtinct. de quinta Eſſentia, cap. de Modo extrahendi Mercuriũ noſtrũ, teſtatur ex omni re elemẽtari, tam uegetabili, q; animali, atq; etiam minerali poſſe depromi. Sed inter ea, inquit, nõnulla ſunt adeò remota ab arte, ut unius hominis uita huius ſpiritus extractioni nõ ſatis ſit: alia uerò adeò ſunt propinqua arti, ut intra paucos menſes, hic ſpiritus ab eis obtineri poſsit. Quòd ſi hic ſpiritus ex animalibus eliciatur, tunc, inquit, cap. ultimo eiuſdem tertiæ Diſtinctionis, animalis nominatur: ſi ex uegetabilibus uegetabilis, ex mineralibus uerò mineralis. Et ſi in Elixiris confectione ſpiritus animalis aſſumatur, tunc lapis animalis dicitur: ſi ſpiritus fuerit uegetabilis,& lapis nuncupabitur uegetabilis: ſi aũt mineralis fuerit,& lapis à minerali ſpiritu, mineralis denominationẽ ſuſcipiet. Et hoc eſt, quod philoſophi ſibi uolunt, cum triplicẽ faciũt lapidem, ſcilicet animalem, uegetabilem,& mineralem. Quã ego cognitionem nõ Gebro, nõ Arnoldo, non Raſi, non Alberto, ſed ſoli Lullo acceptã fero. Ex alijs enim nunquã intelligere potui, quid ſibi uellet lapis animalis, quid uegetabilis, aut quid mineralis. Arnol.

enim & plerique alij, quibus solus lapis mineralis notus fuit, & familiaris, cum nullam aliam Elixiris conficiendi uiam notam haberent, uiolentam interpretationem huic loco attulerunt, & docuerūt dici mineralem, quòd re uera ex mineralibus lapis cōficiatur, animalem uerò, eo quòd animam, id est tincturam habeat, uegetabilem autem, quòd more uegetabiliū uirtus eius crescat, & propagetur. Sed hæc interpretatio coacta est, & uiolenta, ut ex Lullo infinitis in locis patet. Quæ aūt ratio impulerit olim philosophos, ad spiritum laudis à uegetabilibus, & animalibus mutuandum: ego eam, ut à Lullo didici, edocebo. Permulti philosophorum, quibus non tanta fuit ignobiliū metallorum in aurum & arg. uertendorum cura, quanta incolumitatis corporis humani fouendæ & instaurandæ, cum scirēt aurum miris uirtutibus ad conseruandam incolumitatem, & adæquandos humores, à natura esse dotatum, & experirentur, aurum cum aqua arg. uiui, & aliorum mineraliūm liquatū, pernicioſissimam toxici naturam concipere, existimarunt se rem magnam assequuturos, si ex animalibus, aut uegetabilibus salubribus aquas educere possent, cum quibus aurum in liquorem potabilem, cum conseruatione naturæ suæ saluberrimæ, redigi posset. Quod tādem sunt assequuti, & hoc modo aurum in liquorem saluberrimū, & ad coseruandam humani corporis incolumitatem utilissimum redegerunt, quem liquorē uulgus chymistarū, aurum potabile nuncupat. Et cum aurū hac uia in liquorē reuocassent, periculum fecerunt, num hic liquor aureus ad transmutationem metallorū aliquid posset. Et hac experientia cognouerunt, Elixir aureum & argenteū non minus fieri posse cum spiritu animali, aut uegetabili, quàm cum minerali. Hoc tantùm inter eos spiritus discrimen esse docuerūt, quòd metalla actione spiritus animalis, aut uegetabilis liquata, in sulfur seu terram foliatā sublimari non possunt, nisi eis addatur arg. uiuū minerale. Potest aūt ex metallis, etiamsi hoc modo non sublimentur, Elixir confici. Nam reductio metallorū in terram foliatā nō est semper necessaria, ut ait Lullus in ultimo suo Testamento. Inter Elixir uerò animale, uegetabile, & minerale, hoc interest, ut docet Lullus in Epistola sua accurtatoria: quia minerale cōficitur cum aqua quadam minerali, quæ adeò pernicioſa est, ut interius sumpta, omnia uiscera corrodat & præsentaneā mortē adferat. Vnde fit ut aurum alchymicum, quod fit ex corroſiuis, hoc est, quod fit per proiectionem lapidis mineralis, sit corpori humano pernicioſissimū. Quò fit, ut Ioannes de Rupescissa, in confectione auri potabilis moneat, eligendū esse aurū Dei, ut ille uocat, id est, aurū à natura in mineris genitū. In animali aūt, inquit, interdum est summa medicina corporibus humanis, ut si spiritus ex sanguine humano extrahatur aut ex melle. In uegetabili aūt lapide, ipse spiritus quintæ Essentiæ, est restitutio iuuētutis, & cōseruatio corporis humani, ab omni accidentali corruptione, & aurū per proiectionē lapidis uegetabilis: conflatū, inquit, uirtute bonitatis uincit, & superat ipsum aurū naturale, propter quintā Essentiā uegetabilem, de qua lapis imprægnatur, quæ in mundo infinita mirabilia facit. Hæc aqua uegetabilis, est diuinū & cæleste illud menstruum, quod ubiq; Lullus prædicat, & cum quo aurū & argentū liquantur, sub conseruatione naturæ suæ saluberrimæ, qua spoliantur, quotiescunq; cum spiritibus mineralium colliquātur. Vnde & Lullus, hanc aquā uegetabilem intelligit, ubicunq; ait, aurum & arg. liquanda esse cum rebus sui generis: Licet enim hæc aqua aliena sit à genere auri, si naturam metallicam spectes, in hoc tamē cū auro symbolū habet, & affinitatē, quod nō minus quàm aurū corpori humano sit salubris. Nec est quòd quisquā eam uegetabilē diei cauilletur, eo solo nomine quòd metalla eius actione quodāmodo uegetētur: sed etiā, ut ait Lullus in libello Lucis Mercuriorū, quia ex uegetabilibus depromitur. Spiritus enim lapidis, teste Lullo ex qualibet re elementari, siue animali, seu uegetabili, seu minerali elici potest. Non me latet Aureliū Augurellum in primo & secundo libro suę Chrysopœię, huic opinioni fidem detrahere. Scio etiam Ianum Laciniū Calabrum, ab hac interpretatione

terpretatione abhorrere,& alienum esse. Sed Augurellus, licet alioqui doctus fuerit,nunquam tamen Lulli scripta intellexit. Nec miror, si id Augurellum latuerit,cum uideam Arnoldo Villanouano,uiro in hac re uersatissimo, lapidem uegetabilem nunquam innotuisse. Lacinius,licet uir doctus sit,non est quod miretur,si id hactenus non norit,homines enim sumus,& falli interdum possumus. Quòd si is hanc rem paulò accuratius ex uerbis Lulli expenderit, scio eum hac in re suffragatorem mihi futurum. Nam cum menstruum minerale, nihil aliud præstare queat, quàm metalla à corporea,& densa illa conditione auocare, & ad spiritualem naturam reducere, cumq; metalla in spiritum uersa sint Elixir, certè cum menstruum animale & uegetabile, eandem metallorum in spiritum reductionem, teste ipsa experientia,præstare possint, nemini mirum uideri debet, si beneficio menstrui uegetabilis,& animalis,metalla in Elixir mutantur. Hoc tantùm lectorem monitum uelim,inter uegetabilia uiti,inter animalia api,inter mineralia argento uiuo primatum deferri.

Sed ut ad rem,unde digressi sumus,redeamus: diluenda nobis est paucis superior illa obiectio,qua quæreb.atur: quomodo interpretanda essent uerba philosophorum,ubi aiunt lapidem suum in omni loco & in omni re inueniri. Cui quæstioni ut satisfaciamus, dicimus cum Lullo tres esse partes lapidis, corpus, animam,& spiritum. Et quoniam spiritus, est pars lapidis, imò ea pars, quæ toti lapidi nomen imponit,& cuius beneficio reliquæ duæ partes copulantur, cum hic spiritus in omni re tam uegetabili,quàm animali,& minerali reperiatur, & in omni loco inueniri possit aliquod uegetabile,animale, aut minerale: idcirco philosophi lapidem suum in omni loco,& in omni re reperiri scripserunt. Vnde satis perspicuum est,quàm præposterè utantur hac authoritate ij omnes, qui inde colligunt lapidis formam,seu tincturam,ex omni re elici posse,cum certo certius sit Elixiris aurifici formam ex solo auro,argentifici ex solo argento effodiendam esse. Sed insurget iterum qui spiam,& dicet. Philosophi sæpissime utũtur oleis, tam albis,quàm rubeis,ex felle taurino, ex albumine, & uitellis ouorum, imò & ex ipsis capillis humanis expressis,& uidentur in huiusmodi rebus tincturam auream,& argenteam uenari. Fateor ego huiusmodi rebus inesse nonnullam tincturam: experimur enim fumum capillorum humanorũ, suspensam argenti bracteam colore quodam citrino inficere. uidemus æs ignitum, sæpius in oleo tartari submersum,candorem quendam argenteũ concipere. Sed hæ tincturæ cum minerales non sint,& per consequens nec metallicæ,cum etiam in igne pereant, & absumantur,non sunt illæ,quas philosophi uenantur. At si eas in his rebus non quærunt philosophi,quorsum igitur huiusmodi rebus in Elixiris suis utuntur? Dicam ego quod sentio, imò quod res ipsa habet. Permulti philolophorum Arabum, postquàm medicinas suas confecerant, ut eis ingressum, & penetrandi acumen conciliarent,imbuebant,seu incerabant (ut artis uocabulo utar) eas medicinas huiusmodi oleis ex animalibus expressis,non eum in finẽ ut tingerent, sed ut penetrarent corpora transmutãda,& instar ceræ liquari possent,unde & eã operationẽ uocarunt inerationẽ. Quod testatur Geber (qui in ea aliquando fuit opinione,licet tandem resipuerit) cap. 23. libri sui,de Inuentione ueritatis inscripti,cuius hæc sunt uerba. Non dico,quòd hæc olea dent humiditatẽ radicalẽ mineralem,sed saluant tincturã à cõbustione donec ingrediatur, & postea fugiunt in expressione ignis,ut alibi à nobis narratũ est. Hactenus igitur manifestè cõstat,formã auri uel arg. effectricẽ,neq; ex uegetabilibus, neq; ex animalibus eliciendam esse. Quod cum ita sit,superest,ut ex solis mineralibus eliciat. Sed quoniã tres sunt mineraliũ classes,tribus & species: nẽpe mineralia lapidea (ut sunt gẽmæ & saxa omnia) præterea media seu minora mineralia (è quorũ numero sunt sulfur,arsenicũ,arg. uiuũ,talch, atramẽta,sales, alumina,tutia,antimoniũ, & reliqua omnia marchasitarũ genera) postremò ipsa metalla, idcirco uidendum est

primò, num ex gemmis, aut quibusuis alijs corporibus lapideis elici possit hæc forma Elixiris aurei, uel argentei.

CAPVT VII.

QVod facilè assequemur & intelligemus si ea rationis trutina hîc utamur, qua in librādis & expēdendis uegetabilibus & animalibus usi sumus. hæc enim adeò certa est, ut falli nos nunquam patiatur. hæc est regula illa Lydia, circinus ille geometricus, & lapis ille Lydius, ad quem exactissimè hæc omnia sunt exploranda. Hoc igitur nobis perpetuò proponamus oportet, nihil esse in rerum natura, quod peruenire queat ad naturam Elixiris, nisi primò fiat metallum, nec metallum fieri, nisi prius naturam, tam sulfuris, quàm arg. uiui cōceperit, nec tale, quin simul sit minerale. Proinde licet gēmę & reliqua corpora lapidea sint mineralia, nunquam tamen Elixiris formam attingere poterunt, quin prius metallicam naturam induant, nec eò unquam peruenient, nisi prius in proximam & immediatam metallorum materiam mutentur. At cum in principijs metallorum generandis naturam assequi non possimus, ut testantur omnes philosophi, hinc uel maximè constat, nos ex mineralibus lapideis, neq; metalla, nec per consequens Elixir, conficere posse. Nunc minora seu media mineralia excutiamus, & perlustremus. Sed hæc sunt duplicia. alia enim sunt magis, alia minus metallis conformia. Quæ maiorem habent cum metallis affinitatem, sunt arsenicum seu auripigmentum, arg. uiuum, antimonium, tutia, & omnes aliæ marchasitæ. Minus autem affinia sunt, sulfur, talch, atramenta, sales, & alumina. Videamus igitur, num ex magis affinibus confici possit Elixir. Et primò antimonium excutiamus, quod cum nondum sit metallum, sed marchasita plumbea tantùm, in Elixir transire non potest, quin prius euadat metallum, & metalli diffinitionem sibi uendicare queat. Et quanuis in metallum mutetur, perpetuò tamen plumbeam naturam sapiet, cum sit marchasita plumbea. Quòd si ita est, certè cum natura nobis plumbum abundè protulerit, non est, quòd in antimonio in plumbum mutando nos occupemus. At dicet quispiam, antimonium, ut philosophi testantur, & ipsa docet experientia, à natura fuit ditatum sulfure quodam rubeo, incremabili & fixo, quæ sunt conditiones sulfuris ipsius auri. Fateor, id enim expertus sum. Sed cum causa ignobilitatis metallorum, sit inopia argenti uiui, mundi, & fixi, profectò ex antimonio, cuius argentum uiuum est plumbeum, ignobile, & contaminatissimum, necnon fixionis expers, Elixir formari non poterit. Nunc de auripigmento agamus, quod permulti philosophorum docēt esse proximam & immediatam metallorum materiam. quod licet ita sit, Elixiri tamen informando ineptum esse satis constat, donec metallum euaserit. Quantum ad reliquas marchasitas attiner, cum eæ in metallum sint mutādæ, antequàm in Elixir transire queant, & nobis natura cuiusuis generis metalla abundè contulerit, nos beneficio metallorum excusamur à laboribus marchasitarum in metallicam formam ducendarum. Restat excutiendum argentum uiuum, quod cum sit alterum lapidis extremū, nempe illud à quo fit motus, profectò cum ab extremo ad extremum non pateat accessus, nisi per media interiecta, arg. uiuum non poterit promoueri ad alterum extremum, hoc est ad naturam Elixiris, nisi per interiectā metallorum formā, hoc est, nisi primò efficiatur metallum: Quod Geber satis apertè indicat, ubi docet, Mercuriū ex natura sua fugaci ad naturam fixā esse ducendum. Quòd si in metallum prius est mutandū, ergo aut in plumbum, aut stānum, aut æs, aut ferrū, aut aurum, aut argentum. Atqui natura hæc omnia metallorum genera nobis liberalissimè obtulit. Immunes igitur sumus ab immensis laboribus, in arg. uiuo in metallum ducendo subeundis. Cū igitur ea media mineralia, quæ metallis magis sunt affinia, non possint obtinere formā Elixiris, quin prius euadant metalla, quanto minus id assequi poterunt ea media mineralia, quæ ab eo scopo longius absunt, & quæ metallis minus affinia sunt? Si enim id quod

magis

magis videtur esse tale, non est tale, profectò neque id, quod minus. Vnde necessariò constat, hæc minora mineralia, quæ metallis minus sunt affinia, peruenire non posse ad formã Elixiris, antequàm euadant metalla. Quod ars præstare non potest, teste Richardo Anglico, cap. 10. sui Correctorij, cuius hæc sunt verba. Sed quia in precedenti cap. determinatum est, minora mineralia artificialiter non posse fieri metalla: Ideo propter maiorẽ veritatem, restat hoc fortius probandũ. primò sic. Quia minora mineralia de prima metallorũ materia, quæ est mercurius, non sunt generata. Cùm autem generatio eorum cum generatione mercurij primò differat in forma, & materia & compositione: ideo etiã metalla fieri non possunt: quia vnius speciei vna est materia prima, & sperma, ex quo genaratur. Prima pars antecedentis, quæ est minora mineralia ex mercurio non esse generata, patet per Arist. & Auic. Si autẽ deberent fieri metalla, oporteret quòd primò transirent in primã metallorum materiã. Sed quia artificialiter id fieri nõ potest, ideo metalla minus effici poterunt. Et sic secũda pars antecedentis sufficienter patet, vt declaratum est in præcedenti cap. Secundò ad idem sic. Quia minora mineralia principium artis artificialiter fieri non possunt, quod est mercurius, ideo etiam medium et finem non pertingũt quæ sunt metallum, & tinctura. Consequentia tenet: quia nutrimentum in homine per generationẽ non potest fieri homo, nisi prius cõuertatur in sperma.

Proinde cùm neq; ex animalibus, neq; ex vegetabilibus, neque ex lapideis aut etiã medijs mineralibus Elixir confici possit, nisi prius ducantur in formã metallicam, supereſt, vt sola metalla sit propinquissima artis principia, & arti à metallis sit auspicandum. Sed cum sex sint metalla, restat adhuc cognoscẽdum, num ex omnibus, aut ex aliquibus tantùm, & ex quibus tandẽ, sit formãdum Elixir aureũ & argenteum. Quod vt exactissimè discutiatur, assumendũ est nobis illud Arnoldi cap. 8. sui Rosarij minoris, scriptum, scilicet Elixir mutans ignobilia metalla in aurũ & arg. multo magis digestũ & mundũ esse oportere, quã sint aurum & arg. Quod si ita est, certè necessariò colligendũ est, nullum metallum posse transire in Elixir, quin prius fuerit æquè digestum, decoctum & mundum, ac aurũ & arg. Sed nullum reliquorum metallorum tale est: nullum itaq; metallum Elixiri æquè vicinum est, ac aurum & argentũ. Quod autem nullum reliquorũ sit æquè digestũ & mundum, id ex Gebero superius notissimum fecimus. Quòd si quis his non est contentus, sciat completã decoctionem, digestionem, & munditiem esse causam effectricem nobilitatis metallorum. Puritas enim mercurij & sulfuris & fixio eorundem, quæ fit per maturam digestionẽ, est causa perfectionis auri & argenti. Quocirca si aliquod reliquorum metallorum æquè mundũ & decoctum esset, ac aurum & arg. esset per consequens æquè perfectum metallũ. quod si æquè perfectum metallum, oporteret igitur vt actu & reuera esset aurũ aut arg. alioqui eorũ perfectionẽ æquare non posset. Cùm igitur nullum reliquorum sit æquè digestum & mundum, restat vt aurũ & arg. sint Elixiri viciniora, quàm reliqua metalla. Et cùm transitus fieri non possit ab extremo ad extremum nisi per interiectũ medium & nullum metallum possit transire in Elixir, nisi prius sit æquè mundum & digestum ac aurum & arg. hinc certè manifestè constat nullum reliquorum quatuor metallorum, Elixiris formã attingere posse, nisi prius versum fuerit in aurum vel argentum. Meritò igitur Plato sic ait, Licet alijs metallis vti possis, tamen eius non indiges, cùm ex eis habere non possis substantiam illam mercurij & sulfuris temperatam & mundam. Quòd si eis vti volueris, necessariũ est, vt primò conuertas ea in similitudinem duorum corporũ perfectorum, quod nunquã fiet, donec Sol & Luna in vno corpore iuncta proijciantur super ipsa.

Vide quomodo ipso Platonis testimonio ex nullo metallo ignobili formari possit Elixir, quin prius illud metallum, beneficio Elixiris ex corporibus perfectis confecti in aurũ mutetur vel arg. Nec citra rationẽ id dixit Plato. Nã si forma Elixiris aurei vel argentei (quæ est illa, cuius beneficio Elixir aureã vel argenteam confert naturã) ex Saturno, Ioue, Venere, aut Marte elici posset, ne cessario oporteret eam formã eis ineſſe, alioqui dicendum esset, rem aliquã ibi reperiri, & per consequens ibi esse, vbi non est. Quòd autẽ forma auri vel arg. effectrix, nulli horum quatuor metallorũ insit, hinc patet. Cuicunq; metallo forma auri vel arg. effectrix ineſt, id aurũ vel arg. actu esse necesse est: nã quicquid præditum est forma hominis, homo est, bruti brutum, plantæ planta, lapidis lapis, & sic in reliquis. Forma enim est, quæ dat esse rei, id quod res est, & quæ illi nomen adfert, & qua absente res illa desinit esse, quod prius erat. Sed neq; plumbũ, neq; stannum, neq; æs, neq; ferrum actu est aurũ aut arg. cum nõ habeat passiones & proprietates auri vel arg. Igitur nullum horum quatuor metallorũ est præditũ forma auri vel argenti. Atqui solius formæ auri propriũ est, in materia auri (quæ omnibus metallis cõmunis est) aurum generare, & solius formæ arg. argentum efficere: proinde cùm hæ formæ soli auro & arg. insint, manifestum est, nullam aliã rem sub cælo esse, quæ hanc proprietatem sibi vendicare queat, donec summus ille formarum parens & genitor, ordinem, quem semel naturæ inuiolabili religione obseruandũ præcepit, sua potestate immensa reuocarit, immutarit, & penitus inuerterit: quod nullo modo sperandum est, cum summa illa sapientia in suis legibus semel latis perpetuò sibi constet, & sui sit semper similis. Rectè itaq; Lullus, cùm sic ait, Vbi natura desinit ibi ars incipit: desinit autẽ in metallis perfectis, inquit, & maximè in Sole, quia perfectus est, & à natura non potest recipere altiorẽ gradum. Igitur ars à Sole & Luna tanquã à medio, per viã corruptionis exordietur. Natura, inquit, non potuit per se hunc lapidem facere, sed miserta est arti, cùm talia reliquerit mundа, vt ars ea subtiliet, & adaptet, pro forma metallorum imperfectorũ transmutandorum, & ipsius mercurij vulgi. Ex his itaq; satis constat formã Elixiris, in aurũ metalla ignobilia vertentis ab auro, in argentum verò à solo arg. mutandã esse, nullamq; rem sub cælo existere, seu animalem, seu vegetabilẽ, seu mineralẽ, ex qua forma auri vel arg. effectrix elici possit, nisi prius in aurũ vel arg. ea res versa fuerit. Sed quorsum tot rationes huc adferũtur, cùm hæc adeo clara sint & manifesta, vt qui negare hæc ausit, meritò cæcutire, in meridie palpare, nec minus sensu egere censendus sit, quàm Philosophus ille, qui niuem negabat esse candidam?

Caput ultimum.

REdeo igitur ad te Braceſche doctiſsime, & quãta cum humanitate posſũ oro te, & obtestor, vt opinionẽ illam ferreã deponas, abiures, & respuas, eãq; cum aurea & argentea veritate cõmutes. Nec est, quòd timeas ignominiosum tibi futurũ, si pedem à priſtina opinione retuleris. Ignominiæ equidem & opprobrio tibi vertendũ esset sempiterno, si veritate cognita non resipiſceres. Non est probrosum Braceſche interdum cespitare, præſertim in lubricis & arduis rebus. Propriũ enim hominis est labi, errare, imò & in rebus facillimis, teste Ariſt. sæpe hallucinari & cæcutire. Quòd si Philosophi omnes hoc propriũ hominis esse fassi sunt, nec se à cõmuni lege immunes esse docuerunt agnoſce quæso & tu, humani abs te alienũ nihil esse. Vtinam quotquot sumus in terris homines, sapientẽ illũ Socratẽ nobis proponeremus imitãdũ, qui hoc solo nomine sapientiſsimi nomen assecutus est, quòd se hoc vnũ scire ingenuè prædicaret, quòd nihil sciret. O quàm feliciſsimè haberent res humanæ, si Pythago-

thagoræ doctrina inter nos locum haberet, qui primus Sophi nomen, tanquã mortali homuncioni ineptum, arrogans, superbum, ac soli Deo vindicandum exhorruit, & Philosophi nomine contentos esse debere homines, docuit. Nõ te pudeat igitur resipiscere Braceſche, nõ pudeat quæso ab hac fallaci opinione discedere. Sed poteris tu mihi obijcere (& meritò certè) quid de me ipso sẽtiam, num me aliquem Hermetem, num Argum, num erroris immunẽ esse credam. Dicam certè, quem me existimẽ Braceſche, non mentiar, & rem ipsam ingenuè profitebor. Cæcus sim, ni me hominẽ esse videam, quòd si hominẽ me esse experior, demens sim deploratus, ni me non lyncem, sed noctuam, nõ Argum, sed exoculatissimam talpam esse agnoscam. Quòd si hac in parte philosophiæ nonnihil lucis assecutus sum, eius ne apicem quidem perspicacitati mẽtis meæ (quam vel in ipso meridie, singulis diebus cæcam experior) vendico, sed id totum diuinæ maiestati, quæ me indignum hoc dono dignata est, acceptum fero. Quòd nisi cælestis illa Minerua cæci Tauladani miserta fuisset, nisi cælestis mercurij intelligentia hanc cognitionẽ mihi instillasset, hoc est, nisi diuinus & adorandus spiritus radijs fulgoris sui mentem meã illustrasset, non solùm in eodẽ erroris gradu tecum ego versarer, sed in profundissimã aliquã voraginem corruissem, vnde nunquã postea emersissem. Itaq; mones me tu, qualis ego ipse sim. Depinxit enim mihi Deus in te diuinum illud oraculum, Nosce te ipsum, quo admoneor ne insolescã, ne quid laudis mihi arrogem, ne cornua efferam, sed vt conditionem meã supplex agnoscam, demittam cristas, & in mei deiectione cælum suspiciam: deniq; vt in confessione cæcitatis meæ diuinam, omnẽ laudem diuinæ maiestati deferendam esse, eiq; mentem beneficiorum memorem esse immolandã. Nec alium in finem aliquid lucis nobis Dominus impertit, nisi vt miseri mortales cæcitatem nostrã inde agnoscentes in genua procumbamus, terrã lambamus, & eum, in cuius oculis vel ipse Sol est tenebrosissimus, suspiciamus, admiremur, & adoremus. Sed vt eò redeam, vnde sum digressus, depone quæso hanc opinionẽ ferream Braceſche, cõmuta eam cum aurea, & lubens palinodiã cane. Quod si feceris (mihi crede) nomen tuũ alioqui illustre & glorioſum, multo magis apud omnes doctos cõmendabis. Quòd si aliqui insanæ mentis homines futuri sunt, qui te ferrum cum auro cõmutantem, & à pristina opinione pedem referentem ausint calumniari, sciant ipsi te singulari & perpetua laude apud omnes probos cumulatum iri, quòd laborum tuorum messem in cõmunem & publicam studiosorũ vtilitatem liberaliter attuleris. Afferant ipsi sua, si quid possunt, & non mordeãt, congrediantur, si audent, & non latrent, experiantur vires suas, & sentient nõ omnibus datum esse adire Corinthum. Quòd si veritatis zelotipia eò me tulerit, vt aliquid acrius, quàm par erat, dixerim, humanitatem tuam exoratam cupio, mi obseruandiſsime Braceſche, vt id mihi cãdore ignoscas Christiano, tibiq; Robertum Tauladanum fratrem fidelissimum & obsequentissimum in perpetuum promittas.

FINIS.

GEBERI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVMQVE NATVRALIVM (PRECIPVE METALLICARVM) PERITISSIMI, Περὶ Χημείας libellus, quē inſcripſit de Inueſtigatione perfectionis, incerto Interprete.

Præfatio in qua exPliaat, cur hunc librum ſcripſerit. Cap. I.

INVESTIGATIONEM huius nobiliſsimæ ſcientiæ ex cōtinua & frequenti operis ſedulitate, & huic compari ſtudio nimio, necnō cogitationibus noſtris profundiſsimis & varijs annexis, emiſſam vobis tradam, vt melius & apertius à vobis volumina ſubſequentia intelligantur, & vt intellecta, & circa eadem ingeniata & perſcrutata, facilius & promptius ad effectum perducantur. Et quia eſt aliud, artis inueſtigare rationem, quàm attenta re & probare ſubtilitates & ingenia horum: donec operando & perſcrutādo & experiendo, ad intentum perueniatur completū. Ideo in hoc noſtro libro, quæcunque per narrata inueſtigauimus, ſecundum noſtræ mentis rationē ſcripſimus, artem dico perficientia. Non putet tamen quis, quòd hanc inueſtigationem compoſuerimus ante librum noſtrum, qui Summa perfectionis magiſterij eſt intitulatus: in quo quæcunque vidimus & tetigimus, completè ſecundum ſcientiæ ordinem determinauimus, ſecundum experientiam & cognitionem certam, quam ſcrutatione noſtra, de naturalium & mineralium effectibus & transformantibus diuerſis, in opere apparentibus notauimus. Et ingeniati ſumus ſcientiam noſtram prius compoſitam cum hoc inueſtigationis cōmento, quod ſuper ipſam declarandam compoſuimus, denudare. Ergo de iure hęc illā præcedit, cùm per hūc librū inueſtigare queā de cognitione rei perficiētis.

De rebus corpora metallica perficientibus & corrumpentibus. Cap. II.

CVm ergo hæc ſcientia de imperfectis tractet corporibus mineralium in quantum ea perficere deceat, in primis circa hæc, duo conſideraūimus, Imperfectionem ſcilicet & Perfectionē. Circa hæc duo noſtrā fūdamus intentionem. De rebus autem perficientibus, & corrumpentibus, ſecundū q̄ per noſtram inueſtigauimus experientiam, hunc librum cōponimus, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Res autē quæ perficit in mineralibus, eſt ſubſtantia arg. viui & ſulfuris proportionabiliter cōmiſta, per longam & tēperatam decoctionē, in viſceribus terræ mundæ inſpiſſata & fixa, cum obſeruatione ſuæ humiditatis radicalis, non corrumpentis, ſed ad ſubſtantiam ſolidam cum ignitione debita fuſibilem, & ſub malleo extēſibilem producta. Per diffinitionem naturæ huius perficientis, leuius peruenire poſſumus ad cognitionem rei corrumpentis. Et eſt illa, quæ à contrario ſenſu habet intelligi, videlicet ſubſtantia pura arg. viui & ſulfuris, ſine proportione debita cōmiſta, vel minus decocta in viſceribus terræ immūdę, nec rectè inſpiſſata, nec fixa, humiditatem habens combuſtibilem & corrumpentem, & raræ ſubſtantiæ, & poroſæ: vel habens fuſionem ſine ignitione debita, vel nullam, nec patiēs malleū ſufficienter. Primam autem diffinitionem iuueni intruſam in his duobus corporibus, videlicet in Sole & Luna, ſecundū cuiuslibet perfectionē: Secundam verò in his quatuor, ſcilicet in ſtanno, plumbo, cupro, & ferro, ſecundū cuiuslibet imperfectionem. Et quia hæc corpora imperfecta ad ſanitatē & perfectionem non ſunt reducibilia, niſi contrariū in eis operetur, id eſt quod manifeſtū occultetur, & occultū manifeſtetur: quæ operatio vel contrariatio fit per præparationē, igitur præparatio eſt eis adhibenda. Eſt ergo præparare, ſuperflua demere

de[illegible] abſentia ſupplere,& ſic notã eis immittere perfectionẽ:hac aũt prę para[illegible] non indigent corpora perfecta.Indigẽt verò præparatione tali,qua eorũ p[illegible]s magis ſubtilientur,& à corporalitate ſua ad ſpiritualitatem reducã tur fixam.Cuius intentio eſt ex eis facere corpus ſpirituale fixum,hoc eſt multò magis attenuare & ſubtiliare,q̃ erat prius.De horum omnium præparatio nibus ſecundũ noſtram inueſtigationem in loco ſuo tractabimus ſufficienter in hoc libro.Quæ poſtquàm præparata fuerint ſufficienter, erunt apta, vt de eis Elixir album,vel rubeum fiat magnum.

De lapide Philoſophorum,quòd unus tantùm ſit,ad album & ad rubeũ,& ex quibus rebus extrahatur:Deq̃ poſsibilitate ac modo perfectionis. Cap. III.

INuenimus autem Modernos nobis vnicum tantùm ſcribere lapidem,ad album vel rubeũ cõpletũ,quod & verũ eſſe cõcedimus.Nam ex quocunq̃ Elixir conficiatur albũ vel rubeum,nihil tamen ibi aliud eſt,q̃ arg.viu. & ſulf. quorum vnũ ſine altero nihil agit,nec eſſe poteſt. Et ideo vnus lapis à Philoſophis nuncupat̃,q̃uis à multis extrahatur corporibus ſiue rebus.Extrahere em̃ à re in qua non eſt,hoc ſtultum cogitare eſſet & vanum,vt quidam fatui putauerunt,quòd nunq̃ erat intentio Philoſophorum.Dicunt tñ multa per ſimilitudinem.Et quia omnia corpora metallica ex arg.viuo cõpoſita ſunt, & ſulfure,puris vel impuris,per accidens,& nõ in prima ſua natura innatũ, etiam per præparationẽ conuenientem tolli eſt poſsibile.Nam expoliatio accidentium non eſt impoſsibilis.Eſt ergo præparatio ſuperfluũ demere,& defectũ ſupplere in corporibus imperfectis,quæ fieri nõ poteſt ſine adiuuatione operis,& rerum purificantiũ.Diuerſificatur aũt præparatio,ſecundũ diuerſitatem rerũ indigentiũ.Experientia enim nobis dedit modos agendi,ſcilicet calcinationem ſublimationem,deſcenſionẽ,ſolutionem,diſtillationem,coagulationẽ, fixationem,& cerationẽ.De quibus ſingulis narrationẽ fecimus in Summa perfectionis magiſterij ſufficiẽter.Iſta enim ſunt opera ad præparationem iuuantia.

De rebus præparationem iuuantibus,& earum mundatione. Cap. IIII.

REs autem præparationes iuuãtes ſunt iſtę,ſcilicet omnia genera ſaliũ,aluminũ,atramentorũ,etiam vitrum,borax,& quæ huius naturæ ſunt,& acetum acerrimum, & ignis. Et cum iſtis proponimus corpora imperfecta præparare,ſed conuenit ea prius mundare,ſi aliqua immunditia in his extiterit,ſecundum noſtram experientiam,in qua certi fuimus per prædicta.

Mundatio ſalis communis.

Mundatur enim ſal commune per hunc modũ:Primò comburatur, cõbuſtum in aqua cõmuni calida ſoluatur,ſolutum per filtrum diſtilletur, diſtillatũ per lentum ignem in paropſide vitreata congeletur,congelatũ calcinetur per diem & noctem in igne mediocri,& ſerua ipſum ſic ſufficienter mundatum.

Mundatio ſalis alkali.

Sal alkali ſic mundatur vt ſal commune,& eſt ſagimen vitri. Primò teratur, & totum ſoluatur in aqua communi calida,poſtea diſtilletur per filtrũ, & congeletur,& calcinetur cum igne lento.

Mundatio ſalis gemmæ.

Primò teratur,deinde de illo fiat,vt de ſale communi.

Mundatio ſalis ammoniaci.

Teratur primò cum præparatione ſalis communis mundati. Poſtea ſublimet̃ in alto aludele,donec totaliter fuerit extractum purum. Poſtea ſoluatur ſuper porfidum,ſub diuo,ſi de eo vis aquam facere,vel ſeruetur ipſum ſublimatum, & purum ſufficienter.

Mundatio aliorum ſalium.

Diuerſa autem adhuc inueniuntur ſaliũ genera,quæ præparantur per modum iam dictum, & mundantur.

GEBERI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVMQVE NATVRALIVM (PRECIPVE METALLICARVM) PERITISSIMI, Περὶ Χημείας libellus, quẽ inscripsit de Inuestigatione perfectionis, incerto Interprete.

Præfatio in qua explicat, cur hunc librum scripserit. Cap. I.

INVESTIGATIONEM huius nobilissimæ scientiæ ex cõtinua & frequenti operis sedulitate, & huic compari studio nimio, necnõ cogitationibus nostris profundissimis & varijs annexis, emissam vobis tradam, vt melius & apertius à vobis volumina subsequentia intelligantur, & vt intellecta, & circa eadem ingeniata & perscrutata, facilius & promptius ad effectum perducantur. Et quia est aliud, artis inuestigare rationem, quàm attenta re & probare subtilitates & ingenia horum: donec operando & perscrutãdo & experiendo, ad intentum perueniatur completũ. Ideo in hoc nostro libro, quæcunque per narrata inuestigauimus, secundum nostræ mentis rationẽ scripsimus, artem dico perficientia. Non putet tamen quis, quòd hanc inuestigationem composuerimus ante librum nostrum, qui Summa perfectionis magisterij est intitulatus: in quo quæcunque vidimus & tetigimus, completè secundum scientiæ ordinem determinauimus, secundum experientiam & cognitionem certam, quam scrutatione nostra, de naturalium & mineralium effectibus & transformantibus diuersis, in opere apparentibus notauimus. Et ingeniati sumus scientiam nostram prius compositam cum hoc inuestigationis cõmento, quod super ipsam declarandam composuimus, denudare. Ergo de iure hęc illã præcedit, cùm per hũc librũ inuestigare queã de cognitione rei perficiẽtis.

De rebus corpora metallica perficientibus & corrumpentibus. Cap. II.

CVm ergo hæc scientia de imperfectis tractet corporibus mineralium in quantum ea perficere deceat, in primis circa hæc, duo considerauimus, Imperfectionem scilicet & Perfectionẽ. Circa hæc duo nostrã fũdamus intentionem. De rebus autem perficientibus, & corrumpentibus, secundũ q̃ per nostram inuestigauimus experientiam, hunc librum cõponimus, quia opposita iuxta se posita magis eluceſcunt. Res autẽ quæ perficit in mineralibus, est substantia arg. viui & sulfuris proportionabiliter cõmista, per longam & tẽperatam decoctionẽ, in visceribus terræ mundæ inspissata & fixa, cum obseruatione suæ humiditatis radicalis, non corrumpentis, sed ad substantiam solidam cum ignitione debita fusibilem, & sub malleo extẽsibilem producta. Per diffinitionem naturæ huius perficientis, leuius peruenire possumus ad cognitionem rei corrumpentis. Et est illa, quæ à contrario sensu habet intelligi, videlicet substantia pura arg. viui & sulfuris, sine proportione debita cõmista, vel minus decocta in visceribus terræ immũdę, nec rectè inspissata, nec fixa, humiditatem habens combustibilem & corrumpentem, & raræ substantiæ, & porosæ: vel habens fusionem sine ignitione debita, vel nullam, nec patiẽs malleũ sufficienter. Primam autem diffinitionem iuueni intrusam in his duobus corporibus, videlicet in Sole & Luna, secundũ cuiuslibet perfectionẽ: Secundam verò in his quatuor, scilicet in stanno, plumbo, cupro, & ferro, secundũ cuiuslibet imperfectionem. Et quia hæc corpora imperfecta ad sanitatẽ & perfectionem non sunt reducibilia, nisi contrariũ in eis operetur, id est quod manifestũ occultetur, & occultũ manifestetur: quæ operatio vel contrariatio fit per præparationẽ, igitur præparatio est eis adhibenda. Est ergo præparare, superflua demere

demere, & absentia supplere, & sic notã eis immittere perfectionẽ: hac aũt prę paratione non indigent corpora perfecta. Indigẽt verò præparatione tali, qua eorũ partes magis subtilientur, & à corporalitate sua ad spiritualitatem reducãtur fixam. Cuius intentio est ex eis facere corpus spirituale fixum, hoc est multò magis attenuare & subtiliare, ꝙ erat prius. De horum omnium præparationibus secundũ nostram inuestigationem in loco suo tractabimus sufficienter in hoc libro. Quæ postquàm præparata fuerint sufficienter, erunt apta, vt de eis Elixir album, vel rubeum fiat magnum.

De lapide Philosophorum, quòd unus tantùm sit, ad album & ad rubeũ, & ex quibus rebus extrahatur: Deq; possibilitate ac modo perfectionis. Cap. III.

INuenimus autem Modernos nobis vnicum tantùm scribere lapidem, ad albũm vel rubeũ cõpletũ, quod & verũ esse cõcedimus. Nam ex quocunq; Elixir conficiatur albũ vel rubeum, nihil tamen ibi aliud est, ꝙ arg. viu. & sulf. quorum vnũ sine altero nihil agit, nec esse potest. Et ideo vnus lapis à Philosophis nuncupat, ꝙuis à multis extrahatur corporibus siue rebus. Extrahere ẽm à re in qua non est, hoc stultum cogitare esset & vanum, vt quidam fatui putauerunt, quòd nunꝙ erat intentio Philosophorum. Dicunt tñ multa per similitudinem. Et quia omnia corpora metallica ex arg. viuo cõposita sunt, & sulfure, puris vel impuris, per accidens, & nõ in prima sua natura innatũ, etiam per præparationẽ conuenientem tolli est possibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibilis. Est ergo præparatio superfluũ demere, & defectũ supplere in corporibus imperfectis, quæ fieri nõ potest sine adiuuatione operis, & rerum purificantiũ. Diuersificatur aũt præparatio, secundũ diuersitatem rerũ indigentiũ. Experientia enim nobis dedit modos agendi, scilicet calcinationem sublimationem, descensionẽ, solutionem, distillationem, coagulationẽ, fixationem, & cerationẽ. De quibus singulis narrationẽ fecimus in Summa perfectionis magisterij sufficiẽter. Ista enim sunt opera ad præparationem iuuantia.

De rebus præparationem iuuantibus, & earum mundatione. Cap. IIII.

REs autem præparationes iuuãtes sunt istę, scilicet omnia genera saliũ, aluminũ, atramentorũ, etiam vitrum, borax, & quæ huius naturæ sunt, & acetum acerrimum, & ignis. Et cum istis proponimus corpora imperfecta præparare, sed conuenit ea prius mundare, si aliqua immunditia in his extiterit, secundum nostram experientiam, in qua certi fuimus per prædicta.

Mundatio salis communis.

Mundatur enim sal commune per hunc modũ: Primò comburatur, cõbustum in aqua cõmuni calida soluatur, solutum per filtrum distilletur, distillatũ per lentum ignem in paropside vitreata congeletur, congelatũ calcinetur per diem & noctem in igne mediocri, & serua ipsum sic sufficienter mundatum.

Mundatio salis alkali.

Sal alkali sic mundatur vt sal commune, & est sagimen vitri. Primò teratur, & totum soluatur in aqua communi calida, postea distilletur per filtrũ, & congeletur, & calcinetur cum igne lento.

Mundatio salis gemmæ.

Primò teratur, deinde de illo fiat, vt de sale communi.

Mundatio salis ammoniaci.

Teratur primò cum præparatione salis communis mundati. Postea sublimeẽ in alto aludele, donec totaliter fuerit extractum purum. Postea soluatur super porfidum, sub diuo, si de eo vis aquam facere, vel seruetur ipsum sublimatum, & purum sufficienter.

Mundatio aliorum salium.

Diuersa autem adhuc inueniuntur saliũ genera, quæ præparantur per modum iam dictum, & mundantur.

Mundatio aluminum.

Primò de alumine glaciali. Multa possunt per ipsum præparari sine ipsius mundatione aliqua: tamen in hunc modum mundatur. Ponatur in alembico, & extrahatur inde tota humiditas, quæ multum in arte ista valet. Fæces in fundo vasis remanentes, vel dissoluantur supra lapidem in aliqua parte humida, vel in aqua inde extracta, vel reseruentur.

Mundatio aluminis lameni.

Alumen lameni, quemadmodum glaciale præparatur, excepto quòd in hac arte maioris est virtutis.

Mundatio aliorum aluminum.

Plura adhuc inueniuntur alumina, quæ omnia, vt iam dicta præparantur, & mundantur.

Mundatio atramentorum.

Primò de nigro atramento. Nigrum sic mundatur: Primò soluatur in aceto mundo, post distilletur, & coaguletur. Vel ponatur primò in alembico, & humiditas totalis extrahatur. Fæces in hac distillatione calcinatæ super porfidũ, vel in sua aqua soluantur, & coagulentur. Vel ipsa aqua secundum velle artificis reseruetur.

Mundatio cuperosæ.

Cuperosa, siue vitriolum mundatur vt atramentum nigrum. Habet tamen atramentum nigrum maiorem atramento viridi terrestreitatem.

Mundatio aliorum atramentorum.

Diuersa sunt atramẽta, & inueniũtur diuersi coloris, quæ vt p̃dicta mũdant.

De uitro, & boracibus.

Vitrũ & boracia si debito modo fuerint facta, non indigent præparatione.

Mundatio aceti acerrimi.

Acetum autem, & cuiuscunq; generis acutũ, seu acerbum, subtiliantur & depurantur: & illorũ virtus siue effectus per distillationem melioratur. De eorũ mundatione, & depuratione sufficienter tractauimus, cum quibus corpora imperfecta præparari possunt, & depurari, & meliorari, & subtiliari, igne semper debito mediante.

De præparatione & melioratione corporum in genere. Cap. V.

PRæparantur autem & depurantur per ista ad intentionem ignis, per hunc modum. Habẽt enim hæc corpora imperfecta humiditates superfluas, & sulfureitatẽ adustibilem, nigredinẽ in ipsis generãtẽ, ipsaq; corrumpentẽ. Habẽt etiã terrestreitatem immundã, fæculentam, & combustibilẽ, nimis grossam, ingressionem impedientẽ & fusionẽ. Ista & talia sunt superflua in his corporibus prædictis, quæ in ipsis nostra experiẽtia & inuestigatione certa & ingeniosa sunt inuẽta. Et quia hæc superflua accidentaliter his superueniũt corporibus, & nõ radicaliter, & spoliatio accidentaliũ possibilis est, oportet nos cum igne artificiali his prædictis mundatis, superflua demere accidentia cuncta, sola substantia arg. viui & sulf. radicalis permanẽte. Et hæc est integra prę-paratio imperfectorũ, & depuratio perfecta. Melioratio, depuratio & subtiliatio horũ, substãtiæ purę remanẽtis, fit multis modis, secundũ q̃ indiget Elixir. Præparationis ergo & depurationis in generali modus est hic. Primo enim eleuanda est cũ igne proportionali tota humiditas superflua & corrupta, in illorũ essentia, etiã superfluitas subtilis & cõburens, & hoc calcinãdo: Deinde totalis substantia remanẽs corrupta in illorũ calce superfluæ humiditatis cõburentis & nigredinis corrodẽda est cum his mundatis prędictis corrosiuis, acutis, seu acerbis, donec calx fuerit alba siue rubea, aut secundũ corporis naturã & ꝓprietatẽ colorata, & munda & pura ab omni superfluitate, seu corruptione p̃narratis. Et hæc cum his corrosiuis mundant, terẽdo, imbibendo, & lauãdo. Postea verò delẽda, seu deponẽda est totalis terrestreitas immũda, & fæculẽtia cõbustibilis

ſtibilis & groſſa, cum rebus prædictis mundatis vel puris, fuſionem metallicã non habentibus, cum calce prædicta, modo prædicto depurata, commiſtis & bene tritis, quæ in fuſione, ſeu calcis reductione retinebunt ſecũ terreſtreitatẽ groſſam & immundã prædictam, remanente corpore puro ex omni ſuperflui tate corrumpente mundato, & hoc totum deſcendendo. Melioratiõnis & ſubtiliationis horum ſubſtãtiæ puræ in generali modus hic eſt. Primò hoc corpus purgatum & reductum, eſt iterum calcinandum cum igne, & adiutorijs mundatiuis prædictis, deinde cum his quæ ſunt ſolutiua ſoluendũ. Hęc enim aqua lapis noſter eſt, & argentum viuum de argento viuo, & ſulfur de ſulfure, ex corpore ſpirituali abſtractum & ſubtiliatum, ſiue attenuatũ, quæ meliorari poteſt, confortando in ipſam virtutes elementales, cum alijs præparatis, quæ ſunt ex genere ſui generis: & augmentando colorem, fixionem, pondus, puritatem, fuſionem, & alia omnia, quæ pertinent ad Elixir perfectum. Et iſte eſt modus, per ſolos nos inueſtigatus, prępara tionis, depurationis, ſubtiliationis, & melio rationis corporum mineralium in generali. Nunc tranſeamus ad ſpecialem, ſeu particularem cuiuslibet corporis imperfecti præparationem, cum omnibus modis ſuis, etiam perfecti corporis mineralis. Et primò de Ioue.

De præparatione Iouis in ſpeciali. Cap. VI.

PRæparatur autem Iupiter multipliciter, melius tamen per hunc modum. Et eſt, vt ponatur in furno calcinationis, in vaſe ad hoc apto, & proijciatur ſubtus ignis vſq; ad corporis ipſius fuſionem bonam, mouendo tunc ipſius corpus liquefactum cum ſpatula ferrea perforata: ſcoriã quæ ſuper ipſum creatur contrahendo, iterumq; corpus mouendo in ignis calore æquè perdurante, donec in ſuperficie bona quãtitas ipſius puluerís fuerit congregata. Deponatur tunc illa, & iterum moueatur, quouſq; alternata vice totum corpus in puluerem ſubtiliſsimum fuerit reductum. Cribretur ergo puluis ille, & reponatur in furno, addendo illi ignem bonum ipſius fuſionem non ſuperantem, & mouendo multoties. Stet ergo in igne ſuæ calcinationis ſic per diem naturalem, vel circiter, donec tota humiditas accidentalis, & ſuperfluitas fuerit deleta, cum ſulfure combuſtibili & corrumpente: poſtea extrahatur calx alba mundata. Nam ignis omnem fugitiuam ſubſtantiam, & inflammabilem eleuat, & conſumit de prædictis, ſcilicet cum ſale communi mundato, & alumine, & cum aceto purificato & acerbo multum lauando, & ponatur ad ſolem vel ad aerem, & iterum teratur, & lauetur, & deſiccetur, & hoc alternatim per vicem reiteretur, donec per acuitatem ſalium, aluminum, atque aceti, tota eius humiditas, nigredo, & immundicia fuerint conſumptæ, corroſæ, & deletæ. Tunc apponatur de vitro trito cum his prædictis. Cumq; totum impaſtatum fuerit, deſcendatur per Botum barbatum, cum ſufficienti igne. Deſcendit enim corpus purum & mundum, remanente cum vitro & ſalibus, ſiue aluminibus, tota ſubſtantia terrea & fæculenta. In illo enim corpore mundo deſcenſo, & reducto, eſt æqualis & perfecta proportio argenti viui mundi, & ſulfuris albi non vrentis. Nam ignis & corroſiua totam humiditatem, & ſubſtantiam fugitiuam, inflammabilem, & corrumpentem, atque nigredinem diuiſerunt, & per deſcenſorium ipſius, ſiue per paſtillum ſalium & aluminum, & vitri, diuiſa eſt tota ſubſtantia terrea fæculenta, ſubſtantia pura & temperata cum ſua proportione remanente. Poſtea verò calcinetur iterum hoc corpus reductum purum, cum ſolo ſale ammoniaco puro, mundato, donec fuerit in pondere æquali, vel circiter. Cum autem bene & minutiſsimè fuerit calcinatum, tunc illud totum peroptimè, & bene diu teratur ſuper porfidum, & ponatur ſub diuo, in loco frigido & humido: vel in veſicis vitreis in furno

solutionis, uel in uentre equino, donec totum fuerit dissolutum, augendo sal, si fuerit necesse. Quam aquam honorare debemus, ipsa enim est quam quærimus ad album. Et hæc de præparatione Iouis dicta sufficiant.

De præparatione Saturni. Cap. VII.

PRæparatur & Saturnus sic: Ponatur similiter in furno calcinationis, mouendo vt Iouem, donec conuertatur in puluerem tenuissimum: Cribretur & reponatur ad furnum, Stet in igne suæ calcinationis per modum prædictum, donec fugitiua substantia, & inflammabilis fuerit deleta. Postea extrahatur calx rubea, quæ imbibatur, & teratur frequentissimè & minutissimè, cum sale communi mundato, & atramento, & aceto purificato, & acerbo multum. De istis verò ad rubeũ vtaris, sicuti ad album fecisti, cum sale communi, & alumine iameno, & aceto. Tunc multoties, vt de Ioue dictum est, desiccetur, & imbibatur, & teratur, donec per beneficium dictorum, dicta immundicia fuerit deleta. Tunc apponatur de vitro cum his prædictis, & descendat per Botum barbatum corpus purum, descendendo reductum. Iterum calcinetur cũ sale ammoniaco puro, vt de Ioue, teratur subtilissimè & dissoluatur per modum prædictum. Ipsa enim est aqua argenti viui, & sulfuris, proportionabiliter facta, qua vtimur in rubei Elixiris compositione. Et hæc de Saturni præparatione dicta sufficiant.

De præparatione Veneris. Cap. VIII.

PRæparatur etiam Venus optimè per hunc modum: Ponatur stratum de sale communi optimè mundato in crusibulo, & desuper ipsius lamina, & desuper salis stratum, & desuper lamina, & sic vicissim, donec vas fuerit plenum, & cooperiatur, & lutetur, & collocetur in furno calcinationis per diẽ naturalem. Deponatur & abradatur quod calcinatum fuerit, & reponantur lamine cum sale nouo. Et sic alternata uice calcinetur, donec omnes laminæ fuerint consumptæ, seu corrosæ, per beneficium salis & ignis. Quia sal corrodit superfluam humiditatem, & sulfureitatem combustibilem: ignis eleuat substantiam fugitiuam & inflammabilem, cum proportione debita. Teratur omnino puluis ille minutissimè, & lauetur cũ aceto, donec nigredine careat aqua exinde emanans: hinc alterna vice de sale nouo & aceto imbibe, & tere, & post contritionem, ad furnum calcinationis in vase aperto reponatur, stetq; ibi per tres dies naturales. Deinde extrahatur, & teratur bene, & subtiliter, & abluatur cum aceto bene & diu, donec ab omni immũdicia fuerit mundatum & purgatum. Desiccetur ad Solem bene, tunc apponatur medietas eius de sale ammoniaco, bene & diutissimè terendo, donec substantia impalpabilis fuerit. Ponatur sub diuo, vel in resolutionis fimo, donec quicquid ibi est subtile, fuerit solutum: renouando sal ammoniacum mundatum, si fuerit necesse, donec aqua totum fiat. Hanc aquam honora, quam aquam sulfuris fixi nominamus: cum qua tingitur Elixir vsque ad infinitum. Et hęc sufficiant de Veneris præparatione.

De præparatione Martis. Cap. IX.

MArs autem per hunc modum melius præparatur: Calcinetur, quemadmodum Venus, cum sale communi mundato, & cum aceto puro lauetur. Lotus ad Solem siccetur: desiccatus iterum cum nouo sale & aceto teratur & imbibatur, & ad eundem furnum ponatur per tres dies, vt de Venere dictum est. Solutum honora, aquam videlicet sulfuris fixi, mirabiliter colorem Elixiris augmentantem. Et hæc de imperfectorum corporum præparatione dicta sufficiant.

De

De præparatione Solis. Cap. X.

PErfecta verò corpora non indigent præparatione, quantum ad perfectionem, cum perfecta sint, sed vt magis subtilientur, & attenuentur, talis eisdem præparatio est adhibenda: Accipiatur Sol in laminas tenues productus, & ponatur cum sale communi optimè præparato solariatim in vase calcinationis, & collocetur in furno, calcinando bene per tres dies, vel donec totum fuerit subtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, multum bene teratur, cum aceto lauetur, & desiccetur ad Solem. Postea teratur bene cum medietate sui salis ammoniaci mundati, & ponatur ad dissoluendum, donec totum fuerit per beneficium salis communis, & ammoniaci in aquam clarissimam dissolutum. Hoc est fermentum ad Elixir rubeum, precioſum, & verum corpus spirituale factum.

De præparatione Lunæ. Cap. XI.

SVbtiliatur autem argentum & tenuatur, & ad spiritualitatem reducitur per modum iam dictum. Ergo per omnia & singula fac in ipsius subtiliatione sicut de Sole feciſti. Et aqua Lunæ dissolutæ, est fermentum ad Elixir album spirituale factum.

De proprietatibus Elixiris maioris.. Cap. XII.

IAm imperfectorum præparationem, & perfectorum subtiliationem, sufficienter determinauimus, vt de eis quilibet discretus possit adimplere intentionem. Attendat ergo quis proprietates & actionis modos compositionis Elixiris maioris. Nos enim quærimus substantiam vnam facere, tamen ex pluribus aggregatam, coadunatam, fixam, quam super ignem positam, ignis nō exprimat, & liquatis permisceatur, & liqueſcat cum ipsis, cum eo quod est in ea de substantia ingressibili, & permisceatur cum eo, quod est in ea de substantia permiscibili, & consolidetur cum eo, quod est in ea de substantia consolidatiua, & figatur cum eo quod est in ea de substantia fixatiua, & non comburatur ab his, quæ non comburunt aurum & argentum, & afferat consolidationes & pondus cum ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breue tempus intelligas, vt paucis diebus, vel horis possit prima vice confici: Sed quia respectu aliorum medicorum modernorum, respectu etiam naturæ operationis, veritas hoc modo citius terminatur. Vnde dixit Philosophus: Medicina est cuius temporis longum spacium anticipauit. Quare vobis dico, vt sustineatis patienter, quia fortè moratur, & festinantia quidem ex parte diaboli est. Ergo qui patientiā non habet, ab opere manum suspendat, quia impediet eum festinantem credulitas. Omnis nanq; actio naturalis suū habet modū, & tempus determinatum, in quo maiori vel minori spacio terminatur. Ad hęc tria necessaria sunt, patientia, mora, & instrumentorum aptatio: de quibus in Summa nostri magisterij perfecti artificem allocuti sumus, in capitulis diuersis, in quibus experiri potest, si in nostris dictis fuerit sufficienter versatus. In quibus manifesta probatione & aperta concludimus, lapidem nostrum nihil aliud esse, quàm spiritum fœtentem, & aquam viuam, (quam & siccam aquam nominauimus) & per naturalem proportionem mundatam, & vnitam vnione tali, quòd sibi neutiquam abesse possunt. Quibus addi debet & tertium, ad opus abbreuiandum, hoc est corpus perfectum attenuatum.

Epilogus, & conclusio operis. Cap. XIII.

EX premissis igitur patent res, in quibus veritas est propinqua: & perficientes ipsum opus, inuestigatione vera nostra, qua certi sumus, & per experiē tiam manifestā considerauimus, omnia verba vera esse, quę iam per nos solos

ſolutionis, uel in uentre equino, donec totum fueri[illegible]olutum, augendo ſal, ſi fuerit neceſſe. Quam aquam honorare debemus, ipſa enim eſt quam quærimus ad album. Et hæc de præparatione louis dicta ſufficiant.

De præparatione Saturni. Cap. VII.

PRæparatur & Saturnus ſic: Ponatur ſimiliter in furno calcinationis, mouendo vt louem, donec conuertatur in puluerem tenuiſsimum: Cribretur & reponatur ad furnum, Stet in igne ſuæ calcinationis per modum prædictum, donec fugitiua ſubſtantia, & inflammabilis fuerit deleta. Poſtea extrahatur calx rubea, quæ imbibatur, & teratur frequentiſſimè & minutiſſimè, cum ſale communi mundato, & atramento, & aceto purificato, & acerbo multum. De iſts verò ad rubeũ vtaris, ſicuti ad album feciſti, cum ſale communi, & alumine iameno, & aceto. Tunc multoties, vt de loue dictum eſt, deſiccetur, & imbibatur, & teratur, donec per beneficium dictorum, dicta immundicia fuerit deleta. Tunc apponatur de vitro cum his prædictis, & deſcendat per Botum barbatum corpus purum, deſcendendo reductum. Iterum calcinetur cũ ſale ammoniaco puro, vt de loue, teratur ſubtiliſsimè & diſſoluatur per modum prædictum. Ipſa enim eſt aqua argenti viui, & ſulfuris, proportionabiliter facta, qua vtimur in rubei Elixiris compoſitione. Et hæc de Saturni præparatione dicta ſufficiant.

De præparatione Veneris. Cap. VIII.

PRæparatur etiam Venus optimè per hunc modum: Ponatur ſtratum de ſale communi optimè mundato in cruſibulo, & deſuper ipſius lamina, & deſuper ſalis ſtratum, & deſuper lamina, & ſic viciſſim, donec vas fuerit plenum, & cooperiatur, & lutetur, & collocetur in furno calcinationis per diẽ naturalem. Deponatur & abradatur quod calcinatum fuerit, & reponantur laminæ cum ſale nouo. Et ſic alternata uice calcinetur, donec omnes laminæ fuerint conſumptæ, ſeu corroſæ, per beneficium ſalis & ignis. Quia ſal corrodit ſuperfluam humiditatem, & ſulfureitatem combuſtibilem: ignis eleuat ſubſtantiam fugitiuam & inflammabilem, cum proportione debita. Teratur omnino puluis ille minutiſsimè, & lauetur cũ aceto, donec nigredine careat aqua exinde emanans: hinc alterna vice de ſale nouo & aceto imbibe, & tere, & poſt contritionem, ad furnum calcinationis in vaſe aperto reponatur, ſtetq; ibi per tres dies naturales. Deinde extrahatur, & teratur bene, & ſubtiliter, & abluatur cum aceto bene & diu, donec ab omni immũdicia fuerit mundatum & purgatum. Deſiccetur ad Solem bene, tunc apponatur medietas eius de ſale ammoniaco, bene & diutiſsimè terendo, donec ſubſtantia impalpabilis fuerit. Ponatur ſub diuo, vel in reſolutionis fimo, donec quicquid ibi eſt ſubtile, fuerit ſolutum: renouando ſal ammoniacum mundatum, ſi fuerit neceſſe, donec aqua totum fiat. Hanc aquam honora, quam aquam ſulfuris fixi nominamus: cum qua tingitur Elixir vſque ad infinitum. Et hęc ſufficiant de Veneris præparatione.

De præparatione Martis. Cap. IX.

MArs autem per hunc modum melius præparatur: Calcinetur, quemadmodum Venus, cum ſale communi mundato, & cum aceto puro lauetur. Lotus ad Solem ſiccetur: deſiccatus iterum cum nouo ſale & aceto teratur & imbibatur, & ad eundem furnum ponatur per tres dies, vt de Venere dictum eſt. Solutum honora, aquam videlicet ſulfuris fixi, mirabiliter colorem Elixiris augmentantem. Et hæc de imperfectorum corporum præparatione dicta ſufficiant.

De

De præparatione Solis. Cap. X.

PErfecta verò corpora non indigent præparatione, quantum ad perfectionem, cum perfecta sint, sed vt magis subtilientur, & attenuentur, talis eisdem præparatio est adhibenda: Accipiatur Sol in lamínas tenues productus, & ponatur cum sale communi optimè præparato solariatim in vase calcinationis, & collocetur in furno, calcinando bene per tres dies, vel donec totum fuerit subtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, multum bene teratur, cum aceto lauetur, & desiccetur ad Solem. Postea teratur bene cum medietate sui salis ammoniaci mundati, & ponatur ad dissoluendum, donec totum fuerit per beneficium salis communis, & ammoniaci in aquam clarissimam dissolutum. Hoc est fermentum ad Elixir rubeum, precíosum, & verum corpus spirituale factum.

De præparatione Lunæ. Cap. XI.

SVbtiliatur autem argentum & tenuatur, & ad spiritualitatem reducitur per modum iam dictum. Ergo per omnia & singula fac in ipsius subtiliatione sicut de Sole feciſti. Et aqua Lunæ dissolutæ, est fermentum ad Elixir album spirituale factum.

De proprietatibus Elixiris maioris.. Cap. XII.

IAm imperfectorum præparationem, & perfectorum subtiliationem, sufficienter determinauimus, vt de eis quilibet discretus possit adimplere intentionem. Attendat ergo quis proprietates & actionis modos compositionis Elixiris maioris. Nos enim quærimus substantiam vnam facere, tamen ex pluribus aggregatam, coadunatam, fixam, quam super ignem positam, ignis nō exprimat, & liquatis permisceatur, & liqueſcat cum ipsis, cum eo quod est in ea de substantia ingressibili, & permisceatur cum eo, quod est in ea de substantia permiscibili, & consolidetur cum eo, quod est in ea de substantia fixatiua, & figatur cum eo quod est in ea de substantia fixatiua, & non comburatur ab his, quæ non comburunt aurum & argentum, & afferat consolidationes & pondus cum ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breue tempus intelligas, vt paucis diebus, vel horis possit prima vice confici: Sed quia respectu aliorum medicorum modernorum, respectu etiam naturæ operationis, veritas hoc modo citius terminatur. Vnde dixit Philosophus: Medicina est cuius temporis longum spacium anticipauit. Quare vobis dico, vt sustineatis patienter, quia fortè moratur, & festinantia quidem ex parte diaboli est. Ergo qui patientiā non habet, ab opere manum suspendat, quia impediet eum festinantem credulitas. Omnis nanq; actio naturalis suū habet modū, & tempus determinatum, in quo maiori vel minori spacio terminatur. Ad hęc tria necessaria sunt, patientia, mora, & instrumentorum aptatio: de quibus in Summa nostri magisterij perfecti artificem allocuti sumus, in capitulis diuersis, in quibus experiri potest, si in nostris dictis fuerit sufficienter versatus. In quibus manifesta probatione & aperta concludimus, lapidem nostrum nihil aliud esse, quàm spiritum fœtentem, & aquam viuam, (quam & siccam aquam nominauimus) & per naturalem proportionem mundatam, & vnitam vnione tali, quòd sibi neutiquam abesse possunt. Quibus addi debet & tertium, ad opus abbreuiandum, hoc est corpus perfectum attenuatum.

Epilogus, & conclusio operis. Cap. XIII.

EX premissis igitur patent res, in quibus veritas est propinqua: & perficientes ipsum opus, inuestigatione vera nostra, qua certi sumus, & per experiē tiam manifestā considerauimus, omnia verba vera esse, quę iam per nos solos

in nostris voluminibus scripta sunt: secundum quod vidimus per experimentum & rationem, in voluminibus istis relata. Ea verò quę per nostram experiẽtiam digitis extraximus, & vidimus oculis, & manibus tetigimus, scripsimus in Summa nostri perfecti magisterij. Sapiens ergo artifex in nostris studeat voluminibus, colligendo nostram dispersam intentionem, quam in diuersis locis proposuimus, ne malignis seu ignaris publicetur: & collectam probet, donec ad cognitionem, studendo & experimentando cum laboris ingenioſi instantia, peruenerit totalem. Exerceat ergo se artifex, & inueniet huius iam modum inuestigationis (commotis amore uisceribus) per nostram considerationem, veritatis cognitionẽ etiam dare plenariã, perficientis & corrumpẽtis materiæ & formæ. Considerauimus enim inuestigatione nostra, perfectorum materiam cum forma, à radice suæ commistionis vsque ad complementum, puram esse, sine corruptione superueniente aliqua. Considerauimus etiam à contrario sensu imperfectorum substantiam, & perfectorum vnam esse vbique, scilicet argentum viuum & sulfur: quæ ante commistionem suam, pura sunt & mũda. Et per hanc considerationem per nostrum exercitium inuenimus, corruptionem imperfectorum accidentaliter superuenisse, quæ materiæ nouam & corruptam dedit formam. Nam cum corpora imperfecta, per nostram experientiam, & per ingenium nostrum vidimus præparata, & mundata ab omni superflua corruptione, & immundicia fugitiua, seu terrestri deliberata, inuenimus ipsa maioris claritatis & fulgoris, seu puritatis, quàm ipsa corpora naturaliter perfecta. Per quam considerationem peruenimus ad finem huius scientiæ perfectum & completum, quam perfectè & completè scripsimus in codicibus nostris. Studeas ergo in illis, & inuenies totam nostram scientiam, quam ex Antiquorum libris abbreuiauimus.

Finis libri de Inuestigatione perfectionis Gebri.

GEBRI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVMQVE NATVRALIVM (PRAECIpuè Metallicarum) peritißimi, περὶ Χημείας Libri duo, quibus titulum fecit: Summa perfectionis, siue perfecti magisterij, ex Arabico in Latinum translati, incerto Interprete.

SVMMAE PERFECTIONIS GEBRI LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO DE MODO TRADENDI HVIVS artis, & de idoneis discipulis. Cap. I.

TOTAM nostram περὶ Χημείας scientiam, quam ex libris Antiquorum compilatione diuersa in nostris voluminibus abbreuiauimus, hîc redegimus in summam vnam. Et quod in alijs libris à nobis scriptis est diminutum, id sufficienter in hac traditione huius nostri libri compensauimus, & ipsorum defectum suppleuimus sermone breui. Et quod occultatum fuit à nobis in parte vna, manifestum fecimus illud in parte eadem, in hoc nostro volumine, vt sapientibus patefiat complementum tam excellentis, nobilisque partis Philosophiæ. Scias ergo carissime fili, in

hoc

hoc opere totam eius artis operationem in capitulis generalibus, vniuersali di sputatione, sine diminutione aliqua sufficienter contineri. Per Deum, qui secundum hunc librum operatus fuerit, verum finem huius artis se adinuenisse lætabitur. Sed scias carissime, quòd qui principia naturalia in seipso ignorauerit, hic iam multum remotus est ab arte nostra, quoniam nō habet radicem veram, supra quam intentionem suam fundet. Et qui principia sua sciuerit naturalia, & causas mineralium omnes, nondum tamen adeptus est verum finem & proficuum huius artis occultissimæ, habet verò faciliorem aditum ad artis huius principia, quàm cui ignorantia cadit super intentionem eius de modo huius nostri operis, & hic parum remotus est ab artis introitu. Qui verò sciuerit omnium principia, & causas mineralium, & generationis modum, qui ex intentione naturæ consistit, parum quidem aufertur ab eo de operis complemento, sine quo tamen non potest scientia nostra perfici, quoniam ars imitari non potest naturam in omnibus operibus, sed imitatur eam sicut rite potest. Carissime igitur fili, secretum tibi pandimus, quòd in hoc artifices errāt, quòd natura in omnibus differentijs proprietatum actionis imitari desiderant. Labora itaque studere in nostris voluminibus, & ea sæpissime in mente tua reuoluere nitaris, vt intentionem ex nostrę loquelæ modo veram acquiras, quia in eis inuenies, super quæ mentem tuam fundare debeas, & scies ex eis errores à te repellere, & in quibus imitari naturam possis in tui operis artificio.

Diuisio huius libri primi in quatuor partes. Cap. II.

Ponemus igitur tibi breuiter primò impedimenta omnia, quibus in opere impeditur artifex, ne verum finem adipiscatur, dicemus etiam conditiones artificis hutus artis. Secundò verò disputabimus contra ignorantes & sophistas, qui propter suam ignorantiam & imperitiam, huius artis magisterium & proficuum inquirendo, artem interimunt, & eam nullam esse contendunt. Ponemus autem omnes rationes illorum, & postea ipsas destruemus euidentissimè: ita vt prudentibus satis apertè patefiat, nullam illorū sophismata veritatem continere. Tertiò disputabimus super principijs naturalibus, quæ sunt de intentione naturæ: & ibidem super modo generationis & mistionis eorum adinuicem ab opere naturæ, & super eorum effectu, secundum antiquorum Philosophorum sententiam. Quartò verò monstrabimus principia, quæ sunt ad intentionem huius nostri operis, in quibus imitari naturam possumus, & modum miscendi, & alterādi, scilicet congruum naturæ cum causis suis, ad intentum nostri operis reducendis.

PRIMA PARS HVIVS PRIMI LIBRI DE IMPEDIMENTIS, *quibus impediuntur artifices, quo minus uerum huius artis finem adipiscantur.*

Diuisio impedimentorum. Cap. III.

Sunt ergo impedimenta huic operi superuenientia, duo generaliter: Naturalis scilicet impotentia, & necessariæ impensæ defectus, vel occupationes & labores. Naturalem tamen impotentiam multiplicem esse dicimus. Ex parte scilicet organi artificis, & ex parte animæ. Ex parte etiam organi artificis multipliciter. Vel quia organum sit debile, vel ex toto corruptū. Ex animæ denique impotentijs multipliciter, vel quia sit anima peruersa in organis, propter organa nihil rectitudinis, vel rationis in se habens, sicut anima insani, vel fatui. Vel quia sit fantastica, contrariarū facilè formarum susceptiua indebitè, & de vno scibili ad eius oppositum extensiua subito, & de vno vel le ad eius oppositum similiter.

De impedimentis huius operis, ex parte corporis artificis. Cap. IIII.

IAm tibi generaliter determinauimus huius operis impedimenta. Nunc verò specialiori sermone te alloquemur in hoc capitulo, & magis apertè narrabimus tibi omnia illa impedimenta plenissimè, seriatim. Dicimus igitur: quòd si quis non habuerit sua completa organa, non poterit ad huius operis complementum peruenire per se, velut si cæcus fuerit, vel extremis truncatus, quoniam non iuuatur à membris, quibus mediantibus, ars hæc perficitur, tanquam naturæ ministrantibus. Si verò fuerit artificis corpus debile & ægrotum, sicut febrientium, vel leprosorum corpora, quibus membra cadunt, & in extremis vitæ laborantium, & iam ætatis decrepitæ senum ad artis complementum non perueniet. His igitur naturalibus corporis impotentijs impeditur artifex in intentione sua.

De impedimentis ex parte animæ artificis Cap. V.

PRæmisimus tibi capitulum vnum, in quo narrauimus sermone absoluto & manifesto impedimenta, ex parte corporis artificis dependentia. Restat nobis narrare breuiter impedimenta ex parte ipsius animæ, quæ maximè impediunt huius operis complementum. Dicimus igitur quòd qui non habuerit ingenium naturale, & animam perscrutantem subtiliter principia naturalia, & naturæ fundamenta, & artificia, quæ consequi naturam possint in suæ actionis proprietatibus, non inueniet huius preciosissimæ scientiæ veram radicem. Sicut sunt multi, qui duram habent ceruicem, in omni perscrutatione vacuam ingenio, qui & vix communem intelligere queunt sermonem, & opera similiter cum difficultate discunt vulgò communia. Præter hos etiam multos inuenimus animam habere facilè opinantem fantasiam quamlibet, sed quod credunt se verum inuenisse, fantasticum est totum, & à ratione deuium, & errore plenum, & semotum à principijs naturalibus, quoniam eorum cerebrum, multis repletum fumositatibus, non potest recipere veram rerum naturalium intentionem. Sunt etiam præter istos alij, qui mobilem habẽt animam, de opinione in opiniones, & de voluntate in voluntates, sicut qui modò credunt hoc, & idem volunt, sine rationis vllius fundamento. Paululum verò post illud, & aliud credunt similiter, & aliud volunt. Et hi tam mobiles sunt, vt vix minimum eius ad quod intendunt, possint consummare, sed dimi nutum potius illud relinquunt. Sunt similiter & alij, qui non possunt videre veritatem aliquam ex rebus naturalibus, non magis quàm bestiæ, velut mente capti, insani, & pueri. Sunt & alij qui contemnunt scientiam, & ipsam non putant esse: quos similiter hæc scientia contemnit, ipsosque ab huius preciosissimi operis fine repellit. Et sunt, qui serui sunt, pecuniæ deseruientes, hanc scientiam mirabilem & ipsi affirmantes, sed ipsa dispendia interponere timent. Ideóque licet ipsam affirment, & secundum rationem ipsam inuestigent, tamen ad operis experientiam non perueniunt, propter pecuniæ auaritiam. Ad hos igitur non peruenit hęc scientia nostra. Qualiter enim qui ignorans fuerit vel scientiam inuestigare neglexerit, faciliter ad ipsam perueniret?

De impedimentis externis, huius artis opus impedientibus. Cap. VI.

REduximus ad duo capitula, omnia impedimenta, huius artis finem retardantia, quæ sunt ex principijs radicalibus, secundum naturam artificis huius preciosissimi negotij. Expedit ergo nos tandem narrare impedimenta exterius superuenientia, & contingentibus fortunis, & casibus, quibus impeditur hoc opus glorioſissimum. Videmus ergo quosdam astutos & ingeniosos, minimè ignorantes opera naturæ, & ipsius, in quibus est possibile

sequaces

ſequaces principijs & operibus, quibus eſt etiam inueſtigatio non fantaſtica, in omnibus rebus quæ naturæ regulantur motibus & actionibus infra lunarẽ circulum. Hi tamen vltima paupertati oppreſſi, ex diſpenſationis indigentia, hoc tamen excellens magiſterium coguntur poſtponere. Sunt & multi alij præter nunc dictos, curioſi, varijs huius mundi curis, & ſolicitudinibus detenti, ſe omni negocio ſeculari totos occupantes, à quibus hæc noſtra ſcientia precioſa rurſus refugit. Iam ergo tibi ſatis ex præmiſsis capitulis patet, quę ſint ab hac arte diſtrahentia impedimenta.

Epilogus huius primæ partis, qualem oporteat eſſe artificem Cap. VII.

COncludimus igitur ex iam dictis, quòd oporteat artificem huius operis in ſcientijs Philoſophiæ naturalis eruditum & perfectum eſſe, quia quantamcunque pecuniam, & ingenium naturaliter profundum habuerit, & deſiderium in hoc artificio, non tamen ipſius finem acquiret: niſi ex doctrina Philoſophiam naturalem adeptus fuerit, quia quòd per ingenium naturale non adipiſcitur, huius defectui per doctrinam ſubuenitur. Oportet igitur altiſſima perſcrutatione & induſtria naturali artificem iuuari. Propter doctrinam enim, quantamcunq; ſcientiam acquiſiuerit, niſi ab induſtria etiam iuuetur naturali, ad epulas tam precioſas non inuitabitur. In puncto enim errorem ſuum emendaret, per ſuam induſtriam, cui remedium ignoraret adhibere, ſi ſola doctrina fundatus foret: & errori ſimiliter ſubueniret in puncto ex acquiſita ſcientia per doctrinam naturalem, quem per ſolam induſtriam euitare nõ poſſet: quoniam ars ab ingenio iuuatur, & ingenium ab arte ſimiliter. Et ipſum ſimiliter neceſſarium eſt conſtantis voluntatis in opere fore, vt non modò hoc, modò illud attentare præſumat: quia in rerum multitudine ars noſtra non conſiſtit, nec perficitur. Eſt enim lapis vnus, medicina vna, in quo magiſterium conſiſtit, cui non addimus rem extraneam aliquam, nec minuimus, niſi quod in pręparatione ſuperflua remouemus. Oportet etiam ipſum ſedulum operi vſque ad conſummationem ipſius inſiſtere, vt non opus detruncatum dimittat: quia nec ſciẽtiam, nec proficuum ex opere diminuto acquireret, ſed potius deſperationem, & damnum. Expedit etiam ipſum huius artis principia & radices principales, quæ ſunt de eſſe operis, non ignorare: quoniam qui principium ignorat, finem non inueniet. Et nos dicemus tibi principia illa omnia ſermone completo, necnon & prudentibus ſufficienter aperto & manifeſto, ſecundum huius noſtræ artis exigentiam. Expedit ſimiliter artificem tẽperatum & tardum ad iram eſſe, ne ſubitò propter iræ impetum, iam incepta diſſipet & deſtruat. Similiter & pecuniam ſuam cuſtodiat, nec pręſumptuoſus eã vanè diſtribuat, ne ſi fortè artem non inuenerit, relinquatur in miſeria, & deſperatione paupertatis: vel ne fortè, cum iam ad finem huius magiſterij per ſuam indagationem approximauerit, conſumpta ſint ipſius impendia, & verũ finem miſer violenter ob paupertatem relinquat. Sicut cum in principio qui ignorant, prodigaliter ſuum theſaurũ totum exterminant, cum autem huic affines fuerint, nõ habent vlterius ex quo laborent. Vnde dupliciter hi tales in mœrore ſepeliuntur, & quia pecuniam ſuam diſſipauerunt in rebus inutilibus & quia ſcientiam, quam protinus indagaſſent, nobiliſſimã amittunt. Nõ enim oportet tua bona conſumere, quoniam vili precio (ſi artis principia non ignoraueris, & ea quæ tibi tradidimus, rectè intellexeris) ad complementum magiſterij peruenies. Si ergo æs tuum perdideris, non attendendo noſtra monita, quæ tibi in hoc libello ſcripſimus aperta & manifeſta, nõ nos iniquè corrodas nec nobis blaſphemias iniungas, ſed tuæ imputa ignorantiæ & præſumptioni. Igitur hæc ſcientia non bene conuenit pauperi vel indigenti, ſed potius eſt

ei inimica & aduersaria. Nec etiam adinuenire nitatur sophisticam metam operis, sed soli sit complemento intentus, quoniam ars nostra in potentia diuina seruatur, & cui vult, elargitur & subtrahit, qui est glorioſus, & sublimis, & omni iustitia & bonitate repletus, fortè enim ex sophistici vindicta operis, tibi artē denegaret, & in deuium erroris te crudeliter detruderet, & ex errore in infelicitatē, & miseriam perpetuam. Miserrimus enim & infelix est, cui Deus semper post operis sui atq; laboris finem, veritatē denegat conspicere: quoniā vitæ suæ spaciū semper in errore concludit & terminat: hic enim in labore cōstitutus perpetuo, omniq; infortunio, & infelicitate obsessus, totā huius seculi consolationem, gaudium, & delectationē amittit, & vitā suam in mœrore sine proficuo consumit. Studeat similiter, cum in opere fuerit, omnia signa, quæ in qualibet decoctione apparent, in mentem sigillare, & illorū causas inquirere. Hæc itaq; sunt quę necessaria sunt artifici, ad artem nostram idoneo. Si verò alterum eorum, quæ narrauimus, eidem defuerit, huic arti non adhæreat.

SECVNDA PARS HVIVS PRIMI LIBRI, IN QVA RECENsentur rationes, hanc artem negantium, deinde verò confutantur.

Diuisio dicendorum generalis. Cap. VIII.

Qvoniam in Summa vna huius libelli nostri iam præmisimus tibi omnia huius operis impedimenta, & doctrinam tibi dedimus ad artis huius adhærentiam sufficientem, expedit modò secundum nostri propositi intentionem, contra sophisticos & ignorantes disputare: Primò ipsorum rationes ponentes, secundum quod promisimus à principio nos determinatos esse. Vltimò verò eas omnes interimemus, vt manifesta demonstratione sapientibus patefiat, nihil veritatis illas continere.

Rationes uerę, artem simpliciter negantium. Cap. IX.

Svnt autem diuersi, qui eam negant & destruunt: Alij enim simpliciter, alij verò ex dictis à supponente eam esse. Sunt enim aliqui asserentes artem non esse simplicirer, suam opinionem sophisticè taliter corroborantes. dicunt enim: Distinctæ sunt rerū species & diuersitates, quia diuersæ sunt & distinctæ elementorum adinuicem in commistione proportiones. Est enim asinus diuersus ab homine in specie, quia multo diuersam habuit elementorum in sui compositione proportionem, sic & in cæteris rerum diuersitatibus est inducere, ergo & in mineralibus. Ignota igitur miscibiliū proportione, qua adipiscitur forma, & rei perfectio, quomodo & mistum & miscendum formare sciemus? Sed ignoramus Solis & Lunæ verā elementorū proportionem, ergo & formare ipsa ignorare debemus. Ex his itaq; cōcludunt: Igitur inutilis est ars ista & impossibilis. Similiter etiam aliter arguunt, magisterium nostrum interimentes. Dicunt enim: Et si proportionem elementorum scires, modum tamen mistionis adinuicem eorum ignorares, quoniam in cauernis, & mineris, & absconsis locis hæc natura procreat, ergo cum modum mistionis eorum ignoras, & hæc facere similiter ignoras. Similiter iterum arguunt: Etiam si hoc debitè scires, attamen in mistionis actione ignorares calorem æquare agentem, quo mediante res ita perficitur. Certam enim habet naturam caloris quātitatem, qua metalla inesse deducit, cuius mensuram ignoras. Similiter & alias naturæ causarum differentias agentium ignoras, sine quibus non posset natura veraciter intentum perficere: his ergo ignoratis, & totus similiter agendi modus huius artis ignorabitur. Præterea etiam rationem & experientiam

tibi

tibi adducunt. Tandiu enim, inquiunt, est à viris sapientibus hæc perquisita scientia, vt si possibile esset ad eam per aliquam viam peruenirí, iam eam millies compleuissent. Similiter etiam, cum Philosophi visi sint in suis voluminibus eam tradere, nec tamen in eis veritatem reperiamus, manifestum satis per hoc est, & probabile, hanc scientiam non esse. Similiter & multi huius mundi Principes & Reges, thesaurum infinitum, & Philosophorum copiam habẽtes hanc artem adinuenire desiderauerunt, non tamen ad huius preciosissimæ artis fructum pertingere potuerunt. Hoc vtiq; satis sufficiens est argumentum, quòd ars sit friuola, probatione. Similiter etiam in debilibus mistionibus specierũ, sequi naturam non valemus. Asinum enim fingere ignoramus & cætera similia, quarum mistiones sunt debiles, & manifestæ quasi sensibus. Quare & multo magis metallorum mistionẽ (quæ est fortissima) fingere ignorabimus: quę est etiã nostris sensibus & experientijs occultata penitus. Cuius signũ est difficultas resolutionis elementorum ex ipsis. Similiter etiam nõ videmus bouem in capram transformari, nec aliquam aliam speciem, in aliam transmutari vel per aliquod aliud artificium reduci. Quomodo igitur cum metalla differãt specie, niteris inuicem secundum speciem transformare, vt de tali specie talem speciem facias? Absurdum satis hoc nobis videtur, & à veritate illata ex principijs naturalibus semotum. Similiter etiam, in millibus annorũ natura metalla perficit: quomodo autem tu in artificio transmutationis per annorum millia durare poteris? cum vix ad annorum centum metam pertingere valeas? Si tamen ad hoc ita responderetur: Quod non potest natura perficere in maximo temporis spacio, id in breui per artificium nostrum implemus: quoniam artificium in multis naturæ defectum complet: Dicimus iterum, quod & hoc impossibile est, & in metallis specialiter, cum sint fumi subtilissimi, qui temperata decoctione indigent, vt in seipsis secundum æqualitatem inspissetur humiditas propria, & non fugiat ab eis, & relinquat ipsa omni humiditate priuata, qua contusionẽ & extensionem suscipiunt. Si igitur per artificium tuum volueris tempus decoctionis naturæ in mineralibus, & metallicis corporibus abbreuia re, oportebit per excessum caloris hoc facere, qui non adæquabit, sed potius humiditatem dissoluendo ex eorum corporibus dissipabit & destruet. Solus enim temperatus calor humiditatis est spissatiuus, & mistionis perfectiuus, nõ ignis excedens. Similiter etiam, esse & perfectio dantur à stellis, tanquam à primis perficientibus, & mouẽtibus naturã generationis & corruptionis ad esse & non esse specierum. Hoc autem fit subito, & in instanti, cũ peruenit vna stella aut plures ex motibus, ad situm determinatũ in firmamento, à quo datur perfectionis esse: quia vnaquęq; res ex certo situ stellarum acquirit sibi esse in momento. Et non est solùm vnus situs, imò plures, & sibi inuicem diuersi, quemadmodum ipsorum effectus sunt diuersi. Et horum diuersitatem, & distinctionem ab inuicem pernotare nõ possumus, cum nobis sint incogniti & infiniti. Quomodo ergo supplebis defectũ in opere tuo, ex ignorantia diuersitatũ situum stellarum, ex motu earum? Et tamen si situm vnius, aut plurium stellarũ certum, quo datur metallis perfectio, scires, non tamen opus ad intentum tuũ perficeres. Non est enim alicuius operis præparatio ad suscipiendã formã per artificium in instanti, sed successiua. Ergo operi forma non dabitur, cum prępa ratio non sit in instãti. Similiter etiam in rebus naturalibus iste est ordo: quòd facilius est eas destruere, quàm cõstruere. Sed vix aurum possumus destruere quomodo igitur & cõstruere præsumimus? Propter has igitur rationes sophisticas, & alias his minus apparentes, credunt hanc se artem diuinam interime re. Hæ omnes sunt persuasiones sophistarum, artem nostram simpliciter esse

negantium. Rationes verò eorum, qui ex suppositione negant artem, ponam cum destructionibus illarum in sequentibus. Ab hinc verò ad harum interemptiones nunc positarum, transeundum à nobis est: prius ponentibus nobis super has veram intentionem, ad operis complementum.

Occupatio, fieri nec posse, nec debere, quòd ars naturam in omnibus differentijs proprietatum actionis imitetur, & quædam de principijs metallorum erudita. Cap. X.

DIcimus itaq; quòd principia, super quæ actionem suam natura fundat, sunt durissimæ compositionis, atque fortissimæ: & sunt sulfur & argentum viuum, vt dicunt quidam Philosophi. Igitur quia durissimæ & fortissimæ cõpositionis, difficillimæ sunt etiam resolutionis, sed vt fiat inspissatio eorum adinuicem & induratio, taliter, quòd fiat in eis contusio & extensio per mallei compulsionem, & non confractio: non est nisi per hoc, quòd humidum viscosum in eorum adinuicem commistione, saluatur per successiuam in minera decoctionem. Sed regulam tibi tradimus, carissime fili, generalem: quòd non fit inspissatio alicuius humidi, nisi prius fiat ex humido partium sub tilissimarum exhalatio, & conseruatio ex humido partium magis grossarum, si sit humidum in commistione superans siccum, & vera mistio sicci & humidi: vt humidum contemperetur à sicco, & siccum ab humido, & fiat hæc substantia vna in suis partibus homœomera, & temperata inter durum & molle, & extensiua in contusione. Sed hoc non fit, nisi per diuturnam mistionem humidi viscosi, & subtilis terrei per minima, quousque humidum idem cum sicco & siccum cum humido fiat. Et huiusmodi subtilis vaporis non fit resolutio subitò: imò paulatim, & in millibus annorum, & illud ideo, quia vniformis est substantia principiorum naturæ. ergo si subitò fieret ab eis superflui humidi resolutio, cum non differat humidum à sicco, propter fortem mistionem, quam habent, huius vtiq; rei solueretur humidum cum sicco, quare totum in fumum euanesceret, nec separari posset humidum à sicco in resolutione, propter fortem vnionem, quam habent ad inuicem. Huius itaq; videmus manifestam experientiam in spirituum sublimatione, quia cum in eis per sublimationem fiat subita resolutio, non separatur humidum à sicco, nec siccum ab humido, ita vt diuidantur in partes totales mistiones eorũ, sed tota ascẽdit eorũ substãtia, aut parũ ex eorũ componẽtibus dissoluitur. Resolutio ergo humidi subtilis fumosi, successiua, & diuturna & æqualis, est caussa inspissationis metallorum. Hanc quoq; facere nõ possumus inspissationẽ per hunc modũ. Ergo in hac sequi naturã non valemus. Non enim possumus naturam in omnibus differẽtijs proprietatũ actionis imitari. Nostra igitur intentio non est, in principijs naturã sequi, nec in proportione miscibilium elemẽtorũ, nec in modo mistionis ipsorũ adinuicem, nec in æquatione caloris inspissantis. Cum hæc omnia sint nobis impossibilia, & penitus ignota: Restat ergo rationes sophistarum interimere, hanc excellentissimam scientiam per ignorantiam negantium.

Confutatio rationum, artem simpliciter negantium. Cap. XI.

SI dixerint ergo, nos proportionem elementorum, & modum mistionis eorum adinuicem, æquationẽ item caloris metalla inspissantis causasq; alias multas, & accidentia naturę actionũ consequentia, ignorare: Cõcedimus eis vtiq;, sed nõ propter hoc nostram scientiam diuinam interimunt, quia nec scire volumus illa, nec possumus, nec ad opus nostrum possunt peruenire. Sed aliud ad hoc nobis principium assumimus, aliumq; generationis metallorum modum, in quibus sequi naturam possumus. Si dixerint, etiam Philosophos & Principes huius mundi hanc desideraſſe scientiam, & ipsam non inuenisse: Respondemus, eos mentiri, quoniam & quosdam Principes (licet paucos) & maximè

maximè antiquos, & ſapientes, noſtro tempore repertos, iam ex ſua induſtria hanc conſtat indagaſſe ſcientiam, ſed talibus, nec ore, nec ſcripturis eam tradera uoluerunt, cum indigni ſint eius. Ergo cum non uiderint aliquos hanc ſcientiam poſſidere, cecidit ſuper mentes illorum error, ut æſtiment nullos hanc inueniſſe. Ad hoc etiam, ſi arguant fantaſticè, aſſerentes impotentiam noſtram non poſſe ſaltem in debilibus miſtionibus naturam imitari, ſicut in miſtione aſini vel bouis, ergo nec in fortibus: detegimus eis errorem ſuum multiplicem quòd in arguendi modum ipſorum non cadat neceſſitas, qua coartemur artē noſtrā non eſſe concedere, quia à ſimili, vel à maiori ad minus, ſuam corroborant fantaſiam & errorē, in quibus non continetur neceſsitas, ſed contingentia, vt in pluribus. Oſtendemus quoq; per aliam viam, demonſtrando illos nullam aſſignare apparentem ſimilitudinem, inter debilem commiſtionem, & cō poſitionem animalium, & mineralium firmam & fortem. Et hoc ideo, quia in animalibus & alijs viuentibus, in quibus compoſitio eſt debilis, non eſt perficiens ſolùm proportio, nec miſcibilia proportionis, nec qualitates miſcibiliū, nec commiſtio, quæ ſequitur ex illarum actione adinuicem & paſsione, quæ eſt ex aggregatione illarum primarum qualitatum, ſed eſt anima, ſecundum opinionem plurium, quæ eſt ex occultis naturæ, ſicut ab eſſentia quinta, vel à primo motore, & hoc etiam ſecundum ſententiam plurium dicimus, & huius occultum ignoramus. Ideo hæc talia, licet in eis ſit debilis miſtio, perficere neſcimus, quia perfectiuum, quod eſt anima, infundere ignoramus. Per hocvtiq; patet, quòd non eſt defectus ex parte miſtionis, quòd non perficiamus bouē vel capram, ſed ex defectu infuſionis animæ: quoniam ſicut debilem & magis debilem, ſic etiam fortem & magis fortem compoſitionem facere, viam & curſum naturalem imitantes, ſecundum artificium noſtrum ſciremus. In metallis igitur perfectio minor eſt, quàm in eis, & verſatur illorum perfectio magis circa proportionem & compoſitionem, quàm circa aliud. Ideo cum in eis minor ſit perfectio, quàm in alijs, quæ iam narrauimus, liberius ipſa perficere poſſumus, illa verò non. Diuerſificatur ergo Deus altiſſimus & glorioſus perfectiones ab inuicem multiformiter. Nam in quibus compoſitio, quæ eſt ſecundum naturam fuit debilis, in illis maiorem & nobiliorem perfectionem poſuit, ſcilicet eam, quæ eſt ſecundum animam. Sed quædam fortioris condidit compoſitionis & firmioris, ſicut lapides & mineralia, ſed in eis poſuit minorem perfectionem & ignobiliorem, ſcilicet eam quæ eſt ex miſtionis modo. Patet itaq;, quòd non eſt eorum ſimilitudo bona, quia non ignoramus bouem vel capram formare ratione compoſitionis, ſed formæ perfectiuæ: quoniam perfectio in boue vel in capra nobilior eſt, & magis occultata, quàm quæ in metallo conſtit. Si autem aliter arguant, quòd non mutetur ſpecies in ſpeciē: Dicimus eos mentiri iterum, ſicut conſueuerunt potius, quàm verum dicere ſuper his, quoniam & ſpecies mutatur in ſpeciem, ſecūdum hanc viam, cum indiuiduum ſpeciei vnius in alterius mutatur ſpeciei. Videmus nanq; vermē, & naturaliter, & per artificium naturale, in muſcā verti, quæ ab eo differt ſpecie, & vitulū ſtrangulatū in apes, & frumentum in lolium, & canem ſtrangulatū in vermes per ebullitionis putrefactionem. Sed hoc non facimus nos, facit autem natura, cui adminiſtramus. Similiter & metalla non putamus, ſed natura, cui ſecundum artificium illam materiam præparamus, quia ipſa per ſe agit, non nos. Nos verò adminiſtratores illius ſumus. Et, ſi per aliam rationē ſimiliter taliter arguunt, & ſuam corroborant ſophiſticè opinionē, quòd in millibus annorū natura metalla perficit, tu verò millibus perdurare non potes: Dicimus quòd natura ſuper principia ſua ſecundū opinionem antiquorū Philoſophorū agens perficit in

millibus annorũ, sed quia principia illa sequi non valemus: ideoq; siue in millibus annorum, siue in pluribus, siue in paucioribus, vel momento, hæc natura perficiat, non tenet illorum persuasio. Quòd autem in principijs imitari naturã non possumus, iam ex præcedenti negatiuo sermone satis abbreuiato determinauimus, & cõpletiore sermone in subsequentibus demonstrabimus. Secũdum tamen opinionẽ aliquorũ prudentium & perspicacium, intentũ suum subito natura perficit, scilicet vna die, vel breuiori tempore. Et si hoc verum sit, non tamen valemus in principijs naturam imitari, id quod manifestius ostẽsione sufficiente probauimus, residuum tamen huius quæstionis cõfitemur, quia totũ verum concedimus esse. Et, si dicãt quod à situ vnius vel plurium stellarũ datur metallis perfectio, quã ignoramus: Dicimus hunc situ nos scire nõ oportere, quia nõ est species generabiliũ & corruptibiliũ, quin ex indiuiduis eius alicuius fiat generatio, & corruptio omni die, per quod patet vtiq; situ stellarũ esse omni die perfectiuũ cuiuslibet speciei indiuiduorum & corruptiuũ. Non igitur necessarium est stellarum situ expectare, esset tamen vtile, sed sufficit solum naturæ disponere, vt & ipsa, quæ sagax est, disponat sitibus conuenientibus, mobilium corporũ: Nõ enim suum motũ potest natura perficere sine motu & situ mobilium. Vnde si naturæ artificiũ disposueris, & cõsideraueris quęcũq; ex cõtingẽtibus huius magisterij fuerint, debitè perficietur sub debito situ per naturã sibi conuenientẽ, absq; consideratione illius. Cũ enim videmus vermẽ ex cane vel alio animali putrescibili deductũ in esse, nõ cõsideramus immediatè situ stellarum, sed dispositiones aeris circũstantis, & alias causas putrefactionis perfectiuas, pręter illũ. Et, ex tali cõsideratione sufficienter scimus vermes secũdum naturã in esse producere. Natura enim sibi inuenit conuenientẽ situm, licet à nobis ignoretur. Et, si dicant perfectionẽ in instanti dari, & prępparationem nostrã non in instanti fieri, & concludunt ex hoc, nõ perficietur per artificium, ergo nec ars: Dicimus capita illorũ fatua, vacuaq; esse ratione humana, eosq; magis bestijs, quã hominibus assimilari. Cõcludunt enim ex pręmissis, nulla se habẽtibus habitudine ad id quod illatũ est. Tantum ergo tenet hęc argumentatio, Asinus currit, ergo tu es capra, quantum & ipsorũ. Et hoc ideo, quia & si nõ fiat præparatio in instanti, non prohibetur tamen hoc, quòd forma vel perfectio nõ possit præparato dari in instãti. Non enim præparatio est perfectio, sed habilitatio ad susçipiendã formã. Sed si dicant etiã, quòd facilius est, res naturales destruere, quàm construere illas per artificium, & vix aurum possumus destruere, & cõcludant, impossibile esse, construere illud: Respõdemus eis taliter, quòd non concludunt de necessitate, qua coartemur concedere aurum non posse construi. Nam cum difficulter destruitur, difficilius construitur: non autem impossibile est, illud posse construi: huius autem assignamus causam, quia fortem habuit compositionem, ideóque difficiliorem habuit resolutionẽ, ideoq; difficulter destruitur. Et hoc est, quod facit eos opinari, impossibilem esse illius constructionẽ, quia destructionem artificialẽ ex cursu naturę ignorãt. Attentauerũt fortè, quòd sit fortis compositionis, sed quàm fortis cõpositionis sit, non attentauerunt. Sufficienter itaq; tibi carissime fili sophistarum fantasias attulimus. Restat ergo, ex quo attentum promissione fecimus, secundum illam promissionem ad ea quæ determinanda sunt, ex rationibus artem negantium, à datis transire. Quæ cum debitè determinata fuerint, tum ad ea venire determinanda, quæ sunt principia de intentione naturę, quorum essentiam nos oportet disputare sufficientius in insequẽtibus. Post illam verò determinationẽ, etiam de ipsis sermonem faciemus, quæ sunt principia nostri magisterij. In prima tamen traditione vniuersalẽ, in sequenti verò singularem

larem de vnoquoq; principiorum faciemus sermonem. Nũc verò ad præsens rationes negantium à datis, & ipsarum interemptiones in primis afferamus.

Diuersæ opiniones eorum, qui artem esse supponunt. Cap. XII.

HAnc itaq; artẽ supponentes, multiplices ex intentione diuersa esse cõperimus. Alij quidẽ in spiritibus, alij verò in corporibus, alij in salib. & aluminibus, nitris & boracibus: alij verò in omnibus rebus vegetabilibus hanc inueniri artẽ & magisterium affirmãt. Ex his autẽ omnibus, hi quidẽ secundũ partem bene, & secundum partẽ malè, hi verò secundũ totum malè, hoc diuinum magisterium æstimantes illud tradiderunt posteris. Ex ipsorum autẽ errorũ multiplicitatibus veritatem nos collegisse, difficilis & laborioſæ cautelæ coniectura, longaq; & tædiosa experiẽtia, multorũq; sumptuũ interpositione contigit, & illorũ error per nostræ mentis dispositionẽ & rationẽ sępissime militauit, & quasi desperationẽ adduxit. Blasphemati sint ergo in æternũ, quia blasphemias & maledictionẽ posteris reliquerunt, & ex errore suo super philosophantes perfuderunt, non veritatẽ, sed diabolicã instigationẽ potius post mortem suã dimiserunt. Et ego blasphemandus sim, nisi errores illorũ corrigã, & veritatẽ tradam in hac scientia, provt melius exigit hæc ars vera. Hoc enim magisteriũ occulto sermone non indiget, nec manifesto penitus. Trademus igitur eã sermone tali, quem latêre prudentes non accidet: hic autẽ mediocrib. profundissimus erit, fatuis autẽ vtroſq; terminos irreserabiliter concludet in hac vna, & eadem nostra traditione. Redeuntes igitur ad propositũ, dicimus eos, qui in spiritibus eã esse ponunt, diuersos esse multipliciter. Alij quidẽ ex arg. viu. alij autẽ ex sulfure, & huic affini arsenico, lapidẽ Philosophorũ perquiri asserunt necesse esse: Et alij quidã ex Marchasita, quidã ex Tutia & Magnesia, & ex sale Ammoniaco quidã. Qui verò in corporibus, alij quidã in plũbo, alij in quolibet aliorũ corporũ esse dicunt, alij vtiq; in vitro, & quidã in gẽmis, & alij in diuersitatibus saliũ & aluminum, & nitrorũ & boracium, & alij in omni genere rerũ vegetabilium. Et illorũ vnicuiq; supponẽti alius est aduersarius secundum suam suppositionẽ. Et his aduersans credit se arti simpliciter aduersari. Et secundum plurimum vtriusque sectam inuenimus rationibus uacuam.

Rationes negantium artem in sulfure suppositam. Cap. XIII.

QVidam igitur in sulfure supponentes eam inueniri, in sulfure laborẽ impenderũt, & ignorantes eius præparationis perfectionẽ, ipsam præparationẽ diminutam reliquerunt. Crediderunt enim solam mundationẽ, & purificationẽ, præparationẽ perfectionis fore: hæc aũt per sublimationẽ fit, ideoq; adductum est intentioni eorũ, vt existimarẽt, quòd sola sublimatio in sulfure sit perfectio præparationis ipsius, & similiter in suo cõpari, videlicet in arsenico autumãtes induxerunt. Venientes igitur ad proiectionẽ, quę est ad intẽtionẽ alterationis, viderũt illud aduri, & euanescere, & nõ longã in corporib. moram trahere, & corpora relinqui ab eis magis immũda, quã prius fuerunt ante proiectionẽ illius: quia ergo viderunt hanc delusionẽ in operis sui cõplemẽto & longissimis fuit tẽporibus reuolutũ in illorum pectoribus, ex solo sulf. hanc scientiã reperiri, & in illo non inuenissent, arguunt nõ posse in alio hanc inueniri: quare cùm nec in hoc, nec in alio inueniatur, arguunt nusquam inueniri.

Confutatio rationum præcedentium. Cap. XIIII.

REspondemus eis itaq; breuiter, & dicimus eos in hoc parum intellígere, & minima sapere, quia supponũt solũ sulfur esse materiam nostrã. Et si vera hæc esset suppositio, tamen in modo vtiq; præparationis decipiuntur quia solã sublimationẽ credunt sufficientem esse. Sunt enim tanq; puer, qui ex principio natiuitatis suæ vsq; ad senectutem in domo concluditur, nõ putans

mundi latitudinem extendi, vltra suæ domus latitudinẽ, vel vltrà, quàm oculo possit in domo cõspicere. Nõ enim hi in multis lapidibus laborẽ suũ adhibuerũt, nõ igitur potuerũt sentire, ex quo medicina nostra eliciatur, & ex quo nõ, ex quo manus suas etiã à laborũ copia excusauerunt: quis ergo laborum perfectiuus sit, vel nõ, meritò ignorare debuerunt. Sed quare fuerit opus illorum diminutum, dicimus, quia adurentiam in sulfure dimiserunt, & fugam, quæ non solùm non perficiunt, verumetiam dissipant & destruunt.

Rationes negantium artem in arsenico suppositam, earumq; confutatio. Cap. XV.

ALij verò in eodẽ & suo compari arsenico hunc lapidẽ inueniri existimãtes necesse esse, & profundius ad operis consũmationẽ attendentes, non solũ per sublimationẽ mundauerunt adurentẽ sulfureitatem, verumetiã remouere conati sunt terrestreitatẽ, relicta in illo fuga. Ad quorũ proiectionẽ similiter delusio superuenit, quia non adhæsit stabiliter in his ipsis corporibus, sed successiuè & paulatim euanuit, relicto tali corpore in priori sua dispositione. Qui & similiter arguerunt interimẽtes vt primi, & eisdẽ vt primis respondentes, artẽ affirmamus, & eam scimus esse, quia vidimus, & veritatem tetigimus.

Rationes negantium artem suppositam in Sulfure, Arg. uiuo, Tutia, Magnesia, Marchasita, & sale ammoniaco, eorumq; confutatio. Cap. XVI.

ALij quidã profundius in ipso viderunt, & mundauerũt illud, & fugam, & adustionẽ abstulerunt, & factum est eis fixum & terreũ, nullam dans in ignis calore fusionẽ bonam, sed solam vitrificatoriã, & ideo non potuerũt proiectione corporibus permiscere, ideoq; arguũt vt primi, & eisdem respondemus sicut primis, quia opus diminutũ dimiserunt, nec illud cõplere sciuerunt. Ingressionẽ enim, quæ est perfectiuũ vltimũ, inquirere ignorauerunt. In omnibus similiter spiritibus aljs est idẽ modus præparationis, nisi quòd in arg. viu. & tutijs excusamur à maiori labore, qui est ex remotione adustionis: hęc enim sulfureitatem adustibilẽ & inflãmabilẽ non habent, sed solam fugã. Magnesiæ verò & Marchasitæ omne genus sulfureitatis habẽt, plus Marchasita, minus verò Magnesia, fugã tamen omnes habent, plus arg. viu. & sal amm. minus verò sulf. adhuc verò minus cõpar illius, quartò verò adhuc minus marchasita, quintò verò magnesia minus illa, sextò verò & vltimò, minimè omniũ tutia. Vtraq; autẽ fuga participans est, alia tamen plus, alia verò minus: & ideo propter illorum fugam quibusdam experimentatoribus superuenit delusio vehemens in operationibus præparationum illorum, & ipsorum proiectionibus similiter. Ideoq; & ipsi arguunt & interimunt, vt in sulfure supponentes, & eisdem, vt in sulfure supponentibus, respondemus.

Rationes negantiũ artẽ suppositã in spiritibus, unà cum corporibus figẽdis, & eorũ confutatio. Ca. XVII.

SVnt & alij nitentes spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatione huic præueniẽte, sed eisdẽ delusio angarians similiter mœrorẽ attulit & desperationẽ, & coacti sunt ex ea, non esse hanc scientiã credere, & contra ipsam arguere. Est em̃ turbationis illorũ causa ac incredulitatis hæc, q; in fusione corporũ spiritus illa dimittũt, nec eis adhęrent, imò asperitatẽ ignis refugiunt, permanentibus in ea solis corporibus, quoniã pressurã impietatis ignis illi cõpati propter fugã non possunt, quę ab eis non est ablata. Accidit similiter quãdoq; delusio, quia eisdẽ & cùm corpora ignẽ effugiunt, & hoc est, cùm nõ fixi spiritus corporibus in profundo inseparabiliter adhæserunt, quoniã volatilis summa, summã fixi superat. Vnde & similiter vt primi arguũt, & similiter vt primis eis respondemus. Tota ergo illorũ reprobatio hæc est: Si corpora filij doctrinæ vultis conuertere, tunc si per aliquã materiã fieri hoc possibile sit, per spiritus ipsos vtiq; fieri necesse est: sed ipsos non fixos corporibus vtiliter adhærere non est possibile, imò fugiunt, & immunda relinquunt illa, ipsos autẽ fixos

non

non est posſibile ingredi, cùm terra facti ſint, quæ non ſunditur: & cum incluſi corporibus fixi apparent, non tamen ſunt, aut ab eis recedunt ipſis manẽtibus aut ambo ſimul aufugiũt. Cùm igitur in materia magis affini nullis modis hãc artem inuenire ſit poſsibile, in magis remota non inuenietur, ergo nuſquã. Reſponſio vtiq; noſtra hæc eſt, quòd quicquid ſcibile circa hoc eſt, non totum ſciunt, ideo nec operatum ex eo totum inueniunt, conſequentis igitur vitium per ſufficientiam ponunt ipſorum robur.

Rationes negantium artem in corporibus ſuppoſitam, & primò in plumbo albo, id eſt ſtanno, ſeu Ioue, & earum confutatio. Cap. XVIII.

QVidam autẽ poſuerunt in corporibus illã. Cùm tamen ad opus peruenerũt, illuſi ſunt, vt exiſtimantes plũbum vtrunq; liuidũ ſcilicet & albũ, albedine non pura, multũ naturæ Solis & Lunæ aſsimilari & approximare: liuidum quidẽ multum Soli, Lunæ verò parum: albũ verò Lunæ multũ, Soli verò parum. Propterea horum aliqui autumantes ſtannum, ſeu Iouem multũ Lunæ aſsimilari, & ſtridore, mollitie, & liquefactionis velocitate ſulũmodo differentẽ, credentes ex ſuperfluitate ſuæ humiditatis, liquefactu eſſe facile, & molle ſimiliter, ex ſubſtantia verò fugitiua arg. viui in illo intercidẽte partes ſtridorẽ poſsidere, expoſuerunt illud igni, & calcinãtes ipſum tenuerũt in igne, quẽ potuit tolerare, quouſq; album factũ eſt in calce ſua, quẽ poſtea volentes reducere non potuerunt, ſed æſtimauerunt impoſsibile fore. Et horum aliqui reduxerunt ex illo aliquid, & ſtridorẽ, vt prius, & mollitiẽ in illo inuenerunt, atq; liquefactionis velocitatẽ. Ideoq; crediderũt hoc impoſsibile per viã hanc, & ad ducti ſunt incredulitate, vt putarent artem indurationis illius inueniri nõ poſſe. Horum verò aliqui calcinauerunt, & reduxerunt, & iterũ ſcoriam illius ſubtrahendo cum maioris ignis expreſsione calcinauerũt & reduxerunt, & ſic ſæpe reiterãtes opus ad illud, viderunt iam illud induratũ, atq; ſine ſtridore: quia verò velocitatem liquefactionis nõ omnino remouerunt, errauit mens illorũ, & exiſtimauerunt ad illud nõ poſſe peruenirí. Horum itaq; & alij volẽtes eidẽ duritiem & retardationẽ liquefactionis cum adminiſtratione durorum corporum præſtare, in deluſionẽ ceciderunt, vt frangeret illis quodcunq; durorum corporũ admiſtũ ei fuerit, nec iuuit in hoc eos vlla præparatio. Ideoq; cũ nec duris, nec igne illũ præparare potuerint, excuſauerunt ſe de longa mora inuentionis artis, quia eã impoſsibilẽ crediderunt & dixerunt, per hoc & contra artẽ arguentes inſtanter, poſuerunt illam nõ eſſe. Præterea & alij quidam addẽtes multa medicamina, viderunt illa nullã immutationem facientia, nec ei conuenientia, ſed potius corrũpentia, & contra illorum propoſitum agentia, & ideo libros abiecerunt, & capita retorſerunt, & artem veram & diuinam, friuolam eſſe dixerunt, Quibus obuiantes reſpondemus reſponſione prima.

Rationes negantium artem in plumbo nigro ſuppoſitam. Cap. XIX.

EVndem etiam eſt in Plũbo nigro reperire illuſionis modũ, ſolo excepto quòd corpora nõ frangit, & q̃ citius redit à calce ſua, q̃ Iupiter: liuiditatẽ verò eius remouere non poſſunt, quia ignorant, ideo per illud dealbare nõ poſſunt dealbatione bona, nec per ſuam fantaſiã potuerũt illud ſtabilibus corporibus tã ſtabiliter aſſociare, quin contingat illud per fortẽ ignis expreſsionẽ recedere à cõmiſto. Et illud quidẽ maximè decipit illos, in huius præparatione ſupponẽtes, in nullo poſſe ſcientiã inueniri, niſi in ipſo, quia poſt duas reductiones à calce ſua nullam duritiẽ ſuſcipit, ſed maiorẽ potius mollitem, q̃ prius habuerat, & in alijs ſimiliter non viderunt illud emendari differentijs. Et ideo cùm in ipſo putãtes propinquius & melius inueniri, non inuenerunt, coguntur per hoc credere & argumentari, ſcientiã non eſſe, ſed deluſionẽ, & ideo peccant hi, vt priores.

Rationes negantium artem in miſtione durorum cum duris, & mollium cum mollibus corporibus ſuppoſitam. Cap. XX.

ALíj verò componentes dura cum duris, & mollia cum mollibus, propter conuenientiam voluerunt corpora ſeſe inuicē tranſmutari & trāſmutare & illud non potuerunt, propter ſuā ignorantiā, vt permiſcentes Solē vel Lunā cum Venere, vel alio quocunq; metallorū, nō tranſmutāt illa in Solem, vel Lunam tranſmutatione firma, quin experiantur ignis expreſsione fortiunūquodque illorum à cōmiſtione ſeparari & comburi, vel ad priorē ſui naturam redire. Quædā verò ex eis plus durant in cōmiſtione, quædā verò minus, vt à nobis ſufficienter determinatū eſt. Hæ itaq; deluſiones ſuperuenientes propter ignorantiam, faciunt hos tales de hac diffidere arte, & illam arguere non eſſe.

Rationes negantium artem in miſtione durorum cum mollibus, & perfectorum cum imperfectis ſuppoſitam. Cap. XXI.

ALíj autem intimius & profundius ſuper hoc inquirentes, cogitauerūt, & ingeniati ſunt, & viā voluerunt inuenire, vt dura mollibus vnita, ea ſtabiliter indurarent, & perfecta imperfectis, ad perfectionē ea reducerēt, & generaliter à ſe inuicem tranſmutarentur & tranſmutarēt, tranſmutatione firma. Et ideo voluerunt ſimilitudinē & affinitatē illorū inuenire, tum quidē per medicinas, tum verò per ignis adminiſtrationem attenuando groſſa, ſicut Venerē, & Martem, & inſpiſſando ſubtilia, ſicut eſt Iupiter, & ſimilia illi. Et aliqui eorū credentes hanc adminiſtrationem perficere, deluſi ſunt in cōmiſtione horum durorū corporū, vel quia frangibile fecerūt omnino, vel omnino nimis molle non alteratum à duro, vel nimis durum non alteratum à molli. Et ſic conuenientiam non inuenerunt, & ideo artem eſſe negauerunt.

Rationes negantium artem in extractione animæ, uel ignis regimine ſuppoſitam: Cap. XXII.

ALíj verò adhuc intimius & profundius inſpiciētes, alterare voluerūt corpora cum animarum ſuarū extractione, & cum extracta anima omnia alia ſimiliter. Et ad id non potuit eorum experientia peruenire, ſed deluſi fuerūt in intentione ſua, per hoc æſtimantes artem non poſſe inueniri. Alíj verò ſolo igne ipſa perficere conantes deluſi in opinione ſua fuerunt, quia ad illud peruenire neſcierunt. Et hi eam ex hoc non eſſe putauerūt. Quibus omnibus obuiamus vt primis.

Rationes negantium artem in Vitro, & Gemmis ſuppoſitam, & earū confutatio. Cap. XXIII.

QVi verò in Vitro & Gemmis illā poſuerunt, experti ſunt per Vitrum & Gēmas in corporibus alterationes fieri nō poſſe, quia nō alterat quod non ingreditur, at nec Vitrum quidē, nec Gēmæ ingrediuntur, ideoq; nō alterant. Sed & ſi conati ſunt Vitrum cum illis vnire, cùm tamē vix hoc fieri poſsit non tamen propoſitum habent, quoniam Vitrū ex corporibus faciunt, & propter hoc æſtimant hunc errorem ſuper totā artem cadere, & ſic eam arguunt non eſſe. Quibus reſpondemus, eos operari in non debita materia, ideoq; indebitè terminantes, non poſſunt hanc ex ſuis erroribus interimere.

Rationes negantium artem in medijs mineralibus, uel uegetabilibus, uel quarumcunq; rerum commiſtione ſuppoſitam. Cap. XXIIII.

SVnt & alíj ſupponentes eam artē inueniri in Salibus & aluminibus, Nitris & Boracibus, qui poſſunt quidē in his experiri, ſed eam inueniri minime putamus in eis. Ideoq; ſi poſt ſuam experientiā paucam vtilitatē tranſmutationis inueniūt, ſcilicet ſoluēdo, coagulādo, & aſſando, tñ non interimant hāc artem diuinā, cùm neceſſaria ſit & ſcita. Poſsibile eſt tñ in his omnibus aliquā alterationē inueniri, ſed remota eſt valde, & maximè laborioſa. Adhuc verò & in alíjs

in alijs creſcẽtibus omnibus ſupponentibus, magis laborioſa fore probatur. Ideoq; qui eã in omnibus vegetabilibus ponũt, poſsibile quidẽ ponunt, ſed nõ eis, qm̃ prius deficerent in labore, quã laboratum perfici ſit poſsibile, ideoq; ſi tales artẽ non inueniunt ſuis laboribus, artẽ nullis laboribus inueniri poſſe argumẽtari nõ licet. Omnes aũt prius dicti, errantes, vnã materiam ſuã poſuerũt & nullã aliam ſuppoſuerunt præter illã. Et hi quidẽ iam redarguti ſunt omnes Alij verò multi & quaſi infiniti, harũ rerum omniũ compoſitionẽ, aut quarũdã ſub diuerſa proportione facientes, ignoranter & inſciẽter incedunt, & error illorum in infinitũ extenditur, qm̃ infinita eſt diuerſitas proportionis rerũ miſcibilium, & infinita eſt diuerſitas materierũ miſcibilium, & in his ambabus infinitatibus infinitè cõtingit errare, aliquando ex ſuperabundãtia, aliquando ex diminutione, & in his poſsibilis eſt correctio. Sed nos quidẽ lõgitudini, & prolixitati ſermonum parcentes, ſuper infinitis inſiſtere volumus, qm̃ ſcientiam vniuerſalẽ trademus breuibus locutionibus, qua euidenter infinitatẽ ſuorum errorum emẽdare potuerint, & illos corrigere. Nunc verò prius naturalia principia diſſeramus, ſecundum eorum cauſas, vt ex principio te attẽtum fecimus, & commemoratione illorum.

SEQVITVR TERTIA PARS HVIVS LIBRI PRIMI de principijs naturalibus & eorum effectu.

De principijs naturalibus corporũ metallicorum, ſecundum opinionem antiquorũ. Cap. XXV.

NNVIMVS ergo tibi ſecundũ antiquorum opinionẽ, qui fuerunt de ſecta noſtra artẽ imitantium, q̃ principia naturalia in operæ naturæ ſunt ſpiritus fœtens, & aqua viua, quã & ſiccã aquã nominari concedimus. Spiritũ aũt fœtẽtem diuiſimus, eſt euim albus in occulto & rubeus & niger vterq;, in magiſterio huius operis: In manifeſto autẽ vterq; tendens ad rubedinẽ. Dicemus igitur ſermone breui, necnõ & ſimiliter cõpleto & ſufficienti generationẽ vniuſcuiuſq; iſtorũ & modum ſimilitergenerationis Expedit igitur nos ampliare ſermonẽ noſtrũ & dilatare, & ſingulũ capitulũ de ſingulo naturali principio tradere. In genere tñ dicimus, q̃ vnumquodq; ipſorum eſt fortiſsimæ cõpoſitionis, & vniformis ſubſtantiæ & illud ideo, q̃ in eis partes terræ taliter partibus aerijs, aqueis & igneis per minima ſunt vnitæ, vt nulla ipſarũ alterã in reſolutione poſsit dimittere, imò quælibet cum qualibet reſoluitur, propter fortẽ vnionẽ, quam habuerunt adinuicẽ per minima & paulatim à calore naturali & æquali in mineralib. in terræ viſceribus condenſato, multiplicato, & æquato ſecundum debitum curſum naturæ, ad exigentiam illorum eſſentiæ, ſecundum opinionem quorundam antiquorum Philoſophorum.

De principijs naturalibus metallorũ, ſecundum opinionẽ recentiorum & authoris. Cap. XXVI.

ALij autẽ aliter dixerunt, q̃ principiũ non fuerit arg. viu. in natura ſua, ſed alteratũ & conuerſum in terrã ſuã, & ſulf. ſimiliter alteratũ, & in terrã mutatũ. Vnde dixerũt quòd aliud fuerit principiũ, quã ſpiritus fœtẽs, & ſpiritus fugitiuus in intentione naturæ. Et ratio qua moti ſunt, ea fuit, quia nõ inueniunt in mineris argẽteis, vel aliorũ metallorũ aliquid quod ſit arg. viu. in natura ſua & aliquid quod ſit ſulf. ſimiliter, imò per ſe inueniunt vnũquodq; illorũ ſeparatum in ꝓpria ſua minera in ſua natura. Et ſimiliter per aliã rationẽ hoc quoq; affirmãt Nõ eſt tranſitus, inquiũt, à contrario in contrariũ, niſi per diſpoſitionẽ mediã. Ergo cũ ſic ſit, coguntur cõfiteri & credere, q̃ nõ ſit tranſitus à mollitie arg. vi. ad duritiẽ alicuius metallorũ: niſi per diſpoſitionẽ, quæ eſt inter duritiẽ & mollitiẽ illorũ, ſed in mineris nõ inueniũt aliquid, in quo ſaluet hæc media diſpoſitio, ideo hac ratiõe cõpellũt credere, arg. vi, & ſulf. in ſua natura nõ eſſe

principium de intentione naturæ, Imò aliud quod sequitur ex illorum essentiarum alteratione, in radice naturæ ad terream substantiam. Et est iste modus, ꝙ prius vnumquodque eorum conuertitur ad terream naturam, & ex his ambabus terreis naturis resoluitur fumus tenuissimus à calore multiplicato in viscere terræ, & hic duplex fumus, est materia metallorum immediata. Hic fumus, cùm à calore temperato mineræ decoctus erit, conuertitur in naturam cuiusdam terræ, ideoꝙ fixionem quandam suscipit, quam deinde fluens aqua per viscera mineræ & terræ spongiositatem dissoluit, & ei vniformiter vnitur vnione naturali & firma: Ideoꝙ sic dixerunt sic opinantes, quòd aqua fluens per meatus terræ inuenit substantiam dissolubilem ex substantia terræ in visceribus illius, & illam soluit, & vniformiter cum illa vnitur, quousque & substantia terræ in visceribus dissoluta, & aqua fluens dissoluens, vnum fuerint vnione naturali, & ad talem mistionem veniunt omnia elementa secundum debitam naturalem proportionem, & miscentur per minima, quousque faciãt vniformem mistionem. Et hæc mistio per successiuam decoctionem in minera inspissatur & induratur, & fit metallum. Et hi quidem quanuis sint affines veritati, non tamen veritatem coniiciunt puram.

Diuisio dicendorum de tribus principijs, sulfure scilicet, arsenico, & arg. uiuo. Cap. XXVII.

IAm sermone vniuersali determinauimus de metallorum principijs naturalibus. Restat igitur vt nũc ponamus vniuscuiusque principij capitulum. Cũ ergo tria sint, sulfur, arsenicum, & argentum viuum. Primò adscribemus capitulum de Sulfure, secundò de Arsenico, tertiò de Argento viuo. Deinde vniuscuiusque metallorum, quæ sunt effectus eorum, ponemus capitulum determinatum, secundũ quod est ex opere naturæ. Dehinc ad ea quæ huius magisterij sunt fundamenta, & illorum operationes transeundo, horum omnium causas assignabimus.

De *Sulfure.* Cap: XXVIII.

DIcimus igitur quòd sulfur est pinguedo terræ, in minera terræ per temperatam decoctionem inspissata, quousque induretur, & sicca fiat, & cũ indurata fuerit, sulfur vocatur. Habet siquidem sulfur homogeneam & fortissimam compositionem, & est vniformis substantiæ in suis partibus homœomera, quia homogenium est. Ideoꝙ non aufertur eius oleum ab ipso per distillationem, sicut ab alijs rebus oleum habentibus. Qui ergo quærunt ipsũ calcinare non perdendo de illius substantia aliquid, de quo sit curandũ, in vanum laborant, quoniam non calcinatur nisi per magnam industriam, & multũ de illius substantia dissipando. Ex centum enim partibus vix tibi tres sufficienter reseruabis post calcinationem. Figi similiter nõ potest nisi calcinetur prius, commiscerí attamen, & aliquantulum illius fuga retardari, & illius potest adustio reprimi, & cum commisto facilius calcinatur. Qui ergo quærit ex eo opus elicere, illud per se præparando non eliciat, quoniam cum misto perficitur, & sine illo protelatur magisterium vsqꝙ ad desperationem. Et cum suo cõpari fit tinctura, & dat pondus completum vnicuique metallorum, & ipsum à fœditate depurat & illustrat, & perficitur cum magisterio, sine quo nihil horũ præstat, sed potius corrumpit & denigrat, non igitur sine magisterio ipso vtaris. Qui etiam in præparatione ipsum commiscere & amicari corporibus nouerit, sciet vnum de secretis naturæ maximum, & viam perfectionis vnam, cũ multæ sint viæ ad vnum effectum, & vnum intentum. Et quodcũque corpus ex ipso calcinatur, acquirit pondus sine dubio. Aes quoꝙ assumit ex eo Solis effigiem. Mercurio quoque associatur, & per sublimationem fit Vsifur. Calcinantur denique omnia corpora ex eo facilè, prꝛterquàm Sol & Iupiter. Sol verò dis-

rò difficillimé. Et non coagulatur argẽtum viuum ex eo in Solem vel Lunam, in quibus sit vtilitas per artificium debile, sicut Philosophorum quidam fatui putauerunt. Et ita dicimus, quòd quæcunque corpora minus habent de humiditate, facilius per sulfur calcinantur, quàm quæ multam. Per Deum altissimum, ipsum illuminat omne corpus, quoniam est lumen, alumen, & tinctura. Difficillimè quoque soluitur, quia non habet partes salsuginosas, sed oleagineas quæ non facilè in aquam soluuntur. Quæ autem facilè vel difficilè soluuntur in aquam, in capitulo Solutionis monstrabimus satis apertè. Sublimatur verò, quia spiritus est. Et si commiscetur Veneri, & adunatur cum ea, fit mirabile violaceum. Cum Mercurio quoque miscetur similiter, & fit ex eis per decoctionem cælestinus color & delectabilis. Non putet tamen quis, quòd sulfur per se opus compleat Alchemiæ: non enim esset hoc nisi vanum credere, hoc autem satis lucidè probabimus in sequentibus. Eligitur autem crassum & lucidum. Et de sulfure hæc dicta sufficiant.

De Arsenico. Cap. XXIX.

Restat nos de Arsenico determinare ad præsens. Dicimus igitur quòd est de subtili materia, & simile cum sulfure, iccirco non oportet illud aliter diffiniri, quàm sulfur: in hoc autem diuersificatur à sulfure, quia est albedinis tinctura de facili, rubedinis autem difficillimè: sulfur verò rubedinis de facili, albedinis autem difficillimé. Est autem sulfuris & Arsenici duplex genus citrinum scilicet, & rubeum, quæ sunt huic arti vtilia, reliqua autem multa genera non. Figitur autem Arsenicum sicut sulfur. Vtriusque verò sublimatio ex metallorum calcibus melior est. Non sunt autem sulfur & Arsenicum materia perfectiua huius operis. Non enim completa sunt ad perfectionem, habent autem adminiculum perfectionis in casu. Eligitur autem lucidum, & squamosum & sciscile.

De Argento uiuo, seu Mercurio. Cap. XXX.

Argentum autem viuum, quod etiam Mercurius appellatur antiquorum vsu, est aqua viscosa in visceribus terræ, substantiæ subtilis albæ terræ per calorem temperatissimum vnita totali vnione per minima, quousque humidum contemperetur à sicco, & siccum ab humido æqualiter. Ideoq; fugit superficiem planam de facili, propter suæ aquæ humiditatem. Non autem adhæret, viscosam licet habeat humiditatem, propter siccitatem illius, quæ illam contemperat, & non adhærere permittit. Est etiam (vt quidam dicunt) materia metallorum cum sulfure. Adhæret quoque tribus mineralibus de facili Saturno videlicet, & Ioui, & Soli, Lunæ autem magis difficulter: Veneri verò difficilius quàm Lunę, Marti autem nullo modo, nisi per artificium. Ex hoc itaque maximum elicias secretum. Est enim amicabilis, & metallis placabilis, & medium coniungendi tincturas, & non submergitur aliquid in Argento viuo, nisi Sol. Soluuntur tamen Iupiter & Saturnus, Luna & Venus ab eo, & commiscentur, & sine ipso aliquod metallorum deaurari nõ potest. Figitur & est tinctura ~~rubedinis exuberantissimæ refectionis, & fulgidi splendoris, & non recedit à commisto, donec est in natura sua~~. Non est tamen medicina nostra in natura sua, sed iuuare quandoq; potest similiter in casu.

De effectibus principiorum naturæ, quæ sunt corpora metallica. Cap. XXXI.

Dicamus de metallicis corporibus, quæ sunt effectus horum naturæ principiorum. Sunt autem sex numero. Aurum, Argentum, Plumbum, Stannum, Aes & Ferrum. Dicimus igitur quòd metallum est corpus minerale fusibile, sub malleo ex omni dimensione extensibile. Est autem metallum

(vt diximus) densæ substantiæ, & fortissimæ compositionis & firmæ. Habent autem affinitatem magnam metalla adinuicem, non tamen perfectum diminutum perficit per eius commistionem. Si enim aurum cum plumbo admisceatur fusione, non fit ex hoc plumbo aurum, sed euanescit plumbum ab admistione, & aduritur: aurum autem in examinatione remanet: Similiter in reliquis inducendo cadit secundum communem cursum. Secundum verò nostrum magisterium perfectum imperfectum adiuuat, & imperfectū in nostro magisterio per se perficitur sine administratione alicuius rei extraneæ, & imperfectum hoc eodem magisterio perficitur. Et per Deum, seinuicem alterant & alterantur, & seinuicem perficiunt & perficiuntur, & per se tantùm vnumquodq; perficitur, sine alicuius adminiculo.

De Sole, siue Auro. Cap. XXXII.

Attulimus tibi in generali capitulo summam de intentionibus metallorum, specialem tibi tamen faciemus de vnoquoque sermonem. Et primò de Auro. Dicimus ergo quòd Aurum est corpus metallicum, citrinū ponderosum, mutum, fulgidum, æqualiter in ventre terræ digestum, aqua minerali diutissimè lauatum, sub malleo extensibile, fusibile, examinationem cineritij & cementi tolerans. Et hac diffinitione itaq; elicias, quòd aliquod non non est aurum, nisi causas diffinitionis & differētias omnes habeat auri. Quicquid tamen metallum radicitus citrinat, & ad æqualitatem perducit & mundat, ex omni genere metallorum aurum facit: Ideoq; per opus naturæ perpēdimus, & artificio æs in aurum mutari posse. Vidimus nāq; in mineris æris, à quibus emanabat aqua, secum adducens æris squamas tenuissimas. Ipsaq; diuturno, & continuo lapsu lauit & mundauit. Deinde verò aqua cessante fluere, vidimus cum sicca arena has squamas per triennium in solis calore excoqui, inter quas est inuentum aurum verissimum. Aestimauimus itaq; per aquæ beneficium illas mundatas fuisse, per Solis autem calorem in arenę siccitate æqualiter digestum, & ad æqualitatem peruenisse. Imitātes autem naturam cū possumus, similiter alteramus, non tamen in hoc sequi naturā valemus. Aurū quoq; est precioſissimū metallorum, & est tinctura rubedinis, quia tingit ac transformat omne corpus. Calcinatur autē & soluitur sine vtilitate, & est medicina lætificans, & in iuuentute corpus cōseruans. Frangitur facillimè cū Mercurio, & odore plumbi teritur. Non est autem in actu aliquid quod magis in substantia illi conueniat, quàm Iupiter & Luna. In pondere autem & sur ditate, & putrescibilitate Saturnus, in colore autem Venus, in potentia quidem magis Venus, deinde Luna, deinde Iupiter, & deinde Saturnus, vltimò verò Mars. Et hoc est vnum de secretis naturæ. Cum ipso similiter comm iscentur spiritus, & figuntur per ipsum maximo ingenio, quod non peruenit ad artificem duræ ceruicis & pectoris.

De Luna, siue Argento. Cap. XXXIII.

Solis itaq; capitulo præmisso, dicamus sermonem nostrum de Luna, communi vocabulo argento. Dicimus igitur quòd Argentum est corpus metallicum, album albedine pura, mundū, durum, sonans, perdurans in cinerítio, sub malleo extensibile, ignibile, fusibile. Est itaq; albedinis tinctura, & indurat Iouem per artificium, & conuertit ad se, & commiscetur Soli, & non frangit, sed in examinatione sine artificio cum eo nō perseuerat. Qui nouit ipsum magis subtiliare, & post subtiliationem inspissare & figere, cum auro associatū cum eo manet in pugna, & ipsum non dimittit penitus. Positum super fumum acutorum, sicut aceti, salis ammoniaci, & agrestæ, fit cælestinus color mirabilis. Et est nobile corpus, sed diminutum à nobilitate auri, & inuenitur eius

minera

minera determinata, & aliquoties habet confusam mineram cum alijs corporibus, & illud non est ita nobile. Calcinatur autem similiter, & soluitur labore magno cum nulla vtilitate.

De Saturno, siue Plumbo. Cap. XXXIIII.

DE Plumbo similiter tradamus capitulum, & dicamus, quòd Plumbum est corpus metallicum, liuidum, terreum, ponderosum, mutũ, parua participans albedine, cum liuiditate multa, cineritium & cementum refugiens, molle, facilè omni sua dimensione parua compressione extensibile, & facilè fusibile sine ignitione. Plumbum autem quidam fatui putant, & dicũt multum in natura sua auro approximare. Sed quia sunt duræ ceruicis, omni ratione vacui, nullam veritatem conijcere, quantum in se est, ex subtilissimis rebus queunt, sed de eis secundum sensum iudicant. Et quia vident illud ponderosum, & mutum, & non putrescere, credunt illud Soli multum approximare, sed hoc totum est erroneum, vt latius à nobis insequenti negocio probatur apertè. Plumbum quoq; multum habet de substantia terrea, ideo lauatur, & in stannum per lauacrum vertitur. Per hoc ergo patet stannum magis perfecto assimilari. Et Plumbum similiter aduritur, & fit minium, & ponitur super vapores aceti, & fit cerussa. Et licet non multum perfectioni approximet, ex eo tamen per nostrum artificium de facili argentum facimus, & non seruat pondus proprium in transmutatione, sed mutatur in nouum pondus. Et hoc totum in magisterio acquirit. Est etiam Plumbum argenti examen in cineritio, cuius causas dicemus.

De Ioue, siue Stanno. Cap. XXXV.

IOuis ergo traditione non omissa, significamus filijs doctrinæ, quòd est corpus metallicum, album, non purum, liuidum, & sonans parum, terreitate pauca participans, stridorem, molliciem, liquefactionis sine ignitione velocitatem in radice possidens, cineritium & cementum non expectans, sub malleo extensibile. Est ergo Iupiter inter diminuta à perfectione corpora magis perfecto in radice suæ naturæ affinis, Soli scilicet & Lunæ, Lunæ magis, Soli verò minus. Hoc itaq; in sequentibus lucidè narrabitur. Iupiter quia albedinem multam ex radice suæ generationis suscepit, ideo omnia non alba corpora dealbat. Vitium est tamen ei, quod omne corpus frangit, præter Saturnum & purissimum Solem. Et Iupiter multum Soli & Lunæ adhæret, & ideo ab eis per examina non de facili recedit. Suscipit tincturam rubedinis, & splendet in eo fulgore inæstimabili, & pondus acquirit in magisterio huius artis. Induratur verò & mundatur facilius quàm Saturnus. Et qui sciuerit eius vitium fractionis auferre, subito ex eius proficuo perfrui lætabitur. Conuenit enim Soli & Lunæ, nec separabitur ab eius vnquam.

De Venere, siue Aere. Cap. XXXVI.

DE Venere verò sermo noster sit ad præsens. Et est corpus metallicum, liuidum, rubedine fusca participans, ignibile, fusibile, sub malleo extensibile, cineritium & cementum refugiens. Venus itaq; (vt narratum est) in profundo suæ substantiæ colorem & essentiam auri prætendit, malleatur verò & ignitur vt argentum & aurum. Ideoq; secretum ex ea assumas, quia est medium Solis & Lunæ, & facilè ad vtrunq; conuertere naturam illius accidit, & est bonæ conuersionis, & pauci laboris. Conuenit cum tutia vehementer, quę illam citrinat citrinitate bona, & ex hoc proficuũ elicias. Excusamur itaq; per eam à laboribus indurationis & ignitionis illius. Assumas igitur eam præ cæteris imperfectis in opere minori & medio, in maiori verò minimè. Hoc tamẽ præ Ioue vitium habet, quòd liuescit de facili, & infectionẽ ex acribus & acu-

tis suscipit, & eradicare illud non est facile artificium, imò profundum.

De Marte, siue Ferro. Cap. XXXVII.

MArtis verò narratio, & secretum illius totum est ex opere naturæ, quia est corpus metallicum liuidum multum, parum verò rubeum, albedine non pura participans, durum, ignibile, fusibile fusione non recta, sub malleo extensibile, & multum sonans. Est autem Mars duræ tractationis, propter impotentiam suæ fusionis, qui si medicina illius naturam immutante fundatur, coniungitur Soli & Lunæ, & non separatur per examen sine magna industria, sed si præparatur, coniungitur, & non separatur per aliquod artificiũ, si eius natura fixionis nõ immutet ab eo, sola remota immũdicie illius. Est ergo tinctura rubedinis de facili, albedinis verò difficulter. Et cum coniungitur nõ alteratus, non immutat colorem commisti, sed auget illud in quantitate. Inter omnia igitur corpora Iupiter splendidius, & lucidius, fulgidius & perfectius in solare & lunare transformatur corpus. Sed in eo est opus facilis tractationis, & longi laboris. Post illum verò Venus minus perfectæ mutationis elígitur, difficilioris tracttaionis, breuioris verò quàm Iupiter laboris. Saturnus verò post Venerem, perfectionem in transmutatione ab illa diminutam habet, facilis tractationis, longissimi verò laboris. Mars verò inter cętera minimæ pefectionis in transmutatione consistit, tractationis vtiq; difficillimæ, & laboris longissimi. Quæcũq; igitur à velocitate liquefactionis corpora remotiora sunt, difficilioris inueniuntur in transmutationis opere tractationis. Et sunt huiusmodi Venus & Mars. Quæ verò magis, magis: & quę maximè, maximé. Quæcunq; verò maioris liuiditatis & infectionis de terra sunt participantia, & hæc laboris maioris inueniuntur, & minoris perfectionis. Quæcunq; autẽ perfectionum diuersitates paulò prius à nobis determinatæ sunt, in minoris & medij operis artificio repertæ sunt, in maiori verò vnius perfectionis sunt omnia, non autem vnius tractationis aut laboris sunt. Remanet enim dicere, & quæ tractationis facilitas & difficultas, & quæ breuitas laboris, & longitudo, in radice in natura corporum inuenta sunt. Iam ergo principia naturalia ipsorum corporum, traditione vera, quæ est ex intentione naturæ perscripsimus, & ipsorum corporum similiter determinatos sermones in singulis capitulis veraciter exposuimus, & secundum sententiam eorum, qui intima naturæ videre potuerunt, & secundum nostram, qui ad ea peruenimus cum instantia laboris. Nunc verò secundum quod innuimus, expedit huius artis defectum supplere, & principia omnia huius magisterij tradere in huius nostri sermonis vltima parte, & perfectionem quam vidimus, secundum eius exigentiam, cum causis suis monstrare.

QVARTA PRAS HVIVS PRIMI LIBRI, DE PRINcipijs artificialibus huius artis.

Diuisio dicendorum in hac parte, cum insinuatione perfectionis, in secundo libro tradendæ. Cap. XXXVIII.

SVNT duo quæ determinanda sunt: Principia scilicet huius magisterij, & perrfectio eiusdem. Sunt itaq; huius artis principia, modi operationum ipsius, quibus applicatur artifex ad hoc magisterium. Qui quidem à se invicem sunt diuersi. Est enim vnus modus Sublimatio, & Descensio alter, & vnus etiam Distillatio, & vnus ex modis est Calcinatio, & alius Solutio, & alius Coagulatio: septimus verò modus est Fixatio, octauus verò Ceratio. De quibus singulis singulas narrationes faciemus. Perfectio verò consistit ex consideratione

deratione eorum, quibus peruenitur ad eam, & ex consideratione rerum iuuã tium, & ex consideratione ipsius rei, quæ vltimò perficit, & ex qua cognoscitur, an in perfectione fuit magisterium, vel non. Consideratio eorum, quibus peruenitur ad operis complementum, est consideratio substantiæ manifestæ, & colorum manifestorum, & ponderis in vnoquoque coporum mutandorum, & eorum corporum, quæ non mutanda sunt ex radice suæ naturæ absq; illo artificio, & consideratio illorum similiter in radice sua cum artificio, & consideratio principiorum corporum, secundum suum profundum, occultum & manifestum, secundum naturam suam, sine artificio, & eorum similiter cum artificio. Quoniam si non cognoscerentur corpora & illorum principia in profundo suæ naturę & manifesto, cum artificio, & sine, nesciretur quod superfluum in eis, & quod diminutum, qua ratione necesse foret nos nunquam ad perfectionem transmutationis illorum peruenire. Consideratio autem rerum iuuantium perfectionem, est consideratio naturarum, illarum rerum, quæ corporibus sine artificio videmus adhærere & mutationem facere. Et sunt Marchasita, Magnesia, Tutia, Antimonium, & lapis Lazuli, & consideratio eorum, quæ sine adhærentia corpora mundificant, & sunt scilicet sal & alumina, nitra & boracia, & quæ illorum naturæ sunt, atque consideratio vitrificationis mundantis per consimilem naturam. Consideratio verò rei quæ perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ argenti viui: & est materia quæ ex materia illius assumpsit originem, & ex illa creata est. Non est autem ista materia argentum viuum in natura sua, nec in tota sua substantia, sed est pars illius, non est autem nunc, sed cum lapis noster factus est. Ipse enim illustrat, & ab adustione conseruat, quod perfectionis significatio est. Consideratio verò rei ex qua cognoscitur, vtrum magisterium in perfectione sit, vel non, est consideratio cineritij, cementi, ignitionis, expositionis super vapores acutorum, extinctionis, commistionis sulfuris adurentis corpora, reductionis post calcinationem, & susceptionis argenti viui. Hæc autem omnia deinceps narrabimus cum causis suis, & cum experientijs facilibus, quibus poteris manifestè cognoscere, sermones non errasse nostros. Et hæc experimenta erunt tibi penitus nota.

De Sublimatione, cur sit inuenta. Cap. XXXIX.

PRosequentes igitur nostrum propositum, dicimus de Sublimatione. Et fuit causa inuentionis eius, quia non inuenerunt Antiqui nostri, nec nos, nec qui post nos erunt aliquid, quod vniretur corporibus, nisi spiritus solos, vel aliquod, quod naturam corporis & spiritus in se contineret, & hos proiectos super corpora sine illorum mundatione, viderunt vel non perfectos colores dare, vel ex toto corrumpere, adurere, denigrare & defœdare: Et hoc secundum diuersitatem ipsorum spirituum. Quidam enim sunt adurentes, vt sulfur & arsenicum & Marchasita, & hi quidem corrumpunt ex toto. Alij verò nõ adurunt, vt omne genus Tutiæ, & hi quidem imperfectos colores dãt, duplici de causa hæc faciunt. Vna, quia vnctuositas adustiua sulfuris, de cuius proprietate est, de facili inflammari, & per inflammationẽ denigrari, & per consequẽs denigrare, ab eis non est ablata. Altera verò causa est terreitas, quæ ab eis similiter ablata non fuit. In his autem, in quibus non datur perfectus color, est causa terreitas, liuidum faciens eũ. Potest etiam adustio liuidum creare colorem. Ideoq; ingeniati fuimus hos mundare ab vnctuositate videlicet adurente, eã habentes scilicet, & à terrea superfluitate omnes. Et ad hoc per nullum magisterium potuimus peruenire, nisi per solam sublimationem. Ignis enim cum eleuat, subtiliores partes semper eleuat, ergo dimittit grossiores. Ex hoc patet,

per ſublimationem ſpiritus à terreitate mũdari, quæ & ingreſſionem impedie bat, & colorem immundum dabat. Experientia verò notum tibi facit ſatis per uiſum tuum, illos ab ea abſolutos eſſe: vides enim eos ſplendidiores & magis peruios, & eos facilius corporum denſitatem ſubintrare & penetrare, & non fœdum, vt prius, colorem facere. Quòd verò per ſublimationem aduſtio remoueatur, patet experimento, quoniam arſenicum quo prius ante ſui ſublimationem impium & pronum erat ad aduſtionem, poſt eius ſublimationem inflammari ſe non permittit, ſed ſolummodò ſine inflammatione recedit, & hoc idem in ſulfure (ſi experieris) inuenies. Quia autem in nullis alijs quàm in ſpiritibus vidimus adhærentiam ad corpora cum alteratione, per nullam aliam cauſam fuimus ab eis excuſati, quin neceſſarium fuerit, illos præparaſſe, cum mundatione illorum, quæ eſt per ſublimationem, ideo huius fuit cauſa neceſſaria inuentionis. Sublimationis igitur narremus ordinem totum ſine diminutione, & ipſius cauſam.

Quid ſit ſublimatio, & de tribus gradibus ignis in ea obſeruandis. Cap. XL.

Dicimus igitur, Sublimatio eſt rei ſiccæ per ignem eleuatio, cum adherentia ſui vaſis. Sublimatio verò diuerſificatur propter diuerſitatem ſpiritum ſublimandorum. Quædam enim fit cum forti ignitione, quædam verò cum mediocri, quædam verò cum igne remiſſo. Si igitur ſublimetur arſenicum vel ſulfur, neceſſe eſt illa per remiſſum ignem ſublimari, quoniam cum habeant partes ſubtiliſsimas coniunctas vniformiter groſſis, aſcenderet vtique illorum tota ſubſtantia ſine purificatione aliqua, imò denigrata & combuſta. Vt igitur ſeparet quis immundam terream ſubſtantiam, neceſſe eſt ingenia duorum inuenire generum, proportionem ſcilicet ignis, & mundificationem cum commiſtione fæcum, quoniam commiſtio cum fæcibus partes comprehendit groſſas, & tenet illas in aludelis fundo depreſſas, nec eas ſcandere permittit. Vnde & neceſſe eſt, artificem triplicem ignis gradum ſublimationi applicare: Vnum proportionatum taliter, quòd per eum aſcendant alterata tantùm & mundiora & lucidiora, donec per hoc manifeſtè viderit ipſa mundari à terrea fæculentia. Alter verò gradus eſt, vt quod in fæcibus remanſit de pura illorum eſſentia, ſublimetur cum maiori expreſſione ignis, videlicet cum ignitione aludelis & ipſarum fæcum, quam videre poterit oculis ſuis. Tertius verò gradus eſt, vt adminiſtretur ignis debiliſsimus ſine fæcibus, ei quod ſublimatum à fæcibus, & iam depuratum eſt, ita vt vix aliquid de illo aſcendat, & quod aſcendet de illo ſit res ſubtiliſſima, quæ in hoc opere nihil valet, quia illa eſt res, mediante qua aduſtio fit in ſulfuribus. Eſt igitur tota ſublimationis intentio hæc, vt remota terreitate illius per ignis adminiſtrationem debitam, & abiecta ſimiliter ex ea ſubtiliſsima & fumoſa illius parte, quæ aduſtionem cum corruptione adducit, relinquatur nobis pars illa, quæ in æqualitate conſiſtit, quæ ſimplicem fuſionem ſuper ignem facit, ſine aduſtione aliqua de igne fugiente ſine inflammatione illius. Quòd verò ſubtiliſsimum ſit aduſtiuum, manifeſtiſsimis argumentationibus probatur. Quia ignis ad ſuam conuertit naturam vnumquodque eorum quod magis affine illi eſt, quia ex vnaquaque re aduſtibili magis affine eſt, quod ex illa eſt ſubtile, & adhuc magis affine eſt, quod ſubtilius eſt: ergo & maximè affine quod ſubtiliſsimum eſt. Ab experientia ſimiliter, quoniam ſulfur vel arſenicum non ſublimatum velociſſimè inflammatur, ſulfur verò facilius. Sublimatum verò directè non inflammatur, ſed euolat & extenuatur ſine inflammatione, precedente tamen fuſione. His itaque patet, ſermonem noſtrum veridicum eſſe.

De

De Fæcibus corporum metallicorum, ſpiritibus in ſublimatione addendis, & earum quantitate ac qualitate. Cap. XLI.

PRobatio verò adminiſtrationis fæcum, cum proportione ſua eſt, vt eligatur materia illa, cum qua plus conueniant ſpiritus ſublimandi, & cui permiſceantur profundius, quoniam illa cui magis vniuntur, potentior eſt in retentione fæcum ſublimandorum, quàm cui non. Huius rationabilis ſatis eſt & manifeſta probatio. Probatio verò, quòd neceſſaria ſit fæcum adminiſtratio, eſt, quia ſi non coniungerentur ſulfur vel arſenicum ſublimandum, cum fæce de aliqua re fixa, tunc neceſſe eſſet ea cũ tota ſui ſubſtantia aſcendere, non mũ data. Experientia verò ſciunt, nos verum dicere, qui in ſublimationibus exercitati ſunt. Probatio verò, quòd neceſſaria ſit talium fæcum adminiſtratio, quibus ſublimanda conueniant & vniantur in profundo ſuo, quia ſi fæces nõ permiſcerentur per minima, tunc idem contingeret, ſicut ſi fæcem non haberent, ſcilicet vt aſcenderet tota illorum eſſentia ſine mundatione aliqua, ſicut aſcendunt ſine fæcibus cũ tota ſubſtantia, ergo & ſimiliter à fæcibus ſublimata quibus non vniuntur, accidere neceſſe eſt. Experiẽtia ſcit verum hoc eſſe, qui hoc vidit & nouit, quia cùm ſublimauit à re extranea à corporum natura, ſublimauit in vanum, vt nullo modo depurata poſt aſcenſionem illorum inueniret. Si verò cum calce alicuius corporum ſublimauit, tunc bene ſublimauit, & perfectè mundare potuit cum facilitate. Eſt ergo intentio fæcũ, vt adminiſtrẽtur de calcibus metallorum. Eſt enim in illis facilis operationis ſublimatio, cũ rebus autem alijs difficillima. Nõ eſt ergo aliquid, quod locum illorum poſsit obtinere. Non autem dicimus ſublimationem impoſsibilem ſine calcibus corporum, ſed eam difficillimam, & longiſsimi laboris & protelationis vſq; in deſperationem. Sed in hoc tamen aliquid bonitatis habet, quia quod ſublimatur abſq; fęcibus, vel ſine corporum calcibus, eſt quantitatis multæ, quod verò cũ fæcibus, minoris. Adhuc verò & quod cum corporum calcibus, minimæ eſt quantitatis, ſed facillimi laboris & breuiſsimi. Illud verò quod plus nos excuſat à fæcibus de corporibus, eſt omne genus ſalis præparati, & huius conſimilium in natura. Et eſt nobis cum eis ſublimatio multæ quantitatis etiam poſsibilis, quia facilis fit ab eis ſublimandarum fæcum ſeparatio per ſalium ſolutionẽ, quod in nullis alijs rebus eſſe contingit. Proportio verò fęcum eſt, vt quantitas fæcum quantitati ſublimandorum æquetur. In hoc enim etiam rudis artifex errare non poterit. mediocrem verò artificem, ponere medietatem ponderis ſublimandorum ex fæcibus, ſufficiens eſſe contingit, & in hoc errare nõ debet. Exercitato verò & maximè experto, minima illarum pars ſufficit. Quãto enim minores fæcum ſunt quantitates, tanto & maioris exuberantiæ ſublimationem neceſſe eſt eſſe, dummodò & ſecundum diuerſitatem ſubtractionis fęcum, fiat proportionalis illi ſubtractio ignis. In parua enim quantitate, paruus ad perfectionem ignis elicíatur, in magna magnus, in maiori maior.

De moderando igne in ſublimatione. Cap. XLII.

SEd quoniam ignis non eſt res quæ menſurari poſsit, ideo contingit in illo errare ſæpiſsime, cùm quis exercitatus non eſt, tam ex diuerſitate fornacũ, & lignorum adurendorum, quàm vaſorum & coaptationis illorũ, De quibus omnibus expedit artificem attẽtum ſollicitare. Sed communem adducimus regulã, Quòd in primis expedit cum paruitate ignis, ſolam aqueitatẽ ex ſublimãdis exprimere, qua remota, ſi quid aſcẽdit per illũ, tunc in principio hic nõ

augeatur ignis,vt per debilissimũ ignem subtilissima pars tollatur, & seorsum ponatur,quæ est causa aduſtionis. Cùm autem iam nihil vel modicũ ascẽderit (quod experiri poteris cum intromissione bombycis lycinij in superius foramen aludelis)vigoretur ignis sub eo,& quãti vigoris debeat esse ignis,tibi experientia lycinij ostendet.Si enim parum de sublimando vel mundum exierit adhuc paruus erit ignis,augeatur igitur.Si verò multum & immundum, tunc superfluus est,subtrahatur igitur.Si verò mundum & multum, proportio iam inuenta est.Immundum autem vel mũdum per extractionem lycinij, quod in foramen aludelis positum est,cognoscetur:secundum enim quam quantitatẽ munditiem vel immunditiem ex sublimando respexerit artifex adhæsisse lycinio,syllogissare poterit, & in tota sublimatione necessariò proportionalem ignem.Et ex hoc ignis rectificationem inueniet sine fallacia. Melior verò modus fæcum est,vt sumantur ferri squamæ,vel æris combusti. Et hæc quidẽ propter priuationem malæ humiditatis,de facili sulfur aut arsenicum sibi imbibũt & secum vniunt.Huius autem viam scit exercitatus solus.

De erroribus circa quantitatem fæcũ & dispositionem fornacis in sublimando sulfure & arsenico uitandis:Item de fornace construenda,& lignis eligendis. Cap.XLIII.

EXpedit ergo nos rectificare artificẽ in omnibus,in quibus contingit errare ignoranter,in horũ duorum spirituum sublimatione.Narremus igit primò,quòd si multas fæces posuerit,tunc si non augmẽtauerit ignẽ proportionalem,nihil ex sublimando ascendet.Quomodo autẽ illum inueniat,iã ei sufficienter narratum est.Et si paucam fæcum quantitatem, vel nõ ex corporum calce posuerit,tunc si illius proportionem non inuenerit, ascendet sublimandum cum tota substantia.Et huius tradidi similiter inuentionem sufficientem.Ex fornace verò similiter contingit errare.Nam magna fornax magnum dat ignem,paruum verò parua,si ligna & foramina auricularum eius proportionantur.Si igitur posuerit multam rei sublimandæ quantitatem in paruã fornacem,ignem eleuationis sufficientem non poterit exhibere.Si verò paucam quantitatem in magnam fornacem,sublimationẽ exterminabit propter ignis excessum.Similiter verò spissa fornax condensatum & fortem dat ignẽ,tenuis verò rarum & debilem,in quibus similiter errare contingit. Similiter verò cũ spacioſis auriculis furnus,& clarum & magnum dat ignem, cum strictis verò debilem.Item si maior fuerit vasis in coaptatione ad furnum distantia à spondilibus eius,magnum dabit ignem,si verò minor,minorẽ. In quibus omnibus contingit errare maximè.Rectificatio ergo horum est,vt furnus scilicet construatur secundum intentionem ignis quam quærit,spissus scilicet cum liberis auriculis,cum distantia vasis aludelis multa à spondilibus furni,si magnũ quærit ignem.Si verò mediocrem,mediocrẽ in his omnibus inueniat proportionem:si verò debilem, proportionem in his eandem inueniat.Et has proportiones omnes docebimus te inuenire cum præparatione vera, & experientia determinata. Si igitur volueris multam sublimationis quantitatem eleuare, tunc vas aludel tantæ capacitatis inuenias,quod illam suscipiat super fundum ad eleuationem vnius palmæ.Ad illud coaptes furnum, vt suscipiat aludel in medio sui cum distantia parietum suorum per duos digitos.Et furno facto,facies illi decem auriculas æquè distantes proportione vna, vt vna æqualitas sit ignis ad omnes partes illius. Tunc verò stipite ferreo in medio fornacis ex transuerso in spondilibus eius firmato, qui à fundo fornacis distet ad extensionem vnius palmæ cum pollice suo, & ad spissitudinem vnius digiti super eo firmetur vas aludel,& circumlinatur ad furnũ,quẽ sequens demonstrat descri-

ſcriptio. Tunc verò aduerte, ſi bene & liberè ſe expediuerit de fumoſitatibus, & flamma liberè per totũ furnum trãſiuerit in circuitu aludelis, tunc bene proportionatum eſt, ſi verò non, non. Et tunc dilata eius auriculas, & ſi emẽdatur, bene quidẽ, ſi verò non, tunc neceſſariò relinquitur, quòd diſtantia aludelis à parietibus nimis parua eſt: radantur ergo tunc parietes, & amplietur diſtantia & poſtea tentetur. Reiteretur ergo ampliatio auricularum, & raſura ſpondiliũ quouſq; liberè ſe abſoluat à fumo, & flamma in circuitu aludelis ſit lucida, & fumus liberè per auriculas exeat. Iſta eſt ſufficiens experientia ad omnẽ ſublimationis quantitatẽ de inuentione magnitudinis furni, & dilatationis auricularũ eius, & diſtantiæ aludelis à parietibus eius. Inuẽtio verò ſpiſſitudinis furni eſt, quòd ſi quæſieris magnum ignem, maior ſpiſſitudo illius ſit, ad menſurã extenſionis palmæ cum pollice ſuo: ſi verò mediocrẽ, ad menſuram vnius palmæ: ſi verò minorem, ad ſpiſſitudinem duorum digitorum formetur.

Similiter verò ex lignis eliciatur proportio, quoniã ligna ſolida fortem dãt ignem, ſpongioſa verò debilem, ſicca magnũ & citò terminabilẽ. Viridia parũ & multum durantem, & ſimiliter ſolida multũ durantem: ſpongioſa verò de facili terminabilem dant ignẽ. Conſideratione ergo diſtantiæ aludelis & magnitudinis & paruitatis auricularũ, & ſpiſſitudinis & tenuitatis furni, & diuerſitatis lignorum præmiſſa, accidet omnium igniũ diuerſitates perquiri, cum experientia ſua vera. Ex concluſione verò maiore vel minore auricularum, vel feneſtræ furni, per quam ligna intromittuntur, & adminiſtratione diuerſitatis lignorum, & additione & ſubtractione illorũ, accidet inueniri determinatum ſpacium tẽporis durationis ignis, ſcilicet vt ſcientia determinata ſciatur, quantum vnuſquiſq; ignis in ſuo gradu perdurare poterit in æqualitate. Et hæc inueſtigatio eſt maximè tibi vtilis & neceſſaria, quoniam per eam excuſaberis à multitudine laboris immenſi. Exerciteris igit̃ in ea, & in omnibus à nobis nũc nouiſsimè determinatis, quia qui ſe exercuerit, inueniet, qui verò non, non.

Ex qua materia & qua forma uas Aludel ſit faciendum. Cap. XLIIII.

INtentio verò vaſis Aludelis eſt, vt fingatur vas de vitro ſpiſſum: de alia enim materia non valet, niſi fortè ſimilis eſſet ſubſtantiæ cum vitro ſpiſſum: ſolum enim vitrũ & ei ſimile, cum poris careat, potens eſt ſpiritus tenere ne fugiãt, & exterminentur ab igne. Alia autẽ materia nulla, quia per poros eorũ ſucceſſiuè diminuuntur & euaneſcunt ſpiritus. Nec metalla in hoc valent, quoniam ſpiritus propter amicitiã eorum & conuenientiam illa penetrant, & cum illis vniuntur: quare per illa tranſeuntes euaneſcunt, quod per ea, quæ à nobis determinata ſunt, apertè probatur. Neceſſariò & experientia repertũ eſt, hoc nos verum dixiſſe, ergo per aliquod nos excuſamur à ſuſceptione vitri in cõpoſitione Aludelis. Fingatur ergo concha vitrea rotunda, cuius fundus ſit paruæ curuitatis, & in medio ſpondiliũ eius formetur zona vitrea circundãs eam, & ſuper illam zonam fundetur paries rotundus equidiſtans à conchæ pariete ad groſsitudinem cooperculi ipſius conchæ, ita vt in diſtãtia hac cadat paries cooptorij largè ſine preſſura. Altitudo verò huius parietis ſit ad menſuram altitudinis parietis conchæ, aut paulò plus, aut paulò minus. Formẽtur verò duo coopertoria ad menſuram huius concauitatis duorũ parietum, æqualia, quorũ longitudo ſit æqualis, & ſit vnius ſpannæ, & figura eorũ figura vna, ſcilicet pyramidalis, in quorum capitibus duo æqualia ſint foramina, vnum ſcilicet in vno, alterum in altero, in quibus ambobus poſsit cadere maior gallinæ pẽna, vt hîc paulò poſt clarius cernere licebit. Eſt ergo conchæ vaſis intentio, vt poſsit moueri ſecundum artificis voluntatem coopertorium illius, & quòd iunctura ſit ingenioſa, per quã ſine lutatione aliqua nõ pateat ſpiritibus egreſsio.

Qui ergo in hoc poteſt magis ingeniari, non excuſet ſe ab hoc per noſtrã traditionẽ. Et eſt ſpecialis intentio ſuper hoc, ſcilicet vt concha interior cũ ſpondilibus ſuis vſq; ad medium ſubintret coopertorium ſuum. Cùm enim fumorum ſit aſcendere & non deſcendere, per hoc inuenimus inuẽtione prima, ſpiritus non habere ad conſumptionẽ exitũ, & propter hoc excellit modos alios quos inuentione noſtra quæſiuimus. Et hoc experiendo, videbunt nos verũ æſtimaſſe de illo. Intẽtio verò & vna eſt, vt ſæpiſsimè euacuetur aludelis caput ne præ nimia ſublimandorum multiplicatione in illud, cadant ad illius fundũ, & detineat multitudo reiterationis ſublimationis occupatum lõgo tempore. Eſt & ſimiliter intentio altera, vt ſemper ſeorſum ſeparet, quod ſurſum ad propinquitatem foraminis capitis aludel aſcendit in puluerem, ab eo quod fuſum & denſum in fruſtis, & apud fundum illius, peruium, & clarum, cum adhærentia ad vaſis ſpondilia conſcendiſſe inuenitur, quoniam hoc minus habet de aduſtione, quàm quòd prope foramen reperitur ſcandiſſe. Hoc autem in ſuperioribus aperta probatur ratione videlicet, & experimento. Probatio verò bonitatis & perfectionis ſublimationis eſt iam dicta. Et eſt, vt inueniatur clara & lucida, & non aduratur cum inflammatione. Hæc eſt ergo perfectio intentionum ſublimationis, ſulfuris videlicet & arſenici. Et ſi non inuenta eſt ſic, reiteretur opus ſuper illa, cum conſideratione omnium ſuarum intentionum, quouſque ſic inueniatur.

De ſublimatione Mercurij ſiue Argenti uiui. Cap. XLV.

NVnc verò totam intentionẽ ſublimationis arg. viui determinemus. Eſt igitur cõpleta, ſumma illius depuratio terreitatis, & remotio aqueitatis illius. Excuſamur enim à labore remotionis aduſtionis eius, quoniã eam nõ habet. Dicimus igitur quòd ingeniũ ſeparationis ſuperfluæ terræ ipſius eſt ipſum cõmiſcere rebus, cum quibus affinitatẽ non habet, & ſublimationẽ eius reiterare ab eis multoties. Et harũ genus eſt talk, & calx corticũ ouorũ, & marmoris albi. Similiter & vitrum minutiſsimè tritum, & ſalis omne genus præparati. Ab iſtis enim mundatur, ab alijs verò rebus habentibus affinitatem cum eo, niſi ſint perfectionis corpora, corrũpitur potius, quia ſulfureitatem habent omnia talia, quæ aſcendens cum eo in ſublimatione ipſum corrũpit. Et in hoc experientiam vides, quia ſi ſublimas illud à ſtãno, vel à plũbo, ipſum poſt ſublimationẽ infectum conſpicies nigredine. Ergo melior eſt eius ſublimatio per ea, cum quibus non conuenit. Cum quibus autem conuenit melior eſſet, ſi ſulfureitatem non haberẽt. Ideo à calce melior eſt ſublimatio, quàm à rebus omnibus, quoniã illa parũ conuenit, & ſulfureitatẽ non habet. Modus verò remotionis aqueitatis ipſius ſuperfluæ eſt, vt quando cõmiſcetur calcibus, à quibus ſublimari debet, teratur & cõmiſceatur illis cum imbibitione, quouſq; de illo nihil appareat, & poſtea ſuper ignẽ lentiſsimum aqueitas imbibitionis remoueatur: qua recedente, etiã arg. viui aqueitas cum ea recedit. Sit tamen ignis tam lenis, vt per eum arg. viui tota ſubſtãtia non aſcendat. Ex multiplici igitur reiteratione imbibitionis cũ contritione & leni aſſatione, aqueitas illius maior deletur, cuius reſiduum per ſublimationis reiterationem remouetur. Et quum videris illud albiſsimum, excellens niuem albedine ſua, & quaſi mortuum aludelis ſpondilibus adhærere, tunc ſuper ipſum reitera ſublimationem eius ſine fæcibus: Quoniam adhæret pars illius fixa cum fæcibus, & nunquam per ingeniorum genus aliquod ab illis ſeparari poſſet. Aut poſt illud figas partem illius, & modum fixionis eius in ſequentibus narratum tibi expreſsè trademus. Et cùm fixeris illam, tunc reitera ſublimationem reſiduæ partis ſuper eam, vt illa ſimiliter figatur, & ſerua, quod tentabis ſuper ignem. Si fuſionem

bonam

dederit, tunc sufficientẽ sublimationẽ illi administrasti. Si verò nõ, ad-
e arg. viu. sublimato partem aliquã, & reitera sublimationẽ, donec fiat.
i lucidum & albissimũ habuerit colorem, & peruium, tunc bene mun
non, non. Igitur ne sis in præparatione illius quæ per sublimationẽ fit,
s, quia qualis erit mundatio, talis & perfectio per illud sequitur, in pro
e illius super vnũquodq; imperfectorũ corporum, & super ipsum viuũ
eparatũ. Vnde & quosdã contingit ferrum, quosdã verò plumbum, &
n per illud Venerẽ, & quosdam stannũ formare. Quod contingit pro-
ificationis negligentiam, quandoq; illius solius, quandoq; sulfuris si-
sti, vel eius comparis. Si igitur directè sublimãdo mundaueris, & illud
ris, erit albedinis tinctura firma & perfecta, cui non est par.

De sublimatione Marchasitæ. Cap. XLVI.

ficienter igitur sublimationis arg. viui summa intentionis tradita, nunc ad ipsius Marchasitæ sublimationẽ accedamus: Duę autẽ sunt illius sublimationes. Prima quidẽ sine ignitione perficitur, alia cum ignitione. Et illud ideo, habet enim duplicem substantiã. Vnam scilicet sulf. purum in natura sua, aliam verò arg. viu. mortificatũ. Prima vtilis est, sicut sulfur: Secunda verò vtilis, vt arg. viu. mortificatũ, & mediocriter præparatũ. Assumamus igitur hãc vltimam, quia per illã excusamur à superiore arg. viu. & à labore mortificationis eius. Est igitur totus modus sublimationis illius, vt teratur, & in aludele ponatur, & sublimetur sine ignitione sulfur eius, semper remouendo quod ex illo sublimatur sæpissime propter causam dictã, & augendo ignis vigorẽ vsq; ad ignitionẽ aludelis. Et prima sublimatio marchasitæ debet fieri in vase sublimationis, quousq; sulfur recesserit, & postea in isto successiuè & ordinatè procedere, quousq; totũ quod in ea de sulf. constat, exierit. Quod probare poteris his manifestis experientijs. Nam cùm totũ illius sulf. fuerit eleuatũ, videbis colorẽ eius, quod post illud sublimabitur, mutari in albissimũ, misto cælestino eidem colore clarissimo & amœno. Aliter etiã, quia quod erit de sulfuris natura cõburetur, & flãmam dabit vt sulfur. Quòd verò secundò post illud sublimatum fuerit, nec inflammabitur, nec proprietates sulfuris ostendet aliquas, sed viui arg. mortificati in sublimationis reiteratione.

De uase, in quo Marchasita rectè possit sublimari. Cap. XLVII.

ILlud ergo colligamus per suũ sublimationis modũ, qui est, vt fiat vas terreũ solidissimũ, & bene coctũ, ad longitudinem mediæ staturæ virilis, ad latitudinem verò, per quã manus subintrare possit. Et fiat fundus eius qui separari & coniungi possit ad similitudinẽ vnius planæ paropsidis profundæ multũ. Et mensuretur ab orificio illius vasis vsq; prope fundũ, ad mensuram longitudinis vnius manus cum digitis suis. Et de illo loco vsq; ad caput eius vitrificetẽ interius vas vitrificatione spissa multũ. Et super caput illius ponatur alẽbicus cum laxo naso: in tali enim vase sublimatur illud. Coniungatur igitur fundus vasi suo per lutum firmæ tenacitatis, & super ipsum fundum spargatur marchasita, & super caput vasis alembicus laxi nasi, & ponatur in furnum, de cuius proprietate sit fortem ignitionem dare, fusionis scilicet argenti, vel Veneris, si artifex indiguerit, quem in Summa nostri operis, vbi diuersitates omnium instrumentorum narrabimus, tibi sufficienter trademus, & caput furni circunda cum rota habente foramen in medio sui, ad magnitudinem vasis, per quod illud vas intrare possit, & luta iuncturas in circuitu vasis & furni, ne ignis exiens impediat te in sublimationis adhærentia, relictis tantùm quatuor fenestris paruis in rota, quæ claudi & aperiri possint, per quas mittantur carbones in furnũ, & in lateribus fornacis: similiter aliæ quatuor sub illis intermedię,

bonam dederit, tunc sufficientẽ sublimationẽ illi administrasti. Si verò nõ, adde illi de arg. viu. sublimato partem aliquã, & reitera sublimationẽ, donec fiat. Quòd si lucidum & albissimũ habuerit colorem, & peruium, tunc bene mundasti: si non, non. Igitur ne sis in præparatione illius quæ per sublimationẽ fit, negligẽs, quia qualis erit mundatio, talis & perfectio per illud sequitur, in proiectione illius super vnũquodq; imperfectorũ corporum, & super ipsum viuũ non præparatũ. Vnde & quosdã contingit ferrum, quosdã verò plumbum, & quosdam per illud Venerẽ, & quosdam stannũ formare. Quod contingit propter purificationis negligentiam, quandoq; illius solius, quandoq; sulfuris sibi admisti, vel eius comparis. Si igitur directè sublimãdo mundaueris, & illud perfeceris, erit albedinis tinctura firma & perfecta, cui non est par.

De *sublimatione Marchasitæ.* Cap. XLVI.

SVfficienter igitur sublimationis arg. viui summa intentionis tradita, nunc ad ipsius Marchasitæ sublimationẽ accedamus: Duę autẽ sunt illius sublimationes. Prima quidẽ sine ignitione perficitur, alia cum ignitione. Et illud ideo, habet enim duplicem substantiã. Vnam scilicet sulf. purum in natura sua, aliam verò arg. viu. mortificatũ. Prima vtilis est, sicut sulfur: Secunda verò vtilis, vt arg. viu. mortificatũ, & mediocriter præparatũ. Assumamus igitur hãc vltimam, quia per illã excusamur à superiore arg. viu. & à labore mortificationis eius. Est igitur totus modus sublimationis illius, vt teratur, & in aludele ponatur, & sublimetur sine ignitione sulfur eius, semper remouendo quod ex illo sublimatur sæpissime propter causam dictã, & augendo ignis vigorẽ vsq; ad ignitionẽ aludelis. Et prima sublimatio marchasitæ debet fieri in vase sublimationis, quousq; sulfur recesserit, & postea in isto successiuè & ordinatè procedere, quousq; totũ quod in ea de sulf. constat, exierit. Quod probare poteris his manifestis experientijs. Nam cùm totũ illius sulf. fuerit eleuatũ, videbis colorẽ eius, quod post illud sublimabitur, mutari in albissimũ, misto cælestino eidem colore clarissimo & amœno. Aliter etiã, quia quod erit de sulfuris natura cõburetur, & flãmam dabit vt sulfur. Quòd verò secundò post illud sublimatum fuerit, nec inflammabitur, nec proprietates sulfuris ostendet aliquas, sed viui arg. mortificati in sublimationis reiteratione.

De *uase, in quo Marchasita rectè possit sublimari.* Cap. XLVII.

ILlud ergo colligamus per suũ sublimationis modũ, qui est, vt fiat vas terreũ solidissimũ, & bene coctũ, ad longitudinem mediæ staturæ virilis, ad latitudinem verò, per quã manus subintrare possit. Et fiat fundus eius qui separari & coniungi possit ad similitudinẽ vnius planæ paropsidis profundæ multũ. Et mensuretur ab orificio illius vasis vsq; prope fundũ, ad mensuram longitudinis vnius manus cum digitis suis. Et de illo loco vsq; ad caput eius vitrificetẽ interius vas vitrificatione spissa multũ. Et super caput illius ponatur alẽbicus cum laxo naso: in tali enim vase sublimatur illud. Coniungatur igitur fundus vasi suo per lutum firmæ tenacitatis, & super ipsum fundum spargatur marchasita, & super caput vasis alembicus laxi nasi, & ponatur in furnum, de cuius proprietate sit fortem ignitionem dare, fusionis scilicet argenti, vel Veneris, si artifex indiguerit, quem in Summa nostri operis, vbi diuersitates omnium instrumentorum narrabimus, tibi sufficienter trademus, & caput furni circunda cum rota habente foramen in medio sui, ad magnitudinem vasis, per quod illud vas intrare possit, & luta iuncturas in circuitu vasis & furni, ne ignis exiens impediat te in sublimationis adhærentia, relictis tantùm quatuor fenestris paruis in rota, quæ claudi & aperiri possint, per quas mittantur carbones in furnũ, & in lateribus fornacis: similiter aliæ quatuor sub illis intermedię,

quas & similiter carbones mittantur,& sex vel octo foraminibus ad magnitudinem digiti minoris,quæ nunquam claudantur,vt per illa furnus à fumositatibus se liberè possit expedire.Et sint foramina illa in iunctura furni cum rota sua.Furnus verò magnæ ignitionis est,cuius spondilia sunt ad altitudinem cubitorum duorum.In medio sit rota,minutissimis & creberrimis perforata foraminibus,cum luto fortiter annexa.Capita foraminum superius sint stricta, inferius verò laxa,vt cinis vel carbones possint liberius ex illis cadere, & relinquat ipsa continuè ad subsceptionẽ aeris liberius aperta. Nam aeris libera & multa susceptio per inferiora foramina,est causa vna magnę ignitionis per furnum.Exerciteris ergo in eo,& ipsum inuenies.Causa verò longitudinis vasis est,vt extra ignem multa quantitas eius extendatur,& infrigidetur,vt fumi sublimationis locum refrigerij inueniant & adhæreant, & non inueniant viam fugæ,& suæ exterminationis.Hoc autem nouit ille,qui dum sublimasset in breuibus aludelibus,nihil ex sublimato inuenit,quoniam propter breuitatem aludelis æqualis fuit per totum ipsum ignis. Ideoq; semper in fumi substantiam conuersum sublimandum stetit,& non alicubi adhæsit, sed successiuè per porosvasis euanuit.Vas ergo in omnibus sublimandis ad maiorem sui partem in loco sui refrigerij extendatur.Causa verò vitrificationis vasis est,ne fumi ascẽdentes in loco suæ ascensionis,porosum inueniant aludelis parietem, & illum penetrantes aufugiant.Vitrificatur ergo locus ascensionis illorum, vt obseretur illis via fugæ.Fundus verò aludelis non,quoniam ipsius fundus in igne cõsistit,qui vitrificationem ipsius funderet,qua fusa,& fundus eius,& similiter sublimandum funderetur,& vitrum fieret.Est enim vitri proprietas,omnia vincere,& ad se conuertere.His igitur omnibus consideratis cum causis eorum, fiat ignis sub aludele,quovsq; certificatus fueris experientia viridica,illud totum ascendisse.Est autem experientia,intromissio baculi terrei bene cocti,habentis foramen paruum in capite suo,vsque ad medium eius veniens,ad quantitatem digiti minoris prope ipsam rem,à qua fit sublimatio. Et si foramini aliquid adhæserit ex sublimando, non est totum sublimatum, si verò non, tunc sublimatum est. Et hac eadem exercitatione in omnibus sublimandis certificari poteris.

De sublimatione Magnesiæ & Tutiæ:item corporum imperfectorum,& de additione materiæ subleuantis ea. Cap. XLVIII.

Sublimationis verò Magnesiæ & Tutiæ est eadem intentio cum intentione vltimæ sublimationis marchasitæ. Non enim possunt hæc omnia sine ignitione sublimari,ideoq; omnia vnam intentionem habent cum causis ijsdem & experientijs eisdem, & habet vnum ordinem generalem.Quia sine fæcibus sublimari debent,quæcunque sublimari cum ignitione necessariò cõtigerit:quia in seipsis fæces habent sufficientes,imò superfluas, & huius signũ est difficultas sublimationis ipsorum.Sublimantur etiam similiter omnia corpora à perfectione diminuta hoc eodem ordine,& nõ cadit diuersitas aliqua, nisi quia ignis sublimationis vehementior est in corporibus,quàm in magnesia,marchasita,& tutia.Et non diuersificantur similiter corpora in sublimationibus suis,nisi quod quædam indigent admistione rei subleuantis ea, quædã verò non,vt facilior fiat eorum eleuatio. Sed vna tamen specialis in corporũ sublimatione considerationis experientia reperta est bona,videlicet,vt in fundo aludelis non sit multa corporis sublimandi quantitas,quia multitudo sublimationem impedit.Et planities sit in fundo aludelis sublimationis,& nõ concauitas,vt possit æqualiter & tenuiter super fundum sparsum corpus æqualiter & multum in omnibus suis partibus eleuari.Corpora verò indigentia admistione

miſtione rei eleuantis, ſunt ſcilicet Venus & Mars, propter ſuæ fuſionis tarditatem. Venus itaq; Tutia indiget, Mars verò Arſenico, & cum his eleuatur de facili, quoniam cum eis maximè conueniunt. Fiat igitur poſt illorum conſideratione ſublimatio, vt in Tutia, & illi ſimilibus in ſublimatione, & diſponatur eorum ſublimatio hoc eodem ordine cum cauſis ſuis & experientijs.

De Deſcenſione & modo purificandi per paſtillos. Cap. XLIX.

NArratis itaque ſublimationis intentionibus cum cauſis ſuis omnibus, reſtat nos Deſcẽſionis modum monſtrare, cum cauſis ſuis ſimiliter, & ſuo ordine determinato & completo. Fuit ergo inuentionis illius cauſa triplex. Vna ſcilicet, vt cum materia aliqua incluſa eſt in illo vaſe, quod vocatur Deſcenſorium Chemiæ, poſt fuſionem ſuam deſcendat per foramen illius, & per eius deſcenſionem ſimus certi, fuſionem ſuſcepiſſe. Alia, vt corpora debilia per eam à combuſtione præſeruentur poſt reductionem à calcibus eorum Nam cùm à calcibus corpora debilia tentamus reducere, non omnem illorum partem tempore vno reducere poſſumns. Si igitur pars illa, quæ primò in corpus reducta eſt, reductionem totius expectaret, & per ignem euaneſceret maior illius quantitas. Neceſſe igitur fuit ingeniari, vt ſtatim quũ reducta eſt pars ab igne deponatur. Hoc autem per deſcenſorium fit. Eſt & tertia cauſa inuentionis illius corporum depuratio ab omni re extranea. Deſcẽdit enim corpus fuſum mundum, & omnem rem extraneam in concauitate illius dimittit. His itaq; tribus neceſsitatibus inuenta deſcenſione, determinetur modus illius cũ inſtrumento ſuo prius notificato cum cauſis ſuis. Dicimus igitur, quòd forma eius talis erit, vt fundus illius ſit acutus, & parietes illius ſine ſcrupulo æquáliter ſint terminantes in fundi acuitatem, vt poſsit vnumquodq; fuſibilium libere ſine adhærentia ad fundi illius foramen deſcendere, & coopertorium eius (ſi neceſſe ſit) ad ſimilitudinem planæ paropſidis, & bene conueniat illi, & ſint de bona & firma terra, & non de facili per ignis preſſuram findente. Mittatur igitur res, cuius intentio ſit deſcendere, in illud, ſuper baculos rotundos exterra factos, vt magis fundo ſuperiori approximent. & cooperiatur cum eo, & iũctura firmetur, & in igne de carbonibus ponatur, & ſuper ipſum ſuffletur, quo vſq; tota res deſcendat in vas ſibi ſuppoſitum. Poteſt tamen (ſi res fuerit difficilis fuſionis) poni ſuper tabulam planam, vel paruæ concauitatis, à qua poſsit de facili deſcendere cum inclinatione capitis deſcenſorij, ſi fuſa fuerit: Purificantur enim per hoc corpora: Sed per paſtillum melius purificantur, cuius modus purificationis eſt idem cum modo purificationis deſcenſorij. Et ideo per illum excuſamur ab eo. Tenet enim fæces corporum, vt deſcenſorium, & melius, & ideo narramus modum illius. Dicimus igitur, quòd accipimus corpus, de cuius intentione eſt mundari, & illud in grana minutiſsima, vel limaturam vel in calcem (quod perfectius eſt) redigimus, & ei commiſcemus calcem aliquam, de cuius intentione non ſit fundi, & poſtea illud fundimus. Inuenimus enim per illud corpora mundari multa iteratione, ſed non mundificatione perfecta, quã perfectionem ſcimus eſſe, ſed mundificatione vtili, vt medicina perfectionis ſuſcepta, melius & perfectius per eam transformentur corpora. Eſt enim adminiſtratio præcedens eam: omnem autem adminiſtrationem ſufficienter in ſequentibus tibi narrabimus. Nunc verò Deſcenſorij ponamus deſcriptionem.

De Diſtillatione & cauſis eius, ac de tribus eiuſdem generibus, ſcilicet per alembicum, per deſcenſorium, & per filtrum. Cap. L.

COnueniens eſt igitur, vt ſequentes propoſitum noſtrũ, ſermonem de Diſtillatione tradamus cũ cauſis ſuis. Eſt igitur Diſtillatio vaporũ aqueorũ.

in ſuo vaſe eleuatio. Diuerſificatur itaq; diſtillatio. Nam quædam eſt per ignẽ, quædam verò ſine igne. Quę verò per ignem fit, duorum generum inuenitur. Quædam eſt per eleuationem in alembicum, quædã per deſcenſum Chemiæ, qua mediante, oleum ex vegetabilibus elicitur. Cauſa quare inuenta ſit diſtillatio, & cauſa generalis inuentionis cuiuslibet diſtillationis, eſt purificatio liquoroſi à fæce ſuæ turbulẽtiæ, & conſeruatio illius à putrefactione. Videmus enim rem diſtillatam quocunq; diſtillationis genere puriorem effici, & melius à putrefactione cuſtodiri. Cauſa verò ſpecialis inuentionis illius, quæ per aſcẽſum fit in alembicum, eſt inquiſitio aquæ puræ ſine terra. Cuius experiẽtia eſt, quòd videmus aquam ſic diſtillatam, nullam fæcem habere. Cauſa inuẽtionis aquæ puræ, fuit imbibitio ſpirituum & medicinarum mundarum, vt ſi quãdo ſcilicet indigemus imbibitione, aquam puram habeamus, quæ fæcem poſt ipſius reſolutionem non dimittat, qua fæce medicinæ noſtræ & ſpiritus mundati poſsint infici & corrumpi. Cauſa verò inuentionis eius, quæ per deſcenſum fit, fuit olei puri in natura ſua extractio, quia per aſcenſum oleum in natura ſua combuſtibili haberi non poterat, & huiuſmodi inquiſitio fuit, ſcilicet, vt color eius, qui cum ſubſtantia ſua permiſtus eſt, habeatur: hic enim iuuare poteſt in caſu. Diſtillationis verò quæ per filtrum ſine ignitione perficitur, cauſa inuentionis, fuit aquæ ſola ſerenitas. Dicamus igitur nunc omnium diſtillationũ modos cum cauſis ſuis. Eius itaq; quæ per aſcenſum fit, eſt duplex modus. Alia enim fictili olla cineribus plena perficitur: Alia autem cum aqua in vaſe ſuo cũ graminibus vel lanoſitate, ordine ſuo diſpoſita, ne cucurbita vel diſtillatorius alembicus rumpantur, antequàm ad perfectionem deducatur. Ea verò quę cũ cineribus, maiori, & fortiori, & acutiori perficitur igne, quæ autem cum aqua, manſueto igne & æquali. Aqua enim acuitatem ignitionis nõ ſuſcipit, quemadmodum cineres. Ideo per eam quæ cum cineribus fit, colores & groſsiores terræ partes eleuari ſolent. Cum ea verò quæ cum aqua fit, ſubtiliores & ſine colore, & ad naturam aqueitatis ſimplicis approximantes magis eleuari contingit. Subtilior ergo fit ſeparatio per eam quæ aqua perficitur, quàm per eam quæ cineribus elicitur. Experientia hoc nouit verum eſſe, qui cùm diſtillaſſet oleum per cineres, oleum vix alteratũ ſuſcepit in recipientẽ. Volens verò partes eius ſeparare, ad id neceſsitate peruenit, vt contingeret per aquam diſtillare. Et tunc per eius reiterationem ſeparauit oleum in partes ſuas elementales, vt albiſsimam & ſereniſsimam aquam ex rubicundiſsimo extraxerit oleo, remanente in fundo alembici totaliter illius rubore. Per hoc ergo magiſterium ad omnis rei vegetabilis, & eius quæ ex vegetabili proceſsit in eſſe, & omnis rei conſimilis, ad omniũ determinatam elemẽtorum ſeparationem peruenire neceſſe eſt. Per eã verò, quæ per deſcenſum fit, ad cuiuslibet rei oleũ peruenirì determinatè poteſt, ſcilicet vegetabilium omniũ & eorum conſimilium. Per eã verò, quę per filtrum fit, ad cuiuslibet liquoroſi ſerenitatem peruenirì poteſt. Hæc autem omnia etiã parum vel minimum ſcientibus ſunt manifeſta & nota qui verò hæc ignorat, nihil ex hoc nouit magiſterio. Exercitetur igitur, & de facili ea inueſtigabit. Diſpoſitio igitur eius quæ per cineres fit, eſt vt ſumatur olla fortis ex terra, & coaptetur in furno ſimili ſublimationis furno præfato cum eadem diſtantia à furni ſpondilibus per eãdem inueſtigationem, & ſimilibus auriculis, ſuper cuius fundum ponantur cineres cribellati ad digiti ſpiſsitudinem, & ſuper ipſos cineres ponatur vas diſtillationis, & cooperiatur in circuitu eius cum eiſdem, vſq; prope collum alẽbici, poſtea verò infundatur in illud res, de cuius intentione ſit ſic diſtillari. Vltimò verò cooperiatur illud cum alẽbico, cuius collum ſuſcipiat collum cucurbitæ inferioris intra ſe, vſq; ad curui-

tatem

tatem cannalis ipsius alembici, ne viam fugæ inueniat distillandũ. Et postea lutetur alembicus cum cucurbita sua, & firmetur eorũ iunctura, & supponatur ignis quousq; distillet. Alembicus verò & eius cucurbita de vitro sint. Ignis verò illius augeatur ei secundũ exigentiam distillationis, quousq; videatur totũ distillandum cum magna ignis expressione distillatum esse. Secundæ verò intentionis distillationis dispositio, quæ per aquam fit, est similis huic in vase & alembico. Differt tamen ab ea in hoc, quòd in hac sumitur olla ferrea vel ænea & coaptatur ad furnum, vt dictum est. Postea super fundum illius ollę stratum de graminibus, vel lana, vel re consimili construatur, ad spissitudinẽ trium digitorum, ne cucurbita frangatur, & eisdem graminibus, vel rebus consimilibus cooperiatur in circuitu cucurbita, vsq; prope collũ alembici, & super ipsa sarmenta virgæ subtilis superspargantur, & super virgas ponantur lapides ponderosi, qui suo pondere cucurbitam, & alembicũ, & ipsa sarmenta deprimant, & depressa firmiter & stabiliter teneant super ollæ fundũ, ne natent leuata per ipsam aquam: & sit leuatio hæc causa fracturæ vasis, & distillandę rei perditio. Postea verò super sarmenta fundatur aqua vsque ad ollæ plenitudinẽ, & supponatur ignis, quousq; distilletur totũ. Dispositio verò eius quæ per descensũ fit, est, vt fiat descensorium vitreũ cum coopertorio eius, & lutetur vtrunq;, & intromittatur quod sic distillari quis intẽdit. Et fiat super caput illius ignis. Descendet enim distillatio eius. Dispositio verò eius quæ per filtrum fit, est, vt ponatur liquor distillandus in conchã lapideã, & filtri bene abluti & madidi. ponatur pars latior in dictum liquorẽ vsq; ad fundum conchæ. Pendeat verò exilior pars eius ab orificio conchæ extra. Et sub capite illius filtri ponatur vas recipiens distillationẽ. Cùm ergo distillare ipsum filtrũ incipiet, primò aqua distillabit, qua madidũ fuit: qua cessante, succedit illi liquor distillãdus. Qui si nõ dum serenus fuerit, toties ad concham reuertatur, quousq; sereniſsimus distilletur. Hæc aũt, quia facilia sunt omnia, magna probatione nõ indigent, ideoq; eorum probationem siluimus. Descriptio verò omnium vasorum distillationis cuiuslibet, à nobis nunc traditæ, est hæc.

De Calcinatione, tam corporum, quàm spirituum, cum causis & modis suis. Cap. LI.

POst igitur distillationis narrationem, sermonem nostrũ tradamus de Calcinatione. Est ergo Calcinatio, rei per ignem puluerizatio, per priuationẽ humiditatis partes consolidantis. Causa inuẽtionis eius est, vt sulfureitas adustiua corrũpens & defœdans, per ignẽ deleatur. Diuersificatur verò secundum diuersitatem rerũ calcinandarũ. Calcinantur igitur corpora, & calcinantur spiritus, & res aliæ extraneæ à natura horũ, diuersa tamen intẽtione. Quia igitur sunt corpora imperfecta, duorum scilicet generũ, dura videlicet vt Venus & Mars, mollia verò, vt Iupiter & Saturnus, quæ omnia calcinantur: necesse fuit illa diuersa intentione calcinari, generali scilicet & speciali. Generali attamen vna intentione calcinantur. Et est, vt sulfureitas illa corrũpens & defœdãs deleatur per ignẽ. Sic enim comburitur omnis ex qua cunq; re sulfureitas adustiua quę sine calcinatione deleri non potest. Quoniã ipsum corpus solidum est, & propter soliditatẽ & latitationẽ occultatę sulfureitatis in cõtinuitate substantiæ arg. viui defenditur per illud ab adustione. Ideoq; necesse fuit, continuitatem eius separare, vt ignis liberius ad quãcunq; minimam eius partem perueniens, sulfureitatẽ ex eo cõburere possit, & non defendat ipsum cõtinuitas arg. viu. in illo. Et est cõmunis intentio similiter in illa depuratio terreitatis. Inuentum est enim, quòd corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundantur, vt monstrabimus in sequentibus. Specialis verò calcinatio corporũ mollium est, vt cum his duabus intẽtionibus sit intentio per eã

illa indurare & ignire, ad quod peruenitur cũ ingenioſa reiteratione calcinationis ſuper illa, de qua in ſequenti traditione determinare nos expedit. Inuenimus enim per id ingeniũ manifeſtè ipſa indurari. Sed manifeſtius & citius Iupiter induratur. Cauſa verò inuẽtionis calcinationis ſpirituũ eſt, vt ipſi melius figantur, & facilius ſoluantur in aquam. Quoniã omne calcinati genus fixius eſt, quàm nõ calcinati, & facilioris ſolutionis. Quia partes calcinati magis ſubtiliatæ per ignẽ facilius cũ aquis cõmiſcentur, & in aquã conuertuntur. Et hoc ſi expertus fueris, ſic inuenies ſe habere. Calcinatio verò aliarũ rerum, facit ad exigentiam præparationis ſpirituũ, & corporũ: de qua latius à nobis determinabitur in ſequentibus. Non autẽ eſt de perfectione harũ aliquid talium. Modus igitur ipſius calcinationis eſt diuerſus, propter diuerſitatẽ calcinandorũ. Calcinantur enim corpora aliter, quàm ſpiritus vel aliæ res. Et corpora à ſe inuicẽ diuerſa, ſimiliter diuerſimodè calcinantur. Corpora enim mollia vnũ modum habent generalẽ ad calcinationis intentionẽ, ſcilicet quòd ambo per ſolũ poſſunt calcinari ignem, & per ſalis acuitatẽ, præparati vel non præparati ambo ſimiliter. Primus igitur modus per ignem ſolũ ſic perficitur, vt ſumatur vas ferreũ, vel terreum ad ſimilitudinẽ paropſidis formatum, cuius ſtructura ſit firma, & coaptetur ad furnũ calcinationis horũ, taliter, quòd ſub illo poſsint carbones proiici & ſufflari. Proiiciatur verò in fundum vaſis illius plumbũ vel ſtãnum, quod ſuper tripodẽ ferreũ, vel tres lapideas columnas ſedeat firmiter, & ad furni ſui parietes ſimiliter firmetur, quatuor vel tribus lapidibus coarctãtibus illud ad eos, ne vas moueri poſsit. Furni verò figura eadẽ fit cum forma furni magnæ ignitionis, de quo narratum eſt iam, & narrabitur ſimiliter ſermone cõpletiori. Accẽdatur igitur in illo furno ignis ſub vaſe calcinationis, ad ipſius calcinandi corporis fuſionẽ potens. Et cùm ipſum corpus cutem nigrã ſuper ſe creauerit ignis calore, ſubtrahatur illa ab eo cum pala ferrea vel lapidea, quę ſe non permittit cõburi ad infectionẽ calcis. Hæc autẽ excoriatio tamdiu cõtinuetur, quouſq; ipſum corpus in puluerẽ conuertatur. Quòd ſi Saturnus fuerit, ad maiorem ponatur ignem, quo vſq; in citriniſsimum mutetur colorẽ calx eius. Si verò Iupiter, ſimiliter exponatur, & dimittatur, quouſque in albedinem mutetur cõpletam. In hoc tamen ſollicitum reddimus artificem, quòd Saturnus de facili à calce ſua redit ad corpus: Iupiter verò difficillimè. Ideoq; ne contingat illum errare in expoſitione Saturni, poſt primã eius puluerizationẽ ad maiorem ignẽ, ne illius calx prius redeat in corpus, quã perficiatur: quoniã tẽperãtia ignis indiget, & ſucceſsione augmẽti illius paulatim, cũ cautela, quo vſq; in calce firmetur ſua, ne de facili redeat in corpus, vt poſsit illi maior ignis adminiſtrari, ad ſuæ calcis perfectionẽ. Similiter ne contingat errare in Ioue, propter difficilẽ eius reductionem, vt ſi quando poſuerit in reductionẽ calcẽ eius, eueniat ei, quòd non reducat, ſed inueniat eã prioris diſpoſitionis, aut in vitrum redactã, & æſtimet reductionẽ eius impoſsibilẽ. Dicimus enim, quòd ſi in Iouis reductione magnũ non adhibuerit ignẽ, nõ reducet: ſi verò magnũ, non neceſſariò illum reducere contingit, ſed poſsibile eſt illũ in vitrificationẽ reducere. Et illud ideo, quia Iupiter in profundo ſuæ naturæ arg. viu. fugitiuã incluſam habet ſubſtantiã. Quæ ſi longã in igne traxerit moram, fugiet, & corpus priuatũ humiditate relinquet, ita vt potius aptũ ad vitrificationem, q̃ ad corporis metallici fuſionẽ conuerti reperiatur. Omne enim propria priuatum humiditate, nullã niſi vitrificatoriam dat fuſionẽ. Ideoq; neceſſariò relinquitur vt cum ignis impetu maximè veloci, reducere celeriter feſtinet: aliter enim nõ reducitur. Exerceat ergo ad illud, & ſciet. Modus verò calcinationis horũ duorum corporũ, quæ à ſalis acuitate perficitur, eſt, vt proiiciatur ſuper faciẽ illorũ

ſalis

salis quantitas post quantitatẽ sæpissime in fusione sua, & permisceantur agitatione multa per baculũ ferreũ super ignẽ, quovsq; per salis mistionẽ in cinerẽ vertantur. Et postea per eundẽ modum perfectionis perficiatur illorũ calx, cũ suis cõsiderationibus. Sed in hoc est etiã differentia in horũ duorum corporũ calcinatione: Quia plumbũ ex primis calcinationis laboribus ad puluerẽ conuertitur facilius q̃ lupiter, nõ tamen perficitur illius calx facilius quã Iouis. Dependet autẽ huius causa ex eo, quòd Saturnus humiditatẽ magis fixã habeat, q̃ lupiter. Veneris verò & Martis est idẽ modus, diuersus tamen à primis, & illud propter liquefactionis eorũ difficultatẽ. Et est, vt laminati ponãtur ad fortem ignitionẽ, de cuius intentione non sit fundere. Propter multã enim terreitatis eorũ in illis quantitatẽ, & multã sulfureitatis adustiuæ & fugientis mensurã, de facili per hunc modũ adducuntur in calcẽ. Et illud ideo, quia ex multa terreitate arg. viu. substantiæ intermista, turbatur arg. viu. debita continuatio. Et ideo porositas in eis causatur, per quã & sulfureitas trãsiens euolare potest, & ignis ex causa illa ad eã accedens, cõburere, & eã eleuare potest. Pet hoc igitur relinquitur, & partes rariores fieri, & in cinerẽ per discontinuitatẽ raritatis conuerti. Manifesta igitur experiẽtia huius est, quia exposita ad ignitionẽ lamina Veneris, flãmam dabit sulfureã & squamam in superficie sua causabit puluerizabilem. Et illud ideo, quia ex propinquioribus partibus necesse est faciliorẽ sulfuris cõbustionem fieri. Modus verò furni calcinationis huius, est idem cum modo furni distillationis, nisi quòd foramen solũmodo vnum magnum debet super caput suũ habere, vnde à fumositatibus se liberè absoluat. Et situs calcinandorũ in medio furni sit, vt in circuitu liberè ignem suscipiant. Vas verò eius sit terreũ, ad formã paropsidis factum. Modus aũt calcinationis spirituum est, vt eis ad fixionẽ approximantibus, administretur ignis, successiuè & paulatim illum augendo, ne fugiant, quovsq; maximũ eos tolerare ignem contingat. Et vas eorũ sit rotundũ, vndiq; clausum, & furnus idem cum nouissimè dicto. Cũ cõsimili autẽ furno, & consimili vase, omnis similiter res calcinatur. Excusamur tamen à maiori labore, quàm qui adhibetur in custodia fugę: Quoniã alia res non fugit, nisi spiritus, & quod spirituum naturæ approximat.

De Solutione, Cap. LII.

DE Solutione sermo noster ampliatus innuit, solutionẽ rei siccæ in aquã esse redactionẽ. Dicimus igitur, quòd omnis solutionis perfectio adducitur cum aquis subtilibus, & maximè acutis & acribus, & ponticibus fęcem nullã habentibus, sicut est acetum distillatũ, & vua acerba, & pyra multæ acritudinis, & mala granata similiter distillata, & his similia. Fuit autẽ causa inuentionis eius subtiliatio eorũ, quæ nec fusionem nec ingressionẽ habent, de quibus magna vtilitas amittebatur spirituũ fixorum, & eorum, quæ ipsorũ naturæ sunt. Nam omne quod soluitur, necesse est salis, aut aluminis, vel eorũ cõsimilium naturã habere. Est autẽ natura eorum, quòd fusionem dant, ante illorum vitrificationẽ. Ergo & spiritus soluti fusionẽ præstabunt similiter similẽ. Cùm ergo multum ex natura sua, corporibus, & sibi inuicẽ conueniant, habita fusione, necesse est per illã corpora penetrare, & penetrando transmutare. Adhoc verò vt penetrent & transmutẽt, sine magisterio nõ peruenitur, quod est scilicet, vt post solutionẽ & coagulationem illius administretur illi aliquis ex spiritibus purificatus, non fixus. Et toties ab illo sublimetur, quovsq; secum maneat, & illi velociorẽ præstet fusionem, & ipsum in fusione à vitrificatione conseruet. De natura enim spirituũ est, nõ vitrificari, & à vitrificatione cõmistũ saluare, donec in eo fuerint. Spiritus ergo qui magis naturã seruauit spiritus magis à vitrificatione defendet. Magis aũt seruauit spiritus, solũmodo pu-

ficatus, quàm purificatus, fixus, calcinatus, atq; solutus: ideo necesse est talē illi admiscerī. Resultat enim ex his bona fusio, & ingressio & fixio stans. Ex operibus autē naturæ probare possumus, sola saliū & aluminum, & similium naturā seruantia, solubilia esse. Non enim in operibus illius omnibus considerantes, inuenimus alia solui, præter illa. Igitur quæcunq; soluuntur, necesse est per illorum naturā solui. Sed quia videmus omnia verè calcinata solui per reiterationē calcinationis & solutionis: Ideoq; probamus per illud, omnia calcinata ad salium vel aluminum naturā approximare, ideo sese in proprietatibus necesse est concomitari. Modus verò solutionis duplex est, scilicet per fimū calidū, & per feruentē aquā. Quorū est vna intentio, & vnus effectus. Modus ergo per fimū est, vt ponatur calcinatū in ampullam vitreā, & super illud fundatur quātitas aceti distillati, vel consimilis, duplū eius, & obturetur caput ipsius bene, ne respiret, & sub fimo tepido solui dimittatur, & postea per distillationem filtri solutū remoueatur. Nō solutum verò iterato calcinetur, & post calcinationem iterato similiter soluatur, donec per reiterationē operis super illud totum soluatur. Modus verò, qui per bullientem aquā fit, velocior est. Et est, vt calcinatum in ampullā similiter ordinetur cum aceto, obturato foramine, ne respiret. quę in caldario pleno aqua & stramine sepeliatur, vt in distillationis modo per aquam præceptū attulimus per ordinē, & postea succendatur sub ea ignis donec aqua per horā ferueat: Post hoc verò solutū distilletur, & seorsum seruetur. Non solutū verò iterato calcinetur, & iterato eodē ordine soluatur, donec per reiterationem totum soluatur.

De Coagulatione, & eius causis, deq; diuersis modis coagulandi Mercurij, & medicinarum solutarum. Cap. LIII.

COagulatio verò est rei liquorosæ ad solidā substantiam per humidi priuationē reductio. Est autē duplex causa inuentionis illius: vna scilicet arg. viu. induratio: altera verò inuentionis causa est, medicinarū solutarū ab aquei tate illis admista absolutio. Diuersificatur ergo secundū ipsorum coagulandorum multiplicitatē. Alia enim arg. viuū coagulatione indiget, alia verò solutæ medicinæ. Est tamen ipsius arg. viui duplex coagulatio. Vna quidem per ablationem totius ab illo humidi innati: Alia verò per inspissationē ipsius humidi quousq; induretur. Congelare attamen illud difficillimè atq; laboriosè accidet cum profunditate perspicacis industriæ, & nos narrabimus omne ingeniū coagulationis illius. Ingenium verò coagulationis illius cogitauerunt quidā fore per conseruationem illius in ignis tēperamēto. Qui cùm illud putassent se coagulasse, post remotionē eius ab igne, inuenerūt illud fluere sicut prius. Per hoc igitur in stuporem & in admirationem adducti sunt, vehementer arguētes, ad hoc peruenirī non posse. Alij verò necessariò ex principijs naturalibus suppo nentes, humidū quodlibet ab ignis calore in siccitatem cōuertī, conati sunt cū perseuerantiæ instantia continuare illius conseruationem in igne, & per hanc continuationē ad hoc deuenerunt, vt ex eis aliqui in album, aliqui verò in rubeum conuerterint lapidem, aliqui verò in citrinum, cui non fuit fusio nec ingressio. Et harum diuersitatum causam non potuerunt æstimare, ideoq; illud abiecerunt. Alij verò cum medicinis illud coagulare conati sunt, & ad hoc nō peruenerunt, sed accidit eis illusio, aut quia non coagulauerunt, aut quia insensibiliter extenuatum est, aut coagulatio eorum non fuit in forma alicuius corporis. Et horum diuersitatis causam ignorauerunt. Alij medicinas artificiosas componentes, illud in proiectione coagulauerunt: Sed eorum non fuit coagulatio vtilis, quoniam ad imperfectum corpus illud conuerterunt, & causam huius similiter videre non potuerunt. Horum igitur nos narrare causas

expe-

expedit, vt ad coagulationis illius magisterium artifex perueniat. Vt autem iam à nobis sufficienter narratum est, vniformis est substantia argenti viui. Quare non est possibile in breui spacio temporis per conseruationem illius in igne, aqueitatem remouere illius. Nimia igitur festinatio, causa fuit primi erroris. Cum verò subtilis sit substantiæ, ab igne recedit. Ignis igitur excessus, est causa erroris illorum, à quibus fugit. Commiscetur cum sulfure, arsenico, & Marchasita de facili, propter communitatem in natura sua. Ideoq; per illa apparet coagulatum non in forma corporis, sed argenti viui cum plumbo misti. Non enim hæc, cum fugitiua sint, possunt illud in ignis pugna tenere, quousque ad corporis naturam perueniat: Sed fugiunt cum eo per ignis incussionem, & ideo illud est causa erroris eorum, qui sic coagulant. Habet similiter argentum viuum humiditatem multam sibi vnitam, quam ab illo separari non est possibile, nisi per ignis cautam violentiam, per conseruationem eius in suo igne. Et est suus ignis, quem illi augmentando, secundum exigentiam suæ tolerantiæ, illius humiditatem tollunt, non relicta sibi parte ad fusionem metallicam sufficiente, qua remota non funditur. Et hæc est causa erroris illorum, qui in lapidem illud coagulant non fusibilem. Habet similiter partes sulfuris naturaliter sibi admistas, quoddam tamen plus, quoddam verò minus, quod remouere per artificium contingit esse possibile. Cum igitur sit sulfuris proprietas, cum argento viuo rubeum vel citrinum colorem (secundum mensuram suæ quantitatis) creare, eius ablatione proprietas argenti viui erit, albedinem dare per ignem. Hæc igitur est causa varietatis colorum illius post coagulationem eius in lapidem. Habet similiter terreitatem sulfuris admistam, qua quidem infici omnes suas coagulationes necesse est. Et hæc est causa erroris illorum, qui illud in corpus imperfectum coagulant. Ex diuersitate igitur medicinarum illius coagulationis accidit, diuersa in coagulatione illius creari corpora, & ex diuersitate illius similiter quod coagulandum est. Nam si medicina, vel illud, habuerint sulfur non fixum, necesse est corpus molle ex illo creari. Si verò fixum, necesse est durum. Et si album, album. Si verò rubeum, rubeum. Et si remissum ab albo vel rubeo, remissum similiter necesse est fieri. Et si terreum, imperfectum. Si verò non, non. Et omne similiter non fixum, liuidum creat, fixum verò non, quantum in illo est. Pura verò illius substantia, purum creat corpus, non pura verò, è contra. Accidit autem & similiter in solo argento viuo, absque sulfuris commistione, diuersitas eadem propter diuersitatem mundationis, & præparationis illius in medicinis: Ideóque contingit ex parte medicinæ diuersitatis illusio, vt quandoque in coagulatione illius plumbum, quandoq; verò Iupiter, quandoque autem Venus, & quandoque Mars fiat, quod propter impuritatem accidit. Quandoque verò Sol, quandoque Luna, quod ex puritate venire necesse est, & consideratione colorum. Coagulatur igitur ex frequenti illius præcipitatione cum violentia ad ignis asperitatem. Asperitas enim ignis, aqueitatem illius de facili remouet. Hoc enim fit per vas, cuius figura sunt multæ longitudinis, in quo inueniat locum refrigerij, adhærentiæ, & quietis in eius spondilibus, propter suam longitudinem, & non fugæ viam, quousq; iterata vice ad illius fundum præcipitetur multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quousq; fiat fixum. Coagulatur similiter ex diuturna retentione in suo igne, in vase vitreo, cuius collum sit multæ longitudinis, & in ventre figuram ampullæ habeat, cum continua colli eius apertione, vt per illam possit humiditas eius euanescere. Coagulatur verò per medicinam illi conuenientem. Et nos illam tibi narra-

bimus in sequentibus apertius. Hîc verò similiter, vt intentionem nostram super illo narremus completam, secundum quod per nostrum inuenimus experimentum. Et est medicina illius, quæ maximè illi in profundo eius adhæret, & ei per minima commiscetur ante illius fugam. Ex rebus ergo ei conueniẽtibus necesse est illam colligere. Sunt autem huiusmodi corpora omnia, & sulfur, & arsenicum. Sed quia non videmus corporum aliquod in natura sua illud coagulare, sed ab eis ipsum fugere, quantumcunq; fuerint suæ conuenientiæ, ideoq; considerauimus, nullum corpus illi in profundo adhærere. Subtilioris ergo substãtię & liquidioris fusionis necesse est medicinã illam esse, q̃ ipsa corpora. Ex spiritibus etiam non videmus, illis in natura sua manentibus, firmã & stabilem coagulationem fieri illius, sed fugitiuam, & multæ infectionis. Quod quidem contingit, alterum propter spirituũ fugam, alterum verò ex terreæ & adustibilis substantię illorũ commistione. Ideoq; ex hoc manifestè relinquitur ex quacunq; re medicina illius eliciatur, ipsam necessariò debere esse subtilissimæ, & purissimæ substantiæ, illi adhærentis ex natura sua, & facillimæ liquefactionis, & tenuissimæ ad modum aquæ, & fixę super ignis pugnam. Hęc enim ipsum coagulabit, & in naturam solarem vel lunarem conuertet. Modos ingeniorum medicinæ tibi dedimus, ad quam per illos peruenire potes, & ipsam sermone sibi proprio determinauimus. Solicitè igitur ad illã exercitéris, & eã inuenies. Sed vt nos nõ increpare possis ex eius sufficientia, dicimus quòd ex ipsis corporibus metallicis cum suo sulfure vel arsenico præparatis, hæc medicina elicitur: similiter ex solo sulfure, vel arsenico præparatis, & ex solis similiter corporibus elici potest. Ex solo verò viuo argento facilius, & propinquius & perfectius inuenitur: Quoniam natura propriam naturã amplectitur amicabilius, & ea gaudet magis, quã extranea. Et est in ipso facilitas extractionis illius substãtię subtilis, cũ iã in actu subtilẽ habeat substantiã. Modi verò inuẽtionis huius medicinę sunt per sublimationẽ, vt à nobis narratũ est sufficiẽter. Modus verò fixionis illius in capitulo suo similiter narratus est. Coagulationis verò solutorum modus est, per ampullam in cineribus vsq; ad collum cum temperato igne, quousq; aqueitas euanescat.

De Fixione, & causis eius, deq; diuersis modis figendi corpora, & spiritus. Cap. LIIII.

FIxio verò, est rei fugientis ab igne conueniens ad tolerantiam eiusdem adaptatio. Causa verò inuentionis ipsius Fixionis est, vt omnis tinctura, omnisq; alteratio, perpetuetur in alterato, & non mutetur. Diuersificatur verò & ipsa secundum rerum figẽdarum multiplicitatem, quę sunt videlicet corpora quædam à perfectione diminuta, sicut Saturnus, Iupiter, Mars, & Venus: Et secundum diuersitatem ipsorum spirituum, qui sunt scilicet sulfur & arsenicum in gradu vno, & argentum viuum in alio. In tertio verò Marchasita, Magnesia, & Tutia, & horum similia. Figuntur igitur corpora hæc à perfectione diminuta per suam calcinationem, eo quòd absoluuntur per eam à sulfureitate volatiua & corrumpente. Et hanc sufficienter in sua narrauimus oratione, scilicet in capitulo Calcinationis. Figuntur verò sulfur & arsenicum duobus modis, scilicet per reiterationem sublimationis super illa in vase aludele, quousque stent. Est igitur ex hoc intentio festinationis Fixionis illorum, vt ingenieris ad inuentionem reiterationis multiplicis sublimationis in breui tempore, quod per duo fit aludela, cum duplicibus suis cooperculis, hoc ordine scilicet, vt nunquam ab actu sublimationis desistas, donec fixa fuerint. Proiiciãtur ergo, cum in vno ascenderunt, in aliud aludel, & sic alternata vice fiat. Et nunquam ociosa permittantur aludelis spondilibus adhærere, quin in continua

sint

sint ignis eleuatione, quousq; cesset illorum eleuatio. Quantocunque enim in breuiori tempore poteris multiplices sublimationis reiterationes multiplicare, tanto celerius & melius continget ipsius fixionis tempus abbreuiare. Ideóque fuit secundus fixionis modus inuentus, qui est per ipsius sublimandi præcipitationem, ad calorem, vt continuo in illo sit, donec figatur. Et hoc fiet per longum vas vitreum cuius fundus sit terreus, & nõ vitreus (quia scinderetur in partes) illi artificialiter cum clausura bona connexus, & per spatulam ferream, vel lapideam, cum ad spondilia eius adhæserit, deijciatur ad ima caloris continuè, per alternas vices, quousque figatur. Fixionis verò modus argenti viui, id est cum modo fixionis sulfuris & arsenici, & non diuersificantur inter se, nisi in hoc, quòd non possunt sulfur & arsenicum figi, nisi prius eorum partes inflammabiles tenuissimæ, subtili diuisionis artificio ab eis separentur, per hunc vltimum fixionis modum. Argentum verò viuum hanc considerationem nõ habet, & ad hoc similiter temperatiori calore, quàm argentum viuum indigent in hoc modo. Similiter diuersificantur, quia in longiori figuntur tempore, quàm argentum viuum. In eo similiter, quoniam altius eleuantur propter suam tarditatem, quàm argẽtum viuum. Ideoq; longiori vase indigent, quàm argentum viuum ad suam fixionem. Fixio verò Marchasitæ, Magnesiæ, & Tutiæ est, vt cum post primam illorum sublimationem acquisiuerimus quod ex eis volumus, abiectis illorum fæcibus, reiteremus super ea sublimationem, toties conuertendo quod superius ascendit ad id quod inferius remansit, ex vnoquoque illorum, quousque figantur. Horum verò descriptio vasorum iam tradita est.

De Ceratione. Cap. LV.

CEratio, est duræ rei non fusibilis mollificatio ad liquefactionem. Ex hoc igitur manifestum est, quòd causa inuentionis huius fuit, vt quod ingressionem ex priuatione suæ liquefactionis non habebat in corpus ad alterationem, mollificaretur vt flueret, & ingressionem haberet. Ideo putauerunt aliqui, cerationem debere de oleis liquidis & aquis fieri. Sed erroneum est illud, & à principijs huius magisterij naturalis semotum penitus, & ex manifestis naturæ operibus reprobatum. Naturam enim non videmus in ipsis corporibus metallicis humiditatem citò terminabilem, imò diu durabilem, ad illorum fusionis & mollificationis necessitatem posuisse. Si enim talem illis posuisset, relinqueretur necessariò, vt citissimè scilicet ignitione vna, corpora totaliter humiditate priuari contingeret. Quare ex illo sequeretur, post vnam ignitionem corpus quodlibet nec malleari, nec fundi posse. Quãobrem imitantes naturæ opera inquantum possumus, necesse est nos modum naturæ in cerando sequi. Cerat autem ipsa in radice cerationis fusibilium humiditate, quæ super omnes est humiditates, expectans ignis calorem. igitur etiam nos consimili cerare humiditate necessariò expedit. In nullis autem rebus melius & possibilius, & propinquius hæc humiditas ceratiua inuenitur, quàm in his, videlicet sulfure & arsenico propinquè, propinquius autem & melius in argento viuo. Horum igitur humiditatem non videmus terram illorum relinquere, propter fortem vnionem, quam in opere mistionis naturæ habuerunt. In omnibus autem rebus alijs humiditatem habentibus, experimento inuenies, eam in resolutione à terrea sua substantia separari, & post illius separationem omni humiditate priuari. In spiritibus autem prædictis hoc nomine contingit. Ideóque non est aliud, per quod ab illorum in cerando acceptione, excusari possimus. Modus ergo Cerationis est per illos, vt toties super rem cerandam multiplicetur eorum sublimatio quo-

usq; in illa cum humiditate sua manentes, fusionem bonam præstent. Hoc autem non fiet ante illorum perfectam mundationem, ab omni re corrumpẽte. Sed mihi melius videtur, vt eorum olea prius figantur, per oleum tartari, & cũ illis fiat omnis ceratio competens, & necessaria ad hanc artem.

Finis libri primi Summæ perfectionis
Gebri Περὶ Χημείας.

SVMMAE PERFECTIONIS GEBRI Περὶ Χημείας Liber secundus.

Præfatio diuidens hunc secundum librum in tres partes. Cap. LVI.

PRINCIPIORVM itaque huius magisterij discussione tradita, necesse est ex promissione nostra intentum huius artis complete prosequi, sermone illi conueniente. Et est scilicet consideratio omnis rei, per quam perfectio huius operis apertius ostendatur. Et consideratio necessitatis perfectionis medicinæ, scilicet vt discutiatur, ex qua re melius vel propinquius eliciatur illa, ad omnem imperfecti perfectionem. Et consideratio similiter artificiorum, per quæ cognoscamus, an perfectio sit completa. His tribus itaq; traditis, & tota erit perfectionis tradita cognitio, secundum nostæ artis indigentiam.

PRIMA PRAS HVIVS SECVNDI LIBRI, DE COGNITIONE RERUM; *ex qua perfectionis possibilitas, & modus deprehendi potest.*

Quòd cognitio perfectionis huius artis, à cognitione naturæ spirituum & corporum dependeat, & quòd de utrisq; copiosè uelit tradere. Cap. LVII.

COGNOSCERE verò non est possibile transmutationes corporum vel ipsius argenti viui, nisi super mentem artificis deueniat vera cognitio illorum naturæ, secundum suas radices. Prius igitur corpũ principia notificabimus, quid scilicet sint secundum causas suas, & quid boni vel mali in se contineant. Postea verò ipsorum omnium corporum naturas, cum suis omnibus proprietatibus monstrabimus, quæ videlicet sint causæ corruptionis illorum, cum suis experientijs comprobantes.

De natura Sulfuris & Arsenici. Cap. LVIII.

ERgo in primis spirituum naturam, qui ipsorum corporum sunt principia afferentes, quę sunt videlicet Sulfur, & eius compar, & Argẽtum viuum: Dicimus quòd Sulfur & Arsenicum pinguedo sunt terræ, vt à nobis narratum est. Cuius experientiam & manifestam probationem elicias per illius facilem inflammationem, & facilem eius liquefactionem, per calidum. Nõ enim inflammatur, nisi quod oleaginum est, nec liquescit per calidum facilè, nisi quod illius naturam habet. Sulfur itaque & illius compar, causam corruptionis habent, inflammabilem substantiam, & terream fæculentiam. Causam verò perficientem habent mediam, inter hanc videlicet & illam. Est igitur causa corruptionis in illo terreitas, per hoc, quòd neque fusionem, neque ingressionem habet. Et similiter inflãmabilis substãtia, quia neq; stat, neq; stare facit, & quòd nigredinem ex omni genere eius præstat. Causa igitur perfectionis in illis est mediocris illarum substantia, quia per illius terreitatem nõ turbatur ab ingressione,

fusione, quæ per fusionem bonam perficitur. Et per illius subtilitatem non remouetur eius impressio de facili propter fugam. Non est autem mediocris illorum substantia perfectionis causa corporum vel argenti viui, nisi figatur. Quæ cum non fixa sit, licet eius impressio non remoueatur de facili, nō tamen stabiliter perpetuatur. Ex his itaq; elicitur illius mediocrem substantiam artificem diuidere, necesse esse. Diuidere autem putauerunt quidam impossibile esse, propter fortem illius mistionem. Et illi quidem suis operibus manifestis aduersi sunt. Nam ipsum sulfur calcinauerunt, licet non multum, quod nullam fusionem nec inflammationem dedit. sed illud per diuisionem necesse est eueniſſe, quia sulfur in sua naturali commistione permanens, necesse est inflammari & comburi. Ergo per diuisionem diuersarum substantiarum in illo, relinquitur, partem in ipso magis inflammabilem, à partibus non inflammabilibus seorsum in artificio separari. Nam si possibile est, per calcinationem ad remotionem omnium inflammabilium partium in illo peruenire, necesse est ex eorum naturalibus operibus, eos confiteri, ad omnem partium diuisionem posse peruenire. Sed quia hoc dependet ex subtilissimo artificio, cogitauerunt fore impossibile. Patet itaq; ex præmissis in capitulo, quòd non est sulfur de veritate nostrę artis, sed pars eius. Et nos iam deduximus te in cognitionem artificij, per quod ad illius diuisionem possibile est deuenire. In arsenico verò, quia in radice suæ mineræ, per actionem naturæ resolutæ sunt multæ illius partes inflammabiles, ideo artificium separationis eius est facile. Sed ipsum est albedinis tinctura, sulfur verò rubedinis. In sulfuris igitur diuisione magnam adhibere cautelam, necesse est.

De natura Mercurij, siue argenti uiui. Cap. LIX.

IN Argento viuo similiter necesse est superflua demere. Habet enim corruptionis causas, videlicet terream, & adustibilis absq; inflammatione aqueitatis substantiam: Putauerunt tamen aliqui illud non superfluam habere terram, vel immunditiam. sed vanum est quod cogitatur ab eisdem. Videmus enim ipsum multæ liuidatis, & non albedinis. Et similiter per leue artificium videmus ex illo terram nigram & fæculentam emanare, per lauationem videlicet, cuius modum narrabimus. Sed quia duplicem est per illud perfectionem elicere, medicinā scilicet ex eo facere, & illud perficere, ideoq; necesse est ipsū duplicis mundationis gradu præparare, propterea duæ mundationes Mercurij sunt necessariæ: Vna per sublimationem ad medicinam, & hæc hîc innuitur: Alia per lauacrum ad coagulationem, & illa innuetur. Si enim volumus medicinam ex illo creare, tunc necesse est eam à fęculentia suæ terreitatis mundare per sublimationem, ne in proiectione creet colorem liuidum, & ipsius aqueitatem fugitiuam delere, ne totam medicinam fugitiuam in proiectione faciat, & mediocrem illius substantiam saluare pro medicina. De cuius est proprietate non aduri, & ab adustione defendere, & quæ non fugit, & fixum facit. Probamus itaq; perfectiuum esse illud manifestis experientijs. Nam videmus argentum viuum, argento viuo magis adhærere, & eidem magis amicari, post illud verò aurum, & post hæc argentum. Ideo ex hoc relinquitur, ipsum esse suæ naturæ magis. Alia verò corpora videmus non ad illa tantam conformitatem habere, & ideo ipsa veridicè inuenimus minus de illius natura participare. Et quæcunq; videmus plus ab adustione saluare, illa consideramus plus illius naturam possidere. Ideoq; relinquitur, ipsum argentum viuum esse perfectiuū, & adustionis saluatiuum, quod est perfectionis vltimum. Secundus verò mundationis gradus, est ad ipsius coagulationem. Et est vt sufficiat illi solummodò lauatio suæ terreitatis per vnam diem. Cuius modus hic est:

ingressione, quæ per fusionem bonam perficitur. Et per illius subtilitatem non remouetur eius impressio de facili propter fugam. Non est autem mediocris illorum substantia perfectionis causa corporum vel argenti viui, nisi figatur. Quæ cum non fixa sit, licet eius impressio non remoueatur de facili, nō tamen stabiliter perpetuatur. Ex his itaq; elicitur illius mediocrem substantiam artificem diuidere, necesse esse. Diuidere autem putauerunt quidam impossibile esse, propter fortem illius mistionem. Et illi quidem suis operibus manifestis aduersi sunt. Nam ipsum sulfur calcinauerunt, licet non multum, quod nullam fusionem nec inflammationem dedit. sed illud per diuisionem necesse est eueniſſe, quia sulfur in sua naturali commistione permanens, necesse est inflammari & comburi. Ergo per diuisionem diuersarum substantiarum in illo, relinquitur, partem in ipso magis inflammabilem, à partibus non inflammabilibus seorsum in artificio separari. Nam si possibile est, per calcinationem ad remotionem omnium inflammabilium partium in illo peruenire, necesse est ex eorum naturalibus operibus, eos confiteri, ad omnem partium diuisionem posse peruenire. Sed quia hoc dependet ex subtilissimo artificio, cogitauerunt fore impossibile. Patet itaq; ex præmissis in capitulo, quòd non est sulfur de veritate nostrę artis, sed pars eius. Et nos iam deduximus te in cognitionem artificij, per quod ad illius diuisionem possibile est deuenire. In arsenico verò, quia in radice suæ mineræ, per actionem naturæ resolutæ sunt multæ illius partes inflammabiles, ideo artificium separationis eius est facile. Sed ipsum est albedinis tinctura, sulfur verò rubedinis. In sulfuris igitur diuisione magnam adhibere cautelam, necesse est.

De natura Mercurij, siue argenti uiui. Cap. LIX.

IN Argento viuo similiter necesse est superflua demere. Habet enim corruptionis causas, videlicet terream, & adustibilis absq; inflammatione aqueitatis substantiam: Putauerunt tamen aliqui illud non superfluam habere terram, vel immunditiam. sed vanum est quod cogitatur ab eisdem. Videmus enim ipsum multæ liuidatis, & non albedinis. Et similiter per leue artificium videmus ex illo terram nigram & fæculentam emanare, per lauationem videlicet, cuius modum narrabimus. Sed quia duplicem est per illud perfectionem elicere, medicinā scilicet ex eo facere, & illud perficere, ideoq; necesse est ipsū duplicis mundationis gradu præparare, propterea duæ mundationes Mercurij sunt necessariæ: Vna per sublimationem ad medicinam, & hæc hîc innuitur: Alia per lauacrum ad coagulationem, & illa innuetur. Si enim volumus medicinam ex illo creare, tunc necesse est eam à fęculentia suæ terreitatis mundare per sublimationem, ne in proiectione creet colorem liuidum, & ipsius aqueitatem fugitiuam delere, ne totam medicinam fugitiuam in proiectione faciat, & mediocrem illius substantiam saluare pro medicina. De cuius est proprietate non aduri, & ab adustione defendere, & quæ non fugit, & fixum facit. Probamus itaq; perfectiuum esse illud manifestis experientijs. Nam videmus argentum viuum, argento viuo magis adhærere, & eidem magis amicari, post illud verò aurum, & post hæc argentum. Ideo ex hoc relinquitur, ipsum esse suæ naturæ magis. Alia verò corpora videmus non ad illa tantam conformitatem habere, & ideo ipsa veridicè inuenimus minus de illius natura participare. Et quæcunq; videmus plus ab adustione saluare, illa consideramus plus illius naturam possidere. Ideoq; relinquitur, ipsum argentum viuum esse perfectiuū, & adustionis saluatiuum, quod est perfectionis vltimum. Secundus verò mundationis gradus, est ad ipsius coagulationem. Et est vt sufficiat illi solummodò lauatio suæ terreitatis per vnam diem. Cuius modus hic est:

Sumatur patella terrea, & in ea mittatur arg. viuum super quod fundatur aceti fortissimi pauca quantitas, vel alterius rei consimilis, quæ sufficiat ad cooperiendum illud. Post immittatur ad ignem lentum, ne ferueat, & agitetur continuè cum digitis super fundum patellæ, vt diuidatur argentum viuum in similitudinem subtilissimi pulueris albi, donec totum acetum euaporauerit, & ipsum argentum viuum redeat. Postea verò quod fæculentum & nigrum videris ex illo emanasse, laua & abijce. Et hæc iterata vice multiplica, quousque videris colorem suæ terreitatis in clarum, mistum albo & cælestino colore perfectè mutari, quod perfectæ lauationis est signum. Cum igitur peruenerit ad illud, proijciatur super ipsum medicina coagulationis, & coagulabitur in solificum, & lunificum secundum quòd ipsa præparata extiterit: Et ipsius narrationem in sequentibus ponemus. Ex iam igitur dictis patet similiter argentum viuum non esse perfectiuum in natura sua, sed illud quod ex ipso producitur per artificium nostrum. Et similiter in sulfure & eius compari est inducere. Non ergo in his possibile est naturaliter naturam sequi, sed per nostrum artificium naturale.

signum perfectæ lotionis

De natura Marchasitæ, Magnesiæ, & Tutiæ. Cap. LX.

DE alijs autem spiritibus naturalem necesse est nos facere traditionem, qui sunt scilicet Marchasita, Magnesia, & Tutia, impressionem magnam in corporibus facientes. Et ideo dicamus quid sint cum probationibus suis in hoc capitulo. Dicimus igitur, quòd Marchasita duplicem habet in sui creatione substantiam, argenti viui scilicet mortificati, & ad fixionem approximantis, & sulfuris adurentis. Ipsam autem habere sulfureitatem comperimus manifesta experientia. Nam cum sublimatur, ex illa emanat substãtia sulfurea manifesta, comburens. Et sine sublimatione similiter perpenditur illius sulfureitas. Nam si ponatur ad ignitionem, non suscipit illam priusquàm inflammationem sulfuris inflammetur & ardeat. Ipsam verò argenti viui substantiam manifestatur habere sensibiliter. Nam albedinem præstat Veneri meri argenti, quemadmodum & ipsum argentum viuum, & colorem in illius sublimatione cælestinum præstare, & luciditatem manifestam metallicam habere videmus, quæ certum reddunt artificem, illam has substantias continere in radice sua. Magnesia verò sulfur plus turbidum, & argentum viuum magis terreum, & fæculentum, & ipsum sulfur similiter magis fixum & minus inflammabile habere, per easdem probare experientias manifestè poteris, & ipsam magis naturæ Martis approximare. Tutia verò, est fumus ipsorum corporum alborum, & hoc manifesta probatione perpenditur. Nam proiecto fumo mistionis Iouis & Veneris, adhærente in spondilibus fabricæ fabrorum, eandem impressionem facit cum ea. Et quod fumus metallicus non redit, nec ipsa similiter, sine alicuius corporis admistione. Ideo cum fumus ipsa sit alborum corporum, alba nõ citrinat corpora, sed rubea. Nam citrinitas non est aliud, quàm rubei & albi determinata proportio. Ideóque ipsa propter sui subtilitatem magis ad profundum corporis penetrat. Et ideo magis alterat quàm suum corpus, & magis adhæret in examine pauco artificio, quòd iam tibi narratum est. Quæcunque igitur alterantur, per argenti viui virtutem, vel sulfuris, aut horum similium necesse est alterari, quoniam hæc sola communicant in natura ad ipsa corpora.

De natura Solis, siue Auri. Cap. LXI.

DE corporibus nunc, ampliato sermone eorum intimam narremus essentiam. Et primò de Sole, postea de Luna, vltimò verò de alijs, secundum quòd videbitur expedire cum suis probationibus, quæ per experimentum

tum habentur. Est igitur Sol creatus ex subtilissima substantia argenti viui, & clarissima fixura: & ex substantia pauca sulfuris mundi, & puræ rubedinis, fixi, clari, & à natura sua mutati, tingentis illam. Et ideo, quia contingit diuersitas in coloribus ipsius sulfuris, necesse est & auri citrinitatem diuersitatem habere similiter. Est enim quoddam magis, quoddam verò minus in citrinitate intensum. Quòd autem sit ex subtilissima argenti viui substantia, perpenditur & ipsum, quia argentum viuum de facili illud suscipit. Non enim argentum viuum aliud quàm suæ naturæ suscipit. Quòd verò claram & mundam illius substantiam habuit, per splendentem eius fulgorem & radiantem manifestatur, non solùm in die, verùm etiam in nocte sese manifestantem. Quòd verò fixam & sine sulfureitate comburente habeat, patet per omnem operationem illius ad ignem: nam nec minuitur, nec inflammatur. Quòd verò ipsum sit sulfur tingens, patet per hoc, quòd admistum argento viuo, ipsum in colorem transformat rubeum: & quòd sublimatum forti ignitione de corporibus, ita quòd illorum ascendat subtilitas, cum ea citrinissimum creat colorem. Patet igitur quòd cum pura eius substantia purum colorem generat, cum nõ pura non purum. Qui verò probationis suæ citrinitatis ostensione indiget, sensum non habet: quia per visum percipitur. Subtilissima igitur argenti viui substantia ad fixionem deducta, & puritas eiusdem, & subtilissima sulfuris materia fixa, & non adurens, tota ipsius auri materia est essentialis. Maior verò argenti viui, quàm sulfuris in illo probatur quantitas, ideo maiorem argentum viuum habet ingressionem in illud. Igitur quæcunque volueris alterare, ad huius exemplar altera, vt ipsa ad æqualitatem eius perducas. Et modum iam ad illud nos dedimus. Et quia subtiles & fixas habuit partes, ideo potuerunt partes eius multum densari. Et hæc fuit causa ipsius magni ponderis. Per multam verò operatam à natura decoctionem, facta est ex illo paulatiua resolutio, & inspissatio bona, & vltima mistio, vt cum ignitione liquescat. Ex præcedentibus igitur patet, quòd multa quantitas argenti viui, est causa perfectionis, multa verò sulfuris, causa corruptionis. Et vniformitas in substantia, quæ per mistionem fit in decoctione naturali. Diuersitas in substantia, est causa corruptionis. Et induratio & inspissatio, quæ per longam & temperatam perficitur decoctionem, est causa perfectionis, oppositum verò corruptionis. Igitur si ceciderit super ipsum argentum viuum sulfur non debitè, necesse est secundum diuersitatem illius diuersas corruptiones adduci. Potest enim sulfur quod super illud cadit, fixum, non adustibile esse totum, aut totum adustibile, & fugiens in natura sulfuris: aut fugiens, & non in natura sulfuris, aut partem fugientis, partem verò fixi tenere: sed in parte naturam sulfuris tenere, in parte verò non: aut totum mundum, aut medium immundum, aut multæ quantitatis, aut paucæ, superans in commisto: aut paucæ quantitatis superatum in illo, aut nec superans nec superatum: aut album, aut rubeum, aut mediocre. Ex his itaque omnibus diuersitatibus necesse fuit in natura diuersa creari corpora, & his similia: quas omnes oportet narrare nos cum probationibus manifestis.

De natura Lunæ, siue Argenti. Cap. LXII.

IAM ergo patet ex præcedentibus, quòd si ceciderit sulfur mundum, fixum, rubeum, clarum, super substantiam argenti viui puram, non superans, imò paucæ quantitatis, & superatum, creatur ex hoc aurum purum. Si verò fuerit sulfur mundum, fixum, album, clarum, quod ceciderit super substantiam argenti viui, fit argentum purum. si in quantitate non superet, diminutam ta-

men habet puritatem ab auri puritate,& ſpiſſitudinem groſſiorem, quàm aurum. Cuius ſignum eſt,quòd denſantur partes eius,in tãtum vt auro componderet,nec ita fixam ſubſtantiam habet,vt illud. Signum eſt diminutio eius per ignem,& ſulfur eius,quod non eſt fixum,nec incombuſtibile, cauſa eſt illius. Et quòd ſulfur in illo huius ſit diſpoſitionis, per illius paululam inflammationem probatur. Idem autem fixum &non fixum ad aliud quidem & ad aliud relatum eſſe,impoſſibile non eſt autumandum. Lunę enim ſulfureitas ad auri ſulfureitatem relata,nõ fixa,& comburens eſt: Ad aliorum verò ſulfur corporum fixa,& non comburens.

De natura Martis,ſiue Ferri. Item de effectibus ſulfuris,& Mercurij,deq; cauſis corruptionis,& perfectionis. Cap. LXIII.

SI verò fuerit ſulfur fixum terreum, argento viuo fixo terreo commiſtum, & hæc ambo non puræ, ſed liuidæ albedinis fuerint, cuius ſuperantiæ quantitas ſit ſulfuris fixi ſummè,fit ex his Ferrum. Quoniam ſuperantia ſulfuris fixi, fuſionem prohibet. Ideoq; ex hoc relinquitur, ſulfur velocius liquefactionis feſtinantiam per opus fixionis perdere,quàm argentum viuum. Non fixum verò videmus citius quàm argentum viuum liqueſcere. Ex his verò manifeſtatur cauſa velocitatis fuſionis &tarditatis in corporum vnoquoq; Nam quod plus de fixo habet ſulfure, tardius, quòd verò plus de adurente, facilius & citius fuſionem ſuſcipit: Quod ſatis apertè relinquitur à nobis eſſe monſtrandum. Quòd verò ipſum fixum tardiorem faciat fuſionem, manifeſtatur per hoc,quòd ipſum nunquam,niſi calcinetur,figitur,& calcinatum nullam dat fuſionem. Ergo in omnibus illam impedire debet. Quòd verò niſi calcinetur non figatur, patet experimento illius, qui illud figit non calcinatum, quoniam ipſum inuenit ſemper fugere,donec in terram vertatur: Cuius ſimilitudo eſt calcis naturæ. Hoc autem minimè in argento viuo contingit, quoniam figi poteſt abſq; hoc, quòd in terram vertatur, & figi ſimiliter cum conuerſione illius in terram poteſt. Nam per feſtinationem ad eius fixionem,quæ per præcipitationem perficitur,figitur,& in terram mutatur. Per ſucceſſiuam verò illius iterata vice ſublimationem figitur ſimiliter, & non in terram vertitur,imò fuſionem dat metallicam. Hoc autem manifeſtum eſt,& illi probatum qui vtraſque fixiones illius expertus eſt,vſque in illius conſummationem per feſtinam præcipitationem,& tardam per ſucceſſiuas ſublimationes. Vidit enim & inuenit ſic,vt à nobis ſcriptum ſuſcepit. Et illud ideo, quoniam viſcoſam & denſam habet ſubſtantiam: cuius ſignum eſt contritio illius, cum imbibitione & miſtione cum rebus alijs. Sentitur enim in illo manifeſtè viſcoſitas illius per multam adhærentiam. Denſam autẽ ſubſtantiam illud habere,manifeſtè videt monoculus per illius aſpectum,& per ponderationem ſui immenſi ponderis. Auro enim præponderat,cum in natura ſua eſt,& eſt ſimiliter fortiſſimæ compoſitionis,vt narratum eſt. His igitur relinquitur,ipſum poſſe figi ſine illius humiditatis conſumptione,& abſq; in terram conuerſione. Propter enim bonam partium adhærentiam,& fortitudinem ſuæ miſtionis,ſi quo modo partes illius inſpiſſentur per ignem,vlterius non permittit ſe corrumpi,neque per ingreſſionem furioſæ flammæ in illud ſe in fumum vlterius eleuari permittit: quoniam rarefactionem ſui non patitur, propter ſuam denſitatem & carentiam aduſtionis, quæ per ſulfureitatem combuſtibilem., quam non habet,perficitur. Per hoc igitur inuentum eſt inuentione veridica duorum ſecretorum genus mirabile duplex: Vnum ſcilicet, cauſæ corruptionis vniuſcuiuſque metallorum per ignem: quarum vna eſt incluſio adurentis ſulfureitatis in illorum ſubſtantiæ profundo,per inflammationem illa diminuentis,& exter-

exterminantis in fumum vltima consumptione, quantumcunq; in illis argentum viuum bonæ fixionis extiterit. Altera verò est multiplicatio flammæ exterioris super illa penetrantis, & secum in fumum resoluentis, cuiuscunq; fixionis in eis ipsum sit. Tertia verò est rarificatio ipsorum per calcinationem. Tūc enim flāma vel ignis in illa penetrare potest, & ipsa exterminare. Si igitur omnes corruptionis causæ conueniant, maxime corpora corrumpi necesse est. Si verò non omnes, remittitur corruptionis velocitas vniuscuiusque corporis secundum remissionem illarum. Secundum genus est bonitas, quæ per ipsum consideratur in corporibus. Quia igitur argentum viuum propter nullas causas exterminationis, se in partes compositionis suæ diuidi permittit (quia aut cum tota sua substantia ex igne recedit, aut cum tota in illo permanēs stat) notatur in eo necessariò perfectionis causa. Laudetur igitur benedictus & glorioſus Altissimus, qui creauit illud, deditq; illi substantiam, & substantiæ proprietates, quas non contingit ex rebus vllam in natura possidere, vt in illa possit inueniri hæc perfectio, per artificium aliquod, quod in illo inuenimus potentia propinqua. Ipsum enim est, quod ignem superat, & ab igne non superatur: sed in illo amicabiliter requiescit, eo gaudens.

De natura Veneris, siue Aeris, Cap. LXIIII.

REdeuntes igitur ad propositum, dicimus, quòd si fuerit sulfur immundum, grossum, fixum, secundum sui maiorem partem, secundum verò sui minorem non fixum, rubeum, liuidum, secundum totum non superans neq; superatum, & ceciderit super argentum viuum grossum, ex eo æs creari necesse est. Horum itaq; omnium probationem adducere per data ex natura illorum contingit. Nam cum illud ad inflammationem deponitur, flammam ex eo sulfuream discernere poteris, quæ sulfuris non fixi est signum. Et deperditio quantitatis eius per exhalationem, per frequentem eius combustionem, sulfur illud fixum habere significat. Nam ex ea fit illius fusionis retardatio, & induratio substantiæ ipsius, quæ signa sunt multitudinis fixi sulfuris ipsius. Quòd illud autem sit rubeum immundum, adiunctum argento viuo immundo, significatur per sensum: vnde alia probatione non indiget. Experimento itaque elicias secretum. Vides enim omnem rem caloris actionem in terram mutatam, cum facilitate solui, & ad aquæ naturam redigi. Hoc autem contingit propter partium subtiliationem ab igne. Res igitur magis subtilis in natura propria ad hanc terream naturam reducta, magis subtiliatur. Igitur magis soluitur: ita & quæ maximæ, maximè. Ex his igitur patet causa corruptionis, & infectionis horū duorum corporū, Martis scilicet & Veneris: quia est per sulfur multæ quantitatis fixum, & nō fixū, paucæ in Venere, minimæ verò in Marte. Cum igitur sulfur fixum in fixionem deuenit per calorem ignis, eius partes subtiliantur: sed pars illa quæ est in aptitudine solutionis suæ substantiæ soluitur: cuius signum est expositio horum duorum corporum ad vaporem aceti. Nam per illud floret in superficie illorum sulfuris eorum aluminositas, per calorem in illo creata subtiliatiuum. Et si posueris hæc duo corpora in liquorem ponticum, soluentur de facili per ebullitionem multæ illorum partes. Et si respexeris in mineris horum duorum, manifestam inuenies ex eis solutam aluminositatis substantiam distillare, & in illis adhærere: quæ aluminositas per ponticitatem & facilem solutionem in aquam mutatur. Non enim ponticum, & facilè solubile reperitur aliud quàm alumen, & quod illius naturæ est. Nigredo verò in vtroq; horum duorum corporum ad ignem creatur propter sulfur non fixum, quod in illis concluditur: multum quidem in Venere, parum verò in Marte, & ad naturam fixi approximans. Ideoq; non de fa-

cili talem impressionem de Marte remoueri est possibile. Iam igitur patuit, ex sulfure non fixo fusionem fieri, & fusionem adiuuari: ex fixo verò fusionem non fieri, & fusionem impediri. Ex argento verò viuo fixo, non est necesse fusionem non fieri, & fusionem impediri. Illud scit necessariò verũ esse, qui nullo ingeniorum fusionis, sulfur potuit conseruare in fusione post illius fixionem. Argentum verò viuum figi potuit per frequentem sublimationis reiterationem ad illud, eo bonam fusionem suscipiente. Ex hoc itaq; manifestum est, corpora esse maioris perfectionis, quæ plus argenti viui sunt continentia: quæ verò minus, minoris perfectionis. Studeas igitur in omnibus tuis operibus, vt argentum viuum in commistione superet. Et si per solum argentum viuum perficere poteris, preciosissimæ perfectionis indagator eris, & eius perfectionis, quæ naturæ vincit opus. Mundare enim poteris intimè, ad quod naturam non peruenit. Probatio verò eius, quòd ea quæ maioris argenti viui quantitatem sunt continentia, maioris sint perfectionis, est scilicet facilis susceptio argenti viui. Videmus enim corpora perfectionis amicabiliter argentum viuum susc ipere. Ex præcedentibus itaq; sermonibus relinquitur, duplicem esse in corporibus sulfureitatem: Vnam quidem in profunditate argenti viui conclusam, in principio suæ mistionis, alteram verò superuenientem. Quarum altera cum labore tollitur, alteram verò nullo artificiorum ingenio, quòd per ignem perficitur, possibile est tolli, ad quod possit nostra operatio cõgruere ac vtiliter peruenire, cum iam cum eo ad eandem cerationem vnitum factũ est. Et hoc experimento probatur, quòd sulfureitatem adustibilem videmus per ignem deleri, sulfureitatem verò fixam minimè. Si igitur dixerimus corpora calcinatione mundari, intelligas vtiq; à terrea substantia, quæ non in radice suæ naturæ vnita est. Quoniam vnita mundare per ignis ingenium, non est possibile, nisi adueniat argenti viui medicina occultans & contemperans illam, aut illam de commisto separans. Separatio autem terreæ substantiæ in radice naturæ metallo vnitæ ab eius commisto fit: Aut per eleuationem cum rebus substantiam argenti viui eleuantibus, & sulfureitatem dimittentibus, propter conuenientiam cum eis, vt est Tutia & Marchasita, quoniam fumi sunt, quorum maior pars argenti viui est quantitas, quàm sulfuris: Et huius experiẽtiam vides, quoniam si forti & subita fusione hęc coniunxeris cum corporibus spiritus secum adducent corpora in fuga sua: Ideoq; cum eis eleuare poteris: Aut cum lauatione per argenti viui commistionem, quam narrauimus. Argentum enim viuum tenet quod suæ naturæ est, alienum verò respuit.

De natura Iouis, siue Stanni. Cap. LXV.

HAC igitur inuestigatione proposita, nostrum propositum sequentes inuimus, quòd si sulfur fuerit in radice commistionis, fixione pauca participans, album albedine non pura, non superans, sed superatum, cum argento viuo secundum partem fixo, secundum partem verò non fixo, albo nõ puro commisto, sequetur ex eo stannum. Et horum probationem per præparationem inuenies: Quia si stannum calcinaueris, senties ex illo sulfuris fœtorem, quod signum est sulfuris non fixi. Et quia flammam nõ dat, ne putes illud fixum: Quia non propter fixionem, sed propter superantiam argenti viui, in commistione saluantis à combustione flammam non dat. Probatur itaq; duplex in stanno sulfureitas: duplex item argenti viui substantia. Vna quidem sulfureitas quæ est minus fixa, quia cum calcinatur fœtet vt sulfur. Per primam probatur mistionis experientia. Altera per continuationem illius in calce sua ad ignem, quam habet, quia magis fixa non fœtet. Probatur verò duplex argenti

illo, quarum vna est non fixa, altera fixa: quia ante illius
post verò triplicem ipsius calcinationem non stridet,
nti viui fugitiui substantia stridorem faciens euolauit.
i substantia fugitiua sit causa stridorem faciens, proba
mbi cum argento viuo: Quia si cum argento viuo plũ-
uacrum eius illud fuderis cum igne non superante suæ
ebit cum eo argenti viui pars, quæ plumbo stridorem
num conuertet. Econuerso verò, permutationem stan-
onsiderare potes. Nam per multiplicem calcinationis
& ignis illi magis conuenientis ad reductionis admi-
um conuertitur: maximè verò cum per subtractionem
calcinatur igne. Et de harum substantiarum diuersita-
s per ingenia conseruationis illarum in instrumentis
eas diuidentis: ad quem nos peruenimus cum instan-
ificatione nostra, nos verum per illud æstimasse. Quid
otionem duorum non fixorum ex Ioue, scilicet sulfu-
sit, te certum reddere nos expedit: vt completè co-
positionem. Est igitur illud liuidum, ponderosum, vt
albedine plumbo participans. Est igitur plumbum
o æqualitas fixionis duorum componentium, argenti
non autem æqualitas quantitatis: quoniam in commi-
n viuum: cuius signum est facilitas ingressionis in illud
argenti viui in natura sua. Igitur si non maioris argenti viui in illo esset quanti-
tas, non adhæreret illi in natura sua sumptum de facili. Ideoq; non adhæret
Marti, nisi subtilissimo ingenio: nec Veneri propter paucitatem argenti viui
in illa, in commistione sua. Ex hoc igitur patet, quia difficillimè Marti adhæ-
ret, Veneri verò facilius, propter maiorem copiam argenti viui in ea: cuius si-
gnum est fusio illius facilis, Martis verò difficillima. Fixio verò harum duarum
substantiarum, ad firmam approximat fixionem: nõ autem fixa propterea est
perpetuò. Et huius est probatio, ipsius corporis calcinatio: & post calcinatio-
nem ad fortissimum ignem expositio. Nam per eum non fiet diuisio, sed tota
ascendet substantia: purificata tamen magis. Videmus ergo substantiam sul-
furis in stanno adurentem facilius separari, quàm in plumbo. Et huius expe-
rimentum vides per facilem Iouis indurationem, calcinationem, & meliora-
tionem sui fulgoris. Ideoq; considerauimus hæc corrumpentia in radice illius
non fuisse, sed ei postea aduenerunt. Et quia in prima commistione non fue-
runt illi multum coniuncta, ideo facilè possunt separari. Ideoq; alterationes in
eo sunt velocis operis, mundificatio videlicet, induratio, & illius fixio. Et ha-
rum causas per ea quæ iam à nobis tradita sunt, manifestè considerare potes.
Et quia post has operationes, calcinationem scilicet & reductionem, conside
rauimus in fumo suo per magnam eleuationem, & ignis expressionem; & vi-
dimus illud ad citrinitatem pertingere, cum hoc sit de proprietate sulfuris cal-
cinati, æstimauimus æstimatione vera, in qua fuimus certificati, sulfuris fixi na
turam illud secum multam continere. Qui igitur voluerit in hac nostra sciẽtia
videre veritatem, inuestigationem horum omnium, perstudeant cum sedulita
te operis, donec per eam principia ipsorum corporum, & proprietatem spiri-
tuum inueniant inuentione certa non coniecturali, quam tradidimus in hoc
nostro volumine sufficienter ad artis exigentiam.

cili talem impressionem de Marte re[ ]lam igitur patuit, ex
sulfure non fixo fusionem fieri, & fi[ ]ex fixo verò fusionem
non fieri, & fusionem impediri. I[ ]o fixo, non est necesse
fusionem non fieri, & fusionem imp[ ]ssariò verũ esse, qui nul
lo ingeniorum fusionis, sulfur potu[ ]sione post illius fixio-
nem. Argentum verò viuum figi po[ ]m sublimationis reite-
rationem ad illud, eo bonam fusione[ ]x hoc itaq; manifestum
est, corpora esse maioris perfectionis[ ]i viui sunt continentia:
quæ verò minus, minoris perfectior[ ]in omnibus tuis operi-
bus, vt argentum viuum in commis[ ]per solum argentum vi-
uum perficere poteris, preciosiss[ ]indagator eris, & eius
perfectionis, quæ naturæ vincit op[ ]poteris intimè, ad quod
naturam non peruenit. Probatio v[ ]quæ maioris argenti viui
quantitatem sunt continentia, ma[ ]nis, est scilicet facilis susce
ptio argenti viui. Videmus enim [ ]is amicabiliter argentum
viuum suscipere. Ex præcedentib[ ]relinquitur, duplicem es
se in corporibus sulfureitatem: [ ]rofunditate argenti viui
concluſam, in principio suæ misti[ ]peruenientem. Qua-
rum altera cum labore tollitur, alt[ ]ciorum ingenio, quòd
per ignem perficitur, possibile est [ ]nostra operatio cõgrue
re ac vtiliter peruenire, cum iam c[ ]rationem vnitum factũ
est. Et hoc experimento probatur, [ ]m adustibilem videmus
per ignem deleri, sulfureitatem verò fixam minime. Si igitur dixerimus cor-
pora calcinatione mundari, intelligas vtiq; à terrea substantia, quæ non in ra-
dice suæ naturæ vnita est. Quoniam vnita mundare per ignis ingenium, non
est possibile, nisi adueniat argenti viui medicina occultans & contemperans il
lam, aut illam de commisto separans. Separatio autem terreæ substantiæ in ra
dice naturæ metallo vnitæ ab eius commisto fit: Aut per eleuationem cum re
bus substantiam argenti viui eleuantibus, & sulfureitatem dimittentibus, pro-
pter conuenientiam cum eis, vt est Tutia & Marchasita, quoniam fumi sunt,
quorum maior pars argenti viui est quantitas, quàm sulfuris: Et huius experiẽ
tiam vides, quoniam si forti & subita fusione hęc coniunxeris cum corporibus
spiritus secum adducent corpora in fuga sua: Ideoq; cum eis eleuare poteris:
Aut cum lauatione per argenti viui commistionem, quam narrauimus. Argen
tum enim viuum tenet quod suæ naturæ est, alienum verò respuit.

De natura Iouis, siue Stanni. Cap. LXV.

HAC igitur inuestigatione proposita, nostrum propositum sequentes in-
uimus, quòd si sulfur fuerit in radice commistionis, fixione pauca par-
ticipans, album albedine non pura, non superans, sed superatum, cum ar
gento viuo secundum partem fixo, secundum partem verò non fixo, albo nõ
puro commisto, sequetur ex eo stannum. Et horum probationem per præpa-
rationem inuenies: Quia si stannum calcinaueris, senties ex illo sulfuris fœto-
rem, quod signum est sulfuris non fixi. Et quia flammam nõ dat, ne putes illud
fixum: Quia non propter fixionem, sed propter superantiam argenti viui, in
commistione saluantis à combustione flammam non dat. Probatur itaq; du-
plex in stanno sulfureitas: duplex item argenti viui substantia. Vna quidem sul
fureitas quæ est minus fixa, quia cum calcinatur fœtet vt sulfur. Per primam
probatur mistionis experientia. Altera per continuationem illius in calce sua
ad ignem, quam habet, quia magis fixa non fœtet. Probatur verò duplex ar-
genti

genti viui ſubſtantia in illo, quarum vna eſt non fixa, altera fixa: quia ante illius calcinationem ſtridet, poſt verò triplicem ipſius calcinationem non ſtridet, quod eſt, quia eius argenti viui fugitiui ſubſtantia ſtridorem faciens euolauit. Quòd verò argenti viui ſubſtantia fugitiua ſit cauſa ſtridorem faciens, proba tur per lauationem plumbi cum argento viuo: Quia ſi cum argento viuo plũbum lauetur, & poſt lauacrum eius illud fuderis cum igne non ſuperante ſuæ fuſionis ignem, remanebit cum eo argenti viui pars, quæ plumbo ſtridorem adducit, & illud in ſtannum conuertet. Econuerſo verò, pemutationem ſtanni in plumbum illud conſiderare potes. Nam per multiplicem calcinationis reiterationem ad illud, & ignis illi magis conuenientis ad reductionis adminiſtrationem, in plumbum conuertitur: maximè verò cum per ſubtractionem ſuæ ſcoriæ cum magno calcinatur igne. Et de harum ſubſtantiarum diuerſitatibus certificari poteris per ingenia conſeruationis illarum in inſtrumentis propriis, & ignis modo eas diuidentis: ad quem nos peruenimus cum inſtantia, & vidimus cum certificatione noſtra, nos verum per illud æſtimaſſe. Quid igitur ſit quòd poſt remotionem duorum non fixorum ex loue, ſcilicet ſulfuris & argenti viui remanſit, te certum reddere nos expedit: vt completè cognoſcas ipſius louis compoſitionem. Eſt igitur illud liuidum, ponderoſum, vt plumbum: maiori tamen albedine plumbo participans. Eſt igitur plumbum puriſſimum. Et eſt in ipſo æqualitas fixionis duorum componentium, argenti viui ſcilicet, & ſulfuris, non autem æqualitas quantitatis: quoniam in commiſtione vincit argentum viuum: cuius ſignum eſt facilitas ingreſſionis in illud argenti viui in natura ſua. Igitur ſi non maioris argenti viui in illo eſſet quantitas, non adhæreret illi in natura ſua ſumptum de facili. Ideoq; non adhæret Marti, niſi ſubtiliſſimo ingenio: nec Veneri propter paucitatem argenti viui in illa, in commiſtione ſua. Ex hoc igitur patet, quia difficillimè Marti adhæret, Veneri verò facilius, propter maiorem copiam argenti viui in ea: cuius ſignum eſt fuſio illius facilis, Martis verò difficillima. Fixio verò harum duarum ſubſtantiarum, ad firmam approximat fixionem: nõ autem fixa propterea eſt perpetuò. Et huius eſt probatio, ipſius corporis calcinatio: & poſt calcinationem ad fortiſſimum ignem expoſitio. Nam per eum non fiet diuiſio, ſed tota aſcendet ſubſtantia: purificata tamen magis. Videmus ergo ſubſtantiam ſulfuris in ſtanno adurentem facilius ſeparari, quàm in plumbo. Et huius experimentum vides per facilem louis indurationem, calcinationem, & meliorationem ſui fulgoris. Ideoq; conſiderauimus hæc corrumpentia in radice illius non fuiſſe, ſed ei poſtea aduenerunt. Et quia in prima commiſtione non fuerunt illi multum coniuncta, ideo facilè poſſunt ſeparari. Ideoq; alterationes in eo ſunt velocis operis, mundificatio videlicet, induratio, & illius fixio. Et harum cauſas per ea quæ iam à nobis tradita ſunt, manifeſtè conſiderare potes. Et quia poſt has operationes, calcinationem ſcilicet & reductionem, conſiderauimus in fumo ſuo per magnam eleuationem, & ignis expreſſionem, & vidimus illud ad citrinitatem pertingere, cum hoc ſit de proprietate ſulfuris calcinati, æſtimauimus æſtimatione vera, in qua fuimus certificati, ſulfuris fixi naturam illud ſecum multam continere. Qui igitur voluerit in hac noſtra ſciẽtia videre veritatem, inueſtigationem horum omnium, perſtudeant cum ſedulitate operis, donec per eam principia ipſorum corporum, & proprietatem ſpirituum inueniant inuentione certa non coniecturali, quam tradidimus in hoc noſtro volumine ſufficienter ad artis exigentiam.

De natura Saturni, siue Plumbi. Cap. LXVI.

RESTAT nos igitur de Saturno descriptionem ponere. Et dicimus, quòd non diuersificatur à Ioue post calcinationis reiterationem, ad illius naturam reductio, nisi quòd immundiorem habet substantiam à duabus substantijs commistam grossioribus, sulfure scilicet & argento viuo: Et quòd sulfur in illo comburens, & sui argenti viui substantiæ magis adhæsiuum, & quòd plus habet de substantia sulfuris fixi ad compositionem suam, quàm Iupiter. Et harum probationes per experientias manifestas adducemus. Quòd igitur ipsum sit maioris terreæ fæculentiæ, ꝙ Iupiter, manifestatur per visum, & per lauacrum eius ab arg. viuo, in hoc, quòd plus per lauacrū emanat fæculentiæ ab eo, ꝙ à Ioue, & quòd primū gradū calcinationis suscipit facilius quàm Iupiterquod est signū multę terreitatis: Nā corpora pluris terreitatis facilioris inuenimus calcinationis, & terreitatis paucę, difficilioris calcinationis. Et huius est probatio, difficillima Solis calcinatio completa. Et quòd non rectificatur eius fœditas per calcinationis reiterationem sicut in Ioue, quod est signū maioris fœditatis in principijs eius ex natura sua, quā Iouis. Quòd verò sulfuris quātitas cōbustibilis magis sit arg. viui substātiæ adhęsiua in eo quàm in Ioue, significatur per hoc, quòd non separatur de eo in fumū quantitas notanda, quin sit citrini coloris multæ citrinitatis, cuius similiter est quod in fundo inferiori ex eo remansit, id quod necessariò vnius triū horum esse signū relinquitur, aut nullius quātitatis sulfuris cōbustibilis in eo, aut pauciſſimæ, aut multū coniunctæ, in principiorum propinquitate ad radicem cōmistionis. Sed certificati sumus per illius odorē, ipsum alicuius esse quantitatis, & non paucę, imò multæ, quia non remouetur ab eo odor sulfureitatis in breui tēpore. Ideo considerauimus consideratione qua certi sumus, sulfur cōburens illius sulfuri non comburenti ad naturam fixi approximanti, in arg. viui substantia vniformiter esse cōmistum. Ideo cum scandit fumus eius, necessariò cum sulfure non comburente scandit, de cuius proprietate est, citrinitatē creare. Quòd verò maior quantitas sulfuris non adurentis sit in ipso quàm in Ioue, à nobis adductum est cum veritate, per hoc quòd videmus totū colorem ipsius in citrinum mutari, Iouis verò in album, in calcinationibus suis. Et ideo in hoc nobis aperta est via inuestigationis causæ huius operis, per quod in calcinatione mutatur Iupiter facilius in durū quàm Saturnus, non autem in tarditatem liquefactionis velocius quàm Saturnus: Et illud ideo, quoniam causa duritiei naturę est sulfur, & argētum viuum fixum. Causa verò liquefactionis est duplex, argentum viuum scilicet, & sulfur combustibile. quorum alterum, quo ad fusionis perfectionem, sufficit in vnoquoque gradu eius, cum ignitione scilicet, & sine ignitione scilicet argentum viuum. Quia igitur in Ioue est multa argenti viui quantitas non verè fixi, remanet in illo multa liquefactionis velocitas, & non remouetur ab illo faciliter. Causa verò mollificationis est duplex, argentum scilicet viuum, & sulfur combustibile. Quia igitur remouetur sulfureitas comburens ex Ioue facilius quàm ex Saturno, ideo ex eo altera causarum mollitiei remota, necesse est illud indurari calcinatum. Saturnus verò, quia vtriusque mollitiei causas fortiter habet coniunctas, non facilè induratur. Est tamen diuersitas in mollitie per arg. viuum, & mollitie per sulfur: quia mollities per sulfur est cessiua, mollities verò per arg. viuum extensiua est. Et hoc necessariò probatur per hoc, quòd videmus corpora multi argenti viui, multæ extensionis esse, corpora verò pauci, paucæ. Et ideo Iupiter facilius & subtilius extenditur quàm Saturnus, Saturnus facilius quàm Venus, Venus quàm Mars, Luna subtilius quàm Iupiter, Sol verò quàm Luna subtilius. Patet igitur quòd

causa

causa indurationis est argentum viuum fixum, aut sulfur fixum. Causa verò mollitiei est opposita. Causa verò fusionis est duplex, sulfur non fixum, & arg. viuum cuiuscunque generis. Sed sulfur non fixum necessariò est causa fusionis sine ignitione. Et manifestè vides huius rei experientiam, per proiectionem arsenici super corpora difficilis fusionis: facit enim ea facilis fusionis, & sine ignitione. Causa verò fusionis facilis est & similiter argentum viuum. Causa verò fusionis cum ignitione est argentum viuum fixum. Causa igitur impedimẽti fusionis cuiuscunque est sulfur fixum. Per hoc itaq; maximum poteris elicere secretum. Quod cũ plurimæ argenti viui quantitatis corpora maximæ perfectionis sint inuenta, pluris vtique quantitatis argenti viui corpora à perfectione diminuta perfecto magis approximare necesse est. Itaque & multæ sulfureitatis corpora plurimę corruptionis esse contingit. Quãobrẽ igitur ex iam dictis patet, Iouẽ maximè perfecto approximare, cũ perfectionis plus participet, Saturnũ verò minus, minus verò adhuc Venerẽ, minimè verò Martẽ, eo ex quo perfectio dependet. Aliter autẽ ex medicina cõplente, & defectũ supplente, & perfectius attenuante ad profundũ, corporum spissitudinem, & sub splendentis fulgoris substantia eorundẽ palliante fuscedinẽ, se habere contingit. Ex hac enim maximè perfectibilis Venus existit, minus verò Mars, adhuc minus Iupiter, minimè verò Saturnus. Ex his igitur repertũ est laboris inuestigatione veridica, ex corporũ diuersitate, diuersas inueniri cum præparatione medicinas. Alia enim eget medicina, durũ ignibile, alia verò molle & nõ ignibile corpus: Hoc quidẽ mollificãte, & ad profundũ attenuante, & in sua æquãte substantia: Illud verò indurante & inspissante occultũ eius. Ex his igitur nos expedit ad medicinas trãsire cum manifestis experientijs, ponentibus nobis causas inuentionis diuersarum medicinarum, & quòd diminutum relinquant & quòd ad complementum deducant.

SECVNDA PARS HVIVS SECVNDI LIBRI, DE *Medicinis in genere, & de necessitate perfectionis medicinæ, omnia imperfecta perficiente, atq; ex qua re melius & proinquius eliciatur.*

Vniuscuiusq; corporis imperfecti, similiter & argenti uiui necessariò fore duplicem medicinã, unã scilicet ad albũ, alterã uerò ad rubeum, à quibus tamen omnibus excusamur per unicã perfectissimam. Cap. LXVII.

PRobamus igitur, spiritus corporibus magis assimilari, per hoc, quòd magis corporibus vniuntur & amicabilius, quàm alia in natura. Per hoc ergo adductum est nobis inuentione prima, hos esse corporũ alterationes medicinam verã. Ideoq; omni quo potuimus ingeniorum genere nos ipsos exercuimus, vt per illos, imperfectorũ vnumquodq; corporum, mutatione firma in perfectum Lunare & Solare trãsformaremus corpus. Quamobrem ex eisdem medicinam diuersam ex diuersa alterandorum intentione creari necesse accidit. Cũ sint igitur duplicis generis metalla alterationis, arg. viu. scilicet perfectione coagulabile, & à perfectione diminuta corpora: & hæc iterum multiplicia, alia quidẽ dura ignibilia, alia verò mollia non ignibilia: dura quidem ignibilia, vt Mars & Venus: mollia verò, vt Iupiter & Saturnus: Necesse est & medicinã similiter perfectiuã multiplicẽ esse. Alia etenim eget arg. vi. medicina perficiẽte, alia verò corpora trãsformãda. Quinetiã alia egẽt dura ignibilia vt Venus & Mars, alia verò mollia nõ ignibilia, vt Saturnus & Iupiter. Et hæc vtraq; vtriusq; generis cũ ad se inuicẽ differant in natura, similiter diuersã ea egere medicinã necessariò accidit. Vnius etenim generis sunt Mars & Venus, sed in speciali quadam proprietate differunt. Etenim hic nõ fusibilis, illa verò

fusibilis: Ideoq; alia quidem Mars, alia verò Venus medicina perficitur: & hic quidem ex toto immundus est, illa verò non. Et hic quidē quadā albedine fusca, illa verò rubedine & viriditate participat: quæ in medicina diuersitatis necessitatem imponunt consimiliter. Alterius etiam generis mollitiei corpora, scilicet Iupiter & Saturnus, cùm hic & similiter differāt, diuersa medicina ea similiter egere necesse est. Est enim hic quidē mundus, scilicet Iupiter, ille verò non. At verò & hæc quidē mutabilia omnia, nunc Lunaria, nunc Solaria efficiuntur corpora, ideoq; necesse est vniuscuiusq; duplicē medicinā fore: Vnam quidē citrinam, in citrinū mutantem Solare corpus: alteram verò albā in albū Lunare corpus mutantē similiter. Cùm ex quatuor igitur imperfectorū corporum vnicuiq; duplex materia adinueniatur, Solaris videlicet & Lunaris, Octo in summa erunt medicinæ omnes corpora perficientes, in forma bona. Perficitur & similiter arg. viu. in Solare & Lunare: ideoq; & medicinæ alterātis illud duplicē differentiam esse contingit. Decē igitur erunt omnes medicinæ, quas inuenimus cum totalitate sua ad cuiuslibet imperfecti alterationem cōpletā. Verū vtiq; cū diuturni laboris instātia, & magnæ indagationis industria excusarivolumus ab inuentionis labore harū decē medicinarū per vnius beneficiū medicinæ: & inuenimus inquisitione longa, necnō & laboriosa maximè, & cū experientia certa, medicinā vnam, qua quidē durum mollescit, & molle induratur corpus, & fugitiuū figitur, & illustratur fœdū splendore inenarrabili, & eo qui supra naturam consistit. Ideoq; omniū harum medicinarū expedit singulū sermonem adducere, cū causis suis, & manifestis probationū experientijs. Primum igitur medicinarum decē seriem, & ab hinc quidē corporum omniū, deinde verò arg. viui, dehinc verò & vltimò ad perficientis magisterij medicinā transeundū, cum tamen præparatione indigeant imperfecta. Ideo ne propter insufficientiā traditionis artis mordeamur ab inuidis, afferamus in primis narrationem de imperfectorum præparationibus, earū inuentionis causæ necessitatem ponētes, quibus quidē in nostro artificio efficiantur congrua, perfectionis albedinis & rubedinis in vnoquoq; gradu medicinā suscipere, & ab eadē perfici. Dehinc verò addendum medicinarum omnium narrationem sufficiētem & congruam.

Vnicuiq; imperfectorum corporum suam præparationē esse adhibendam. Cap. LXVIII.

EX iam ergo à nobis narratis sermonibus apparet quid superfluū, quidue diminutū ex operibus natura relinquat in vnoquoq; eorū, quæ imperfecta sunt corpora secundū sufficiētem partē: secundū verò complementū quæ in superioribus omisimus, hîc cōplebimus sufficienti sermone. Primum igitur cum corpora imperfectionis mutabilia duplicis generis esse contingat, mollia scilicet & ignibilia, vt Saturnus & Iupiter: dura & nō fusibilia, aut cum ignitione fusibilia, vt Mars & Venus: hic quidē non fusibilis, illa verò cū ignitione: necessariò nos natura informando edocuit, ex illorū diuersitate essentiarū, in radice naturæ diuersas prę parationes secundū exigentiā illis administrare. Sunt itaq; vnius generis transformāda imperfectionis corpora duo necessaria: plumbum scilicet, quod μέλαν id est nigrum dicitur, & per artē Saturnus: & plumbum stridens, quod λευκὸν id est albū dicitur. Et in hac sententia Iupiter quæ à se inuicem sunt diuersa in sui occulti profundo ex radice suæ naturæ innata, & in manifesto similiter: quia Saturnus, fuscus, liuidus, ponderosus, & niger, sine stridore totaliter mutus t Iupiter autem albus, liuens parum, multum verò stridens & modico sono, innitum adducens: quorum differentiam in profundo illorū tibi cum manifestis experientijs monstrabimus ex illarum causis necessarijs. Ex quibus secundum magis & minus præparationis ordi-

ordinem colligere bonæ mentis artificem contingit. Primò igitur secundũ ordinem corporum præparationẽ narremus: postea verò & ipsius argenti viui coagulabilis. Sed & primò vnius generis, molliciei scilicet, post hoc verò & alterius. Primi quidem generis corporum ponatur Saturni præparatio & Iouis, postea verò & aliorum, secundum suum ordinem determinatum. Quia in præparatione corporum nihil superfluum ex profundo ipsius remouendum, sed ex manifesto potius.

Imperfectorum metallorum defectum, medicina suppleri, superfluum uerò præparatione tolli oportere. Cap. LXIX.

SAturni verò præparatio multiplex adhibetur essentiæ, & Iouis similiter, secundum ipsorum multiplicis perfectioni approximationis, aut elongationis ab ea gradum. Cùm sit igitur aliud ex corrumpentibus quidem illorum profundo aduenies ex ipsorũ naturæ radice innata, sulfureitatis scilicet terreitas, atq; impuritas terreę arg. viui, illorum creationis principijs essentiali natura commista. Aliud verò superueniens post primam illorũ mistionẽ, corruptionem adducens, & sunt primi generis sulfureitas cõburens, & illius impuritas, & argẽti viui substantia fœda: quæ omnia sunt Saturni & Iouis perfectionis substantiam corrumpentia. Sed horum quidem alterum impossibile est remoueri per alicuius industriæ medicinam, primi ordinis. Alterum verò paruo adminiculo remoueri contingit. Hoc quidem remouendum esse impossibile aduenit, propter hoc, quòd in principijs naturæ propriæ huius generis corporum in veram essentiam commista fuerunt, & vera essentia facta sunt. Ideoq; cum non sit possibile veram rei cuiusq; in natura remouere essentiam, re permanente, non fuit possibile ab eis hæc corrumpentia delere. Quãobrem igitur putauerunt quidam Philosophorum, per hoc ad artem non posse peruenirí. Sed nos quidem & nostro tempore hanc inquirentes scientiam peruenimus ad hoc idem, quòd & similiter nullo ingeniorum præparationis modo potuimus corpora illustrare, cum cõplemento sui fulgoris lucidi, quin contingeret illa ex toto infici, & denigrari potius. Propter hoc igitur & nos similiter in stuporẽ adducti, multi temporis spacio sub desperationis vmbraculo delituimus. Redeuntes tamen in nos ipsos, & nos ipsos torquentes immensæ cogitationum meditationis afflictionibus, respeximus à perfectione corpora diminuta in profundo suæ naturæ fœda existere, & nihil ex eis fulgidum inueniri, cum in eis secundum naturã non sit. Non enim inuenitur in re, quod in illa nõ est. Cùm igitur nihil perfecti in illis inueniatur, necessariò & in eisdẽ nihil superfluũ inueniri relinquitur in diuersarũ substantiarum separatione in illis, & in profundo suæ naturæ. Ideoq; per hoc inuenimus aliquid diminutũ in illis fuisse, quod cõpleri necessariò accidit per materiã sibi conuenientẽ, & diminutum cõplentem. Est igitur diminutum in illis, scilicet paucitas arg. viui & non recta spissatio eiusdẽ. Igitur complementũ erit in illis arg. viui multiplicatio & spissatio bona, & fixio permanens. Hoc aũt per medicinã ex illo creatam perficitur. Hæc enim cum ex arg. viu. sit in esse deducta, per beneficiũ illius luciditatis & splẽdoris, illorũ fuscedinem palliando celat & tegit, & splendorem educit, & in fulgorem conuertit. Quum enim argentum viuum in medicina præparatum, per nostrum artificium sit mundatum, & in substantiam purissimam, & fulgidissimam redactum, proiectum super diminuta, à perfectione illustrabit, & sua fixione perficiet. Hanc verò medicinam in sua narrabimus oratione. Relinquitur itaq; ex præiacentibus necessariò, duplicem fore perfectionis inuentionem necessariam, vnam quidem per materiam quę de misto substantiam fœdam separat, alteram verò per medicinam, quæ illam

sui fulgoris splendore palliando tegat, & illustrando decoret. Cùm nihil igitur superfluum, sed potius diminutum, in profundo corporum contingat reperiri: si quid omnino superflui remoueri expedit, necesse est id ex manifesto suæ naturæ superueniẽs, & tolli & moueri diuersis cum præparationibus, quas in hac oratione nos expedit enarrare: primum quidem in eadem oratione Iouis & Saturni, vltimò verò & aliorum secundum ordinem.

De Præparatione Saturni & Iouis. Cap. LXX.

PRæparantur igitur Saturnus & Iupiter præparationibus multiplicibus secundum maioris perfectioni approximationis necessitatẽ, communi scilicet, & speciali pręparationis modo. Cõmunis quidẽ est, per gradus approximationis ad perfectionẽ multiplices. Est enim vnus gradus approximationis, scilicet fulgor ex substãtia munda: alter verò duritiei, cũ suæ fusionis ignitione: tertiò verò fixio, per remotionem fugitiuæ substantiæ. Mundificantur igitur, & fulgida fiunt tripliciter: aut per res mundificantes, aut per calcinationis modũ & reductionis, aut per solutionem. Per res igitur depurantes mundãtur dupliciter: aut in calcẽ redacta, aut in natura corporum. In calcem verò redacta, purificantur in hunc modum: aut per sales, aut per alumina, aut per vitrũ Et est, vt cum corpus calcinatũ extiterit, tunc infundatur super eorum calcem aluminũ aut salium aqua, aut cõmisceatur cum ea vitrum, & reducatur in corpus. Hoc igitur toties super hæc corpora alternata vice reiteretur, quousq; mũda cõplete se ostendant. Nam cùm sales & alumina & vitrum fundantur fusione alia quàm corpora, ideo ab illis separantur, & secum terream substantiam ducunt, relicta sola corporum puritate. In natura verò corporũ similiter, & per eundem depurantur modũ. Et est, vt limentur subtilissimè hæc duo corpora: post hoc verò cum eisdem administrentur alumiuibus, salibus & vitro videlicet, & postea in corpus reducantur. Et sic alternata vice reiterentur, quousque mundiora appareant. Mundantur & per arg. viui lauacrũ, cuius modum attulimus. Mundificãtur & hæc similiter vtriusq; generis corpora per reiterationis vicem calcinationis ad illa, & reductionis similiter, cum sufficientia sui ignis, quousq; mundiora appareant. Per hanc enim mundãtur à perfectione hęc diminuta corpora, à duplici corrũpente substantia, hac quidẽ inflammabili & fugitiua, illa verò terrea fæculentia. Et illud ideo, quia ignis omnem fugitiuã substantiam eleuat & consumit. Et idem ignis similiter in reductionis modo omnem substantiã terræ diuidit cum proportione sua: & hanc proportionem in alio nostro volumine, quod de perfectionis Inuestigatione intitulatur, conscripsimus, quod secundum ordinem hunc præcedit librum. In illo enim quæcunque inuestigauimus, secundum nostræ mentis rationem scripsimus: hîc verò quod vidimus & tetigimus completè, secundum scientiæ ordinẽ determinauimus. Mundificantur & hæc vtique similiter per solutionem suæ substãtiæ cuius modum iam diximus, & per reductionem similiter eius, quod ex eis dissolutum extiterit. Inuenitur enim illud mundius & perfectius quã alio quopiã præparationis genere, hoc eodem præparationis modo. Et huic modo nõ cõparatur modus, nisi qui per sublimationem perficitur: & ideo huic ęquipollet. Est & similiter præparatio illis, induratio suæ mollis substantiæ, cum ignitione suæ fusionis. Et est, vt ingeniemur illis permiscere argenti viui substantiã fixã in profundo illorũ, aut sulfuris fixi, aut sui comparis, aut cum rebus duris, & non fusibilibus, sicut est calx Marchasitæ & Tutiæ. Hæc etenim cum illis vniuntur & amicantur, & illa indurant, quousq; non fundantur, antequã igniãtur. Et per medicinam perficientẽ hoc idem cõpletur similiter, cuius narrationem

pone-

ponemus. Et est similiter alius præparationis modus, per remotionem suæ fugitiuæ substātię. Et hic quidē perficitur per conseruationē illorum post primū calcinationis gradū, in igne illis proportionali. Et quia ordo in modis præparationis cōtingit necessariò, ideo ponemus ordinem cōpletum ex illis. Primò igitur mundetur ex eis omnis substantia fugitiua & adustiua corrumpens. De hinc verò terrea superfluitas deleatur. Post hoc soluantur & reducantur, aut per lauacrum argenti viui lauentur completè. Et hic ordo vtilis & necessarius est. Specialis attamen horum corporum præparatio, primum quidē louis est multiplex. Vna quidem per calcinationē, & per hanc induratur eius substātia magis, quod Saturno non euenit. Etiam per alumina similiter: hæc enim proprie louem indurant. Altera verò per conseruationem eius in igne suæ calcinationis. Per hanc enim stridorem amittit, & corporum similiter fractionē, quod Saturno similiter non contingit: quia stridorem non habet, nec corpora frangit, & per calcinationis reiterationem similiter ab acuitate salis stridorem amittit. Saturni verò secundariò est pręparatio specialis, scilicet per calcinationem à salis acuitate: per hāc enim induratur, & per talck specialiter dealbatur, & per Marchasitam & Tutiam. Modos verò omnes præparationū determinauimus completius, in libro qui de Perfectionis inuentione intitulatur, quoniam in hoc abbreuiauimus summas illarum.

De Præparatione Veneris. Cap. LXXI.

IMitantes igitur præmissorum ordinem, durorum corporum præparationēs narremus. Primò igitur Veneris, deinde verò Martis. Est igitur Veneris multiplex præparationis modus. Alius quidem per eleuationem, alius verò sine eleuatione perficitur. Per eleuationem verò est modus, scilicet vt accipiatur tutia, cum qua Venus magis conuenit, & cum ea per ingenia vniatur. Deinde verò in suo sublimationis vase ponatur ad sublimandū, & per excellentissimū gradum ignis eius eleuetur pars subtilior, quæ fulgidissimi splendoris inuenta est. Vel cum sulfure misceatur per minima, & postea eleuetur per modū suū eleuationis iam dictum. Sine sublimatione verò præparatur, aut per res mundificationem facientes, aut in calce sua, aut in corpore, velut tutia, salcs & alumina, aut per argenti viui lauacrum, cuius modum attulimus: aut per calcinationes & reductiones eius quod solutum est ad naturam corporis: aut per argenti viui lauacrum mundificatur, sicut & corpora reliqua à perfectione diminuta.

De Præparatione Martis. Cap. LXXII.

MArtis verò præparatio est similiter multiplex. Quædam enim per sublimationem, quędam verò sine sublimatione completur: quæ verò per sublimationem fit cum arsenico, cuius modus hic est. Ingeniemur quā profundius possumus eidem arsenicum non fixum vnire, vt cum fusione cum eo liquescat. Postea verò sublimetur in vase propriæ sublimationis. Et hęc prę paratio melior & perfectior inter cæteras reperitur. Est & alia præparatio ipsius Martis, per arsenicum sublimatum ab eo multoties, quousque maneat quantitas aliqua ipsius arsenici. Hoc enim si reductum fuerit, emanabit album fusibile mundum præparatum.

Est & similiter modus tertius pręparationis eiusdē per fusionem illius cū plūbo & tutia. Ab his enim fluit mundū & albū. Sed quoniā ne minus sufficienter dixisse videamur, cū nos determinaturos esse promisimus de durorū corporū

ingenioſa mollificatione, atq; mollium induratione, per calcinationis modũ, ideo illum non omittamus: ſed mollium quidem primò, durorum verò poſtea Et eſt ſcilicet, vt ſoluatur argentum viuum præcipitatũ, & ſoluatur corpus calcinatum, de cuius intentione ſit indurari. Et hæ ambæ ſolutiones miſceãtur, & ex eis alternata vice calcinatum corpus miſceatur, terendo, & imbibendo, & calcinando, & reducendo, quouſq; durum fiat, & cum ignitione fuſibile. Hoc idem, & cum corporum calce, & tutia, & marchaſita calcinatis, ſolutis, & imbibitis, perfici completè contingit. Et quanto quidẽ hæc mundiora, tanto & perfectius mutant. Mollificantur ſimiliter & dura corpora cum ingenio conſimili. Et eſt ſcilicet, vt cum arſenico toties coniungantur & ſublimentur, & poſt arſenici ſublimationẽ aſſentur cum proportione ſui ignis, cuius modũ narrauimus in lib. Fornacũ. Et vltimò reducantur cum expreſsione ſui ignis in oratione ſua dicti, quouſq; in fuſione molleſcant, ſecundum exigentiam duritiei corporis. Et hæ quidem alterationes omnes ſunt primi ordinis, ſine quibus non perficitur magiſterium.

De Mundificatione argenti uiui. Cap. LXXIII.

IGitur ex præmiſsis neceſſe eſt argenti uiui mundificationem completè narrare. Dicimus igitur, quòd argentum viuum mundatur dupliciter, aut per ſublimationem, cuius attulimus modum, aut per lauacrũ, cuius modus hic eſt. Fundatur argentum viuum in patella vitrea vel lapidea, & ſuper ipſum aceti quantitas ſuperfundatur, quæ ſufficiat ad illud cooperiendum. Dehinc verò ſuper lentum ignem ponatur, & calefieri permittatur, in tantum vt digitis tractari patiatur. Deinde verò digitis agitetur, quouſque in partes minutiſsimas diuidatur, in pulueris ſimilitudinem: & tamdiu agitetur, quouſque aceti totũ quod in illo infuſum eſt, conſumetur omnino. Deinde verò quod in eo terreitatis inuentum ſit, lauetur cum aceto, & abijciatur. Toties igitur ſuper illud opus reiteretur, quouſq; terreitas illius in cæleſtinum mutetur colorem perfectiſsimum, quod perfectæ lauationis eſt ſignum. Ab his igitur ad medicinas eſt tranſeundum.

Quinq; differentes proprietates perfectionis neceßariò afferre medicinam perfectißimam, ſcilicet munditiem, colorem, fuſionem, perpetuitatem, & pondus, unde coniectura ſumenda ſit, ex quibus rebus eliciatur. Cap. LXXIIII.

AFferamus igitur in primis ſermonem vniuerſalem de medicinis cum cauſis ſuis, & experientijs manifeſtis. Innuimus igitur, quòd niſi quidem omne ſuperfluum, ſiue per medicinam, ſiue per præparationis modum auferatur ab imperfectis, ſcilicet vt ab illis tollatur omnis ſuperflua ſulfureitas, omnisq; terreitas immunda, non purificentur, ita ſcilicet quòd de commiſto non ſeparantur in fuſione poſt proiectionem medicinæ alterantis illa. Cùm hoc quidem inueneris, iam ex perfectionis differentijs, vnam habes. Similiter vtique niſi & medicina illuſtret & alteret in colorem album aut citrinum, ſecundum intentionem quam quæris, quæ fulgoris ſplendorem, & amœnitatis luciditatem adducat, nõ perficiuntur à perfectione corpora diminuta in complemento totaliter. Amplius autem, niſi fuſionem Lunarem aut Solarem determinatè adducat, non eſt in complemento alterabile, quia in iudicijs non quieſcit ſed de commiſto ſeparatur omnino, & recedit. Hoc autem à nobis latius determinatum in ſequentibus demonſtratur in capitulo de Cineritio. Amplius autem & niſi perpetuetur medicina cum impreſsionis alteratione firma, non valet ipſius mutatio, quia non permanet, ſed euaneſcit impreſsio. Amplius autem, & niſi pondera perfectionis adducat, non mutat ſub complemento naturæ firmo & vero, cui non ſit fraus per credulitatis errorem. Eſt enim pondus

naturæ

naturæ [illegible] ex perfectionis signis. Patet igitur, quòd cum perfectionis differentiæ [illegible] sint, necesse est & medicinam nostri magisterij, has scilicet adducere in p[illegible]ctione differentias. Per hoc igitur patet, ex quibus medicina nostra elici[illegible]. Nam per ea elicitur, quæ maxime corporibus adiunguntur, & amicabili[illegible] eisdem in profundo adhærent alterantia. Ideoq; cùm in rebus cæteris exquirentes, non inuenimus inuentione nostra rẽ aliam magis, quã arg. viu. corporũ naturis amicari, per hoc opus nostrũ in illo impendentes, reperimus ipsum esse veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modicè peculiosa.

De Præparationibus medicinæ adhibendis, ut differentias proprietatum debitas acquirat. Cap. LXXV.

REstat igitur nos substantiam ipsius & proprietatis substantiæ differẽtias determinatè adscribere. Et cùm nõ inuenerimus ipsum sine alterationis naturæ illius administratione mutare, inuenimus & similiter ipsum præparari debere necessariò, cum nõ permisceatur in profundo, absq; illius pręparationis modo. Et est scilicet, vt talis fiat illius substãtia, quòd permisceatur in profundo vsq; ad profundũ corporis alterabilis, sine separatione in æternum. Hoc autem non fit, nisi subtilietur valde cum præparatione certa & determinata in capitulo Sublimationis. Et non permanet eius impressio similiter, nisi figatur: nec illustrat, nisi fulgidissima ex illo eliciatur substantia, cũ sui modi ingenio, & modo suæ operationis per ignẽ congruũ. Ea nõ præstat fusionẽ perfectam, nisi in illius fixione adhibeatur cautela, cum hac dura remollire, & mollia indurare. Est tamen talis, vt cũ sufficientia seruetur suæ humiditatis proportionatæ, secundũ exigentiã eius quæ quæritur fusionis. Per hoc ergo patet, q; ipsius talis præparetur, & administretur præparatio, qua fulgidissima & mundissima substantia ex illo creetur. Deinde verò figatur, & cautela eidẽ exhibeatur, vt scilicet exercitetur artifex in administratione ignis, in modo suæ fixionis, quo possit ex illo deleri humiditas in tantũ, quod sufficiat ad fusionẽ perfectã complendã. Et est scilicet, vt si quæris per hãc corpora fusionis dura mollificari, in principio suæ creationis lentus adhibeatur ignis. Ignis enim lentus humiditatis est conseruatiuus, & fusionis perfectiuus. Si verò mollia indurare ipsius cõponatur ignis vehemẽs. Talis enim ignis humiditatis est consumptiuus, & fusionis turbatiuus. Et has quidẽ regulas omnes in omni medicina, bonę mentis artificẽ necessariò cõsiderare expedit. Et multas similiter alias in põderis mutatione considerationes adducere necesse est, cũ causis suis & ordine congruo. Est igitur causa ponderis magni, subtilitas substãtiæ corporũ, & vniformitas in essentia. Per hoc enim tantum illorum possunt densari partes, vt nihil intercidat, & partium densatio ponderis est adductio, & illius perfectio.

De Differentijs medicinarum, scilicet quòd quædam sunt primi ordinis, quædam secundi, quædam verò tertij. Cap. LXXVI.

PAtet igitur, quòd tam in corporũ administrationis præparatione, quã ipsius perficientis medicinæ modo per operis artificia, subtilitatem perquirere necessariò contingit. Quia quãto maioris ponderis sunt corpora trãsmutata, tanto & maioris sunt perfectionis inuenta inuestigatione per artẽ. Cõpletur igitur sermo vtilis de medicis, si omnium medicinarũ differentias narremus. Innuimus quidẽ, quòd medicinarum triplicẽ differentiam esse necessariò accidit. Alia est primi ordinis, alia verò secundi, alia verò tertij. Dico autẽ primi ordinis medicinam, omnem præparationẽ mineralium, quæ super diminuta à perfectione corpora proiecta, alterationẽ imprimit: quæ non adducit cõplementũ sufficiens, quin contingat alteratum mutari & corrũpi, cum euapo-

naturæ vnum ex perfectionis signis. Patet igitur, quòd cum perfectionis differentiæ quinq; sint, necesse est & medicinam nostri magisterij, has scilicet adducere in proiectione differentias. Per hoc igitur patet, ex quibus medicina nostra eliciatur. Nam per ea elicitur, quæ maxime corporibus adiunguntur, & amicabiliter eisdem in profundo adhærent alterantia. Ideoq; cùm in rebus cæteris exquirentes, non inuenimus inuentione nostra rẽ aliam magis, quã arg. viu. corporũ naturis amicari, per hoc opus nostrũ in illo impendentes, reperimus ipsum esse veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modicè peculiosa.

De Præparationibus medicinæ adhibendis, ut differentias proprietatum debitas acquirat. Cap. LXXV.

REstat igitur nos substantiam ipsius & proprietatis substantiæ differẽtias determinatè adscribere. Et cùm nõ inuenerimus ipsum sine alterationis naturæ illius administratione mutare, inuenimus & similiter ipsum præparari debere necessariò, cum nõ permisceatur in profundo, absq; illius pręparationis modo. Et est scilicet, vt talis fiat illius substãtia, quòd permisceatur in profundo vsq; ad profundũ corporis alterabilis, sine separatione in æternum. Hoc autem non fit, nisi subtilietur valde cum præparatione certa & determinata in capitulo Sublimationis. Et non permanet eius impressio similiter, nisi figatur: nec illustrat, nisi fulgidissima ex illo eliciatur substantia, cũ sui modi ingenio, & modo suæ operationis per ignẽ congruũ. Ea nõ præstat fusionẽ perfectam, nisi in illius fixione adhibeatur cautela, cum hac dura remollire, & mollia indurare. Est tamen talis, vt cũ sufficientia seruetur suæ humiditatis proportionatæ, secundũ exigentiã eius quæ quæritur fusionis. Per hoc ergo patet, q; ipsius talis præparetur & administretur præparatio, qua fulgidissima & mundissima substantia ex illo creetur. Deinde verò figatur, & cautela eidẽ exhibeatur, vt scilicet exercitetur artifex in administratione ignis, in modo suæ fixionis, quo possit ex illo deleri humiditas in tantũ, quod sufficiat ad fusionẽ perfectã complendã. Et est scilicet, vt si quæris per hãc corpora fusionis dura mollificari, in principio suæ creationis lentus adhibeatur ignis. Ignis enim lentus humiditatis est conseruatiuus, & fusionis perfectiuus. Si verò mollia indurare ipsius cõponatur ignis vehemẽs. Talis enim ignis humiditatis est consumptiuus, & fusionis turbatiuus. Et has quidẽ regulas omnes in omni medicina, bonę mentis artificẽ necessariò cõsiderare expedit. Et multas similiter alias in põderis mutatione considerationes adducere necesse est, cũ causis suis & ordine congruo. Est igitur causa ponderis magni, subtilitas substãtiæ corporũ, & vniformitas in essentia. Per hoc enim tantum illorum possunt densari partes, vt nihil intercidat, & partium densatio ponderis est adductio, & illius perfectio.

De Differentijs medicinarum, scilicet quòd quædam sunt primi ordinis, quædam secundi, quædam uerò tertij. Cap. LXXVI.

PAtet igitur, quòd tam in corporũ administrationis præparatione, quã ipsius perficientis medicinæ modo per operis artificia, subtilitatem perquirere necessariò contingit. Quia quãto maioris ponderis sunt corpora trãsmutata, tanto & maioris sunt perfectionis inuenta inuestigatione per artẽ. Cõpletur igitur sermo vtilis de medicis, si omnium medicinarũ differentias narremus. Innuimus quidẽ, quòd medicinarum triplicẽ differentiam esse necessariò accidit. Alia est primi ordinis, alia verò secundi, alia verò tertij. Dico autẽ primi ordinis medicinam, omnem præparationẽ mineralium, quæ super diminuta à perfectione corpora proiecta, alterationẽ imprimit: quæ non adducit cõplementũ sufficiens, quin contingat alteratum mutari & corrũpi, cum euapo-

ratione impreſsionis medicinæ illius totali. Sicut eſt omnis ſublimatio dealbatiua Veneris, aut Martis, quæ fixionẽ non ſuſcepit. Et huiuſmodi eſt omne aditamentum coloris Solis & Lunæ, aut Veneri cõmiſtorum, ſuper furnum cementi poſitum, vt ziniar, & ſimilium. Hoc enim mutat immutatione nõ ſtante ſed potius diminuente ſe per exhalationẽ. Secundi verò ordinis medicinam dicimus omnem præparationẽ, quæ quãdo ſuper diminuta à perfectione corpora proiecta eſt, alterat in differentiã aliquam cõplementi, relictis differẽtijs aliquibus corruptionis omnino, velut eſt calcinatio corporũ, qua omne fugitiuũ deletur. Et eſt huius generis medicina perpetuè Lunam citrinans, aut perpetuè Venerẽ dealbans, relictis alijs in eis corruptionis differentijs. Tertij verò ordinis medicinã appello, omnem præparationẽ, quæ quando corporibus aduenit, omnẽ corruptionem cum proiectione ſua tollit, & cum omnis cõplementi differẽtia perficit. Hæc autẽ eſt vnica ſola. Et ideo per illam excuſamur â laboribus inuentionis decẽ medicinarũ ſecundi ordinis. Primi igitur ordinis opus minus appellatur: ſecundi verò medium: tertij tandem maius: Et hęc eſt omnium medicinarum differentia ſufficiens.

De Medicinis primi ordinis Venerem dealbantibus. Cap. LXXVII.

EX ordinis igitur determinati promiſsione ſecuta (cum quidẽ alia ſit medicina corporũ, alia verò arg. viu. Et corporũ quidẽ alia primi ordinis, alia verò ſecũdi, alia verò tertij, & arg. viui conſimiliter), narremus omniũ medicinarũ differentias, primò primi ordinis, deinde verò ſecundi, poſtremò tandẽ tertij: & corporum quidẽ primò, poſtea verò arg. viu. medicinę, cum ſermone cõpleto, & ordine congruo, narrationẽ tradamus. Dicimus igitur quòd primi ordinis medicina corporũ, alia eſt durorũ corporum, alia mollium. Durorũ quidẽ corporum alia Veneris, alia Martis, alia verò Lunæ. Veneris quidẽ & Martis, eſt pura illorũ ſubſtantiæ dealbatio, Lunæ verò rubificatio, cũ citrinitate fulgoris amœni. Quia Veneri & Marti rubificatio non adducitur primi ordinis medicina cum fulgoris apparationi, quia ex toto immunda ſunt, non apta rubedinis fulgorẽ recipere, priuſq; illis adueniat præparatio, fulgorẽ adducens. Narremus igit̃ in primis Veneris medicinas omnes: poſtea verò Martis, quæ cadunt in ordine primo. Eſt igitur medicina Venerẽ dealbans, alia per arg. viu. alia per arſenicum. Per arg. viu. quippe ſic cõpletur medicina dealbãs illam. Soluitur etenim primò arg. viu. præcipitatũ, & ſoluitur ſimiliter Veneris calcinatio. Et hæ ambæ ſolutiones cõmiſcentur in vnũ. Dehinc verò coagulãtur, & ſuper ipſius corpus proijcitur eorũ medicina: hæc enim dealbat & mundat. Amplius autẽ & aliter. Soluitur arg. viu. præcipitatũ, & ſoluitur lithargyriũ & hæ ambæ ſolutiones coniunguntur in vnum, & ſoluitur corporis calcinatio, de cuius intentione ſit dealbari, & coniungitur cum prædictis ſolutionibus, & deinde coagulantur: dehinc verò ſuper illius corpus proijciuntur, dealbatur enim per hanc. Aliter autem. Sublimatur alternata vice ex illius corpore arg. viui quãtitas, quouſq; cum illa permaneat arg. viu. pars, cum ignitione cõpleta. De hinc verò ex aceto diſtillato ſæpiſsime imbibendo teritur, vt in profundo illius melius cõmiſceatur, abhinc verò aſſetur, & vltimò cõſimiliter ab eo arg. viu. ſublimetur, & iteratò imbibatur & aſſetur. Et ſic toties reiteretur opus ſuper illa, quouſq; multa arg. viu. quantitas in eo cum ignitione completa quieſcat. Hæc enim primi ordinis bona eſt dealbatio. Aliter autẽ ſuper arg. viu. præcipitatũ toties ſublimetur arg. viu. in natura propria, quouſq; in illo figatur & fuſionẽ præſtet. Dehinc verò ſuper Veneris ſubſtantiã proijciatur, & dealbatur peculiosè. Aliter autẽ ſoluitur Luna, & ſoluitur lithargyrium, & cõiunguntur ſolutiones. Ex his Veneris ſubſtantia dealbatur. Sed & melius quidem

dem dealbatur, si in omnibus medicinis perpetuetur arg. viuũ. Dealbatur verò per arsenicum sublimatũ: vt si accipiatur calcinatio Veneris, & super illã iteretur eiusdem sublimatio, quousq; cum eo maneat, & illam dealbet. Sed nisi exercueris te ipsum cum modis sublimationũ, non perseuerabit in ea arsenicũ alteratione aliqua. Et est scilicet, vt post primũ sublimationis gradum secundã riò reiteres, quem narrauimus in Marchasitæ sublimatione. Dealbatur verò & aliter, vt sublimatũ arsenicum in Lunam proijcias: dehinc verò hoc totũ super Venerem: dealbat enim peculiosè. Aut cõmisce prius lithargyrium, vel plumbum vstũ solutum cum Luna: deinde verò super hoc arsenicũ superiactes, & hoc totum super Venerẽ proiectum dealbat, & est primi ordinis bona dealbatio. Aut solũ super lithargyrium solutum & reductum, proijciatur arsenicũ sublimatum, & hoc totum super Veneris fusionem, quoniam dealbat eam cum curialitatis aspectu. Aut cõmisceãtur Luna & Venus, & super has proijciatur omnis medicina dealbatiua. Luna etenim amica est arsenici magis quàm corporum aliquod: & ideo fractionẽ ab eo tollit. Secundariò verò Saturnus, & ideo cum illis eum cõmiscemus. Aliter autẽ arsenicum fundimus sublimatum, quousq; fiant frusta: deinde verò frustum post frustum super Venerem proijcimus. Iubemus etenim in frustis potius quàm in puluere proijci, quoniã facilius inflammatur puluis quàm frustum: & ideo facilius euanescit quàm frustũ, & cõsumitur prius, quàm super corpus cadat ignitum. Tollitur autẽ & aliter rubedo illius cũ tutia videlicet, & dealbatur. Sed quia tutiæ dealbatio nõ sufficit, ideo solum citrinat. Et citrinatio quælibet albedini est affinis. Et est modus huius scilicet, vt soluatur & calcinetur omne genus tutiæ, deinde verò Venus: & hæ ambæ coniungantur solutiones, & cum his citrinetur Veneris substantia, & cum tutia si exercueris, proficuum inuenies. Dealbatur verò per sublimatã Marchasitam, quẽadmodum cum sublimato argẽto viuo, & est modus idem.

De Medicinis Martem dealbantibus Cap. LXXVIII.

REstat ergo, & dealbationes Martis ex medicinis sibi proprijs creatas narrare, quæ sunt secundũ essentiam primi ordinis, secundum quem fusionẽ non habet rectam, ideo expedit nos cum medicina fundente illam dealbare. Est igitur omnis medicina Veneris dealbatiua, & Martis similiter, cum eiusdem ordinis prẽparatione. Sed fusiua illius specialis, est arsenicũ cuiuscũq; generis. Cum quocunq; igitur dealbatur & funditur, expedit quòd cũ arg. viuo coniungatur & lauetur, quousq; omnis impuritas tollatur ab illo, & fiat album & fusibile, aut calefiat cum ignitionis vehementia, & super ipsum proijciatur arsenicum, & cum fusum fuerit super illum proijce Lunæ quãtitatem: Quia quãdo cum eo vnitur, non separatur ab eo per leue artificium. Aut calcinetur & lauetur omnis ex ipso solubilis aluminositas, corruptionis infectionẽ adducens per modum solutionis iam dictum. Dehinc verò ab illo sublimetur arsenicum mundatũ per sublimationem aliquam, & reiteretur multoties, quousq; cum eo aliquid ex illo figatur. Dehinc verò cum solutione lithargyrij alterna vice imbibatur, cõmiscendo & agitando, & assando alterna vice, & vltimò reducẽdo cum igne, quẽ docuimus in Iouis reductione à calce sua. Ex hac enim exibit albus, mundus, & fusibilis. Aut solùm cum arsenico sublimato in calce sua reducatur & exibit albus, mundus, & fusibilis. Sed eandem artificem expedit adhibere cautelam, quemadmodum in Veneris reiteratione sublimationis ab ea arsenici figẽtis se in illius profundo docuimus. Dealbatur & similiter per Marchasitam & Tutiam cum ingenio & industria, quæ tibi narrauimus. Sed horũ dealbatio aut mundatio non est sufficiens.

De Medicinis Lunam citrinantibus. Cap. LXXIX.

PRosequentes igitur præmissorum ordinem, Medicinam Lunæ substantiã citrinantẽ in ordine primi generis narremus cum veritate certa. Et est scilicet medicina, quæ eidem in profundo adhæret, & adhærendo colorat siue per naturam propriã, siue per artificium huius magisterij. Narremus igitur medicinam, quæ ex sua radice innata illi adhęret. Deinde verò artificia, per quæ facimus rem cuiuscq; generis adhærere, cum ingressione firma. Elicimus autẽ illam aut ex sulfure, aut ex arg. viuo, aut ex amborum cõmistione: sed per sulfur diminutè quidem magis, per argentum verò viuũ perfectius. Elicitur autem & similiter per quasdam res minerales, quæ non sunt huius generis, quem admodum est vitriolum & cuperosa, quod & gũma cupri, aut eiusdem stillicidium nuncupatur. Afferamus igitur in proximis modos omnes medicinarũ quæ ex arg. viuo consurgunt: Deinde verò quæ ex sulfure, aut ex amborum commistione: vltimò verò & eam, quæ ex gũma cupri, aut similium. Est igitur modus eius, quæ per arg. viu. fit talis. Sumatur præcipitatum, per præcipitationem mortificatum & fixum. Deinde verò ponatur in furnum magnæ ignitionis, admodum conseruationis calcium, quem docuimus, donec rubescat in similitudinem vsifur. Si verò non rubuerit, tolle argenti viui non mortificati partem, & cum sulfure reitera sublimationem illius. Sit tamen sulfur ab omni impuritate mundatum, & arg. viu. similiter. Et postquàm vigesies illius sublimationem reiteraueris super ipsum præcipitatum, illud dissolue cum aquarum acumine dissoluente, & iteratò illud calcina, & iteratò dissolue, donec exuberãter sufficiat. Post hoc Lunæ partem dissolue, & cum soluta fuerit, solutionem cõmisce & coagula, & super Lunæ fusionẽ proijcias. Citrinabit enim citrinitate peculiosa multum. Si verò argentũ viuum in præcipitatione rubuerit, ad proiectionem suæ perfectionis, sufficit administratio dicta sine commistione rei tingentis illud. Per sulfur verò rubificatur, sed illius est rubificatio difficilis, & laboriosa immensè. Citrinatur verò & Luna cũ Martis solutione similiter. Ad hoc autem nos inducit operis necessitas, vt prius calcinemus illum & figamus quod laboris est copia. Dehinc verò hac eadem pręparatione administremus & eadem proiectione super Lunæ substantiam infundamus. Et tamen non resultat eius citrinatio fulgens, imò fusca & liuens, citrinitate mortifera. Eius verò quæ per vitriolum aut cuperosam perficitur, citrinationis modus est talis. Tollatur illorum vniuscuiusq; quantitas certa, & illius sublimetur pars, quę sublimari potest, donec cum expressione sublimetur totali. Post hoc verò iteratò quod sublimatũ est, sublimetur cũ modo ignis illi appropriati, vt ex eo figatur pars post partem, donec maior illius figatur pars. Postea verò calcinetur cum ignis cautelæ intentione, vt possit illi maior ignis ad perfectionem administrari. Post hoc verò soluatur in aquam rubicundissimã, cui non est par. Dehinc verò ingenieris, vt illi ingressum in Lunare corpus exhibeas. Et hęc ingenia tibi sufficienter monstrata sunt, si perfecti fueris operis exquisitor, quod scripsimus. Et quia res huius videmus Lunæ profundè & amicabiliter adhærere, considerauimus, & est certum, has esse de illorum radice: & ideo per illas alterari contingit. Hæ vtiq; sunt medicinæ omnes primi ordinis, quas attulimus. Possunt tamen illarum plures multiplicari modi, salua pigmentalium rerum in modorum varietatis essentia. Argenti quippe viui non est medicina in hoc ordine primo, cum non sit medicina, ipsum alterans vnica differentia, imò in cõplemento totali omnino. Quidam verò plures inuenerunt medicinas, sed vnã ex duobus necessariò euenire contingit: Quod aut ex eisdem, aut ex eandem naturam habentibus, illos medicinam creare necessarium est: Aut medicinam

compo-

componunt, quæ ei quod non est, æquipollet cum alteratione sua, & quæ nec mundo confert, nec mundi partibus, donec motor in sublimi naturæ mobili quieuerit incorruptus.

De Differentijs proprietatum medicinæ secundi ordinis. Cap. LXXX.

REstat igitur ad secundi ordinis medicinas transire, cum sermonis sui exigentiæ sufficientia vera, & manifestis probationibus, cum experiẽtia vera. Cum sit igitur medicina alia corporum mutandorum, alia verò argẽti viui perfectè coagulabilis: prius omnium medicinas corporum narremus cõpletè: Dehinc verò ad ipsius eiusdem arg. viui medicinam coagulabilis in Solificum Lunificumq; verum. Est igitur secundi ordinis medicina, quæ quidem imperfecta, sola perfectionis vnica differentia cõplet. Verùm cum multæ sint corruptionis causæ in vnoquoq; imperfectorum corporũ, videlicet in Saturno quidem sulfureitas volatiua, & argenti viui fuga, per quæ corruptionẽ adduci necessariò accidit, & illius terreitas: fiat medicina, quæ quidem alterum eorum aut ex toto tollat, aut palliando decoret, relictis solis alijs imperfectionis causis. Quia igitur corporum est aliquid impermutabile, quod in corporũ radice innatum est, quod per secundi ordinis medicinam tolli nõ potest: ideo omnis illa medicina, quæ illud de commisto tollit, non secundi ordinis, sed tertij, & maioris ordinis appellatur medicina. Et quia superfluitates fugientium inuenimus per calcinationis modum tolli, & per reductionis reiterationẽ terreitatem non innatam: ideo necesse fuit medicinam secundi ordinis inuenire, quæ quidem innatum palliet, & durum remolliat, & molle induret, in duris scilicet & mollibus, secundum complementum non sophisticum, sed Solificum, aut Lunificum verum imperfectorum corporũ, perfectè constituat. Cùm pateat igitur in corporibus solis quidem mollibus per ingenia artificiorũ huius operis non posse liquefactionis festinantiam tolli, nec impuritatem in principiorum sui radice innatam, necessariò euenit medicinam percunctari, quę quidem in proiectione illorum tenuitatem inspissẽt, & inspissando ad suę liquefactionis ignitionis sufficientiam induret, in duris spissitudinem attenuet, & attenuando ad fusionis velocitatem sufficientem cum proprietate ignitionis adducat, & vtriusq; generis corporum fuscedinem palliando decoret: & hoc in album, illud verò in citrinum transformet perfectissimum. Non autem diuersificatur hæc medicina à tertij ordinis medicina, nisi per minoris præparationis imperfectionem. Et nõ diuersificatur à se, quod in diuersorum corporum proiectione, & pigmentorum acceptatione constat, sed in modo præparationis. Similiter & alia eget præparationis industria corporum mollium medicina tenuitatem inspissans, alia verò durorum attenuans spissitudinẽ. Hæc quidem ignis consumptiui modo, illa verò humiditatis conseruationis administratione eget.

De Medicina Lunari & Solari pro corporibus imperfectis. Cap. LXXXI.

AFferamus igitur sermonem vniuersalem de medicina huius secundi ordinis completum cum determinatione certa & vera, & prius omnes Lunares omnium à perfectione diminutorum corporum, cum differentijs. præparationis eorum: dehinc verò Solares cum propríjs similiter differentijs. Probauimus autẽ iam ex nostris sermonibus, sulfur cuiusq; generis perfectionis esse corruptiuum. Arg. quippe viuũ, perfectiuũ est in operibus naturæ cõpletis regiminibus. Igitur & naturam mutantes minimè, sed imitantes, in quibus nos sequi est possibile operibus: & argentum similiter in huius operis magisterio viuum assumimus, in cuiusq; perfectionis medicina, Lunari scilicet & Solari, tam quidem imperfectorum, quàm & ipsius argenti viui coagulabilis.

Cùm autem iam ex nouissimè dictis sermonibus duplicem medicinæ differentiam diximus: aliam quidem corporum, aliam verò arg. viui veré coagulabilis: hinc quidem corporum prius, deinde verò argenti viui narrationem medicinæ tradamus certam. Est igitur per se huius medicinæ materia cuiusq; generis vnica: & est quod iam sufficienter notum est. Assume igitur illud, & si vis ad Lunarem secundum ordinem tibi promissum, exercitatum te redde, & præparato illud cum modis huius magisterij notis. Quorum intentio est, vt puram ex illo substantiam diuidas, & partem quidem figas, partem verò ad cerandũ omittas: & sic totum magisterium prosequendo, donec compleas tentatam illius fusionem. Quòd si se subitò fuderit in duris, perfecta est: in mollibus verò ècontrà. Hæc enim medicina super imperfectorum vnumquodq; proiecta, in Lunare perfectum mutat corpus, si quidem præuenient huic medicinæ præparationes notæ: Si verò non, diminutum relinquit: sed perficit in altera perfectionis differentia tantum, quantum ex huius generis medicinæ ordinis administratione dependet. Quantum verò ex tertij, non præueniente administratione aliqua, perficit in proiectione sola. Solaris verò huius secundi ordinis medicina imperfectorum cuiusque corporum est eadem materia, & administrationis eodem regimine communicans. In hoc tamen differentiam habet scilicet in maiore partium per modos proprios digestionis subtiliatione, atque sulfuris subtili præparationis regimine administrati commistione, cum materia modò nota additio. Et est regimen scilicet ipsius, purissimi sulfuris fixio, & solutio eius per modum. Cum hoc enim tingitur medicina, & cum hoc proiecta super vnumquodque à perfectione diminutorum, complet in complemento Solari, quantum ex huius secundi ordinis medicinæ præparatione dependet, administratione præueniente nota & certa ipsius à perfectione diminuti corporis. Et super Lunam quoq; proiecta, perficit eam in cõplemento Solari peculioso multum.

De Medicina coagulante argentum uiuum. Cap. LXXXII.

SEcundum igitur præmissorum ordinem restat ex operis complemento, quod in primis nos determinaturos exhibuimus, ad medicinæ argenti viui coagulantis ipsum, narrationem transire. Dicimus igitur quòd ex eiusdem illius elicitur materia, scilicet ex noto in capitulis huius operis multiplicibus. Et illud, ideo, quia quum fugitiuum sit argentum viuum de facili, absque inflammatione aliqua, medicina egeat, quæ subitò ante fugam eius in profundo illi adhæreat, & illi per minima coniungatur, & illud inspisset, & sua fixione illud in igne conseruet, quousque adueniat illi maioris ignis tolerantia, eius humiditatem consumentis, & conuertat illud per hoc beneficium in momento in Solificum & Lunificum verum, secundum illud, ad quod medicina fuerit præparata. Quum igitur non inueniamus aliquid magis illi conuenire, quàm ipsum, quod suæ naturæ est: ideo propter hoc æstimauimus cum eo medicinam illius posse compleri, & ingeniati sumus formam medicinæ illi per ingenia præstare. Et est scilicet, vt præparetur cum modis suis iam dictis cum diuturnitatis laboris instantia, qua omnis illius subtilis substantia & purissima, alba quidem in Luna, citrina verò intensa in Sole perhibeatur perfectè. Et hoc quidem non completur, vt citrinum creet, sine mistione rei tingentis illud, quæ suæ est naturæ: Dehinc verò cum hac purissima argenti viui substantia, perficiatur cum huius magisterij operis ingenijs, medicina, quæ maximè argento viuo adhæreat, & fundatur facillimè, & illud coagulet. Cõuertet enim

hoc

hoc in Solificum & Lunificum verum, cum præparatione illius præhabita. Sed ex quibus maximè hæc argenti viui substantia elici possit, solet quæri. Et nos quidem respondentes narramus, quòd in quibus est, ex illis elicitur. Est autem tam quidem in corporibus, quàm & in ipso argento viuo secundum naturam, cum vnius sint reperta naturæ. Sed in corporibus difficilius, in viuo argento propinquius, non autem perfectius. Igitur cuiuscunq; generis sit medicina, tam quidem in corporibus, quàm in ipsius argenti viui substantia, lapidis precioſi indagatur medicina.

Quomodo Medicinis ingressio per artificium concilietur. Cap. LXXXIII.

SEd quoniam contingit quandoq; medicinam commisceri, quandoq; verò non, ideo modū permiscēdi narrabimus, scilicet qualiter vnaquæq; res in corpus profundissimè ingressum acquirat, aut vnaquęq; medicina non intrans. Et est modus per dissolutionem eius quod ingreditur, & per dissolutionem eius quod non ingreditur, & per commistionem ambarū solutionum. Facit enim ingressiuum esse omne illud cuiusuis generis, quod illi per minima coniungitur. Hoc autem per solutionem completur, & completur per solutionem fusio in rebus non fusibilibus: & ideo magis apta sunt ingredi & alterare. Et hæc est causa, quare quasdam res calcinamus, quæ non sunt de natura harum, scilicet vt melius soluantur, & ob hoc soluuntur, vt melius ab eis corpora impressionem suscipiant, & ab eis similiter per hæc præparentur & mundentur. Aut ingressum damus his, quæ sua spissitudine ingredi non permittuntur cum multiplici sublimationis reiteratione spirituum non inflammabilium super illa, Arsenici videlicet, & Argenti viui non fixorum, aut cum multiplici reiteratione solutionis eius, quod ingressum non habet. Est tamen bona cautela ad ingressum rebus impermiscibilibus dandum, vt soluatur corpus, de cuius intentione per has mutari & alterari, & soluantur res, quarum intentionis sit ingredi cum alteratione. Non fiat tamen omnium partium solutio, sed quarūdā: dehinc illud & non aliud imbibatur corpus vice post vicem. Per hoc enim beneficium in id solum ingressum habet necessariò, non autem in quocunque alio corpore necessariò hoc cōtingit. Ex his igitur modorum ingenijs, necesse est rem quamlibet ingressum, quo ex illius naturæ pendet beneficio, habere, & alterare cum permistione inuenta. Per hunc igitur sermonem, decem medicinarum completur numerus, cum suæ traditionis sufficientia.

De Medicina tertij ordinis in genere. Cap. LXXXIIII.

REstat igitur nos ad tertij ordinis medicinam transire. Est autē huius ordinis medicina duplex, scilicet Solaris & Lunaris. Et est tamen in essentia vna, & agendi modo similiter: & ideo vnica medicina nuncupatur à nostris veteribus, quorū scripta perlegimus. Est tamen additamentum citrinantis coloris, qui à Sulfuris fixi mūdissima perficitur substātia, differētia inter hāc & illam, Lunarē scilicet & Solarē, hæc quidem in se continet, illa verò non. Est tamen hic ordo tertius maioris operis ordo appellatus: & illud ideo, quia maioris sagacitatis industria in illius administratione, & perfectionis præparatio ne est, & labore lōgiori ad veritatis cōplementum indiget: Et ideo nō diuersificatur huius ordinis medicina à secūdi ordinis in essētia vllatenus nisi per subtilissimos præparationis gradus in creatione illius, & per diuturniorē laboris instantiā. Et hos gradus omnes narrabimus cum cōplemento sermonis, & præparationis modum completè cum causis suis, & experientijs manifestis: & modorum gradus administrationis pluris huius tertij ordinis. Alio etenim gradu eget Solaris medicina in pigmentorum præparatione completa, alio verò Lunaris. Hęc quidem Sulfuris administratione tingentis eam: illa verò non.

De Medicina Lunari tertij ordinis. Cap. LXXXV.

PRimò igitur administrationis modum Lunaris medicinæ narremus. Est, vt accipias lapidem illius notum, & per separationis modum illius purissimam partem diuidas, & seorsum ponas. Dehinc verò eius quæ purissima est partis aliquid figas, & aliquid ex illa relinquas: & cum fixa fuerit, solue quod ex illa solubile fuerit: quod verò non fuerit solubile ad calcinationem mittas, & abhinc super idem solutionem reitera, donec iterum quod ex ea solubile est, soluatur omnimodè. Sic igitur ordo iste seruetur, quousque maior soluatur quantitas. Post hæc verò solutiones omnes simul commisce, & coagula. Dehinc verò leuiter assando, in ignis temperamento conserua, quousq; illi maior ad illius exigentiam ignis ministrari possit. Post hoc verò primum solutionis ordinem serua, quousq; iteratò totum soluatur quod ex eo est solubile, & iteratò coagula, & iteratò in ignis temperamento conserua, quousq; iteratò illi possit ignis maior ad eius perfectionẽ administrari. Omnes igitur hos ordines præparationis super illa quater reitera, & vltimò calcina per modum suum: & sic preciosissimã lapidis terrã sufficienter administrando rexisti. Deinde verò seruatæ partis non fixæ cum hac terræ parte administratæ quantitatẽ per ingeniorũ subtilem coniũge modum per minima. Et sit ingeniũ hoc intẽtionis leuationis eius per modum sublimationis dictum, quousq; fixum cum non fixo leuetur totaliter. Quod si non eueniat, addatur illi iteratò vicissim nõ fixæ partis quantitas, quousq; ad eleuationem illius sufficiat. Cum igitur eleuata fuerit, reiteretur illius sublimatio, quousq; per hanc administrationis reiterationem figatur totum. Cum igitur totum fixum fuerit, iteratò cum non fixæ partis quantitate post quantitatem combibe, per ingenium tibi notum, quousque totum iteratò leuetur. Igitur iteratò figatur, quousque præstet facilem, cum ignitione sua. Hæc enim medicina est, quæ omne à perfectione diminutum corpus, omneq; cuiuscunq; argentum viuum generis, in Lunare perfectissimum transformat corpus.

De Medicina Solari tertij ordinis. Cap. LXXXVI.

SOlaris igitur huius medicinæ præparationi, non adurentis fit additamentum sulfuris, per modum figentem & calcinantem, cum astutiæ industria administrati perfectè, atq; solutionis modum multiplicem, cum reiteratione multa, quousq; mundum fiat: his quidem administratione perfecta præueniente, quæ per sublimationem perficitur. Et est huius scilicet additamenti modus, per reiterationem partis non fixi lapidis, sublimationis, cum ingenio coniungendi quousq; eleuetur cum ea, & iteratò cum illa figatur vt stet: & quãto huius complementi exuberantiæ ordo reiteratur pluries, tanto & huius exuberantiæ medicinæ multiplicatur magis, & illius magis augetur bonitas & multiplicatur illius augmentum perfectionis maximè. Et nos quidem, ne mordeamur ab impijs, complementum narramus totum huius magisterij, sub breui sermone completo & noto. Et est illius intentio, vt per sublimationis modum mundetur perfectissimè lapis & illius additamentum & ab hinc quidem cum ingeniorum modo volatiuum ex eis figatur. Dehinc verò fixum volatile fiat, & iteratò volatile fixum. Et in hoc ordine completur arcanum preciosissimum, quod est super omne huius mundi scientiarum arcanum, & thesaurus incomparabilis. Et tu quidem exerciteris ad illum, cum laboris instantia maxima, & cum diuturnitate meditationis immensæ. Cum illa enim inuenies, & sine illa non. Et huic quidem medicinæ reiteratio bonitatis administrationis, cum talis cautelæ industria potest in præparatione lapidis euenire, quousque argentum viuum mutet in infinitum Solificum verum & Lunificum

rum,& non dependet nisi in multiplicatione illius. Iam igitur laudetur sublimis naturarum Deus benedictus & glorioſus,qui nobis omnium medicinarũ reuelauit ſeriem, cum illarum experientia, quam illius inſtigationis bonitate & noſtri laboris inſtantia perquiſiuimus,& oculis vidimus,& manu tetigimus complementum illius noſtro magiſterio indagatum. Sed & ſi quidem hanc palliauimus, non miretur doctrinæ filius. Non enim illi palliauimus, ſed malis & improbis eam tali ſermone tradidimus, quem latêre inſipientem neceſſariò accidit:& eodem ad illius inuentionis perquiſitionem prudentes allicio. Filij igitur doctrinæ perquirite, & hoc excellentiſſimum Dei donum vobis ſolis ſeruatum inuenietis. Filij inſipientes nequitiæ & maliuolæ prauitatis, immensè ab hac ſcientia fugite,quoniam eſt vobis inimica & aduerſa, & vos in miſeriam paupertatis conſtituet: quoniam vobis penitus hoc Dei donum diuinæ prouidentiæ iudicio eſt occultum,& denegatum omnino. Perquiſitis ergo omnium medicinarum modis,noſtri propoſiti proſequentes intentum,ad eas quæ huius magiſterij perfectionem notificant, cum probationum cauſis ab hinc tranſeundum eſt.

TERTIA ET VLTIMA PARS HVIVS SECVNDI *Libri, de Probationibus perfectionis.*

Diuiſio dicendorum. *Cap.* LXXXVII.

PRætermiſſis igitur manifeſtis experientijs, de quibus narrationem non facimus,cum omnibus ſint notæ & certæ abſq; vllius ſagacitatis ingenio, põderis ſcilicet,& coloris,& extenſionis per malleum: artificiorum experientias tentemus cum cautela, an ſit huius artis adminiſtrationis proiectio, complementum cum veritate adducens,quæ ſunt ſcilicet Cineritium, Cemẽtum,Ignitio,Fuſio,Super vapores acutorum expoſitio,Adurentis Sulfuris miſtione probatio,Extinctio,Calcinationis & reductionis reiteratio,& Argenti viui facilis aut difficilis ſuſceptio. Primum igitur ſecundum ordinem inchoandum: dehinc verò ſecundum eundem ad alia,ſecundum promiſſionem perfectè curramus cum cauſis eorum notis.

De Cineritio,quare quædam corpora in eo perdurent, quædam non *Cap.* LXXXVIII.

DIcamus igitur ſermonem de Cineritio, cum ſuis omnibus cauſis manifeſtis,& ſuæ confectionis modo. Eſt autem ſola Solaris & Lunaris ſubſtãtia,in Cineritij perdurans examine. Perquirentes igitur horum corporũ perfectorũ veras ſubſtantiæ differẽtias, & cauſas ſimiliter Cineritij,quare quædam magis, quædam verò minus in huius magiſterij examine à perfectione diminutorum perdurent percunctabimur. Eſt tamen à nobis ſufficienter narratum horum duorum ſecretum corporum in profundo illorum ſubſtãtiæ. Et eſt ſcilicet,quòd illorum prima radix multa fuit argenti viui quantitas, & puriſſima illius eſſentia, & ſubtiliſſima prius,poſtea verò inſpiſſata, donec cum ignitione fuſionem ſuſcipiat. Quæcunq; igitur à perfectione diminuta plus terreitatis habent, minus in hoc perdurant examine: quæcunque verò minus, plus. Quoniam hæc quidem magis adhærent,propter eorum partium ſubtilitatem,maximè ſe permiſcentem & vnientem. Et ſimiliter quæ maioris tenuitatis ſunt corpora,aut econtra quidẽ,quæ maioris ſpiſſitudinis corpora,quàm quæ in perfectione conſiſtunt,neceſſe eſt de commiſto ſeparari omnino, quia non ſunt eiuſdem fuſionis, & ideo ſeparantur. Et quidem quæ minoris ſunt Argenti viui quantitate participantia,facilius de commiſto ſeparantur. Patet

igitur, quòd cum sit multæ terreitatis Saturnus, paucæq; argenti viui quantitatis, facilisque tenuitatis liquefactionis, quæ maximè perfectioni examinis cineritij sunt opposita, ideo inter cætera corpora minimè in cineritij artificio in commisto perdurat, imò citissimè separatur & cedit. Ideóque cum inter cætera à perfectione diminuta corpora magis cedat, per hoc magis proprius est huius magisterij examini, & illud ideo, quia citius cedit, & citius imperfectorũ vnumquodq; secum de commisto trahit. Et propter hoc saluatur maior perfecti quantitas ab ignis examinis combustione forti, quia non quiescit spacio temporis longo perfectum in consumptione examinis: & ideo ex eo per plumbi examen minus comburitur, & facilius depuratur. Quia verò Iouis substantia, pluris argenti viui capax extitit, & minore terreitatis quantitate, maioreq; puritate illius, atque subtiliore substantia participans, ideo magis in commisto saluatur quàm Saturnus & Venus, quia magis commisto in profundo adhæret. Et hæc est causa, quare multa perfecti deletur quantitas, priusquàm ab illo separetur coniunctus. Venus verò fusionem cum ignitione præstat. Sed quia tardior est illius quàm perfecti fusio, ideo separatur de commisto, tardius tamen quàm Saturnus, propter ignitionem substantiæ suæ fusibilis. Quia verò minoris est argenti viui quantitatis quàm Iupiter, & maioris terreitatis, & substantiæ spissioris, ideo facilius quàm Iupiter de commisto tollitur, quoniam in profundo magis Iupiter quàm Venus adhæret. Mars verò fusionem non habet, & ideo non permiscetur, quod propter suæ humiditatis priuationem contingit. Sed & si propter ignis vehementiam illum permisceri contingat, quia humiditatem non habet, Lunæ aut Solis humiditatem combibendo, ei per minima vnitur, ideo licet terreitatem multam, & argenti viui paucitatem, & fusionis carentiam habeat, non separatur ab eis per artificium leue. Per hoc igitur artificis dilatatur industria, ad cuiusque corporis rectificationem veram, si rectè eius quod scripsimus efficaciam nouerit. Si verò fantasticè super illud intellectum contraxerit, nihil ex eo veritatis cognoscet. Sunt autem duo in huius examine perdurantia perfectionis corpora, Sol scilicet & Luna, propter bonam compositionem, quæ per bonam mistionem resultat, & illorum puram substantiam.

Cineritij examen, quomodo sit componendum & exercendum. Cap. LXXXIX.

NArremus igitur modum illius. Et est vt tollatur cinis cribellatus, aut calx aut puluis ossium animalium combustorum, aut horum omnium commistio, aut quorundam. Dehinc itaq; cum aqua madefiat, & super illud prematur manus, & fiat stratum firmum & solidum, & in medio strati fiat rotunda fouea & solida, & super illius fundum spargatur vitri triti quantitas aliqua. Deinde verò exiccari permittatur, & cum sicca fuerit, ponatur illud de cuius intentione sit tolerare huius examen, in foueam dictam, & super illam carbonum ignis fortis succendantur, & super faciem examinabilis suffletur corporis, donec fundatur. Quo fuso, Saturni partem post partem proijciamus in illud, & super illud suffletur cum flamma fortis ignitionis. Et dum videris illud agitari, & motu concussionis forti non est purum. Expecta igitur, donec totum euanescat plumbum. Quòd si euanuerit, & non cessat illius motus, non est depuratum. Iteratò igitur super illud plumbum proijce, & super illius faciem iteratò sufflа, donec plumbum separetur. Quòd si non quieuerit, iteratò post plumbi proiectionem, sufflationem in illius faciem procura, quousq; quiescat, & videas illud mundum & clarum in superficie sua. Post hoc verò carbones aperi, & ignẽ dissipa, & in faciem eius aquam perfunde: hoc enim perfectè examinatum inuenies. Et si quandoque in sufflatione huius

huius examinis vitrum proieceris, melius & perfectius depurabitur, quoniam sordes tollit, & illas infiscat. Potest tamen loco vitri sal proijci, aut borax, aut alumen aliquod. Similiter & confici potest huius examen cineritij in crucibulo terreo, & in circuitu illius sufflari, & super faciem eius similiter, vt citius conflet ur examinandum. His igitur sufficienter narratis, ad cementi examen transeamus cum causis suis, & suis experientijs manifestis & notis.

De Cemento, quare quædam corpora plus, quædam verò minus illud perferant. Cap. XC.

DIximus autem, quòd corpora quædam magis, quædam verò minus, per ignis comburuntur calcinationis modum: vt quæ pluris sunt Sulfuris quantitatem combustibilis continentia, magis: quę verò minus, minus. Quia igitur Sol inter cætera corpora minoris & Sulfuris quantitatis: ideo inter cętera omnium mineralium corporum minimè per ignis inflammationem comburitur. Luna verò post Solem inter omnia corpora reliqua minus est Sulfuris quantitatis participans, pluris autem quàm Sol: Igitur, minus potest secundum hoc inflammationis ignitionem temporis spacio longo tolerare quàm Sol, & res per consimilem comburentes naturam. Minus Venus: quia Sole & Luna pluris est Sulfuris, & terreitatis maioris, ideo minus inflamuiamationem ignis tolerat. Iupiter verò minus Venere, plus verò Sole & Luna sulfureitatis & terreitatis participat, & ideo minus per inflammationem Venere comburitur, plus verò Sole & Luna. Saturnus verò plus terreitatis & sulfureitatis per naturam in commistione seruauit, quã nunc dicta corpora: & ideo citius & facilius omnibus dictis inflammatur corporibus, & per inflammationem comburitur velocius, propter hoc, quòd sulfureitatè maximè habet coniunctam & Ioue magis fixam. Mars verò non per se, sed per accidens non cõburitur. Cum enim cum multæ humiditatis commiscetur corporibus, combibit illam, propter suæ humiditatis carentiam: & ideo coniunctus non inflammatur, nec comburitur, si non inflammabilia nec combustibilia sint corpora sibi vnita. Si verò combustibilia sint illi commista corpora, secũdum naturam suæ combustionis, necessariò euenit Martem comburi & inflammari. Cum igitur ex rebus constituatur inflammabilibus cementum, patet causa illius inuentionis necessaria: & fuit, vt omnia combustibilia adurerentur. Cum igitur vnum solum sit corpus incombustibile, solum illud, aut ad illius naturam præparatum, in cemento saluatur. Durant tamen quædam magis, quædam verò minus in cemẽto. Quæ verò magis, & quæ minus, nota sunt cum causis dictis. Durant igitur plus Luna, minus verò Mars, adhuc verò & minus Iupiter, minus verò adhuc Venus, minimè verò Saturnus.

Cementi examen quomodo sit componendum & exercendum. Cap. XCI.

NArremus igitur Cementi modum. Cunctis cognitu nobis sit maximè necessarius in perfectionis examine, dicimus quòd illius compositio est cum inflãmabilibus rebus. Et sunt huius generis res omnes denigrantes & fugientes, & penetrantes, & comburentes: sicut est vitriolum, sal ammoniacũ, & æris flos, & lapis fictilis antiqui contriti, & sulfuris minima quantitas, aut nihil, & virilis vrina, cum similibus acutis, & penetrantibus. Incementantur igitur hæc omnia cum vrina virili, & super corporis illius tabulas tenues ponuntur, de cuius intentione sit probationis examinari iudicio. Dehinc verò tabulæ conclusæ in fictili vase extendantur super cratem ferream, ita tamen, quòd vna ex eis alteram non tangat, vt liberè ignis virtus ad illas percurrat æqualiter, & sic triduo in igne forti conseruetur fictile. Cautela tamen adhibeatur, vt igniantur tabellæ, sed non fundantur. Post tertiam autem diem tabellas

omni impuritate mundas inuenies, si in perfectione illarum extiterit corpus. Si verò non, corruptas omnino & calcinatione combustas. Quidam tamen ponunt ad inflammationem tabellas, absq; compositionum cemento, & depurantur similiter, si perfectionis sint corpora. Si verò non, comburuntur omnino. Longiori tamen combustionis spacio in hoc vltimo egent examine, quod sola ignis inflammatione perficitur, quàm quæ cementi examinantur iudicio. Sed cum Luna quidem à Solis natura non multa distet differentia, pauco administrationis modo in iudicio cum illo quiescit. Et neque separatio corporum fit ab inuicem in his duobus examinis generibus, nisi propter diuersitatem compositionis substantiarū eorum: quia ex eo resultat fusionis diuersitas, & spissitudo & raritas: quæ quidem separationis sunt causæ, quia fortem propter illorum compositionem non corrumpitur illorum substantia à substātia corporis extranei, cum non fiat illorum per minima mistio. Et ideo necesse est, illa de commisto à se inuicem separari, sine corruptione totali illorum essentiæ. Quamobrem administratio corporum imperfectorum completa, dignoscitur, cum eiusdem fusionis, & ignitionis, & soliditatis, administrationis reperta sunt ingenio.

De Ignitione. Cap. XCII.

RESTAT igitur vt capitulum de Ignitione tradamus. Dicimus igitur quoniam corpora maximæ perfectionis cum ignitione determinata, reperta sunt ignem suscipere, ante fusionem illorum. Et ideo dicimus, si alterationem illorum completam adinuenire conamur, necesse est ad fusionem illorum corpora administrata redigere. Et est scilicet, vt priusquàm fundantur perfectionis corpora, ignitionem suscipiant cum inflammatione cælestini coloris amœnitatis, priusquam perueniat illorum ignitio ad albedinem ignis, quam oculus nequaquam possit conspicere. Patet igitur ignitionem illorum perfectam compleri ante fusionem cum rubore intenso, & non cum albedine quam non possit conspicere oculus. Si enim priusquàm igniantur administrata fundantur corpora, in complemento non sunt. Si verò & igniantur cum labore & ignis expressione forti, non est illorum administratio vera: Et hoc quidem in mollibus. Idem verò in solo Marte contingit colligi. Non enim non ignibilia de facili ignitionem præparationis modo suscipiunt, neq; non fusibilia fusionem rectam, quam in perfectis secundum naturam inuenimus. Et si cum ignitione flammam amœnitate cælestini coloris non prætendant administrata, non est illorum completa administratio. Et si minuitur aliquid ponderis, coloris, pulchritudinis, ignitionis, & similium ex præparamenti differentiarum bonitatis inuentum astutia, non fuit sufficiens artificis indagatio. Reiterato igitur inquirat, donec inueniat cum modis diuina bonitate collatis.

De Fusione. Cap. XCIII.

IN Fusionis igitur narratione sufficientiam tradamus, secundum quòd examen est corporum omnium ad ignitionem illorum certam. Dicimus igitur quòd vnica est perfectionis Fusio cum ignitione, sed non cum cuiusq; ignitionis genere, sed cum ignitione in qua non albescit omnino corpus, & cum ignitione in qua non fit fuscedo igni adueniens, & in qua non subitò post ignitionem fundatur, & liquescat corpus vt fluat. Igitur cum se fuderit corpus ex minima ignis pressione debilis, aut sine ignitione, aut cum ignitione fusca, huius præparationis necesse est corpus imperfectionis esse, vnumquodque imperfectorum corporum, in artificio diminuto. Et si post fusionem infrigidari omittatur, & omnino subitò in nigredinem illius vertatur ignitio, & ob hoc quidem prius quàm durescat, ignitionem perdat, non est in complemento

corpus,

corpus, cuiuscunq; generis illud extiterit. Sed iudicari quidem expedit molli tiei hoc corpus existere ex imperfectionis corporum generibus. Et si quidem cum ignis laboriosa expressione fortis & violenti fiat illius ante fusionem ignitio & radio fulgoris inæstimabilis albescentis omnino, iam non perfectionis, sed duritiei alteratum est corpus. Et ob hoc quidem si post illius fusionem ab igne tollatur, & subitò induretur, vt non fluat, manente illius ignitione fulgida iam non Lunaris & Solaris perfectionis corpus existit, cuiuscunq; generis & præparationis corpus fuerit administratum, sed sub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex iam dictis, triplicem in fusibilibus ignitionem ante liquefactionem substantiarum, illorum experimento recolligi: Vnam scilicet fuscam, alteram verò rubeam & claram, albissimam verò tertiam, radio fulgentem. Prima quidem est mollium, secunda perfectorum, tertia verò duro rum corporum ratione & experimento probatur. Sed & qui harum omnium ignitionum desiderat gradum perquirere, omnia fusibilia complet corpora, & ignis consideret sufficientiam ad fusionis perfectionem completam, & cõsiderando recolligat omnium signorum fusionis gradus differentiam, & sic quidem inueniet: aliter verò non. Et hoc quidem tibi adducatur exemplar in omnibus à nobis determinatis atq; determinandis examinationis maneriebus. Et hæc itaq; de Fusione dicta sufficiant.

De Expositione corporum super uapores acutorum Cap. XCIIII.

PRosequentes igitur sermonis complemẽtum, de corporum Expositione super acutorum vapores narremus. Dicimus igitur, quòd perfectionis vi demus corpora super acutorum vaporem exposita, acrium videlicet, pon ticorũ & acetosorum: similiter omnino aut nihil florere, aut amœnissimum cælestinum florem emittere. Sed Solem purissimum non florere: Lunam verò aut Solem nõ purum, super acutorum vapores exposita, florere comperimus, & cęlestinum amœnissimum, amœnius Solem quàm Lunam. Et ob hoc igitur naturam imitantes, & nos similiter in præpatatis colorem cælestinum creemus corporibus, qui per argenti viui bonitatem perficitur, vt sufficienter à nobis narratum est in præcedentibus nostri sermonis. Quæcunq; igitur prępara ra corpora super vapores acutorum extiterint, & cælestinum non creauerit amœnitatis colorem, non sunt in præparationis complemento totali. Itaq; est ex corporibus quoddam, quod rubeum fuscum, aut citrinum fuscum viriditati admistum colorem in examine ponticorum floret in superficie sua, vt huius generis est Mars. Quoddam verò viridi fuscum in superficie floret, cælestinũ admistum turbido, & huius generis est Venus: Quoddam verò album fuscum, & huius generis Saturnus comperitur: Quoddam verò album clarum, & huius generis est Iupiter. Quia igitur maximè perfectum corpus, minimè floret, aut nihil, & si quid floret, tardissimo tẽporis floret spacio: Et Iupiter quidem omnium tardissimè inter diminuta à perfectionis complemento corpora, gummositatem suam floret: Ideo per huius magisterij examẽ cõsideramus Iouem, maximè perfectioni approximare in opere maioris ordinis. Per hoc igitur examen perquiri poterit, in quo pertractatum temperamẽti genere cõsistat corpus, si rectè horum considerauerís ordinem, quæ narrauimus in hoc capitulo: Sin autem non, tuæ imputa temeritatis insipientiæ.

De Extinctione ignitorum. Cap. XCV.

IN Extinctionis igitur examine narrationem adducamus totalem. Est tamen multiplex illius experientia, in qua cognoscitur vtrum in perfectione magisterium consistat. Primum igitur, si ignitum corpus in liquore extinguatur, & Lunare quidem album non fiat, & Solare citrinum fulgidum, sed in

alienum mutetur colorem,non est in complemento alteratio magisterij. Vtsi quidem in reiteratione suę ignitionis & extinctionis in aquis salium aut alumi num cuiuscunq; generis administratione creatis,scoriam nigredini affinem in sua superficie prætenderit:aut extinctione illius in sulfuribus, & ab extinctione,ignitionis reiteratione multa, euanuerit: aut nigredine fœda se infecerit: aut omnino per mallei compulsionem se confregerit,fallax est operis artificiū. Aut si ex salis ammoniaci,& viridis æris, & puerilis vrinæ mistionis cementatione,aut in natura consimilium,&ad ignitionem positum,&post ignitionem & extinctionem sui,ad extensionem similiter Lunare vel Solare ex toto colorem amiserit proprium,aut scoriam creauerit, in corruptione constat corpus adhuc permanere Sophistica. Vnam tamen generaliter tibi tradimus regulam certam,quòd tam in dictis quàm à nobis dicendis examinibus, si quid ex perfectionis differentijs alteratum commutauerit corpus ponderis, videlicet aut coloris,non rectè,sed fantasticè indagauit artifex opus:quod non peculiosum sed perditionis est potius.

De adurentis Sulfuris admistione. Cap. XCVI.

EX Sulfuris igitur mistione,vtrum in perfectione consistat magisterium, approbatur similiter,quia experientia nostra inuenimus Sulfur corporibus commistum, quædam magis, quædam verò minus comburere: & quædam à combustione illius redire:quædam verò non, nostro comperimus artificio.Et ex hoc itaq; differentia notari potest inter ipsa à perfectione diminuta corpora præparata in complemento sophistico. Igitur cum inter cætera corpora cuiusque inuenimus generis, Solem minimè per Sulfur comburi. Abhinc verò & postea Iupiter, deinde verò Luna, post hoc Saturnus, & facilius quidem his omnibus Venus,facillimè Mars per Sulfuris oleaginitatem cõburitur. Ideo per hoc notatur quod magis, quod minus naturæ perfecti approximat.Et ex diuersitate colorum post corporum combustionem perquiri potest,in quo alteratum genere ex suæ naturæ radice corpus consistat: quoniam Sol quidem citrinum intensum,aut rubeum clarum, Luna verò nigrum cælestino admistum, Iupiter verò nigrum, modica rubedinis tinctura admistum, Saturnus verò nigrum fuscum, multo rubori & liuiditati admistum, Venus verò nigrum, liuiditati admistum, multa præexistente combustione Sulfuris,pauca verò præexistente combustione nitidissimè, & amœnum violaceum protendit ex Sulfuris commistione colorem, Mars verò in omni combustionis genere nigerrimum fuscum colorem creat. Ex reductione autem à Sulfuris combustione notatur diuersitas similiter in corporibus. Quædam verò redeunt,quædam verò ignis expressione à reductione cum Sulfure recedunt,aut totaliter,aut eorum quantitas maior:quędam verò in suę naturę corpora,quædam verò in aliud quàm suæ naturæ redeunt à combustione ad corpus.Redeunt ad proprij naturam corporis,à Sulfuris combustione Sol & Luna,recedunt autem Iupiter & Saturnus. Iupiter autem aut totaliter, aut secundum sui maiorem partem.Saturnus verò non ex toto recedit, sed quando que maior,quando que verò minor illius deletur pars. Horum autem contingit diuersitatem existere propter naturam rerum & corporum, & administrationis eorum in opere præparationis differentiam,quia scilicet ex subita ignis expressione de reductione Iouem deleri contingit:Ex successiua verò & paulatiua,& Saturnum & Iouem saluari. Eorum tamen reductio in alieni corporis potius quàm proprij naturam vergit. In clarum quidem videlicet antimonium Iouis,in fuscum verò Saturni conuerti reductionem,repertum experientia nostra extitit: Venerem verò minui,in ignis reductionis impressione:Martem verò

tem verò magis contingit. Sed Veneris quidem est reductio ponderosa, & citrina fusca, & mollis, nigredinem participans, cum sui augmento ponderis corporis. Ex his igitur perquiri poterit omnium alteratorum natura corporum.

De Calcinatione & reductione. Cap. XCVII.

DE Calcinationis igitur & reductionis reiterationis examine dehinc perquirendum. Innuimus igitur, quòd perfectionis reperta sunt corpora in Calcinationis & reductionis reiteratione ex bonitatis differentijs, nihil coloris, ponderis, aut quantitatis, de qua curandũ sit nimium: aut fulgoris perdere quãtumcunq; reiteretur ad illa operationis illarum multiplicitas. Et ideo si per reiterationem modorum Calcinationis & reductionis à calce, ex omni metallorum alteratorum genere, bonitatis differentijs perdant aliquid, æstimandum putes sophistice perquisitionem artificem indagasse. Quamobrem igitur ad illas exerciteris, vt eas cognoscas.

De facili susceptione Argenti viui. Cap. XCVIII.

IAm igitur vobis patuit veridicè, maximã Argenti viui quantitatem continẽtia perfectionis existere corpora: & ideo maximè Arg. viuo amicari. Quamobrem autumandum corpora magis perfectioni approximare, quæ magis ambicabiliter Arg. viuum cõbibunt. Et huius est signum Arg. viui facilis susceptio à Solari aut Lunari perfectionis corpore. Ob huius igitur rationis causam, si quidem alteratum corporis de facili in sui substantiam Arg. viuum non suscipiat, à perfectionis maximè complemento distare necesse est.

Recapitulatio totius artis. Cap. XCIX.

QVia pertractauimus huius magisterij causarum sufficientiæ experientias notas, secundum nostri propositi sermonis exigentiam: Restat nos ad complementum totius operis diuini peruenire in capitulo vno, & in summam contrahere sermonis abbreuiati in capitulis dispersum magisteriũ. Dicimus igitur, quòd totius operis intentionis summa nõ est, nisi vt sumatur lapis, in capitulis notus: deinde verò cum operis instantia assiduetur super illum opus sublimationis primi gradus: & per hoc mundatur à corrumpente impuritate, & est scilicet sublimationis perfectio, vt cum ea subtilietur lapis, donec in vltimam subtilitatis puritatem deueniat, & vltimò volatilis fiat. Ab hinc verò cumfixionis modo figatur, donec in ignis asperitate quiescat. Et hic secundi præparationis gradus meta consistit. Sed & tertio similiter lapis administratur gradu, qui in vltimo consistit præparationis complemento, scilicet vt iam fixũ lapidem cũ modis sublimationis volatilem facias, & volatilem, fixum, & fixum solutum & solutum iteratò volatilem, & iteratò volatilem, fixum, quouscq; fluet & alteret in complemento Solifico & Lunifico certo. Ex reiteratione igitur præparationis huius gradus tertij in medicina, resultat bonitatis alterationis multiplicatio. Ex diuersitate igitur reiterationis operis super lapidem in gradibus suis, resultat multiplicationis bonitatis alterationis diuersitas, vt ex medicinis quædam quidem sui centuplum, quædam verò ducentuplum, quædam trecentuplum, quædam verò millecuplum, quædam verò infinitum Solificum & verum perfectionis Lunificum transmutet corpus. Abhinc igitur & vltimò tentetur, vtrum in perfectione consistat magisterium.

Quem modum Author in arte tradenda seruauerit. Cap. C.

SEd ne nos quidem mordeamur ab inuidis, narramus quòd non tradidimus scientiam nostram sermonis continuatione, sed eam sparsimus in diuersis capitulis. Et hoc ideo, quòd eam tam probus quàm improbus, si cõtinuè fuisset tradita, vsurpasset indignè. Et eam similiter occultauimus, vbi magis apertè locuti fuimus, non tamen sub ænigmate, sed sub plana sermonis se-

rie artificē allocuti fuimus,& tali sermonis modo eam adscripsimus, quā solius Dei altissimi,benedicti,sublimis & glorioſi,& nostræ,qui illam scripsimus,mē ti recolligi accidet:aut diuinæ gratia bonitatis perfusi,quæ cui vult largitur,& subtrahit.Non desperet igitur doctrinæ filius,quia si illam quæret, eam inueniet: non doctrinæ, sed propriį motus indagatione naturæ : Quia qui per suæ industriæ bonitatem quæret,scientiam inueniet: Qui verò per librorum insecutionem quæsiuerit,tardissimè ad hanc perueniet artem preciosissimam. Quia nobis solis,artem per nos solos inuestigatam edidimus, & non alijs, verissimam tamen & omnino certam. Solùm igitur prudentes ad artem allicuimus,& per ingenia à nobis tradita viam inuestigationis eisdem exposuimus. Non autē eam inuentam nisi solis nobis scripsimus,sed & inuentionis modum & modorum ingenia.Per ea igitur quæ tradidimus, exerceat se bonæ mentis artifex,& Dei donum altissimi se adinuenisse lætabitur.Ad artis igitur excelsę perquisitionem hæc dicta sufficiant.

Libri secundi Summæ perfectionis Gebri,
Finis.

GEBRI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVM QVE NATVRALIVM PERITISSIMI Περὶ Χημείας liber; quem inscripsit de Inuentione ueritatis siue perfectionis, incerto Interprete.

De sex proprietatibus rerum,ex quibus medicina elicitur. Cap. I.

CONsiderauimus in nostris voluminibus,ex secretis principiorum naturalium proprietatibus,quin etiam per experientiam nostram & inuestigationem inuentionis nostræ omnimodò certam, quòd ea, ex quibus elicitur nostra medicina, in corporibus trāsmutandis habeāt in se has qualitatum proprietates.Primò, quòd habeant terram subtilissimam in se, & incombustibilem, aptamq; ad figendum, omnimodò fixam cum suo proprio radicali humore:Secundò,humiditatem aeream & igneam vniformiter illi terrę coniunctam sic,quòd si vnum fuerit volatile,sit & reliquū,& quòd ipsa humiditas sit super omnes humiditates expectans ignis calorem, vsq; ad sui sufficientis inspissationis terminum completum, quo ad indigentiam completionis ipsius cum permanentia inseparabili terræ sibi annexæ, sine euaporatione. Tertiò,quòd humiditatis dispositio naturalis sit talis,quòd per beneficium suæ oleaginitatis in omnibus suarum proprietatum differentijs, terram sibi annexam, conuersione vtriusque in alterum homogenicè, sic contemperet vnctuosè, & vnione totali, & uinculo coniunctionis inseparabilitatis æqualiter,vt post finalis præparationis gradum fusionem bonam præstet. Quartò, quòd hæc oleaginitas sit tantæ puritatis essentiæ,& ab omni re combustibili seu vrente artificialiter emundata, quòd omnia cum quibus per minima coniungitur, non comburat, sed à combustione præseruet. Quintò,quòd claram & splendidam habet tincturam in se,albam vel rubeam,mundam & incombustibilem,stabilem & fixam, quòd ignis nequaquam valeat ipsam permutare,neq; sulfurea adustiua seu acuta corrodentia ipsa corpora corrumpere & defœdare. Sextò, quòd totum compositum inceratum cum suo complemento finali,sit tantæ subtilitatis, materiæq; tenuitatis, quòd post finalem suæ decoctionis terminum,in proiectione tenuissimæ maneat fusionis

admo-

ad modum aquę & penetrationis profundæ, vsq; ad vltimum rei permutabilis cuiuscūq; fixionis ipsum extiterit in cōplemento, & cum vicinitate sua seu affinitate adhęreat suo simili naturaliter, cum inseparabili consolidatione contra impressionem ignis in ipsa hora, sua spiritualitate corpora in volitum reducēs.

De septem Medicinæ proprietatibus. Cap. II.

His consideratis, inuenimus inuestigatione nostra, septem proprietates rerum in nostro lapide necessarias & opportunas, & sunt hæ, oleaginitas, materiæ tenuitas, affinitas, radicalis humiditas, puritatis claritas, terra figens, & tinctura. Prima verò differentiarū proprietas, est ipsa oleaginitas dans in proiectione vniuersalem fusionē, & apertionē materię. Nam primum quod necessarium est post medicinæ proiectionē, est ipsius medicinæ subita & conueniens fusio, quæ cum oleaginitate minerali perficitur ac inuisceratur. Secunda est materiæ tenuitas, siue ipsius subtilitas spiritualis, tenuissimè fluens, in fusione ad instar aquæ penetrās in profundū rei alterabilis, quia secundò post fusionē medicinæ, necessaria est ingressio eius immediatè. Tertia est affinitas siue vicinitas inter Elixir & rem transmutandā, dans adhærentiā in obuiatione sui similis & retentione, quia tertiò post medicinæ ingressionē immediatè adhærentia conueniens est & necessaria. Quarta est radicalis humiditas, ignea, congelans, & consolidans partes retentas cum adhærentia sui similis, vnione omnium partium consimiliū inseparabiliter in æternū: quia quartò post adhęrentiam, opportuna est partium cōsolidatio cum sua radicali humiditatè viscosa, & necessaria. Quinta est puritatis claritas mudificatiua, dans splendorē eminentem, in combustione existenti, nō adurentis. Nam post cōsolidationē partium purificatarum relinquitur, quòd ignis actualis habet cōburere omnes superfluitates extraneas, nō consolidatas: quare sequitur purificatio immediatè, & est necessaria. Sexta est terra figens, temperata, tenuis, subtilis, fixa, incombustibilis, dās fixionis permanentiā in solutione adhærentis cum eo, stans & perseuerans contra ignem: quia sextò necessaria est immediatè fixio post purificationem, & opportuna. Septima est tinctura dans colorem splēdidum & perfectum, album, aut citrinum intensum, & Lunificationem, seu Solificationem rerum transmutabilium: quia septimò post fixionem necessaria est tinctura splēdida, & alterius color tingens, seu tinctura colorans materiā conuertibilem in verum argentum, vel aurum cum omnibus suis differentijs certis & notis.

Diuisio totius Libri in quatuor particulas. Cap. III.

SVfficienter ad artis exigentiam disputauimus contra negantes artem, & de principijs naturalibus, quæ sunt de intentione naturę in metallorū procreationibus & de corporibus, & eorū procreationibus, & præparationibus, & vltimò de medicinis, & examinationibus eorum transmutatorum, vtrū in perfectione steterit complementum, in Summa nostra perfecti magisterij: Et ibidem scripsimus modum inuentionis artis, & nostrorum ingenia, secundum veritatem quam vidimus, & tetigimus. Hîc verò nunc de perfectionis inuentione tractabimus, & declarabimus speciali modo ea quæ necessaria sunt in hoc nostro magisterio, & modum præparationis eorum pondere & mensura, & probatione certa non coniecturali. Volumus autem hunc librum nostrum in quatuor particulas diuidere. Et in prima de medijs mineralibus, & eorum præparationibus tractare sufficienter, vt sint apta in extractione spirituum, & corporum imperfectorum: In secunda de spirituum mundificationibus, & præparationibus integris eorundem: In tertia de imperfectorum præparationibus diuersis secundum exigentiam operis complementi: In quarta de omnibus medicinis specialiter pro quolibet corpore in Solem & Lunam

transformando, cum proiectione, pondere, & mensura, secundum necessitatis exigentiam ad operis complementum.

PRIMA PARTICVLA.

De Mediorum Mineralium præparatione. Cap. IIII.

1 SAl commune dissoluatur in aqua fontis clara, & per filtrum distilletur, &
2 congeletur in vase terreo, vel plumbeo, vel alio metallo. Sal petræ dissoluatur in aqua fontis, & per filtrũ distilletur, congeletur in vase vitreo vsq; ad ipsius fusionẽ crystallinam. Sal nitri sic præparatur: dissoluatur in aqua fontis clara, & distilletur per filtrũ. Sal gemmæ dissoluatur, vt prius congeletur in
3 terreo vase vitreato. Sal alkali verum, fit de zoza dissoluta & per filtrum distillata & cocta ad tertiam partem, & descendit sal in paruo tempore ad fundum
4 vasis ad modũ crystalli, & est præparatum. Similiter fit sal alkali apud aliquos. Accipiunt cinerem clauellatam, pondera quinq;, & calcis viuę vnum, & extrahunt totum lixiuium, & distillant & congelant, hoc reiterant semel, & est præ-
5 paratum. Sal ammoniacus fit ex quinq; partibus vrinæ humanæ, & parte vna sudoris eiusdem, & parte vna salis communis, & parte semis fuliginis lignorum, his simul coctis vsque ad consummationem humiditatis, sublima Salem ammoniacum verum & vtilem, hunc iterum in sudore dissolue, & conge-
7 la, & sublima à sale communi semel, & est præparatus. Sal Tartari fit de fæcibus vini distillati calcinatis, tartaro ex eis dissoluto & congelato, & est præpa-
8 ratum. Sal ~~vrinæ, fit~~ ex fæcibus vrinæ distillatę calcinatis, & iterum in aqua sua dissoluitur & congelatur, & est præparatum: & magni iuuamenti. Multi diuersimodè tractant de salium præparationibus, nos autem inuentione nostra inuenimus has præparationes salium breuiores, subtiliores, & vtiliores ad nostrum propositum prosequendum, cum ex omnibus rebus verè calcinatis, sales per solutionem extrahantur, quæ per viam prælibatam præparari tenentur. Sufficiat igitur nos transire cum his magis vsitatis. Alumen glaciale vel
1 2 rochæ, duplicem habet præparationis modum, vnum pro ~~corporibus~~ calcinatis abluendis, alium pro ~~spiritibus~~ sublimandis. Primò modo sic præparatur: Dissolue ipsum in aqua clara fontis, & distilla per filtrum, & coque ad eius tertiam partem, & pone in paropsidibus vitreatis, & descẽdit circa latera vasis, et in profundo alumen præparatum crystallinum. Secundus modus est, vt alumẽ in vase terreo coquatur, quousq; humiditas euanescat, & inuenies album spongiosum, & leue præparatum pro sublimationibus, & alijs diuersis operationi-
3 bus. Alumen plumosum, dissoluitur & congelatur vt prius, & est præparatum. Nunc de præparationibus atramentorum inuestigare expedit, cum multum necessarium sit illud, quod per ea colligimus in tincturis & ligamentis spiritũ & aliorum quæ ad illud spectant. Atramentum nigrum dissoluitur in aqua bulliente, & per filtrum distillatur, & congelatur, & est aptum. Cuperosa dissoluenda est in aceto distillato, clarificanda per filtrum, & congelanda, & sic est munda. Vitriolum Romanum alia præparatione non indiget, nisi quod in aliquibus casibus tenetur in igne mediocri & rubificatur. Amplius est certum, quòd à corporibus imperfectis extrahuntur diuersa nobis necessaria, & sunt adminicula perfectionis in casu, quæ indigent præparatione, & primò de cerussa plumbi: Cerussa plumbi diluenda est in aceto distillato, purificanda deinceps à grossioribus, & illud quòd vt lac emanauit, congelandum in Sole, vel lento igne, & est præparatum. De albo Hispanico, stanno, minio, eodem modo fit, sunt enim in vrina distillata diluenda, & ad modum cerussæ præparanda, & sunt præparata. Viride æris in aceto distillato, soluatur, & rubificatum

limpidè

límpidè congelandum erit lentíssimo ignis calore, et est præparatum et aptũ. Crocus ferri dissoluendus est in aceto distillato, et clarificandus: hæc aqua rubicunda croci congelata, dat tibi crocum aptum. Aes vstum tritum et ablutũ cum aceto distillato, per modum quem insinuauimus in præparatione ceruss̃ę tibi subueniat. Lithargyrium in aceto distillato solutũ, clarifica & cõgela, quia bene præparatum est, quod iterũ quemadmodũ alia prænotata dissoluere poteris, & eis vti, dissolutis & congelatis, & in hoc est inuestigatio profunda. Antimoniũ calcinatur, dissoluitur, clarificatur & congelatur, & teritur, est præparatũ. Lapis lazuli calcinatur & abluitur tritus, & est purificatus. Lapis æmathites, ignitur & extinguitur sæpius in felle taurino. Bolus armenus teritur & dissoluitur vt cerussa, & congelatur. Cinnabari semel sublimandũ est à sale cõmuni, & sic est præparatum. Tutia calcinatur & soluitur in aceto distillato, et est optimè præparata.

SECVNDA PARTICVLA, DE SPIRItuum mundificationibus. Cap. V.

TRactauimus in prima particula de eis, quæ nobis necessaria videbantur in inuẽtione nostra certa, ad spirituũ et imperfectorum corporũ præparationem sufficienter. Intendimus hîc nunc ampliare sermonẽ de Spirituum sublimationibus seu præparationibus cuiuscũ speciei, quoad nostri magisterij indigentiã completã. Ne discedas ab hac nostræ inuentionis doctrina quã in meditatione profunda, et in operibus vidimus maximè nobis necessariam, et omnino certã. Hîc verò pondera et specialem modum in eorum præparationibus et sublimationibus inuestigamus, cum experientia omnino certa, et primò de sulfure, et de suo compari, et sic de alijs per ordinem.

De *Sulfuris præparatione.* Cap. VI.

SVlfur viuum, clarum, & gũmosum tere subtilíssimè, & coque in líxiuio facto de cineribus clauellatis & calce viua, colligendo superius cõbustibilitatem eius oleagineam extrahendo, quovscũ clarum videtur: quo facto extrahe, & moue cum baculo, & cautè extrahe illud, quod cum líxiuio egressũ habuerit, partes grossiores inferiùs relinquendo. Illud autem extractum, infrigida parum, & impone ei quartam eius de aceto bono, & ecce totum congelabitur vt lac. Líxiuium extrahe clarũ quoad poteris, residuum ad lentũ desicca ignem, & serua. De fæcũ administratione hunc modum serua. Ad lib. 1. sulfuris huius præparati, accipe de squamis ferri bene calcinatis rubeis lib. 1. alumínis rochæ bene calcinati lib. 1. & salis communis præparati librã semis. Hoc totum incorpora bene terendo cum aceto, vt sit liquidum, quod coque, mouendo, quovscũ totum bene denígratum fuerit, & desicca, tere optimè, & pone in aludele cum largo cooperculo, & sit cooperculum alembici cum magna zona & larga, ad eleuationem spirituum conseruandam, sitcũ aludel altitudinis pedis vnius cum dimidio, ne calor ignis alembici zonam attingat, & sic sublima, vt docuimus in Summa perfectionis nostræ. Collige autem quod in zona collectum fuerit densum, quod verò ad latera vasis superius in alembico adhæret leue & puluerizabile, projce, quia combustibile & fœdum ac defœdans est. Collectum verò per se pone in phialam, & coque super cineres tandiu, donec humiditas combustiua paulatim deleatur, & serua mundè, quia perfectè mundificatum est.

De *Arsenici præparatione.* Cap. VII.

ELus compar Arsenicum, post contritionem bulliẽdum est in aceto, & ibidẽ tota pinguedo cõbustibilis extrahenda & desiccãda. Sume deinde lib.

vnam cupri calcinati, & ſemis aluminis calcinati, et ſalis communis præparati tantum vt aluminis, et tere cum aceto vt ſit liquidum, et coque vt in ſulfure, et ſublima in aludeli ſine alembico, et ſit longitudinis vnius pedis: collige album et denſum clarum, et lucidum, et ſerua, quia ſatis eſt aptum.

De Argenti uiui præparatione. Cap. VIII.

ARgentum viuum ſic ſublima. Sume de eo libram vnam, vitrioli rubificati lib. duas, aluminis rochæ calcinati lib. 1. & ſalis communis lib. ſemis, & ſalis petræ quartam partem, & incorporatum ſublima, & collige albũ denſum, clarum, & ponderoſum, quod circa vaſis ſpondilia inuentum fuerit, & ſerua, vt tibi de aliis ſcripſimus. Sed ſi in prima ſublimatione inuentum fuerit turbidum vel immundum, quod tibi accidere poterit propter tuam negligentiã, illud cum eiſdem fæcibus noueris iterum ſublimare, & ſerua.

De Marchaſitæ præparatione. Cap. IX.

MArchaſita trita ponatur in aludel magni fundi ad digiti ſpiſſitudinem, & primò ſulfur cum lento igne collige, & cum ceſſauerit, vigora ignem renouato cooperculo, & aſcendet, quod argenti viui locum obtinet, vt tibi plenariè ſcripſimus in perfectionis noſtræ Summa completa.

De Tutiæ præparatione. Cap. X.

TVtia puluerizata in aludele poſita magnæ ignitionis adminiſtratione, ſublimatur, & fit bona. Sal ammoniacus ſublimatur à ſale communi, vt in Practica de Salibus tibi ſcripſimus. Arg. viu. ita ſublimatur rubicundiſſimum: Recipe libram vnam Mercurij, & libras vitrioli rubificati duas, et libram ſalis petræ, ſimul mortificato, et ſublima etiam ab alumine rochæ calcinato, et ſale petræ cum eiſdem ponderibus. Et eſt magnum noſtræ inuentionis ſecretum nec ſit prætermittendum, quin conſideratio fæcum ſit notanda in ſulfuris ſublimatione & ſui comparis, quòd ſulfur ſublimatum à calce cupri, magis dealbatur, quàm à calce ferri. Et ſic inueſtigandum eſt de arſenico, nam à ferro ſublimatur magis rubeum. Poſſunt etiam ſublimari à vitriolo & alumine calcinato, & cum ſale communi et ſale petræ commiſtis, et ita ſufficienter tradidimus ſpirituum præparationes artificioſè, non modicè.

TERTIA PARTICVLA HVIVS LIBRI quomodo corpora ſint præparanda. Cap. XI.

TErtiam noſtram particulam ponimus imperfectorum corporum præparationem completam, et inueſtigamus modum, qualiter præparari debeant, vt perficiantur, quo ad complementum primi ordinis vel ſecundi per ſe ſine medicina: Secundò præparationem eorum ad recipiendam medicinam albam vel rubeam.

De Præparatione Saturni. Cap. XII.

SAturnum calcina cum ſale communi prẽparato fuſum, cum ſpatula ferrea agitando, quouſque in cinerem vertatur, coque per diem naturalem, et ſit aliquantulum ignitus, et non multum, ablue cum aqua dulci completè, deinde calcina per triduum, donec intimè rubificetur, & ſi vis ad albũ, cum aqua aluminis albi imbibe, & reduc cum oleo tartari, vel eius ſale. Si verò ad rubeũ, imbibe cum aqua croci ferri, & viridis æris prædicto, et reduc cum ſale tartari, vt prius, et hoc itera quouſq; ſufficiat.

De Præparatione Iouis. Cap. XIII.

IOuem calcina vt Saturnum. Et albifica eius calcem, per triduum vt in Saturno, nec errabis in eius reductione, quia difficilis eſt, niſi fiat in furno illorũ, qui per cineritia, vel cementa reducunt, et fit ad libitum. Scias tu inueſtigator huius operis, quòd præparationes fæcum reductibilium plenariè in hoc

hoc libro conscripsimus, cum totus iste liber sit practicus cum inuestigatione certa compilatus. Sed in Summa nostra præseruauimus nobis alium stylũ magis Philosophicum, cum ibidem vt Theoricus, hîc verò vt Practicus purus, artem completè inscripsimus. Vt autem artifex errare non possit, subiunge illud quod reducere quæris, scilicet tantum, quantum illud quod præstare habet reductionem, & calcem diuisam coadunare: sed in tincturis est alia consideratio Nam tingens multiplicandum est super tingendum, donec tinctura appareat quod considerabis in corpore vel medicina: & hoc est vnũ de secretis nostris. Postquàm reduxeris hæc duo plumba, & inueneris splendorem & colorem, & omnia alia ad volitum tuum fortè ignitione carebunt, & vt consequaris intentum, incipe sic: Dissolue tutiam calcinatam, & stannum calcinatum, & has aquas misce, & cum hac aqua imbibe calcem stanni, vice post vicem, sic cùm induxeris octauam partem tutiæ in totam calcem, reduc in corpus, & vide si ignitionem habuerit, bene quidem, si verò non, reitera, donec ignitionem habuerit. Et omnes aquas dissolutiuas spirituum & corporum ponã in fine libri huius, & quodlibet eius pro suo genere: nec mireris, quòd dispersimus huius practicę specialia in diuersis voluminibus, cùm ab improbis hanc artem fugare conamur. Cum talck vel Mercurio præcipitato, vel vtilius cum Luna pura ad hoc deducta calcinando & soluendo peruenimus ad horum durorum corporum, ignitionem & duritiem completã cum splendore inenarrabili. Scias tamen, quòd sola speculatio, quæ multum valet in Summa nostra, in hac nostra inuentione parum prodest. Sed terere, coquere, assare, inhumare, calcinare, fũdere, destruere, construere, corpora emundare, cum his claubus aperies occultas seraturas arcani nostri, sine quibus ad huiusmodi conuiuij epulas non vocaberis. Destrue sine ira, & complebis cum lætitia.

De Præparatione Martis. Cap. XIIII.

MArtem sic præpara: Tere libram vnam limaturæ eius, cum libra semis arsenici sublimati. Imbibe illud cum aqua salis petræ & alkali, ter reiterando, funde violenter, & habebis ferrum album, itera quousq; sufficienter liquescat, cum dealbatione peculiosa.

De Præparatione Veneris. Cap. XV.

VEneris purgatio duplex est, vna quidem ad album, alia verò ad rubeum. Ad album purgatur sic: Calcina ipsam solo igne, quemadmodum tradidimus in Summa nostra perfectionis. Sume ipsam calcinatam, tere lib. 1. cum vncijs quatuor arsenici sublimati, & imbibe cum aqua lithargyrij ter vel quater, & reduc cum sale petræ ac oleo tartari, & inuenies corpus eius album splendidum pro medicina suscipienda. Est & alia præparatio eius ad rubeum. Tere libram vnam limaturæ eius cum vncijs quatuor sulfuris, vel laminas eius cum sulfure cemetando, & sic calcina & ablue cum salis aqua & aluminis, & cũ reducentibus reduc in corpus mundum, aptum ad tincturam rubeam. Est etiam tertia præparatio eius: Calcina ipsam solo igne, & tunc dissolue partem eius, & tantum tutiæ calcinatę dissolue, & cum dissolutione imbibe quater vel pluries residuum calcis, vel cum sola tutia dissoluta, sic quòd intret tutia vltra calcis mediũ, & sic reduc cum reducẽtibus, & habebis corpus mundũ & splẽdidum, & cum paruo adminiculo ducitur ad statũ altiorem, si verus inquisitor fueris veritatis. Est & quarta præparatio eius, ex se ipsa calcinata rubea, solo dico igne, facias viride intẽsum, quod flos cupri nuncupatur. Illud autẽ viride dissolue cum aceto distillato, & congela, congelatũ cum reducentibus reduc, quod aptũ erit ad multa, si inuestigatio tua nõ erit negligẽs, in operibus similibus per nos datis. Hunc verò librũ cõposuimus, vt sit introductorius Summę

noſtræ,vel ea abſente ſit totius concluſio finalis,ad complementũ vtriuſq; medicinæ.Nã hîc ponimus practicã gradatim,illic verò theoricam ſpeculationis noſtræ,modo magis generali,cum demonſtrationibus manifeſtis ordinatam.

QVARTA PARTICVLA HVIVS libri de Medicinis. Cap. XVI.

SEcundum ordinem præmiſſorum practicabimus in hac quarta particula noſtra,iterum inueſtigationis modum componendi medicinam quamlibet,albam videlicet & rubeam ſecundum naturam & proprietatem corporis tranſmutandi,vel ipſius Mercurij cum omnibus ſuis pertinentijs occultis & manifeſtis.Et in ſecundo vel tertio ordine, nihil ſophiſticum recipit hic liber noſter,cùm de veritatis Inuentione intituletur. Quamobrem primò de Elixirijs albis incipiemus.

De Medicinis albis pro Ioue & Saturno. Cap. XVII.

MEdicina alba pro Ioue præparato.Sume Lunæ puriſsimæ lib.1. Mercurij viui lib.8. & amalgama,quo facto, ablue cum aceto diſtillato, & ſale communi præparato vſq; ad colorem cæleſtinum,vel lazurij,quo ablu to,extrahe de Mercurio quantum poteris,exprimendo per pannum ſpiſſum, & appone Mercurij ſublimati duplum Lunæ:tere ſufficiẽter,&coque in phiala vitrea cooperta per diem & noctem,extrahe,tere,& iterum coque, frange phialam,& ſepara illud quod ſublimatum eſt ab inferiori puluere quaſi rubeo & caue de nimio igne,aliàs totum funderetur in maſſam nigram,puluerem pone ſuper porphyriten,& adiunge ei duas partes ammoniaci præparati,& partem vnam Mercurij ſublimati,tere trituratione bona,&imbibe cum aqua ſalis alkali,vel aqua ſalis petræ,ſi zozam non inueneris,&pone ad diſtillandum cũ imbibitum fuerit cum lento igne,& extrahe totam aquam, ſic vt remaneat ſicut pix fuſa,redde illi aquam,& ſic ter faciendo:Deinde extrahe & tere ſuper lapidem,& deſicca multum,imbibe cum oleo ouorum rectificato vel deſiccato,vel cum oleo ſalis alkali,vel petræ,vel tartari,donec fundatur cum ingreſſu & proijce vnam partem ſuper quinq; ſtanni præparati,&eſt Luna perfecta in ſecundo ordine abſque errore.

Item alia medicina ſuper Iouem.Sume talck calcinatũ,& tere cum ſale ammoniaco,ana,& ſublima ter vel quater,& diſſolue cum aqua, qua imbibe Lunam calcinatam,vt in prima medicina feciſti,toties donec bibat ſuum põdus & da ei ingreſſum cum oleis prædictis, & proijce vnam partem ſuper decem partes Iouis præparati,& videbis intentum. Tertia medicina Iouis fit cum vna parte Lunæ diſſolutæ in aqua ſua,videlicet ſtillicidij cupri & ſalis petræ, vt in fine habetur,cui adiunge duas partes talck diſſolutæ,vel tutiæ calcinatæ, & diſſolutæ.recipiendo aquam ter vel quater,congela,& incera cum arſenico ſublimato,quouſque fundatur,& proijce vnam partem ſuper octo partes Iouis præparati. Et ſi vis has medicinas proijcere ſuper Saturnum præparatũ ad album,tunc minue Saturnum in ſuo triduo,& fac vt in Ioue.

De Medicinis Solaribus pro Ioue & Saturno. Cap. XVIII.

PRima igitur medicina Solaris ſic fit:Calcina Solem, amalgamando prius cum Mercurio,velut in Luna,extrahe Mercurium per pannum, tere cum duplo ſalis cõmunis præparati,pone ſuper lentum ignem,vt recedat Mercurius,extrahe ſalem cum aqua dulci,& deſicca,& ſublima ab eo tantum ſalis ammon.reddẽdo ſibi quater,tunc diſſolue in aqua vitrioli,& petræ, & iameni vt in fine libri huius habeẽ.Solue crocum à ferro extractum per calcinationẽ, vel cuprũ calcinatũ rubeum.Iunge has aquas, ana,extrahe aquã per diſtillationẽ,& redde ſibi quater:vltimò deſicca,& imbibe cum oleo tartari rectificato,

vt in

vt in fine libri huius, quovsqꝫ fluat vt cera, & tingit quatuor partes obrise: Secũda fit in Sole soluto, vt in prima, & viridi facto de cupro, calcinato & dissoluto ana, mistis & inceratis, distillando & reiterando, & in fine incera cũ sulfure præparato, quovsqꝫ fundatur vt cera, & tingit octo partes Saturni splendidè.

Tertia fit ex auro soluto, & sulfure soluto, & viridi dissoluto, mistis & præparatis vt in secunda, & in fine ceratis cum oleo capillorum pręparato, vel ouorũ quia vna est via, & cadit vna pars super decem Saturni. Possunt etiam hæ medicinæ projci super Iouem præparatum in rubeum, & erit ita splendidissima perseuerans materia, vt opus finisimum, secundum eius gradum. Nam hæ medicinæ alterant in secundo ordine, vt retuliuus.

De Medicinis albis pro Venere & Marte. *Cap.* XIX.

TRanseamus nunc ad Veneris medicinas, & Martis, & primò de medicinis horum ad album. Sume argenti, vt supra, calcinati partem vnam, tere cum duabus partibus arsenici præparati, & vna parte Mercurij præcipitati, & imbibe cum aqua salis petræ, lithargyrij, ammoniaci, ana, quovsqꝫ pondus suum biberit, & desicca & incera cum oleo albo, vt in alijs, quovsqꝫ fluat, & cadit vna pars super quatuor Veneris vel Martis præparatorum. Secunda medicina fit ex Luna calcinata, & tantum Iouis calcinati & soluti, misce, desicca, & incera cum duplo horum arsenici sublimati, quovsqꝫ fundatur. Tertia fit ex Luna calcinata, vt supra, arsenico & sulfure sublimatis & tritis, cum tantundem salis ammoniaci, quod sublima ter ab eis, & projce vnam partẽ super sex horum duorum corporum præparatorum.

De Medicinis rubeis pro Venere & Marte. *Cap.* XX.

SOlaris verò medicina fit, vt sumas tutiæ lib. 1. calcina & dissolue in aqua vitrioli & petræ, tum cum ea aqua imbibe calcem Solis, vt bibat eius duplũ distilla recipiendo aquam, & hoc quater reddendo: vltimò incera cum oleo capillorum, vel felle taurino, & viridis æris præparato, & erit excellens, purum & laudabile. Tu autem porrige manum ad nostra dicta, aliter in uanũ studes, & recipe in corde, in nostris voluminibus intentionem nostram, & videbis nos verum inuestigasse.

De Medicina tertij ordinis ad album. *Cap.* XXI.

HInc verò ad tertij ordinis gradũ ascendemus. Et primò de Medicina Lunari, tam pro corporibus imperfectis perficiendis, quàm pro ipso Mercurio in veram Lunam coagulando. Primò dissolue Lunam calcinatam in aqua dissolutiua vt prius, quo facto, coque eam in phiala cum longo collo, non obturato ori per diem solum, vsqꝫ quo consumetur ad eius tertiam partẽ aquæ, quo peracto, pone in loco frigido, & deuenient lapilli ad modũ crystalli fusibiles, & hoc est arg. reductum ad Mercurium nostrum fixum & fusibilem, de quo recipies vncias 4. de arsenico albo præparato vncias sex, & de sulfure præparato vncias duas, & misce simul bene terendo cum eo salis petræ, & ammoniaci, & pone in phiala cum longo collo per septimanam, & indurabitur vt pix: extrahe, & iterum incera tertia vice, & inuenies illud oleũ fusum infra triduum, & cum infrigidatum fuerit frange, & extrahe, & inuenies laminam fixã fluentem vt cera, & est primus gradus. Iterum appone tantum vt prius de noua materia, & iunge cum isto fermẽto, & fac vt prius, & sic tertiò & quartò. Et inuenies medicinã, cuius bonitas est magna & excellens: cadit enim super decem cuiuslibet corporis, vel ipsius Mercurij in Lunam veram. Hunc autẽ lapidem custodi, & ratiocinare per modum à nobis traditum in Summa nostra, & peruenies ad altiora. Nec enim proposuimus, cuncta in vno solo monstrare volumine, cum liber librum exponat & declaret.

De Medicina Solari tertij ordinis. *Cap.* XXII.

MEdicina verò Solaris fit ex Sole dissoluto, & præparato ad modũ Lunæ cui appone sulfuris soluti partes tres, arsenici partem vnam, vt in fine habetur, per omnia faciendo vt in Lunari capitulo, & erit medicina tingẽs omne corpus, & ipsum Mercurium in verum Solem, vel amplius, secundum modum iam tibi traditum. Lege & perlege Summã perfectionis nostram, & inueniesmodum regiminis tibi ordinatum, vt in infinitum tingas, si ingenium acutum possideas, nec discurre hinc inde in diuersis Philosophorum dictis ambiguis. Nam omnes ad vnam tendunt perfectionem, tibi à nobis sufficienter traditã. Experiri poteris, si tantum valeas, sin autem, recede, quia damnum incurres, & inanitionem.

De Aquis solutiuis, & oleis inceratiuis. *Cap.* XXIII.

FIli doctrinæ perquire experimenta, nec desine, quia fructũ in eis inueniesmillecuplum, quia tibi soli hunc librum scripsi, quem complere volo cum aliquibus aquis & oleis, in nostro magisterio multum necessarijs: cum ijssigillabimus librum nostrum de perfectionis inuentione: Et primò cum aqua nostra dissolutiua, de qua mentionem fecimus in Summa nostra, cum loquuti fuimus de Dissolutione cum aquarum acumine. Primò sume libram vnã de vitriolo de Cypro, & lib. semis salis petræ, & vnam quartam aluminis lameni, extrahe aquam cum rubigine alembici: nam dissolutiua est multum, & vtere ea in capitulis prælibatis: fit autem multò acutior, si cum ea dissolueris quartã salis ammoniaci, quia soluit Solem, sulfur & argentum. Aqua alia philosophica nostra inceratiua. Sume oleum distillatum ab ouorum albuminibus, tere cum medietate salis petræ, & ammoniaci, ana, & fit optimè, vel cum sale alckali misce, & distilla vt prius, & inquantum hoc plus reiteraueris, tanto melius incerat: aut cum oleo tartarino, coniunge oleum prædictum, & distilla oleum inceratiuum album. Oleum inceratiuum rubeum. Sume oleum vitellorum, seu capillorum humanorum, cui adiunge tantum salis ammoniaci, & iterum distilla, & hoc ter, & erit oleum rubicundissimum inceratiuum. Oleum viridis æris fit, cum viride æris dissoluitur in aqua salis ammoniaci, & cum illo congelato admisce oleum vitellorum, & distilla, & hoc ter renouando, & habebis oleum viridis æris ad incerandum aptum & vtile. Oleum fellis fit, extrahendo à felle oleum, vt à capillis humanis, per omnia faciendo vt in alijs. Et non dico, quòd ista dent humiditatem radicalem mineralem, vt probauimus in sulfure & arsenico, sed saluant tincturam à combustione, donec ingrediatur, & postea fugiunt in expressione ignis, vt à nobis alibi narratum est. Quicunque artifex secundum dicta nostra, in hoc libro nostro tradita, perfectè & studiosè fuerit operatus, inueniet post complementum operis sui, nos verum inuestigasse, & in hoc liber noster terminatur, qui de Inuentione veritatis seu perfectionis intitulatur.

GEBE-

FINIS.

GEBERI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVMQVE NATVRALIVM PERITISSIMI, LIBER FORNACVM AD EXERCENDAM χημείαν pertinentium, interprete RODOGERO HISPALENSI.

Præfatio, diuidens librum in tres partes. Cap. I.

CONSIDERAVIMVS consideratione non fantastica, nos totam artē tradidisse in voluminibus nostris. Sed ne ob inuidiā mordeamur, hunc librū Fornacum præscripsimus, in quo tractabimus practicam manualem, tam in spirituum, quam corporum prēparationibus, vt artifices leuius contingere valeāt ad operis complementum. Cùm ergo vltima consideratio in rerum cognitione magis propinquarū consistat, & in modo operandi, & resà rebus regimine ignis extrahi possunt: Et quum ad hanc rem peruenire non possumus, nisi separando superflua à contento desiderato, scilicet sulfuris combustibilitates & terreitates corpus quodlibet infœdātes: Hinc est quòd primò singulos operandi modos tractabimus, vtpote, qualis furnus cum suis instrumentis spectet ad quamlibet rem præparandam, vsque ad operis complementum cum regimine ignis illi appropriato, & qualia vasa pertineant ad propositum, vt artifex perficere possit suam operationem. Secundò quæ res prēparandæ sunt, vt ex simplicibus seu commistis verū Solem vel Lunam generare valeat cum splendore. Tertiò narrabimus illa quæ perfici possunt cum alteratiuis, & quæ naturaliter alterantur cum complemēto totali: Et modum permiscendi cum proportione debita, & cum medicinis longo tempore ad hæc proparatis. In fine autem pertractabimus recapitulationem omnium experimentorum nostrorum, cum quibus peruenimus ad notitiam veritatis huius.

PRIMA PARS HVIVS LIBRI de modis operandi.

De Furno calcinatorio. Cap. II.

FIat Furnus calcinatorius quadratus in longitudine quatuor pedum, in latitudine trium pedum, & sit spissitudo parietum dimidij pedis in hunc modum. Ponantur ergo Luna, Venus, Mars, vel aliæ res calcinandæ in patellis terreis de fortissimo luto, de quo crucibula fiunt, vt possint in ignis asperitate stare, vsque ad calcinandi totalem combustionem. Calcinatio thesaurus rei est, nec te tædeat calcinationis. Studeas autem in nostris voluminibus quæ diximus. Per calcinationem mundificantur corpora imperfecta, & per reductionem calcinati in solidā massam. Et tunc proijciatur medicina nostra super ea, & gaude.

De Furno sublimatorio. Cap. III.

FIat Furnus sublimatorius, videlicet per modum in Summa nostra de spirituum Sublimatione prius traditum completè secundum hanc formam.

In sublimatione sulfuris debet cooperculū sublimatorij facere cum magno libero cō cauo cannali interius ad modum alembici sine naso. Nam aliter descenderet totum sublimatum ad fundum vasis præ nimio calore. Nam in fine sublimationis non ascendit sulfur, nisi cum expressione, vsq; ad ignitionem

aludelis, & nisi sublimatum in cannali retineretur superius cùm leuiter fundatur, descenderet iterum per uasis latera, vsque ad fundũ, & sic nihil inueniretur sublimatum, vt notum est expertis.

De Furno distillatorio. Cap. IIII.

FVrnus distillatorius est idem cum furno sublimatorio. Ignis autẽ administrandus est secundum exigentiam rei distillandæ. Modum autem sufficienter descripsimus distillatorium tam mineralium, quàm vegetabilium, in Summa nostra perfectionis.

De Furno descensorio. Cap. V.

FVrnus autem descensorius fit in hunc modum. Et est apud nos inter fusores cineritiorum & cementorum mirabiliter vsitatus. Reducunt autẽ omnia corpora calcinata, combusta, soluta, & coagulata per hunc furnum in solidam massam: Imò cineritia & cementa, & testę seu crucibula, in quibus sæpius fusum est argentum ad recuperationem illius metalli imbibiti.

De Furno fusorio. Cap. VI.

FVrnus fusorius, in quo omnia corpora leuiter fundũtur per se, & est furnus iste multũ vsitatus inter fusores monetarios, necnõ & aurichalcũ in his furnis funditur & tingitur cum tutia vel calamina, vt notũ est expertis.

De Furno solutorio. Cap. VII.

FVrnus dissolutorius fit cum cacabo aquæ pleno cum instrumentis ferreis in quibus artificio sẽ tenentur alia instrumenta, ne cadant, in quibus fit omnis dissolutio, & hæc est forma furni & vasorum.

De Furno fixatorio uel Athannor. Cap. VIII.

FIat Furnus fixatorius ad modum furni calcinationis, & sit patella profunda terrea plena cineribus cribellatis. Sit autem vas ~~eum materia fixanda bene~~ sigillatum ~~in medio cinerum~~ situata, sic quòd spissitudo cinerum subtus & superius & in circuitu sit ad spissitudinem quatuor digitorũ, vel secundũ illud quod fixare desideras: Quia maior ignis requiritur in vno q̃in alio fixãdo. Per hunc furnum & per hanc viã peruenerunt antiqui Philosophi ad opus magisterij, quod notum est verè philosophantibus, quod per nos est satis monstratũ sufficienter in libris nostris, illis qui fuerint veritatis inuestigatores. Et hæc est figura Athannor. Qui verò in huiusmodi potest magis ingeniari, non excuset se ab hoc per nostram traditionem.

SECVNDA PARS DE REBVS FRAEPARANDIS.

De Præparationibus spirituum mediorum mineralium & aluminum. Cap. IX.

IN hoc capitulo dicam præparationes spirituum, & primò Mercurij. Si autẽ perfectè desideras eum sublimare, ad libram eius pone salis cõmunis lib. duas & semis, & salis petræ libram semis, mortifica totum, simul terendo cum aceto, quousq; nõ appareat in eo de viuo aliquid, & sublima vt scis, quia vtile. Sublimatur autẽ Mercurius rubeus, scilicet libra vna eius, ab vna libra salis petræ & lib. vna vitrioli, cum quibus optimè teritur & sublimatur rubeus & splendidus. Sublimatur autẽ arsenicum, scilicet libra vna, à libra vna limaturæ Veneris, & salis cõmunis libra semis, aluminis calcinati quarta libræ vnius. Mortificentur cum aceto super ignẽ mouendo, quousq; totum denigretur, & iterum imbibe, desicca mouendo, & hoc ter: sublima azymũ, & vtile. Sulfur autem decoctum in lixiuio & exiccatum, sublimatur cum eisdem fæcibus, sicut arsenicũ excepto quòd loco limaturæ Veneris ponitur limatura Martis, vel batitura squamæ eius, in vase prædicto. Sal autẽ ammoniacum à sale cõmuni sublimat æquis ponderibus impositis. Tutia verò & Marchasita, atq; corpora imperfecta su-

cta sublimantur, vt narratum est in Summa nostræ perfectionis. Sales verò & alumina præparantur, & bauratia, & vitriola, vt in libro nostrę Inuestigationis sufficienter scripsimus.

De Calcinatione Iouis. *Cap.* X.

IVpiter specialiter calcinatur sic: Sit testa magna super furnum situata, & stãno impositò cum tantundem salis communis præparati, & aluminis rochæ calcinati. Moueas semper cum spatula ferrea perforata, quovsqꝫ totum fuerit incineratum. Cribra & pone in igne, & sit semper ignitum, quovsqꝫ optimè dealbetur, & serua.

De Calcinatione Saturni. *Cap.* XI.

SAturnus eodem modo calcinatur vt Iupiter, sed calx eius rubificatur vt minium, quam serua.

De Calcinatione Veneris. *Cap.* XII.

VEnus sic calcinatur: Ponitur in furno calcinationis prædicto, vel in sua limatura, vel per se, vel cum arsenico puluerizato, vel cum sulfure, inungẽdo cum oleo communi, & sic calcinatur per tres vel quatuor dies igne fortissimo. Calcinatum percute, vt cadat à tabulis, residuum calcina, calcinatũ & tritum recalcina, quovsqꝫ optimè rubificetur, & serua.

De Calcinatione Martis. *Cap.* XIII.

Mars quidẽ calcinatur per eius limaturã in prædicto furno, quovsqꝫ optimè rubificatus fuerit vt puluis impalpabilis sine tactu. Et dicitur crocus Martis.

De Calcinatione mediorum mineralium. *Cap.* XIIII.

OMnia atramenta, sales, alumina, & tutiæ genera cum tartaro, & alijs diuersis calcinantur in furno dicto Calcinatorio, cum igne mediocri, vel forti secundum exigentiam rei calcinandæ, vt patet in lib. de Inuestig. perfecti magisterij, sed omnia corpora calcinantur, vt in Testamẽto nostro.

De Ablutionibus calcium corporum combustorum. *Cap.* XV.

ABlutio omnium corporum combustorũ & calcinatorum sic fit: Habeas primò vas terreũ vitreatum, magnũ, impletũ aqua dulci calida. Cum qua ablue calcem quamcunqꝫ corporis calcinati, fricando sæpius, vt totũ sal, & alumen dissoluatur, tunc cùm residentiam fecerit, euacua aquam cautè, ne aliquid de corpore exeat lotionem. Calcinatum iterum impone in aquam calidam, & reitera vt prius, quovsqꝫ bene & perfectè ablutum fuerit, & serua.

De Incerationibus calcium ablutorum. *Cap.* XVI.

INcerationes calcium ablutorum fiunt sic: Calcem ablutam desicca, post dissolue in aceti distillati libris duabus, salis cõmunis, aluminis glaciei, salis gẽmæ, ana, vncias duas, & quatuor libras calcis ablutæ prædictæ, desiccatæ imbibe, quovsqꝫ totam imbiberit aquam prædictam, desicca, & serua.

De Reductione calcium in solidam massam. *Cap.* XVII.

REductio illius calcis ablutæ & inceratę sic fit: Calcem inceratam ablue cũ vrina distillata, quovsqꝫ extraxeris sales, & alumina cum spurcitia corporis calcinati, qua desiccata, ipsam imbibe cum oleo tartari, in quo dissolue ad libram vnam olei, vncias duas salis ammoniaci, & vnciam vnã salis petrę Sint autẽ calcis libræ quatuor, & talis imbibitio fiat per vices desiccando & imbibendo, & desicca, & descende in descensorio magno, & reduc in solidã massam, corpus purgatũ, à sulfureitate cõbustibili, virtute ignis calcinãtis: & à terreitreitate fœtida, virtute salium, quæ in reductione secum retinent terræ fęculentiã, corpore purificato ab immundicijs accidẽtalibus, quæ ei superuenerũt in minera sua. Quòd autẽ in radice suæ generationis ei innatũ fuerat spurcitiæ palliari poterit cum medicina, cuius maior pars arg. viu. substantiam in se contineat, vt à nobis monstratum est sæpius in Summa nostra, ad artis exigentiã.

De Solutionibus corporum præparatorum, & de eorum coniunctionibus certis, cum proportione certa, ut meliora appareant cum fulgore, post eorum reductiones. Cap. XVIII.

CVm dupliciter corpora ad perfectionem reducãtur, aut per præparationis modum, & cõmistione perfectorum cum imperfectis, aut per medicinam ad hoc pręparatam: Hîc verò narrabimus, quare perfectũ imperfectum perficit. Et etiam imperfectum ad perfectum reducitur cum præparationibus à nobis generaliter demonstratis: & has præparationes in hoc capítulo specialius tractare proponimus sufficiẽter. In primis narramus, quòd corpus, vt prædictum est, mundatum per calcinationis & reductionis modũ, vel limari oportet, vel in granulas diuidi, vt notum est: Quoniam post fusionem proijcitur super tabulam minutè perforatam super aquam frigidam, dictam aquam fortiter mouendo. Et iste est modus noster. Hanc granulaturam dissolue in aqua dissolutiua nostra, quæ fit ex sale petræ & vitriolo quãtum eius medium, vel limaturam eius dissolue in aquam limpidam, appone fermenti præparati tertiam eius partem, extrahe aquam & redde, & hoc septies. Et postquã reductum est in corpus, affina per suum examen, & gaudebis de hoc quod generasti. Et quia pertractauimus de corporum imperfectorum administratione perfecta, nunc speciales regulas de quolibet corpore dabimus, veriores & certas. Primò de Ioue incipientes dicimus: Postquam præparaueris Iouem & reduxeris eum, dissolue illum in aquarum acumine, quo dissoluto, vt prædiximus, ad eius nouem partes, adiunge de talck calcinato & soluto, partem vnã, aquas claras commiscendo. Hoc autem rectifica, aquam per alembicũ septies, extrahendo & reddendo. Et cùm vltimò rectificatum fuerit, da ei de aqua salis petræ imbibendo & desiccando, & reduc in corpus mundum, ignitionem & cineritium expectans. Si enim arg. viu. præcipitatum & dissolutum, cum Luna dissoluta coniũxeris, & Iouí dissoluto, vt diximus, appoſueris, inuenies post reductionem corpus nobile pertractatum, sub proportione prenominata. Saturni autem regimen, completur eo præparato & dissoluto, cum tertia eius fermenti rubei dissoluti, quibus vt prius præparatis, corpus quidem pulchrum te inuenisse lætaberis. Veneris quidem regimen specialius pertractantes, narrauimus quòd eam præparatam & dissolutam rectificabis septies vel pluries, aquam ab ea distillando & reddendo. Qua coagulata, fac inde viride nobilissimum cum sale ammoniaco in aceto distillato. Illud autem viride in vase Martis rubifica & dissolue iterum, cui adiunge Lunæ præparatæ & dissolutæ tertiam partem eius, fermenti aquam post extrahendo & reddendo septies, hoc autem reduc in corpus & gaudebis. Martis autem regimen est, vt Veneris, sed propter eius maximam fœditatem nihil boni in eo expectabis. Lunę verò regimen est, quòd eam dissoluas & coagules septies, vel ad minus quater. Et ad eam dissolutam, adiunge aquas fixas rubificãtes, quas narrauimus, & inuenies corpus aptum solare, quia cum Sole conuenit, & remanet cum eo quietè. Et sit tuum adiutoriũ Venus optimè purgata & dissoluta, cum ab ea extrahatur sulfur mundissimum, tingens & fixum. Et dico tibi quòd Mercurius purificatus, & fixus, habet palliare fœditatem corporum imperfectorum: fixum verò sulfur extractum à corporibus purum, colorare cum splẽdore. Et ex hoc magnũ secretum tibi elicias, quòd ipse Mercurius atq; Sulfur extrahi possunt, tã à perfectis, quàm imperfectis corporibus debitè præparatis. Sunt enim ad hoc adminicula, spiritus purificati & media mineralia, vt opus ad perfectionem reducatur congruè, necnon & peculiosè multum.

TER-

De Modo perficiendi tertij ordinis. Cap. XIX.

CVm autem sufficienter pertractauimus omnes modos imperfectorum corporum cadentes in secundo ordine, nunc ad tertij ordinis metas est transeundum. Quæ autē sint medicinæ, & quales secundi & tertij ordinis, sufficienter demonstratum est in libro nostro Perfecti magisterij, vbi demonstrauimus demonstratione competenti & vera, lapidem nostrum de Argenti viui substantia esse procreandum, & hoc sufficienter, vt theoricus speculatiuus. Hìc verò practicam manifestè referabimus enod ☿ am, & est, vt studeas Lunam vel Solem resoluere in aquam suam siccam, quam vulgus Mercurium vocat: Et hoc, vt duodenaria proportio contineat partem solam corporis perfecti. Nam si cum igne lento, hæc bene rexeris, inuenies per quadraginta dies corpus illud in meram aquam conuersum. Sginumq; suæ perfectæ dissolutionis est nigredo desuper apparens. Si verò vtrunq; opus albū & rubeū, perficere conaris, vtrunq; fermentum per se modo iam dicto dissolue & serua Et est nostrum Arg. viuū de arg. viuo extractum, quod volumus pro fermento. Pastam verò fermentandam extrahimus more solito ex imperfectis corporibus. Et ex hoc tibi tradimus regulam generalem, quòd pasta alba extrahitur de Ioue & Saturno: pasta verò rubea ex Venere & Saturno. Est autē vt in fermento corpus quodlibet per se dissoluendum.

De Regimine Iouis & Saturni. Cap. XX.

ET quia in hoc capitulo demōstrabimus regimen Iouis & Saturni: Primò innuimus quòd hoc caput est ad album, & est modus talis: Accipe lib. 1. Iouis mundissimi, & funde, quo fuso impone duodecim libras Mercurij bene mundati, mouendo totum vt cōmisceatur, quod pone in phialā cum collo vnius pedis, in furno Athannor: Et aliam phialam Saturni sic præparati, & subijce ignem lentum per septimanam. Et habebis pastam dissolutam, aptam ad fermentandum à fermento albo, secundum proportionem, quā monstrabimus ad præsens. Sint pastæ Iouialis quatuor partes, Saturni tres, fermenti albi pars vna. Ista dissoluta, vt diximus, misceantur per minima, & ponantur in putrefactione, in modū dissolutionis nostræ ignis mediocris per septē dies, quibus extractis & bene mistis, per pannum liquidiora exprime, quod verò remāsit spissum, in Chemia bene sigillatum, pone in Athannor, sicut prius, per tempus prædictum, & sic ter, quousq; biberit totam aquam suam. Tunc pone in Chemiam in furno fixationis per duodecim dies, tunc extrahe, & reduc cū reducētibus. Et illud inuenies, quod antecessores nostri maximo studio inuenerunt, generans generatum. Idem autē in cinerītio cum plumbo affina: Et inuenies corpus albedine perfectum, generans perpetuosum simile. Cuius expositionem vnà cum cæteris meis antecessoribus, cum eo quod scripsimus, successoribus relinquo.

De Regimine Veneris & Saturni. Cap. XXI.

SInt pastæ Veneris libræ tres, Saturni libræ duæ, fermenti libra vna, his optimè dissolutis, fiat cōmistio per minima, quā serua calore, vt in albo dictū est, extrahe aquā, & quod in panno remansit, pone in Chemiā optimè sigillatam per tres septimanas. Extrahe reddendo sibi tertiam partē aquæ suę reseruatæ, & coque vt in capit. præcedenti. Et sic ter. Cùm autē biberit totā aquā suam, pone in orobo ad figendum. Et cum fixum fuerit, reduc cum reducentibus corpus paratum ad augmentandum & tingendum.

De Regimine Martis. Cap. XXII.

CVm Martis solutio nimium inueniatur difficilis, propter quã, plures modos, & diuersa etiã alia experimenta per nos facta, in fine huius libri pertractabimus. Sint ergo Martis pastæ libræ duæ, Veneris libræ quatuor, Saturni lib. 4. misceantur sine fermento, & coque per septem dies, & inuenies totum siccum. fige, & pone cum medietate eius lithargyrij triti, & commisti simul in reductorio, & inuenies corpus minerale, & multum vtile, si ea sapias, quæ pertractauimus sæpe.

De Regimine Lunæ. Cap. XXIII.

REgimen Lunæ est, vt reducatur de minera sua ad nobilius, & hoc vt dissoluas eam: de qua accipe lib. 3. Veneris dissolutæ lib. 4. fermenti dissoluti lib. 1. coniunge aquas, coque per septem dies cum lento igne, in orobo clauso, vt in Marte, cum tota aqua sua, deinde fortifica ignẽ paulatim per alios septem dies, & sit quasi sublimationis. Sed per alios septem dies da illi parum fortiorem ignem, vt figatur tota aqua cum eo, quem puluerẽ in pauca quantitate reduc: & si retinuerit secum partẽ Mercurij, (quod leuiter scire poteris, si calcinare sciueris) bene quidem: si verò non, iterum ad figendũ impone, quousq; sufficiat: hoc autem reduc cum reducẽtibus rubeis: Et Lunam coloratam, transmutatam, & fixam inuenies, quam honora. Nam si bene studueris in nostris voluminibus, inuenies per considerationem nostrã, super quæ actionem suam fundare debeat verus inquisitor.

De Regimine Mercurij. Cap. XXIIII.

REgimen Mercurij fit duobus modis. Primò ipsum bene lotum & purificatum, amalgamabis cum nostra subscripta proportione certa. Secũdus modus est, vt ipsum distilles, & inde aquam vitæ facias. Quantũ ad primum modum, hæc est proportio. Sint Mercurij vnciæ 48. Solis vncia vna, Lunæ vncia vna, Veneris vncia vna, Saturni vnc. vna. Funde hæc corpora, primò Venerem, & Lunam, secundò Solem, tertiò Saturnum. Extrahe ab igne, & sit in magno crucibulo, habeasq; dictum Mercurium bene calefactum in alio & cùm indurare cœperit, infunde paulatim Mercurium, mouendo cum baculo, & reimponẽdo super ignem, & mouendo, quousq; bene fuerit amalgamatum cum Mercurio toto. Pone ad dissoluendum per septem dies, extrahe aquã cum panno, residuum facvolatile, supponendo ignem ignitionis. Istud iterum imbibe cum aqua sua tota, & pone ad generandum, iterum ad desiccandũ per quadraginta dies, & inuenies lapidem, quem pone ad figendum, & habebis lapidem augmentabilem, vsq; in infinitum. Custodi ergo hunc librum à filio tuo quia iste exponit cuncta, quæ scripsimus in diuersis libris nostris.

De Fermento Lunæ ad azymum. Cap. XXV.

FErmẽtum Lunæ ad azymum fit, cùm Luna dissoluta fuerit, in aqua sua corrosiua. Et si hanc aquam decoxeris ad tertiam, & in aere posueris per se in balneo, vel in fimo per aliquot dies, erit oleum Lunæ, & ipsum fermentum quod serua ad album.

De Fermento Solis ad rubeum. Cap. XXVI.

FErmentum Solis fit, cùm Sol dissolutus fuerit in aqua sua, & decoctus, atq; præparatus secundum capitulum prædictum fermenti Lunæ: erit fermentum Solis ad rubeum, quod serua.

De Fermento fermenti tam albi, quàm rubei, super Mercurium. Cap. XXVII.

COmpositio medicinæ nostræ, quæ dicitur Fermentũ fermenti super Mercurium, fit per hunc modũ ad albũ: Accipe fermentũ Lunæ, quod est eius oleum

oleum. & appone duplum eius arsenici sublimati, & in aqua dissoluti, quibus appone Mercurij dissoluti quantum arsenici, commisce aquas, eásque pone super ignem per diem ad incorporandum. Deinde extrahe aquam per alembicum, & redde. Et hoc quindecies sic incerando, & erit currens, vt cera fusibilis. Tunc appone tantum ceræ virgineæ fusæ, & commisce, & proijce super Mercurium lotum, secundum quod tibi videbitur expedire. Nam illud resolutum augmentatur in virtute & pondere. Si autem ad rubeum sit hoc fermentum fermenti, dissolue Solem in aqua sua (compositiones autem omnes aquarum illarum, & aliarum rerum, sufficienter sunt traditę in libro nostro, de Perfectionis inuentione, & dissoluendi modus, quare hîc omisimus) quo Sole dissoluto ad partem eius appone duas partes Sulfuris dissoluti in eadem aqua simul, & tres partes Mercurij dissoluti. Sintque omnia ista veraciter dissoluta in aquam clarissimam, quibus mistis coque per diem, vt fermententur, deinde extrahe aquam, quindecies semper reddendo, incera cum cera crocea virginea, id est oleo sanguinis, vel oleo ouorum, ad medium, proijce super Mercurium crudum, secundum quod videbitur tibi expedire. Scias vtiq; si hanc medicinam perfeceris, secundum modum tibi traditum in tertio ordine Summæ nostræ de Medicina Mercurij congelatiua, inuenies per reiterationem operis, & per subtiliationem eius, quòd vna pars tingit Mercurij infinitas partes, in Solem altissimum nobiliorem omni Soli naturali.

Recapitulatio experimentorum authoris. Cap. XVIII.

CVm intendamus in hoc nostro volumine declarare cuncta dubia, quæ accidere possunt cuilibet artifici, concludam librum meum, cum omnibus veris experimẽtis per me probatis, & expertis. Et per has operationes veras percipere poterit inuestigator nouus, veritatẽ seu falsitatẽ receptorum diuersorum sophisticorũ, ne tempus suum exponat viliter, & bona similiter, in falsificorũ receptionibus. Et primò de spiritibus solis postea de alijs cõsequenter modis suis, tam de corporibus quàm de spiritibus. Sed istud capitulum diuisum est in duo. Primò narramus experientiam antiquorum per nos expertam: Secundò rectificationes eorum omnium. Sed ad ea quæ sunt albedinis, est prius insistendum, pro vt nos incepimus. Bona dealbatio. Recipe Realgaris vnciam vnam, Argenti viui sublimati vncias tres & semis, Tartari calcinati vnciam vnam, tere & incorpora, & pone in phialam cum longo collo vnius pedis, sic quòd duo digiti intrare possint, & sit lutata, & pone super ignem coopertam cum panno. Fac primò ignem lentum per quartam horæ, deinde subtus & in circuitu, augmenta ignem, quousque furnus vlterius ardescat cum ignitione, infrigidatum frange, & quod metallinum inueneris, extrahe & collige magnam copiam: Quia iam dicam tibi modum, qualiter hæc medicina rectificetur vtiliter. Dealbatio artificiosa. Super Tutiam sublimato vnam partem Mercurij sublimati, & duas partes Arsenici sublimati quousq; habuerit ingressum. Hoc Venerem dealbat clarè, & speciosè multum. Item alia. Cum lithargyrio dissoluto imbibe Mercurij sublimati partes tres, Arsenici sublimati partes duas, quousque fiant octo pondera. Cui adiunge Arsenici sublimati alia octo: tere simul, & funde cum oleo Tartari & dealbabis Venerem præparatam ad libitum. Item alia. Arsenicum metallinum cum tantundem calcis Lunæ, tere, & imbibe cum aqua salis ammoniaci, & desicca, & tere & post dissolue salẽ Tartari in aqua salis petrę, cũ quo oleo imbibe medicinam, desicca eam ter incerando, & desiccando, & gaudebis de hoc, quod nunc narrauimus. Item alia nostra. Iouem calcinatum, ablutum, & desiccatum, toties imbibe cum Arsenico metallino, cum medietate eius Mercurij subli-

mati, quòusque fundatur, & intret Venerem: nam ipsam dealbat splendidè, prę paratam. Item. Super Tutiam calcinatam, dissolutam, & coagulatam, sublima Arsenicum sublimatum album, sic quod Arsenici sint tres partes, Tutiæ verò vna, reiterando sublimationem super ipsum quater: nam habet ingressum cũ illis: adiunge Mercurij sublimati medietatem totius, terendo & incerando qua ter cum aqua salis ammoniaci, petræ & tartari, ana, cum quo coagulato ce menta lamínas Veneris præparatas, & funde, & erit res valde pulchra. Item alia. Venerem calcinatam & inceratam tere, cui adiunge Arsenici sublimati, & dimidiam partem Mercurij sublimati: quibus bene tritis, & mistis, adiunge pa rum de aqua Ammoniaci, incerando super marmore, post desicca & sublima. Sublimatum redde fæcibus iterum imbibendo. Et sic ter, in quarta vice imbi be cum aqua petræ, & sublima id, quod sublimari patitur, reitera, donec fusum maneat in fundo, illud autem in cupro præparato, resplendebit cum nitore. Item. Super calcem Veneris præparatam, toties sublima Arsenicum sublima tum, quoad aliqua pars Arsenici remaneat cum eo, in asperitate ignis. Illud au tem imbibitum cum aqua petræ, & vltimò inceratum cum aqua Lunæ & Mer curij præcipitati, in fine cum oleo tartari rectificati, quousque fluat, Martem dealbat mirificè, et intrat secundum ordinem, si sagaciter ambulaueris in con uallibus huius artis. Dixi nanque alibi, quòd si Mercurij vbiq; præcipitati ob tineat in commisto, splendidius ambulabis, præcipuè si fermentum album dissolutum, cum Mercurio dissoluto, post aliqualem eius fixionem, adiũctum fuerit per medium inceration is, inuenies te iuxta viam ambulasse. Et quia pro bauimus Iouem qualitercunque præparatum, in toto primo ordine totaliter inutilem, qualecunq; sibi magisterium superuenerit, etiam Saturnum & Mar tem: propter hoc in Summa nostra, dedimus eum medicinæ tertij ordinis sub seruiturum, quia excellentissimè ibi decoratur, vt sępius est probatum in Sum ma perfectionis nostræ, & iam infinitos modos de facto probauimus, & sciui mus. Aptiora tamen descripsimus de ipsius Veneris dealbatione.

Ludi Mercuriales. Cap. XXIX.

NVnc autem incipiam de Ludis Mercurialibus. Fac cementum de lithar gyrio argenteo, & sale alkali de zoza, hoc pone in crusibulo ad spissitudi nem digiti, ibidem pone globum amalgamationis Mercurij & Lunæ, superpone residuum cementi, vt sit globus in medio cementi. Desicca, luta, & pone in lento igne per medium diem, paulatim ignem vigorando, sicq; de vespere, vsq; ad crepusculum calere incipiat, cum modica ignitione extrahe, & in cineritio affina, & erit Luna in pondere, & surditate, & fixione multum melior. Item. Lunam amalgama cum Mercurio, cui adiunge tantum Saturni, quantum est Lunæ. pone in crusibulo alio, sic, quòd tres quartæ sint vacuæ, superpone oleum sulfuris, & coque vsq; ad olei consumptionem: post tene per duas horas in igne mediocri, & generabitur ibi lapis niger cum paruo rubore, hunc lapidem fac transire per cineritium, & Lunam inuenies augmentatam in pondere, surditate & fixione. Item aliud præmeditandum. Lunam amalgama tam cum Mercurio tere cum duplo eius arsenici metallini: cui adiunge Vene ris amalgamatæ proportionem decuplam, Lunæ scilicet & arsenici: tere to tum, & fige, & reduc in corpus, & bene tibi erit.

Citrinatio Lunæ. Cap. XXX.

POstquàm duximus in cognitionem illorum albantium cum magisterio: Nunc ad citrinationem Lunæ accedamus, specialius quàm in Summa no stra. Zyniar nostrum Philosophicum ex Venere præparata deductum,

dissolue

aqua dissolutionis Lunę, cui adiunge medium eius Mercurij rubificati per sublimationem, & aliqualiter fixati & dissoluti, Lunæ autem dissolutæ quantum ipsum zyniar appone, quibus fermentatis per diem, extrahe aquam per distillationem & redde, & hoc decies. In fine coagula & reduc in corpus, & gaudebis ab inuento. Aliter. Solue ipsum zyniar & crocum nostrum præparatum cum Mercurij sublimatione, quousque rubescat, adiunge tantum salis ammoniaci, & sublima ter ab illo croco, quod dissolue. Sint autem crocus & zyniar ana, cui adiunge tantum de Luna dissoluta, quantum de duobus: fac vt in præcedenti incerando, & reduc, quia leue. Item. Alium modum tibi tradimus læuiorem. Recipe croci & zyniar dissolutorum ana, adiunge tantum auri dissoluti, incera vt prius. In fine congela, & da illi quartam eius de oleo salis petræ, & proijce tantum Lunæ, & erit tinctura cum citrinali aspectu. Aliter autem & optimè. Fac aquam de zyniar nostro, & de illo croco nostro, & imbibe calcem Solis & Lunæ ana, quousque biberint eorum pondus. In fine incera cum oleo ammoniaci & petræ, & reduc in corpus nobile. Item. Sublima ammoniacum à viridi nostro, cui tunc adiunge crocum & zyniar, ex quibus bene commistis, sublima bis vel ter, ammoniacum extractum de prædicto, & in fine dissolue totum, cui adiunge tertiam auri dissoluti, incera vt prius, & congela: Et proijce supra Solem & Lunam, ita quòd Lunæ sint duæ partes, Solis autem vna, & erit bonum.

Finis libri Fornacum.

DOCTISSIMI VIRI ROGERII BACHONIS DE ALCHEMIA LIBELLVS CVI *titulum fecit, Speculum Alchemiæ.*

PRAEFATIO.

MVLTIFARIAM, multisq; modis loquebantur olim Philosophi per sua scripta, quum velut in ænigmate, & quasi nebulosa voce scientiã quandam præ cæteris nobilem, nobis penitus obumbratam reliquerunt, & sub desperationis velo negatam omnino, & hoc non sine causa. Quare ego præcipio, vt præ omnibus aliorum scriptis, super ista septem capitula, transformationem metallorum in se continentia, mentem tuam firmiter fundes, & eorum principium, medium, & finem sæpius in corde reuoluas, & subtilitatem talem in eis inuenies, qua adimplebitur animus tuus.

De diffinitionibus Alchemiæ. Cap. I.

IN pluribus Antiquorum codicibus plures inueniuntur istius artis diffinitiones, quarum intentiones nos in hoc capitulo considerare oportet. Nam Hermes de hac scientia dicit: Alchemia, est scientia corporea, ex vno & per vnum simpliciter composita, preciosiora adinuicem per cognitionem & effectum coniungens, & eadem naturali commistione in genus melioris conuertens. Alius quidam dicit: Alchemia, est scientia docens transformare omne genus metalli in alterum: Et hoc per medicinam propriam, sicut patet in multis Philosophorum libris. Quare Alchemia, est scientia docens facere, & generare quandam medicinam, quæ Elixir nuncupatur, quæ quando proijcitur super metalla, seu corpora imperfecta, perficit ipsa completè in momento proiectionis.

De Principijs naturalibus, & procreationibus mineralium. Cap. II.

SEcundò principia naturalia, & procreationes mineralium perfectè declarabo. Vnde primò notandum est, quòd principia mineralia in mineris sunt Argentum viuum & Sulfur. Ex istis procreantur cuncta metalla, & omnia mineralia, quorum multæ sunt species, & diuersæ. Sed dico quòd natura semper proposuit, & contendit ad perfectionem auri. Sed accidentia diuersa superuenientia transformat metalla, sicut in multis inuenitur Philosophorum libris satis apertè. Nam secundum puritatem & impuritatem prædictorum duorum, scilicet Argenti viui, & Sulfuris, pura & impura metalla generantur, videlicet: Aurum, argentum, stannum, plumbum, cuprum, ferrum. De quorum natura, videlicet puritate & impuritate vel immunda superfluitate, & defectu, talia accipe vera. De natura Auri. Aurum quidem est corpus perfectum, ex Argento puro, fixo, claro, rubeo, & ex Sulfure mundo, fixo, rubeo, non adurente generatum, & nullum habet defectum. De natura Argenti. Argentum est corpus mundum, purum, ferè perfectum, ex Argento viuo puro, ferè fixo, claro, & albo, & de tali Sulfure procreatum, & deficit ei pauca fixatio, & color cum pondere. De natura Stanni. Stannum est corpus mundum imperfectum, ex Argento viuo puro, fixo, & non fixo, claro, albo in suo manifesto, & rubeo in suo occulto, & de tali sulfure procreatum, & deficit ei sola decoctio siue digestio. De natura Plumbi. Plumbum est corpus immundum & imperfectum, ex Argento viuo impuro, non fixo, terreo, fæculento, aliquantulum albo in manifesto, & rubeo in occulto, & ex tali Sulfure adustibili ex aliqua parte procreatum, & deficit ei puritas, fixatio, cum colore & ignitione. De natura Cupri. Cuprum est corpus immundum & imperfectum, ex Argento viuo, impuro, non fixo, terrestri, adurente, rubeo non claro, & ex tali sulfure generatum: & deficit ei fixatio, & puritas cum pondere, habetq; nimis de colore impuro, & terrestreitate non adurente. De natura Ferri. Ferrum est corpus immundum & imperfectum, ex Argento viuo impuro, nimis fixo, terrestri adurente, albo & rubeo, non claro, & ex tali Sulfure generatum, & deficit ei fusio, puritas & pondus, & nimis habet de sulfure fixo immundo, & terrestreitate adurente. Hæc ergo iam dicta Alchemista quilibet notare debet.

Ex quibus propinquius materia Elixiris sit elicienda. Cap. III.

IN iam dictis, sufficienter determinata est procreatio, tam perfectorũ quàm imperfectorum metallorum. Nunc ad materiam imperfectam perficiendam eligendamq; redeamus. Cum ex capitulis præcedentibus satis notum sit, quòd ex Argento viuo & Sulfure cuncta procreentur metalla, & quomodo ipsorum impuritas immunditiáque corrumpit, & cum nulla res metallis adhiberi debeat, quæ non ex ipsis sit composita seu orta, satis nobis apertè relinquitur, quòd nulla res extranea, quæ ex his duobus non sumpsit originem, potens est & sufficiens ipsa perficere, vel eorum transmutationem facere nouam. Quare admirandum est, quòd aliquis prudens suam fundat intentionem super animalia, siue vegetabilia, quæ valde sunt remota, cum inueniantur mineralia satis propinqua. Nec credendũ est omnino, quòd aliquis Philosophorũ, posuerit artem in prædictis remotis, nisi similitudinarie. Sed ex prædictis duobus fiunt metalla cuncta, & nihil eis adhæret, nec eis coniungitur, nec ea transmutat, nisi quod ex illis est. Et sic de iure oportet nos accipere Argentum viuum & Sulfur, pro lapidis nostri materia. Nec Argentum viuũ per se solum, nec Sulfur per se solum, aliquod generat metallum, sed ex amborum commistione diuersa metalla diuersimodè procreantur, & mineralia multa.

Ergo

Ergo ex amborum cõmíſtione matería noſtra conſtat elígenda. Sed finale noſtrum ſecretum, eſt excellentíſsimum & maximè occultum: Ex qua re mineralí debeat fieri propínquíus & vicínius: Et hoc ípſum elígere ſollícitè tenemur. Pono ígitur, quòd elígatur matería noſtra, primò ex vegetabílibus, vt ſunt herbæ, arbores, ſiue omne progrediens è terra, Tunc oportet índe prius fieri Argẽtum víuum, & Sulfur, per longam decoctíonem, à quíbus, & à quorum operatíone excuſamur: Cum nobis natura proponat Argẽtum víuũ & Sulfur. Etſi elígeremus ex animalíbus, vt ſunt ſanguis humanus, capílli, vrína, egeſtio, oua gallínarum, & omnía quæ ex animalíbus procedunt, oporteret etíam ex ípſis fieri Argentum víuum & Sulfur decoquendo, à quíbus excuſamur, vt prius. Sin elígeremus ex medíjs mineralíbus, vt ſunt omnía genera Magneſiarum, Marchaſitarum, Tutiarum, Atramentorum, ſeu vitríolorum, aluminum, Baurach, ſalíum, & alíorum multorũ, oporteret ſimíliter, vt ex prædíctis, Arg. víuũ índe fieri & Sulfur decoquendo, à quíbus, vt ab alíjs præcedentibus excuſamur. Et ſi elígeremus alíquem ex ſeptem ſpíritibus per ſe, vt ſolum Argentum víuum, aut Sulfur ſolummodò, aut Argentum víuum, & vnum è duobus Sulfuríbus, aut Sulfur víuum, aut aurípígmentum, aut Arſenícum citrínum, aut rubeum ſolum vel compar, nequaquam perficeremus, quía cum nunquam natura perfícit alíquíd, ſine amborum commíſtione æqualí, nec nos, à quíbus tunc, vt à prædíctis Argento víuo, & Sulfure, in ſua natura excuſamur. Finaliter, ſi elígeremus ípſa, quodlíbet, ſícut eſt, oporteret nos commíſcere ſecundum debítam proportionem, quam humanum ígnorat ingenium, & poſtmodum decoquere, ad coagulatíonem in ſolídam maſſam. Et ídeo excuſamur à receptíone amborum in ſua propría natura, videlícet Argenti víui & Sulfuris, cum ígnoremus dictarum proportionem, & ínveníamus corpora in quíbus ínvenímus prædícta proportionata, coagulata & coadunata debíto modo. Hoc ſecretum tene ſecretíus. Aurum eſt corpus perfectum & maſculínum, ſine ſuperfluítate alíqua aut dímínutíone. Et ſi ímperfecta, ſola líquefactíone ſibi commíſta perficeret, eſſet Elíxir ad rubeum. Argentum eſt etíam corpus ferè perfectum & fœmíneum, quòd ſi etíam ímperfecta ferè perficeret ſola fuſíone vulgarí, eſſet Elíxir ad album, quod non eſt, nec eſſe poteſt, quía ſolummodò perfecta ſunt. Quòd ſi ílla perfectío eſſet commíſcíbílis ímperfectis, non ímperfectum cum perfectís perficeretur, ſed potíus íllorum perfectío cum ímperfectís dímínueretur, & ímperficeretur. Sed ſi eſſent pluſquàm perfecta, vel ín duplo, vel ín quatruplo, centuplo, vel vltra, interím perficerent ímperfecta. Et quía natura ſẽper operatur ſímplíciter: Perfectío in eís ſímplex eſt, & inſeparabílis, & incommíſcíbílis, * nec arte ad opus abbreuíandum po- *
nerentur in lapíde pro fermento, & reducerentur tunc in priſtínum, quũ ſummè volatílis ſuperat ſummã fixi. Et quía Aurum eſt corpus perfectum, ex Argento víuo rubeo, claróque, & ex talí Sulfure, ídeo non elígimus ípſum pro matería lapídis ad Elíxir rubeum, eo quòd ita ſímplíciter eſt perfectum, ſine mundificatíone ingenioſa, & tam fortiter dígeſtum, & coctum naturalí calídítate, quod cum ígne noſtro artificiálí vix in Aurum & Argentum operarí valemus. Et quanuís natura alíquíd perficiat, tamen íntimè mundificare, ſeu perficere, ac purificare ígnorat, quía ſímplíciter operatur ſuper íllud, quod habet. Quare ſi elígeremus Aurum vel Argentum pro matería lapídis, vix aut difficulter ínveníremus ígnem in eís agentem. Et lícet non ígnoremus ígnẽ, tamẽ ad íntímam ſui mundificatíonem & perfectíonem peruenire non poſſemus, propter ſui fortiſſímam compactíonem, & compoſítíonem naturalem: quare excuſamur à receptíone primí ad rubeum, ſeu ſecundí ad album, cum inue-

niamus rem, vel corpus aliquod, ex tam mundo, vel mundiore sulfure, & argẽto viuo, super quod natura parum, vel minimum est operata, quod cum igne nostro artificiali, & experientia artis nostræ, ad congruam sui decoctionem, mundificationem, colorationem & fixationem cum ingenioso nostro opere, super hoc continuato, valemus peruenire. Eligenda est ergo materia, in qua est argentum viuum mundum, purum, clarum, album, & rubeum, non ad complementum perductum, sed commistum æqualiter & proportionabiliter, per modum debitum cum sulfure tali, & in massam solidam congelata, vt cum ingenio & prudentia nostra, igneq; nostro artificiali ad mundiciam sui intimam & ad ipsorum puritatem peruenire possimus, & talem efficere, quòd ipsa post operis complementum sit millies millesies fortior & perfectior, quàm ipsa corpora simplicia caliditate naturali decocta. Esto igitur prudens. Nam si in capitulis meis subtilis & ingeniosus fueris, in quibus manifesta probatione, & aperte materiam lapidis cognoscendam demonstraui, gustabis illud delectabile, super quod Philosophorum intentio cadit tota.

De modo agendi, & igne moderando, & continuando. Cap. IIII.

CRedo te inuenisse, si non es durissimæ ceruicis, & velo ignorantiæ totaliter perfusus, vel insipientiæ, per verba iam dicta, certam Philosophorum materiam, lapidis benedicti peritorum, super quam operatio Alchemiæ est adhibenda, cum imperfecta conamur perficere, & hoc cum plusquàm perfectis. Et cum nobis natura tradidit imperfecta solummodò cum perfectis oportet nos, plusquàm perficere materiam in capitulis notam cum nostro opere & labore artificiali. Et si ignoramus agendi modũ, quid est in causa, quòd non videmus qualiter natura, quæ olim metalla perfecit, frequenter operatur? Videmúsne quòd in mineris per continuatam caliditatem quæ in montibus mineralium est, aquę grossities in tantum decoquitur & inspissatur, vt fiat per tempus arg. viuum? Et ex pinguedine terræ per eandẽ decoctionem & caliditatem generatur sulfur? Et quòd per illam caliditatem perseueranter super ipsa continuatam, ex prædictis secundum ipsorum puritatem & impuritatem, cuncta generantur metalla? Et quòd natura tam perfecta quàm imperfecta cuncta, sola decoctione perficit, siue facit metalla? O nimia dementia, quid vos, rogo, cogit per aliena regimina melancholica & fantastica velle perficere prædicta? Quemadmodum quidam dicit: Vę vobis qui vultis superare naturam, & metalla plusquàm perficere nouo regimine seu opere orto ex capitositate vestra insensata. Et Deus naturæ dedit viam linearem, scilicet decoctionẽ continuam, & vos insipientes ipsam imitari spernitis, vel ignoratis. Item. Ignis & azot tibi sufficiunt. Alibiq;. Calor omnia perficit. Et alibi. Coque, coque, coque, & non te tædeat. Et alibi. Fiat ignis vester blandus & mitis, qui per singulos dies semper æqualis ardẽdo perduret, nec inualescat, sin aliter, sequetur maximum damnum. Et alibi. Patienter & continuè. Et alibi. Tere ipsum septẽ vicibus. Et alibi. Scias quòd vna re, videlicet lapide, vna via, scilicet coquendo & vno vase totum magisterium terminatur. Et alibi. Igne teritur. Et alibi. Hoc opus multum creationi hominis assimilatur. Sicut enim infans in principio leuioribus nutritur cibis, ossibus autem confortatis, semper fortioribus: Sic & magisterium istud, primò indiget igne lento, quo semper in decoctionis essentia qualibet est agendum. Et quanuis semper loquamur de igne lento, reuera tamen sentimus, quòd in operis regimine paulatim & vicissim vsq; ad finem augmentandus & maiorandus est ignis.

De

De Qualitate uasis atq; fornacis. Cap. V.

TErminum, modumq; agendi iam determinauimus, nunc de vase ac fornace, qualiter & ex quibus fieri debeāt, audire licet. Cum natura naturali igne in mineris metalla decoquat, decoctionē illā sine vase ad hoc apto denegat. Et si naturam sectari proponimus in coquendo, quare vas eius esset reiciēdū? Videamus ergo primò, qualis locus sit generationis metallorū. Manifestè percipitur in mineralium locis, quòd in fundo montis est calor, æqualiter perdurans, cuius natura est semper ascendere, qui in ascēdendo semper desiccat vbiq; & coagulat aquā spissiorem, seu grossiorē in ventre, seu venis terræ siue mōtis absconditā in arg. viuum: Et si illius loci pinguedo mineralis ex terra huiusmodi calefacta fuit congregata in venis terræ, currit per mōtem, & est sulfur. Et vt videre licet in venis prędictis illius loci, illud sulfur ex pinguedine terræ, vt prętactum est, generatum, obuiat etiam arg. viuo (vt etiam scriptum est) in venis terræ, & aquæ spissitudinem mineralis procreat. Ibi per calorem in montem æqualiter perdurantem, longo generantur tempore diuersa metalla, secundum loci diuersitatē. In mineralium verò locis inuenitur caliditas sem per durans. Ob hæc de iure nobis notandum constat, quòd mons mineralis extremus est vbiq; clausus in se ipso & lapideus, quia si calor exire valeret, nequaquā metalla procrearentur. Si ergo naturā imitari intendimus, habemus necesse tali modo furnum, adinstar montium, non magnitudine, sed caliditate continua prouidere, ita quòd ignis impositus, cū ascendit, exitū non inueniat, & reuerberet calor vas, materiā lapidis cōtinens in se, firmiter clausum. Quòd vas rotundum debet esse cum paruo collo, de vitro, vel de terra aliqua, naturā siue compactionem vitri repræsentantem, cuius os cum tali coopertorio, & bitumine debet esse signatum vel sigillatum. Et sicut in mineris calor immediatè non tangit materiam sulfuris, & arg. viui, quia terra montis inter est vbiq;: sic immediatè ignis tangere non debet vas in se materiam continens prædictorū sed in alio vase similiter clauso, illud est ponendum, vt ita materiam superius & inferius, & vbicunque sit, melius & aptius, calor temperatus attingat, vnde Aristoteles dicit in Lumine luminum, quòd Mercurius in triplici vase est coquendus, & quòd vas de vitro sit durissimo, vel, quod melius est, de terra naturam vitri possidente.

De Coloribus accidentalibus & essentialibus in opere apparentibus. Cap. VI.

EXquisita lapidis materia, modum agendi certum cognosces, per quem modum, per quod regimen lapis decoquendo, in coloribus diuersis sæpius transmutatur. Vnde quidā ait: Quot colores, tot nomina. Secundū diuersos colores in opere apparētes, per Philosophos eius nomina variata sūt. Vnde in prima lapidis nostri operatione, est putrefactio appellata, & fit lapis noster niger. Vnde quidā dixit: Cū inueneris ipsum nigrum, scias quòd in nigredine illa albedo occultata est, & tunc oportet illā extrahere à subtilissima illa nigredine eius. Post verò putrefactionē rubescit, nō rubedine vera, de quo quidam ait: Sæpius rubescit & sæpius citrinescit, & sæpius liquescit, & sæpius coagulatur, ante veram albedinem. Et seipsum etiam dissoluit, seipsum coagulat, seipsum putrefacit, seipsum colorat, seipsum mortificat, seipsum viuificat, seipsum denigrat, seipsum dealbat, seipsum rubore decorat cum alcedine. Fit etiam viridis, vnde alius ait: Coque cum donec natus viridis tibi appareat, & est eius anima. Et alius. Scias quòd in viriditate anima illa dominatur. Appareret etiam ante albedinem color pauonis, vnde quidam sic ait: Scias quòd omnes colores qui in mundo sunt, aut excogitari possunt, apparent ante albedinem, & deinde albedo sequitur vera, vnde quidam ait: Cum autem purus de-

coquatur donec veluti oculi piſcium eluceſcat, eius vtilitas expectanda erit, & tunc lapis in rotunditatem eſt congelatus. Alius autem ait: Cum inueneris albedinem ſupereminentem in vaſe, eſto certus quòd in albedine illa rubedo occultata eſt, & tunc oportet te illam extrahere: veruntamen coque, donec totum rubeum fiat. Eſt enim inter veram albedinem & veram rubedinem, quidam cineritius color, de quo dicitur: Poſt albedinem errare non potes: nam augmentando ignem ad cineritium peruenies, de quo alius dicit: Ne cinerem vilipendas, nam Deus reddet tibi liquefactum. Et tunc vltimò Rex diademate rubeo coronatur, NVTVDEI.

De Modo proijciendi medicinam ſuper quodlibet imperfectorum. Cap. VII.

REI promiſſæ finem perfectè compleui, videlicet magiſterij magni, ad Elixir excellentiſsimum rubeum & album faciendū. Finaliter de modo proiectionis, quæ operis eſt complementum, & lætitia deſiderata & expectata, tractare nos oportet. Et rubeum quidem Elixir, citrinat in infinitum, ac omnia metalla tranſmutat in aurum puriſſimum. Album verò Elixir dealbat vſq; in infinitum, & quodcunq; metallum ducit ad albedinem perfectam. Sed ſciendum eſt, quòd vnum metallum magis eſt remotum à perfectione quàm aliud: Et aliud propinquius alio, & vicinius. Et quanuis quodlibet metallum per Elixir ad perfectionem reducatur, tamen leuius, citius, & melius, & perfectius propinqua reducuntur, quàm multum remota. Et cum inueniamus metallum propinquum & vicinum perfectioni, excuſamur per ipſum à multis remotis. Quæ verò metalla remota & propinqua, & quod propinquius & vicinius perfectioni ſit, in capitulis meis, ſi ſapiens & ingenioſus fueris, ſatis aperte inuenies, & veraciter determinatum. Et proculdubio qui in hoc meo Speculo intantum eſt ingeniatus, quòd ſua induſtria inuenire ſcit materiam veram, bene ſapit ſuper quod corpus ad perfectionem ſit proijcienda medicina. Nam præcurſores iſtius artis, qui eam per ſuam Philoſophiam inuenerunt, demonſtrant digitis ſatis manifeſtè viam linearem, & denudatam cum dicunt: Natura naturā continet: Natura naturam ſuperat: Et natura obuians ſuæ naturæ lætatur, & in alienas tranſmutatur naturas. Et alibi. Omne ſimile applaudit ſuo ſimili, quia ſimilitudo dicitur cauſa amicitiæ, de quo multi Philoſophi notabile ſecretum reliquerunt. Scias quòd anima corpus ſuum citò ingreditur, quæ cū corpore alieno, nullatenus coniungitur. Et alibi. Anima enim citò corpus ingreditur ſuum, quam ſi cum alieno corpore coniungere ſtatueris, incaſſum laborabis: Nam & ipſa vicinitas magis eſt lucida. Quia enim corporea, in regimine fiunt incorporea, & econuenſo, incorporea corporea, & in complemento totum corpus fit ſpirituale fixum: & quia Elixir illud ſpirituale euidenter, ſiue album, ſiue rubeum vltra naturā ſuam tam multum eſt præparatum & deductum, non eſt mirum, quòd incōmiſcibile eſt corpori, ſuper quo ſolummodò proijcitur liquefacto. Graue eſt etiam prijcere ſuper mille milia & vltra, & illa in continenti penetrare & tranſmutare. Quare vobis vnum ſecretum magnum & occultum iam tradam. Commiſcenda eſt pars vna cum mille corporis vicinioris, & hoc totum includatur firmiter in vaſe apto, & pone in furno fixionis, primò cum igne lento, & ſemper augmentando ignem per tres dies, donec inſeparabiliter ſint coniuncta. Et hoc eſt opus trium dierum. Tunc iterū & finaliter proijcienda eſt pars quælibet iſtius vna ſuper alias mille partes cuiuslibet corporis vicinioris. Et iſtud eſt opus vnius diei, ſeu vnius horæ, vel momenti. De quo ſemper mirabilis eſt laudandus Deus noſter in æternum.

FINIS.

RICHARDI

RICHARDI ANGLICI LIBELLVS VTILIS.

simus περὶ Χημείας, Cui titulum fecit, Correctorium.

Præfatio, quomodo ars imitetur naturam. Cap. I.

CVm omnis rerum emendatio illius rei naturam augmentet, cuius est: Ideo in multis Philosophorum dictis, per artem emendatur natura, vltra suum motum, quem habuit in prima forma. Et tamen nulla res laborare potest, nisi mediante natura, cum ipsa natura in arte occultè & intrinsecè laboret per artis administrationem: per hoc sequitur, emendationem naturæ virtutis esse augmentationem, & artis laborem, illius rei emendationem. Quoniam natura perficit suum gradum, quem naturaliter perficere potest, & illum præterire nequit, nisi ipsa natura impedita fuerit per artis impedimentum. Quanuis enim ars naturam non transcendat, faciens nouam naturam, per simplicem laborem, tamen ars transcendit naturam, quoad illam naturam, quam potest propriè subtiliare. Et ideo dicitur: Ars imitatur naturam, non quòd nouam ædificet, sed quòd illius naturæ virtutem subtiliet. Ad hæc incipit ars proficere, vbi natura deficit, subtilem naturam in re incluſam detegere, & ipſam manifestare. Cum natura generat metalla, tincturas generare nequit, quanuis bene tincturam in se plenam occultè contineat. Vnde Philosophus: Natura continet in se, quibus indiget, & non perficitur, nisi moueatur arte & operatione. Quare in nostro opere ars non est aliud, quàm adiuuamen naturę. Quod patet in multis artium operibus Laicorũ: Vbi natura primùm producit lignum: Secundò, vstio ignis de ligno cinerẽ: Tertiò ars de cinere vitrum. Et hoc totaliter intelligendum est. Si in cineribus ista prima materia vitri occulta non fuisset, ars nequaquam vitrum inde produxisset, aut perfecisset, sine natura præhabita. Et sic perpendes, quòd è nullis rebus aliquid elici potest, quod in ipsis non existit: Ideo omnis species, in sua specie, & omne genus, in suo genere, & omnis natura, in sua natura, naturaliter virtutis affectat augmentũ, & fructum affert iuxta naturam suam, & non in alia natura sibi contraria, cum omne seminatum suo semini correspondeat, hoc dicimus quo ad generationem. Non generatur ab homine, nisi homo, nec ab aliquo tali, nisi simile sibi, & quo ad naturam imitandam per artem, non facit hoc aliqua res simpliciter laborans per miuisterium naturæ, nisi per naturæ illius complexionem: quoniam si aliena natura peior introducitur, immediatè ars simpliciter non imitatur naturam, sed illę peiores naturę extraneæ inficiunt illam naturam, & statim non fit ex ea, quod fieri credebatur: Quoniam omne peius laborans in aliqua re, nititur melius destruere, & omne melius laborans in aliqua re, nititur peius perficere. Et ideo vnicuiq; artifici naturam imitari necesse est, & illius naturam cognoscere, cuius rei naturam ars sua imitatur, alioquin fatuè per artem, ipse naturam dignoscitur emendare.

Studium Philosophiæ esse necessarium ad hanc artem. Cap. II.

STudium secundum doctores amouet ignorantiam, & reducit humanum intellectum ad veram scientiam, & cognitionẽ cuiuslibet rei. Ergo in primis necesse est, per studium huius suauis operis, scientiam acquirere, & per Philosophica dicta ingenium acuere, cum in ipsis sit cognita via veritatis. Si ergo laborantes laborem non despexerint, fructum inde proueniẽtem dulciter gustabunt. Qui verò studere adhorruerint, laborando perpendant in suis cogitationibus: Vtrum ars ipsorum sit naturæ imitatio, præcipuè illius rei, cuius naturam ars illorum emendare debet. Nam præter naturæ imitationem

impossibile est ipsis secreta Philosophorum ad perfectum finem perpetrare: Sicut de his loquitur Philosophus. Hi transeunt ad practicam, sicut asinus ad fœnum, nesciens ad quid porrigat rostrum, nisi in quantum sensus exteriores, sine intellectu, per visum & gustum ad pabula deducunt. Sic ipsi asini sine veris principijs, & studijs fructuosis, ac naturarū cognitione, quærunt perficere opera naturæ, & secretum secretissimum totius naturalis Philosophiæ, ac opus optimum, quod hominem ornat moribus, ditat beneficijs, auxiliatur pauperi, & corpus humanum incolume conseruat præbens ei sanitatem. Et postea subditur, de illius occultæ naturæ medicina. Et ideo omnes huius artis beneficium diligentes, studijs insistere tenentur, & ex libris veritatem exhaurire, & non ex fabulis fictis & operibus mendosis, cum hæc ars nullatenus veraciter inueniatur (quanuis hominibus multæ sophisticationes appareant) nisi post terminum studij, & Philosophicorum dictorum cognitionem, seu per scientis fidelem informationem cum docetur. Qui enim in legendis libris deses extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit. & vltra, Non bene potest de leui practicæ assuescere, cuius mens in studijs renuit desudare.

De Principijs naturalibus. Cap. III.

NOn est autem hæsitandum, hanc artem habere vera principia naturalia, cum ipsa natura corpora metallica formet in minera, quod patet per Aristotelem quarto Meteoron, vbi distinguit corpora mineralia in quatuor species: In lapides, in liquefactiua, in sulfura, & sales: Et horum quædam sunt raræ substantiæ, & compositionis debilis, & quædam fortis substantiæ, & quædam eorum ductilia, & quædam non. Et quæ illorum rationes generationis sint, patet ibidem, ergo hic non est necesse poni.

Quot sint partes Mineralium. Cap. IIII.

DIstinguuntur autem corpora mineralia specialiter in duas partes, scilicet in partem metallicam, id est metalla, quæ originem ex Mercurio ducunt vt Aurum, Argentum, Cuprum, Stannum, Plumbum, & Ferrum, & dicuntur mineralia maiora: Et in partem mineralem, quę originem ex Mercurio non ducunt, vt sales, atramenta, alumina, vitriolum, arsenicum, auripigmentum, sulfur, & similia, & dicuntur mineralia minora, sunt tamen corpora non metallica: quum manifestum sit, quòd maiora mineralia, id est, corpora metallica, originem habeant ex sulfure & argento viuo, secundum magis & minus depurato. Et nunc ponam differentiam eorum generationis, & dicam vnde originem habeant, quod tamen sufficienter patet in multis Philosophorum libris.

De Metallis, quæ originem ducunt ex Mercurio in genere. Cap. V.

SVNT autem ductibilia, omnia liquabilia metalla, quæ originem ducunt ex Mercurio. Nam materia eorum, est substantia aquea, mista cum substantia terræ, commistione forti, & non potest vnum ab altero separari: quare congelatur substantia aquea illius cum frigore magno post actionem caloris, & ideo ductibilia sunt, & fabricabilia. Sed non congelatur sola aqua, nisi siccitate, quæ alterauit aqueitatem & terrestreitatem, cum in ipsis humor non est nimis vnctuosus: nam congelatio eorum est ex siccitate terrestri, ideo non faciliter soluitur, nisi per actionem caloris vehementem in ipsis, secũdum quod sunt fortius ac fortius commista.

Quomodo Metalla ex Mercurio fiant, in specie. Cap. VI.

RErum natura omnium liquabilium genera, naturaliter operata est ex Mercurio, vel argento viuo, & sui sulfuris substantia, eo quòd proprium est argenti viui quod coagulatur ex vapore, siue ex calore sulfuris albi

albi, vel rubei non vrentis. Vnde Aristoteles in quarto Metheoron: Si sulfur album non vrens fuerit, congelat Mercurium in argẽtum bonum. Si sulfur pu rum cum rubore clarum, & in eo vis igneitatis simpliciter non vrentis, conge lat Mercurium in aurum purissimum, quoniam omne siccum naturaliter ebi bit suum humidum, vt in suis partibus sit consumatum. Vapor ergo sulfuris, argentum viuum coagulantis ex sua substantia, est terreus, subtilis, aereus, de coctus, & digestus à commistione prima sibi vnita à coctione caloris. Postea eleuata, decocta & digesta, donec habeat vim sulfuream coagulandi Mercu rium in corpora metallica, secundum quòd sulfur fuit simplex vel adurens, quod perfectionem vel imperfectionem in metallis causat, vt postea appare bit. Exemplum de his, quòd ipsorum prima materia, sit argentum viuum, quo niam quum liquefit per calorem, cõuertitur in ipsum. Certum quippe est, ipsa antea fuisse argentũ viuum, quia omnis res, de eo, in quod resoluitur, est. Nam gla cies conuertitur in aquam calore mediante, necessarium est ergo, prius a qu am, glaciem fuisse.

De Generatione Sulfuris, Mercurij, & quæ ex eis oriantur metalla, in generali, & quomodo perfecta ab imperfectis differant. Cap. VII.

HIc notandum est, quòd Sulfur prouenit ex pinguedine terræ, in minera per temperatam decoctionem inspissata quousq; induretur & sicca fiat. Et cum indurata fuerit, Sulfur vocatur. Argentum verò viuum in sua ra dice prima, est compositum ex terra alba, subtili, nimium Sulfurea, cum aqua clara fortiter admista, & vnita tali vnione per minima, quousq; humidum tem peretur à sicco, & siccum ab humido æqualiter, donec fiat substantia vna, non quiescens in superficie plana, nec adhæreat tangenti propter siccitatem, quæ alterauit aqueitatem in ipso. Est autẽ homogenium in natura, quia aut totum remanet in igne, & fixum, aut totum euolat in fumum, cum sit incom bustibile & aereum, & hoc est signum perfectionis: & ideo cum postea de terra sulfurea decurrit, calefactum superius ascendit. Vnde in sua natura est, vt per calorem sublimetur. Veruntamen continua sublimatione nimium sublimando depu ratur, deco quitur, & inspissatur, ac per sulfur album & rubeum gradatim con gelatur, quod quidem Sulfur dissoluitnr multoties, & postea congelat argen tum viuum, & illius sublimatione inceratur caloris actione, donec vix in milli bus annorum successiuè, & operatione naturæ in perfectum metallum conge letur. Et sic quidem ipsa natura in vasis mineralibus, mediante calore, operatur metalla. In istis ergo operibus naturam imitari oportet quicunq; vult medici nam perficere ad imperfectorum perfectionem, licet ista corpora differant in compositione sua ab argento viuo, quæ ab eo generantur eodem modo, quo ipsum fuerit purum vel impurum, & Sulfure mundo vel immundo, sibi extra neo, vt dictum est. Si enim argentum viuum coagulatur à Sulfure albo, nõ vrẽ te, erit argentum. Si coagulatur ex Sulfure puro, in quo est vis igneitatis, simi liter non vrentis, erit aurum. Si verò Sulfur fuerit malum & debile, & Mercu rius bonæ substantiæ, conuertit ipsum in æs. Si verò argentũ viuum fuerit po rosum, terreum, & immundum, & Sulfur etiam immundum, fœtidum & ter reum, & fixæ substantiæ, fit ex ipso ferrum, quòd postea non funditur. Stannũ verò videtur argentum viuum bonum habere, Sulfur verò malum, non bene mistum, & quasi non bene congelatum. Plumbum verò habet argentum vi uum malum & grossum, mali saporis & fœtidum, ac debilis virtutis: Vnde assi duè per ignis violentiam corrumpitur. Sic differunt corpora metallica ab ar gento viuo, secundum quòd ipsis inest Sulfur extraneum, vel adurens, vel sim plex. Et sic consideratur, quæ virtus sit in ipsis. Cum enim multa quantitas

Sulfuris ſit infectio, & multa quantitas arg. viui in ipſis dignoſcitur eſſe perfectio, cum ſit incombuſtibile & aerium, quoniam Sulfur comburit & comburitur, & perfectionem omni tempore impedit. Hæc de verbo ad verbum ſunt Philoſophorum dicta ſuper Ariſtotelem in quarto Meteoron. Credendum eſt autem, quòd ipſorum Philoſophorum veritas in aliquo mendacio nunquã eſt reperta. Sic faciens ars ſequitur viam naturæ, ex quibus elici veritas poteſt, nec eſt credendum fabulis fictis, nec operibus mendoſis, ab opere naturæ omnino extraneis, vt dicitur: Qui credit in mendacium, & non ſecretis Philoſophorum, perdit tempus cum opere, & labores.

De *formatione Mineralium, quæ originem ex Mercurio non ducunt* Cap. VIII.

SVnt autem media mineralia ſecundum quod dictum eſt, quæ originem ex Mercurio non ducunt, id eſt, ex Mercurio propinquo, & debilis ſubſtantiæ, & horum quædam ſunt ſales, quæ liquefiunt humido faciliter, vt alumẽ & chalcanthũ, ſal ſimplex, & ſal ammoniacus, ſal petræ lapidis, & omnia genera ſalium. Et quædã ſunt vnctuoſa, nec liquefiũt ſolo humore faciliter, vt auripigmentum, arſenicum, ſulfur, & alia ſulfurea. Nam aqueitas ſulfurorũ eſt cõmiſta cum terra viſcoſa, commiſtione forti, cum feruentia caloris, donec facta ſunt vnctuoſa, & poſtea coagulata ſunt ex frigore. Atramenta verò compoſita ſunt ex ſale & ſulfure & lapidibus. Creditur in eis eſſe vis mineralis aliquorum liquabilium, quæ ex eis fiunt, vt chalcanthũ & calcatar, quę generantur ex maioribus granis atramenti, & non ſoluuntur, niſi ſoluatur ſalſedo cum ipſis, quæ eſt in ipſo ſulfure, & poſtea congelatur in frigore, & iſtud iam accipit vim mineralem, ab aliquibus corporibus naturaliter in terra: quod accipit vim ferream erit rubeum, vel terreum, & calcatar. Quod autem vim æream accipit, hoc erit viride æris, vel chalcanthum. Vnde eſt poſſibile iſta duo, ſcilicet calcatar & chalcanthum ab ipſo generari. Quanuis autem omnia prędicta participent in vi minerali cum metallis, tamen corpora metallica artificialiter ex ipſis fieri non poſſunt, cum alterius ſint naturæ, & cum eis ex vna materia propinqua originem non duxerint. Non tamen nego, quin cum ipſis poſſint metalla purgari aut diſſolui, ac ſophiſtica forma per ea introduci, vt in ipſis errent homines. Poteſt quoq; plumbi nigredo ſiue immundicia abſtergi, veruntamẽ plumbum ſemper manet plumbum, quanuis videatur argentum, & introducant in eo nouas qualitates alias, vt appareat argentum. Sic artifices etiam poſſunt facere congelationes per ea, id eſt, ex Mercurio humidum extrahere cum rebus ſiccis, vt videatur Mercurius coagulatus, ſed iſta coagulatio eſt peſſima. Philoſophorum autem coagulatio, non humidum exiccat, ſed Mercurium ſuę radicalis hamiditatis conſumptione coagulat. Audi quid dicat Ariſtoteles: Sciant artifices Alchemię, ſpecies rerum tranſmutari non poſſe, ſed ſimilia illis facere poſſunt, & tingere rubeum citrino, & album tingere colore rubeo, donec fiat multum ſimile auro, vel argento, vt hi qui coniungunt ſtannum, cuprum, & Mercurium, & inde faciunt aurum ſophiſticum. Sic expolitio, per minora mineralia non eſt impoſſibilis, aut vapor caloris, ponderis, etiam diminutio contra hæc non ſtant, ſed contra verum aurum & argentum, quæ nequaquam in natura & arte conceduntur fieri, niſi reductione corporum in primam materiam: ſic ſpecies rerũ tranſmutari poſſunt, vt poſtea Ariſtoteles ſubdit, & hoc non fit per ſolam liquefactionem, ſed per congelati Mercurij reſolutionẽ cum admiſtione ſui ſpiritus, corpus in Mercurium transformatur.

De

De generatione Sulfuris uulgi, & ſimplicis, & Mercurij. Cap. IX.

CVm iam dictum ſit, quòd ſulfur in metallis eſt impedimentum, nunc po no differentiam in Mercurij generatione & ſulfuris, quanuis ex vtraque parte cauſent metallum, ſcilicet Mercurius eſſentialiter, & ſulfur ex parte accidentali, tamen illud ſulfur adhuc eſt duplex, viuum & adurens. Viuũ cauſat metalla, quanuis vnum differt ab alio ſecundũ quod plus exiſtit viſcoſitate terræ infectum, cùm tamen ſulfur ſimplex viuum, cauſans aurum & argentum non eſt niſi vapor calidus & ſiccus, generatus ex puriſsima ſiccitate terreſtri, in quo omnibus modis prædominatur ignis, & illud dicitur elementum cum Mercurio metallorum. Sed generatio ſulfuris vulgi differt à generatione Mercurij, vt dictum eſt, quòd aqueitas ſulfuris vulgi eſt commiſta cum terreſtreitate viſcoſiſsima, cũ feruente calore, & facta ſunt vnctuoſa. Sic generatio Mercurij differt in parte ſecunda à generatione ſulfuris iſtius, cum ſit generatus ex terra ſubtiliſsima, albiſsima, ſulfurea, cum limpidiſsima aqua, quam terra parit, admiſtione fortiſsima, ita quòd vnum ab altero ſeparari non poſsit, donec nõ quieſcat in ſuperficie plana, nec adhæreat tangenti propter ſiccitatem terræ, quæ alterat aqueitatem ratione fortis admiſtionis, & ideo eſt elementum cum ſulfure ſimplici, omnium ductibilium. Vel propriè, ſimile eſt aliquibus ductibilibus, & ideo propter concordiam aliquam ipſorum generationum, commiſcetur ſulfur Mercurio, & vnum alterat aliud in natura. Quare vnumquodq; corpus metallicum, in ſe ſulfur expreſsè habere dignoſcitur & Mercurium. Cũ liqueſcit calore mediante, apparet Mercurij ſubſtantia & ſulfuris, maximè in colore, & cute rubea ſuperius natante. Sed proprium naturæ vnius eſt adhærentia alterius, cùm vnum ſine alio metallum generare non poſsit. Et inquantum ſulfur fit magis ſimplex, in tantũ magis gaudet & cohæret Mercurio ſimplici ac mundo, vt fortius vnum cum alio coniungatur, & ſic tunc perfectiora ex ipſis generantur metalla.

NB

NB

Quod impoßibile ſit media mineralia artificialiter fieri metalla. Cap. X.

SEd quia in præcedente capitulo determinatum eſt, minora mineralia artificialiter non poſſe fieri metalla: Ideo propter maiorem veritatem, reſtat hoc fortius probandum. Primò ſic: Quia minora mineralia de prima metallorum materia, quæ eſt Mercurius, non ſunt generata. Cùm autem generatio eorum cum generatione Mercurij in primo differat in forma & materia & compoſitione: Ideo etiam metalla fieri nõ poſſunt: Quia vnius ſpeciei vna eſt materia prima, & ſperma ex quo generatur. Sed prima pars antecedẽtis patet, quia minora mineralia non ſunt generata ex Mercurio, vt patet per Ariſtotelẽ & Auicennam. Ideo ſi deberent fieri metalla, oporteret quòd primò tranſirẽt in materiam primam metallorũ. Sed quia artificialiter id fieri non poteſt: Ideo metalla minimè erunt. Sic ſecunda pars antecedentis ſufficienter patet, vt declaratum eſt in præcedenti capitulo. Secundò ad idem: Quia minora mineralia principium artis artificialiter fieri non poſſunt, quod eſt Mercurius, ideo etiam medium & finem non pertingunt, quæ ſunt metallum & tinctura. Conſequentia tenet: Quia nutrimentum in homine per generationem non poteſt fieri homo, niſi prius conuertatur in ſperma, & ſic addito ſuo ſimili nouus generatur homo. Sed quia minora mineralia à metallis extraneæ ſunt naturæ, quanuis in aliqua vi minerali participent, tamen debilioris ſunt virtutis, & aduſtibilia: Ideo natura metallica de ipſis non gaudet, ſed ea reſpuit. Cõſeruat autẽ ea quæ ſuæ naturæ ſunt. Verbi gratia, Si miſcerentur aqua & terra tunc ſeparantur abinuicem, quia terra petit fundamentum, cùm ſit grauis &

ſicca, aqua verò ſuperficiem. Et nequaquã artificialiter ſic poſſunt coniungi, & iſtæ duæ naturæ ſtent in vna natura coniunctim, quanuis aqua poſsit abluere, & mundare terram. Sed quòd ſiccitas terræ artificialiter mutetur in humidum aqueum, credi impoſsibile eſt, licet terra madefiat aqua. Sic minora mineralia poſſunt coniũgi cum metallis, & ea purgare, & aliquomodo nouam formã introducere, ſed cum ipſis permanere, & illud immaturum maturare natura nõ concedit. Quare fatui ſunt, qui tot & tam diuerſa negotia, & ſophiſticationes ad decipiendum homines adducunt, ſcilicet res improportionabiles, quę nec naturam dant, nec eam recipiunt, ſcilicet ſecũdinas, teſtas ouorum, crines, ſanguinem rufi hominis, baſiliſcum, vermes, herbas, ſtercus humanum, & ſic de infinitis generibus ſtercorum, volentes cum peſsimis optima perficere, & naturæ defectum cum his adimplere. Sed quia in his naturalibus, nec aliquatenus talium vnquã veram materiã imaginando ſunt perſcrutati, volẽtes ſtercus ſeminare & metere triticũ, quod ſatis videtur impoſsibile, vt dicit, Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Ergo ſi ſtercus ſeminat, ſtercus inueniet. Quare nõ eſt mirum, quòd nullus in tali ſtercore perficit, cũ ſint deluſi, & omnes ipſis adhærentes. Semina igitur aurum &arg. vt afferant fructũ, cum labore tuo, mediante natura, quia ipſum habet, & eſt illud quod quęris, & nulla alia res mũdi: cùm alia omnia ſint fœtida, & naturæ cedant per ignis aſsiduitatẽ & examen. Sunt & aliqui Alchemiſtæ in minoribus mineralibus laborãtes, ſcilicet in quatuor ſpiritibus, vt in ſulfure vulgi & arſenico, auripigmẽto, & ſale ammoniaco volẽtes ex his tincturas perficere, ſed illud minimè facere poſſunt, vt patet per diffinitionẽ naturæ. Quia tingere non eſt aliud, quàm tingens tinctũ in naturã ſuam transformare, & ſecũ ſine vlla ſeparatione permanere, docẽs naturã præliari contra ignem perſequentẽ, & ita, vt natura tingentis & tincti concordẽt, verbi gratia: ſi ex auro vel argento tinxeris plumbum vel ſtannũ, vel aliquod tale, quod concordat in naturis, quia originẽ ex vtraq; parte ex Mercurio duxerunt: & cùm maturũ immaturo coniungitur, cum maturo perficietur in tali via. Sed cùm iſti quatuor ſpiritus ſint alterius naturæ cum metallis, vt ſufficiẽter prius dictum eſt: Ideo ſi tingunt, tunc quæro, vtrum debeãt conuertere, vel conuerti. Si conuerti, tunc tinctura non eſt, vt prius patuit per eius diffinitionem: ſi autem conuertere, tunc tingendum conuertet in ſuam naturam, & hæc eſt terrena, naturæ metallicæ contraria, ideo tingendo, metallum facere non poteſt. Quod aũt tingens tingẽdum conuertat in ſuam naturã, probatur, quia omne generãs naturaliter generat ſibi ſimile, ſed quia natura quatuor ſpirituũ generans, eſt terrea, igitur generabit ſibi ſimile, quod etiam erit terrea materia ſicut ipſum. Sic etiam omnẽ aliam tincturam fatuã, quæ non inuenitur in proprietate metallicæ naturæ, deſpicias cum vijs alijs naturæ extraneis, quia in ipſis non eſt aliud, niſi rerum conſumptio, temporis perditio & laboris, cùm omnia iſta apparenter ſint metalla, & non exiſtenter, quæ per minora mineralia, vel conſimilia ſunt præparata. Et ergo ſtultũ eſt, quærere in re, quod antea nõ fuit in illa, ſicut verum aurum & argentũ in rebus fœtidis & aduſtibilibus.

De differentia ſulfuris uulgi, & Philoſophorum ſimplicis, non adurentis Cap. XL.

NVnc quęrendum eſt de differentia ſulfuris ſimplicis Philoſophorum nõ adurẽtis, & ſulfuris vulgi. Cùm philoſophus generaliter loquatur: ſulfur coagulat Mercurium. Vtrum omne ſulfur Mercurium coagulet? Dicendum eſt quòd non. Quia omne ſulfur vulgi, ſecundum Philoſophum, metallis eſt contrarium. Item Auicenna: Non intrat in magiſterium noſtrum, quia nõ eſt ortum ab eo, cùm ſemper inficiat, denigret, & corrumpat, quocunque modo per

do per artificium præparetur. Est enim ipsum ignis infectus. Ergo si figitur, fusionem impedit, nec est impossibile corpori coniungi, cuius exemplum cernitur in ferro, quod sulfur fixum, grossum, immundum in se habere dignoscitur. Si verò calcinatur, in terream redit substantiam, vt puluis mortuus, & quomodo posset aliis metallis vitam inspirare? Habet enim duplicem superfluitatem inflammabilem substantiam, & terream fæculentiam. Igitur per hoc considera sulfur vulgi, & non Philosophorum, cum sit ignis simplex, viuus, viuificãs alia corpora mortua, & ea maturans, & ita quòd naturæ defectum supplet, cum ipsum sit per se superfluæ maturitatis, secundum quod in sua natura est perfectũ & per artificium magis ac magis depuratum. Vnde iterum Auicenna: Tale sulfur nõ reperitur super terram, nisi quantum existit in istis duobus corporibus Sole & Luna. In Sole autem perfectius, quia magis est digestum & decoctum. Philosophi autem subtiliter sunt imaginati, quomodo ex istis corporibus perfectioribus sulfura illa elici possent, & ipsorum qualitates melius purgari per artem, vt hoc fieret in arte, mediante natura, quod antea in ipsis non apparuit, quanuis plenariè occultè habuerint. Et hoc nequaquam fieri concedunt sine corporis solutione, & in primam materiam reductione, quod est argentum viuum, ex quo facta sunt ab initio, & hoc sine vlla admistione rerum extranearũ cùm extraneæ naturæ lapidem nostrum non emendent, quoniam nihil cõuenit rei, nisi quod propinquius est ei, cum sit medicina simplicis, ac mineralis naturæ, ex aqua Mercuriali producta, in qua aurum & argentum prius sunt soluta. Verbi gratia: Si in simplici aqua congelata glacies ex niue creauit virtus, in ea soluitur per calorem, & redit in primam substantiam aqueam, & sic aqua tingitur ex virtute, quæ occulta fuit in glacie. Si autem glacies non resoluitur per calorem in aquam, non coniungitur aquæ, in qua iacet, nec illa aquam tingit sua virtute, quę in ea ante coagulata fuit ex parte specierum. Sic eodem modo si corpus non resolueris in Mercurium per Mercurium, occultam virtutẽ ex eo habere non potes, puta, sulfur digestum, & decoctum per opus naturæ in minera. Sic lapis est vnus, vna medicina, quæ secundum Philosophos dicitur Rebis, id est ex bina re, scilicet ex corpore & spiritu albo vel rubeo, in quo multi fatui errauerunt, diuersimodè exponentes illud:

Est Rebis in dictis rectißima norma figuris;

Id est, duæ res, & hæ duæ res sunt vna res, id est aqua coniuncta corpori, qua corpus soluitur in spiritum, id est in aquam mineralem, ex qua factum est ab initio: & sic ex corpore & spiritu, fit vna aqua mineralis, quæ dicitur Elixir, id est, fermentum, quia tunc aqua & spiritus est vna res, ex qua fit tinctura & medicina omnium corporum purgandorum, quod multis fatuis videtur impossibile. Igitur ex vna re, quæ est aqua corporis, & spiritus, medicina perficitur. Vnde Versus:

Hæc fallit multos sua per problemata stultos.
Ars unam poscit rem, quam quiuis bene noscit.
Hanc optant plura rem, res sic est tamen una.
Illi non similis præest, precio quoq; uilis.
Nec contemnenda, nam perficit illa stupenda.
Hanc tu fixare debes, & in igne domare;
Sic quòd & ascendat, & rursus ad infima tendat.
Dißipa rem captam, per rem prius hanc satis aptam.
Leniter extractam, sic massam contere factam.
Hæc non festinet, sed temporis ordine fiat:

Item alij versus, quòd corpus grossum fiat spiritus subtilis, id est fixum volatile: & è conuerso, volatile fit fixum,

Aspera res lenis quoq; fit uasis in amœnis.

Quæ dum calcatur, tamen à doctis adamatur.

Alij versus, quod viceuersa fit fixum.

Sed dum fixatur hæc res, & in igne domatur,
Hanc tegit umbra sua, rerum substantia quinta.

Id est fermentum secundum, qualiter incepisti, taliter finias cum fermento. Alij versus de Inceratione, cùm funditur, tunc omnia cum eo funduntur.

Omnia coniungit, si funditur, omnia fundit.

Et sequuntur plures versus secundum Albertum, ad quos remitto studiosos. Et sic exposui tibi quid sit Rebis, & Elixir, & Medicina, & vnde dicantur, & quæ sit aqua Philosophorum, ex qua viua fiunt elementa postea, & è conuerso vnum fiant. Versus,

Quatuor ex uno fiunt, & quatuor unum.
Hæc sunt secreta, sic gaudebis sine meta.

Et si secundum Philosophos habemus naturam sulfuris & Mercurij super terram, ex quibus aurum & argentum factum est sub terra. Ex his dictis videtur, quomodo ars imitatur naturam, & per nullum alium modum.

Quomodo sulfur album & rubeum existat in Luna & Sole. Cap. XII.

CVm sit dictum, quòd sulfur Philosophorum rubeum existat in Sole, per maiorem digestionem & sulfur album in Luna per minorem digestionẽ * Vnde Philosophus: Citrinatio non est aliud quàm completa digestio. Nam calor agens in humidum, primò generat nigredinem, & agens in siccum generat albedinem, quam albedinem ignis transcendit, agens in eo, purissimã citrinitatem causat. Et hæc omnia in plumbi calcinatione attendi possunt. Etiã dicit Philosophus, quòd iam actu vnumquodque perfectorum corporũ suum sulfur bonum cum Mercurio contineat, scilicet aurum aureum, & argentum argenteum. Ideo sulfur album per citrinitatem fit aureum, eo quòd sulfur rubeũ, id est ignis substãtia est ibi, qui hoc album plus digessit, & sic sulfur album & rubeum ex vtraque parte existit in Sole. Quare ignis est summa eius perfectio, vt in igne generati. Et ideo amicabiliter congaudet natura suæ igneæ naturæ. Vnde quæritur: Vtrum aliquæ res extraneæ hoc in corporibus possint causare? Cùm ars non sit aliud, mediante natura, nisi coctio & digestio illius naturę per simplicem laborem. Verbi gratia. De mane cùm surrexi, & video vrinam meam albam, iudico me nimis parum dormiuisse, repono igitur me ad dormiendum, & accepto somno, vrina fit citrina, & hoc nullo alio modo fit, nisi per digestionem caloris naturalis in me existentis. Sic sequere naturam per artem similiter decoquendo, digerendo & maturando & subtiliando, cùm iam actu contineat natura in se ignem naturalem, quo maturatur, hunc aliæ res non habent, & eum dare non possunt. In Luna verò non est, nisi sulfur simplex album non tantum digestum sicut rubeum, cum non sit nigredine priuatũ per actionem caloris, quem in se naturaliter continet, sed ignis species est obtecta, & occulta, agens tam in arte, quàm in natura, & è conuerso. Et ideo non est impossibile, quòd ars, mediante natura, hoc plus digerat & perficiat, cùm naturaliter natura appetat perficere: sed per se non potest, nisi iuuetur arte & operatione: quanuis isti labores, vt credo, nõ perueniant ad hominem duræ ceruicis. Quia boni laboratores rarò inueniuntur: Et ideo non fit verum argentum & aurum nisi fiat ita dĩgestum & decoctum, vel vt medicina, cum qua tingitur, & in melius melioratur peius. Quia omnium Philosophorum intentio est, cum meliori peius perficere. Quod fatui contrariè intelligunt, quia cum peiori melius perfi-

perficere nituntur, & hoc quærunt in re, quod nunquam fuit in illa, scilicet aurum & argentum in stercoribus, & in rebus adustibilibus, & hoc faciunt sophistice, vt appareant hominibus vera, vt dictum est prius.

Quòd in alijs corporibus ægris, non est utile hoc sulfur quærere, cum in ipsis non sit. Cap. XIII.

QVæri verò non immeritò potest, vtrũ in alijs ægris corporibus, hoc sulfur, scilicet album & rubeum, ad Mercurium tingẽdũ elici possit? Dico quod non. Quia prius dictum est, quòd in ipsis non est aliqua materia maioris temperantiæ, & minoris fæcis, quàm in istis duobus corporibus, quibus insunt radij tingentes, quibus vti possis ad tingẽdum, sed cum alijs nõ tinges, cùm prius dictum sit, quòd in se contineant sulfur fœtidum & adustibile, & non virtualis naturæ, sicut in istis, cùm omnis ars non ualeat nisi præhabita natura, quam sequatur. Posses tamen purgare metalla imperfecta cum minoribus mineralibus, & cùm purgata essent, non haberent auream vel argenteam naturam in se, quia decoctio vel digestio, aurea non fuit in eis, sicut in istis duobus corporibus, nec sulfur ita maturũ, & ideo ipsis immaturis succurrendum est cum maturo, vt maturentur. Igitur nõ tingunt, sed tinguntur, quia tinctura auri vel argenti, in ipsis habet proportionabilem naturam, quia cum eis originem ex Mercurio duxerunt. Ex ijs manifestè patet, quòd minora mineralia tingere non possunt. Quia si corpora imperfecta metallica, quæ conueniunt cum auro & argento ex parte Mercurij, tingere non possunt, nec naturam auream siue argenteam infundere, quomodo tãdem illa facere possent, quæ non conueniunt in aliqua natura cum eis? & ideo non est tingendum, nisi cum illis, quibus inest virtus tingendi. Tinge ergo cum auro & argento, quia aurum aureum, & argentum argenteum tribuit colorẽ & naturam. Quare omnia alia despicias, cùm in ipsis nullus fructus sit, sed solùm rerũ perditio, necnon temporis & laboris.

Quòd aurum curet infirmitates, & alia corpora metallica. Cap. XIIII.

CVm autem inter vulgares & dictos Philosophos aurum famam teneat, quòd in prima sua dispositione manens, lepram curet, & plures alias virtutes habeat, hoc non est nisi propter completam eius digestionẽ, quia excellentia ignis in eo agens omnes malos humores consumit in corporibus ægris existentes, tam in calidis quàm in frigidis causis. Sed hoc argentũ facere non potest, quia tantam superfluitatem ignis nõ habet, & tantum nõ est digestum, & coctũ naturali maturitate. Tamen isto non obstante igneitatem in se occultè & virtualiter habet, sed non ita plenè, quia adhuc ignis nõ vincit alias qualitates elementares sicut in auro. Et ideo argentum in sua prima dispositione manens, nõ curat lepram ita potenter, nisi prius per artẽ digeratur, quousq; habeat summos gradus auri, & omnem maturitatem. Quare alia ægra corpora metallica, minus curant infirmitates, secundum quòd magis differunt in perfectione & maturitate ab eis. Aliud minus, aliud magis differt, & secundũ hoc minus curant, quod est ex defectu sulfuris infecti, fœtidi & vrentis, ex quo in genere coagulationis facta sunt ab initio, & ideo non curant, cùm ignis in ipsis ita infectus sit, elementaribus fæcibus, & vrens, cum admistione aliarum elementarium qualitatum.

Nunc ad propositionem primam virtutis auri curãtis. Cùm autẽ tanti vigoris sit promulgatũ, & hoc in prima sua dispositione manẽs: Quid est mirũ, si in medicinam (sicut expertum est) per artis ministerium sequẽtis naturã, redigatur;

& eius virtus subtilietur per digestionem decoctionis, & qualitatum purgandarum, quòd plures ac infinitas, seu omnes ægritudines tunc habeat curare. Quod patet per Arnoldum de Nouavilla expertissimum medicũ huius summi operis, qui Dominum Apostolicum, Dominum Innocentium à peste incurabili cum hac medicina* tinctum, & opere naturæ per artis ministerium, nõ est aurum, aut argentum vulgi, quoniam additur eis additio magna, in prospe ritatibus multarum vtilitatum, ad omnem ægritudinem cuiuslibet generis expellendam. Et nominanter has assignauit virtutes. De sene facit iuuenem, & senem reuirescere facit naturam, conseruat sanitatem, roborat infirmitatẽ omnem corporis, expellit ægritudinem, venenũ declinat à corde, arterias humectat, liuidam immunditiem à pulmone dissoluit, vulneratũ consolidat, sanguinem mundificat, lapidem frangit, contẽta in spiritualibus purgat, si caput reumaticum est, purgat à fluxu, stomachum in calore naturali confortat. Et si ægritudo fuerit vnius mensis, sanat eã in vno die vel hora: si verò ægritudo fuerit vnius anni, sanat eam in octo diebus: si verò morbus fuerit antiquus longo tempore, cum alijs medicinis incurabilis, sanat eam in dimidio mense. O felix scientia cum sciente. Quare non immeritò hæc medicina super omnes alias medicorum medicinas est quærenda, quia qui habet eam, incomparabilem habet thesaurum, & in salubri constellatione natus est, in hoc seculo diues, diuitijs infinitis super reges & principes huius seculi. Quis non diligeret talia, quę sanum & longæuum se vtentem, supra omnes medicorum medicinas conseruant: cùm ipsum ditent, & alios non depauperent. Hęc sunt bona iusta coram Deo & hominibus, non per vsuram acquisita, seu fraude & deceptione mendacium, ac per mercimonia in deceptionem plurimorum, vt in omnium aliorum bonorum acquisitione, quia hæc ars est speciale donum Dei, vt dicitur: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Sed è contrario, ait beatus Augustinus ad omnes alios Alchemistas, qui homines sophisticationibus deludunt: Vos deceptores estis, & sententia excommunicationis aggrauati, cum vestra opera, elementa falsa sint & mala. Et excludẽs seu saluans artifices naturam imitantes, quanuis pauci huius artis veritatẽ summè cognoscere valeant, vt supra ad propositum dictum est de virtute huius medicinæ. Sic truffatores in stercore aurum & argentum quærentes in libris ipsorum proprijs, quos & ipsi propriè composuerunt, & ipsos tamen composuisse Philosophos testantur, quod veritas non testatur, quoniam veritatem posuerunt: Quum veritas Philosophorum (vt dictum est ab aliquo) in forma mendacij non cernitur vnquam fuisse reperta, sed semper naturæ motum & modum imitantur. Sic enim in libris vestris scribitis in arte Alchemiæ. Caueas tibi ab odore eius, ne te interficiat. Ecce qualis medicina, quæ quum viui ficare deberet, mortem inducit. Quare hoc nõ est mirum, quòd sit res toxicatiua, cùm antea ex stercoribus & venenosis receptis sit composita. Videte fatui, quomodo vestra opera differant ab operibus naturæ. Quare tantum fatigamini in huiusmodi rebus altis, ad quæ peruenire non poteritis taliter laborando: nisi miraculosè fieret contra naturam, vt accidit beato Ioanni, qui de virgis fecit aurum & argentum, confisus in potentia Dei, & de arena maris lapides preciosos. Dico enim vobis, qualis est medicina, tale fit & aurum & arg. Cùm merdam seminaueritis, merdam metere visi estis, & apparentias sophisticationum. Reuertamini fratres ad viam veritatis, qui eam ignoratis, quoniã propter vosmetipsos consulo studere & laborare, sapientum dicta reuoluendo, ex quibus veritas elici potest, & non casualiter, aut temere opera accedite, per hoc quod scribitur. Recipe hoc vel illud, id est merdam, & fac stercus.

Scitote

Scitote quòd hæc ars à Philosophis occultè tradita est, propter eius nobilitatem, & non æstimate eam in foro esse venalem, aut vendendam & emendam, sicut libri vestri multarum falsitatum continẽt. Vnus emit, alter vendit, discas mihi merdam, & ego te docebo stercus. Sic permerdatus alium permerdat, & omnis mundus existit quasi permerdatus. Volentes ergo alios ditare, vosipsi infinitis paupertatibus estis subiecti. Fratres reuertamini, cum Sapiẽtia cognoscat vos errare cum libris vestris. Philosophorum verò libros perlegite, & perlectos repetite. Si autem repetitos non intellexeritis, non Doctores, seu Philosophos reprehendatis, sed vestræ ignorantiæ calumniam reddatis.

Quòd duo particularia tantùm sint uera in hac arte, quorum primum est in Mercurio. Cap. XV.

PRimum vniuersaliter omnibus intuentibus, ad quas præsentes peruenerint declaro, quòd in totius huius artis serie, non sunt nisi duo particularia quæ particulariter perficiuntur secundum Philosophos & naturã. Quauis deceptores infinitas sophisticationes, dealbationes, & rubificationes faciant, quibus fideles deluduntur. Primum particulare, tam in albo, quã in rubeo, existit in Mercurio, sine administratione medicinæ perfectæ, licet corpus, cũ quo perficitur, in se ipsius tincturam contineat particulariter, si moueatur arte & operatione, veluti natura requirit. Primum quod in natura particulariter ex vtraq; specie perficitur est, cum Mercurius sit prima materia omnium metallorum, compositus ex terra alba nimium sulfurea & aqua clara, & ideo albedo terræ transpareat limpiditatem aquæ, & sit color in eo albissimus, vt docet experientia, & hic sit immaturus, possibile est ex eo fieri Solem & Lunam. Vnde Philosophus: Admisceatur alijs corporibus metallicis, quia sunt de materia eius, & ipsa generata sunt ab eo, & ideo per artificium illud sibi potest mittere digestam naturam in eum, vt cum eis perficiatur: Et sic quibus complectitur metallis fit similis ipsis, sine aliqua admistione extranea, cum simpliciter natura congaudeat suæ naturę, & nõ per aliud medium extraneum, scilicet cum Sole Sol, cum Luna, Luna, cum Venere Venus, & sic de alijs, quia vnumquodq; mittit in illum vim suam, etiam, quia continet in se sulfur suum bonum immaturum, quod per artẽ maturatur. Quare alia metalla sic coagulata & infecta per sulfur: particulariter, sicut ipsum Sol & Luna fieri non possunt. Prima ratio est Si enim corpora imperfecta metallica transformarẽtur & admiscerentur cum Sole & Luna, tunc ipsorũ mercurius haberet illud in se præhabitum sulfur malum, & si purgarentur, adhuc in tantum purgari non possent, quòd reduceretur in mercurium, sicut ante talem superfluitatem, nec etiam posset corpus perfectum in eo dissolui. Et cum in eo dissolui non posset, naturis ex vtraque parte seratis, vnumquodq; in examinatione ab altero separaretur, ex quo non haberet in se naturam perfectam occultè, cum qua solutiones propriæ ipsorum perficere possent, mediante arte, vt alia corpora perfecta subuenirent cum natura sua, quæ naturaliter est perfecta. Secunda ratio: Si insoluta adiungerẽtur perfectis corporibus, minus aurum & argentum fieri possent, cùm naturaliter per congelationem ex vtraque parte, naturæ eorum seratæ sint: & cum non sit medium aperiens illas naturas, nec vna vis in aliam coniungi possit naturali coniunctione, nec mitti, ita vt redeant in mercurium, ex quo ex vtraque parte originem duxerunt: Ideo per asperitatem ignis abinuicem separantur, scilicet per combustionem naturæ imperfectæ, & per resistentiam naturæ perfectæ, vt bene cernitur. Sed cùm cõiungere volueris, facias medium per mer-

curium, qui dissoluit & aperit naturas, vt simpliciter vnum possit transire in aliud, & perfectam vim mittere in imperfectum, vt secum perficiatur. Et hi sunt labores viæ particularis, quibus aurum & argentum fieri potest, sed vniuersaliter non. Nota. Mercurius crudus dissoluit corpora, & reducit ea in primam materiam, sed Mercurius corporum hoc facere non potest. Est enim propter cruditatem sui sulfuris, quòd in prima habuit alba terra, ex qua cum aqua clara factus est ab initio, quia illud crudum semper appetit corrodere, quod suæ naturæ vicinius est: primò aurum, secundò argentum, & sic de cæteris. Quare alter Mercurius corporum sic facere non potest, quia per congelationem illud crudum sulfur, quod antea fuit in illo, est alteratum in natura, & ideo non corrodit sicut primum, nec seratum aperit, & ideo vna vis non mittitur in aliã, sed vnumquodq; manet per se, quanuis confluctualiter sint coniuncta, secundò naturaliter ex vtraq; parte sunt serata. Quare in examinatione, & per asperitatem ignis imperfectum comburitur, cum vna natura alteri succurrere nõ possit. Sed cùm arg. viu. crudum hoc facere possit, scilicet naturas seratas aperire, vt vnaquæq; res suę naturæ vicinæ sit ad iuuamen: Ideo si dissoluerit argentũ, inueniet argenteam naturam, & si aurum, inueniet auream naturam, si plumbũ plumbeam, & sic de alijs, per ipsorum sulfur congelatur, vt dicit Philosophus, & simile fit illis. Si verò ista corpora quæ suam naturam participant, scilicet imperfecta non possunt ipsum perficere, minimè ista, quæ suę naturę non sunt, nec in minerali cum eo participant, sicut tu quæris in multis stercoribus. Et ideo est particulariter possibile ex eo fieri argentum & aurum, & in alijs corporibus non, vt audiuisti. Nota. Duplex est solutio corporum in Mercuriũ. Per Mercurium scilicet in Mercurium, & in aquam mercurialem. Prima solutio requiritur ad particularia, secunda ad vniuersalia. Prima solutio corporũ in Mercurium, non est aliud, nisi congelati resolutio, id est, quod per solam solutionẽ seratum aperitur, propter ingressum vnius naturæ in aliam, & ista resolutio est in particularibus. Secunda solutio est in aquam mercurialem, & hæc est in vniuersalibus, & ista non fit per solam solutionem sulfuris immaturi in Mercuriũ, sed per putrefactionem corporis & spiritus in calido & humido. Cum putrefactio omnium rerum naturam adinuicem ligatarum, sit solutio & separatio, & sic separentur partes adinuicem ligatæ, vt vnaquæq; pars separetur ab alia. Et hoc fit per solutionem elementorum, quæ in generatione Mercurij sunt connexa, scilicet aquæ & terræ. Et eædem partes cum purgatæ fuerint in natura per conuersionem coniunguntur, & plus se diligunt, propter ipsorum mundificationem quàm antea: quanuis ista separatio fieri non possit in corporibus, nisi per spiritum. Et sic ars transcendit naturam in vna via, quòd artificialia subitò fiunt, cùm tamen naturalia antea prolixè facta fuerint. Non credas, quòd sint elementa vulgaria, sicut aqua nubis, & consimilia, sed humidum aqua, frigidum terra, calidum aer, sic cum ignis. Et sic sunt in naturis rerum elementarũ cùm nequaquam ars possit partes ita naturaliter separare, quòd simpliciter in elementa secundum quod fuerint, transmutentur, cùm primò natura mutauit vnam qualitatem in aliam. Taliter ars bene separare potest, vt humidum à sicco, frigidum à calido separetur. Sed tamen vna qualitas adhuc de naturali cõmistione possidet naturam alterius in aliqua parte, per hoc possunt per artem viceuersa coniungi, sicut diuisa sunt. Si enim vna qualitas non participaret naturam alterius, scilicet aqua naturam terræ in frigiditate, & aer aquæ in humiditate, & sic de cæteris: Tunc sequeretur, quòd naturale opus esset totaliter destructum, cùm simplicia essent elementa, sicut antea fuerunt ante Mercurij generationem: et ars destruxisset naturam, à capite incipiens, scilicet ab auro & argen-

argento, vsq; ad primum, id est arg. viuũ, & vltra ista principia ad simplicia elementa, secundum quod antea fuerunt ante Mercurij generationem, quod tamen ita remotè in arte est impossibile. Et si esset possibile, tunc sequeretur, quòd de nouo extra primam materiam, Mercurij scilicet metallorum, ars componeret elementa, & viceuersa generaret Mercurium, sicut destruxisset, quod est impossibile artificialiter fieri. Sed bene ars destruit à capite vsq; ad pedes, id est Mercurium à pedibus ædificans vsque ad caput, in subtiliori forma naturalis substantiæ, quàm antea fuit. Sic diuiduntur species rerum, cùm in aliam formam transmutantur, quàm antea fuerunt, quod dicit Aristoteles. Sciant artifices Alchemiæ, species rerum transmutari non posse, quod verum est, vt ipse confirmat, nisi in primam materiam conuertantur, id est in argentum viuũ, & vltra hoc non consulo, cum fieri sit impossibile.

De secundo Particulari, quod est in Luna. Cap. XVI.

QVum superius dictum sit, quòd Luna contineat in se sulfur album, sicut aurum, cùm ignis species sub albedine in eo obtecta sit: ideo omne argentum est possibile fieri aurum, vt dicit Philosophus. Non est aurum, quod non prius fuerit argentum. Sic argẽtum continet in se aliquas qualitates indigestas, quæ possunt ab eo purgari, ita quòd per artem particulariter transeat in Mercuriũ fixum, id est in vicinissimam naturam auri, quia tunc omne illud continet in se, quod & aurum, per appositionem sulfuris rubei Philosophorũ, per hoc plus digeritur, & citrinatio in eo causatur in adiunctione corporis perfecti, cum fuerint simpliciter vnius naturæ. Hoc autem in alijs corporibus fieri est impossibile, cùm tantam vicinitatem naturæ perfectè non habeant, sicut ipsum: Quia est impedimentum in generatione ipsorum per sulfur adustibile, & fœtidum, nec ipsa sunt medium, de quo loquitur Philosophus: Non fit transitus ab extremo in extremum, nisi per medium, id est ex Mercurio non generatur aurum, nisi prius fuerit argentum, nec in se habent sulfur ignis simpliciter non vrentis, sed sulfur adurens, & ideo in Mercurium fixum particulariter transformari non possunt, cùm semper prædictum sulfur ea comburat per ignis examinationem. Et sic habes rationes, quomodo particulariter aurum & argentum fieri possunt.

De Sophisticis particularibus. Cap. XVII.

ARistoteles dicit: Sciant artifices Alchemiæ, species rerum transmutari nõ posse, sed similia illis facere possunt, & tingere rubeum citrino, vt videatur aurum, & album tingere, donec sit multum simile auro, vel argento. Possunt quoque plumbi immunditias abstergere, vel alterius corporis, vt videatur aurum & argentum, veruntamen plumbum semper manet plumbũ, cùm in se non habeat aurum & argentum, sicut prius dictum est, vt hi, qui accipiunt salem ammoniacum, vel alia minora mineralia, vt in ipsis errẽt homines, sed aurum & argentum sophisticum faciunt. Coniungunt enim stannum & cuprum cum Mercurio, vt appareat hominibus argentum, & aliquo modo fabricabile, & in igne examinabile, secundum eos, qui in igne experti sunt, qui tamen in hoc deluduntur, & in examinatione naturæ. Adustibile & fœtidum, secundum quod est, veram naturam argenteam non habet in se, sicut apparet in colore & in examinatione aliqualiter. Prima ratio est: cuprũ cõtinet in se Mercurium mundum aliqualiter, nisi inquantũ in sulfure existit defectus, quia sulfur fœtidum & adustibile habet, quod inquantum adustibile, comburit, & ru-

bedinem non ratione digestionis habet, sed ratione sulfuris rubei, & immundi, tamen Mercurius habet substantiam præ sulfure, & ideo tardius in igne deficit, quàm plumbum vel stannum, quoniam Mercurius resistit, nisi inquantum violentiam patitur à sulfure sibi commisto. Et quòd per plumbum citius comburitur, hoc est ratione Mercurij plumbi imperfecti, quia infectus Mercurius cum infecto sulfure, sicut plumbum est, quærit aliquid vicinum suæ imperfectioni, & quum argentum & cuprum commista sunt, in argento non inuenit aliquam rem infectam, sicut in cupro, vbi inuenit primò sulfur adurens, cui citius commiscetur. Et in commistione vniuersali Mercurius cupri magis inficitur, quum plumbum sit ex vtraque parte, scilicet Mercurij & sulfuris infectum, & plus malum, citius adhæreat malo, quàm bono. Et inquantum maius malum malo cohæret, intantum debilius, & peius erit. Et ideo citius coadhæret cupro, quàm argento, inficiens, & comburens illud, cum natura cupri & argenti, vt audiuisti, ex vtraque parte sint seratæ, peiori subuenire non possunt, Et ideo comburitur cuprum ab argento, quæ fluctualiter coniuncta fuerunt. Naturaliter autem ex vtraque parte naturæ eorum sunt seratæ. Et sic bene plumbum comburit cuprum ab argento, quod tardius separatur sine plumbo, quoniam inquantum magis comburitur, in tantum debilius erit, & combustibile. Sed in coniunctione stanni cum cupro & Mercurio, Mercurius aperit aliquo modo naturas seratas, & coniungit hæc duo, scilicet stannum & cuprum. Nam quum ex vtraque parte aliquo modo mundum habeant Mercurium, & sulfur malum debiliter commistum, coniungitur Mercurius Mercurio: sed quia habet potentiam sulfuris, variando colorem cupri, qui existit in sulfure, ita quòd noua forma appareat, & iam ita citò sulfur comburi non possit, sicut ante ipsum Mercurium, & Mercurius crudus coagulatur per ea, & alteratur cum ipsis in natura, sic vt aliquo modo appareat argentum, quanuis verum argentum non est, quum in eo non fuerit debita digestio & decoctio, & sulfur non sit ita simplicis, & virtualis naturæ, sicut ipsum argentum viuum, quum aurum & argentum ex vtraque parte sui Mercurij & sulfuris sufficienter sint digesta, & bonæ maturitatis, & in omni digestione perfecta. Sic habes argentum sophisticum ex stanno, cupro, & Mercurio, & si tunc admiscerent aliquos pulueres minorum mineralium, tunc magis debilitarent sulfur, & sic non esset impossibile, quòd Mercurius ageret super potentiam naturalem, sed semper in fine diminuitur, & comburitur in igne, quum sulfur non sit virtualis naturæ, sicut ipse Mercurius, sed semper occultè comburens, & inficiens Mercurium, quanuis Mercurius sit suppeditatus, & sic postmodum in stercus redeat, secundum quòd stercus fuit. Sic intellige, quomodo verum aurum, & argentum differant ab auro, & argento sophistico, quanuis plures sophisticationes fiant eodem modo per alia metalla in rubeo, vel in albo, adiunctis medijs mineralibus, vel aliquot ipsorum. Sunt verò ipsi laborantes delusi, æstimantes bonum secundum apparentiam: hoc facit ipsorum ignorantia, quòd non cognoscunt naturas metallorum.

De via

De uia uniuersali, sermo generalis. Cap. XVIII.

DEterminato prologo huius artis, & particularibus eius: nũc dicemus de via vniuersali, in qua ars imitatur naturam. Est autem via vniuersalis, vt audiuisti superius, possibilis in naturis metallorũ, plantare ramos, in quibus crescunt flores miri odoris & rosulæ tam albæ, quàm rubeæ. Primum autẽ incipere, est soluere lapidem in suam primam materiam, & est coniunctio corporis & spiritus, vt ex eis fiat vna aqua mercurialis. Vnde Auicenna: Primũq; incipere, est soluere lapidem in suum Mercuriũ. Vnde Rasis philosophus: Ni si corpora soluas, in vanum laboras, scilicet argentum & Mercurium, ad Elixir album: & aurum & mercurium ad Elixir rubeum. Et hoc in balneo roridо, ratione putrefactionis, vt corpora viscositate aquæ mercurialis soluantur. Vnde Parmenides: Cùm coniuncta est in vnum permanens aqua, cum qua fuit ab initio, postea sequitur elementorum diuisio, & ipsorum purgatio. Vnde Alb. Magnus: Quatuor ex vno fiunt, & quatuor vnũ: id est ex aqua mercuriali. Tertium est terræ mũdificatio, de quo dicit Morienus philosophus, Hæc aqua cũ terra sua putrescit, per hoc magisterium totum dirigetur. Vnde Rasis philosophus: Iunge siccum humido: humidũ est aqua, siccum verò terra. Postea sequitur terræ sublimatio, de qua dicit Parmenides philosophus: Ipsum dealbatum citò igne sublimate, vt exeat ex eo spiritus, quem in ipso inueneris, & terra manet calcinata, de qua terra dicit philosophus Parmenides & Morien. Sic cinerem qui est in fundo, ne vilipendas, quia est diadema corporis tui, & permanẽtium cinis. Sic sunt quatuor elemẽta sic præparata, vt superius intellexisti. Nec coniunxeris ea ante ipsorum mundificationẽ, cùm propter eorum immundiciam separentur, quod dicit Ascanius: Spiritus non coniunguntur corpori, donec à suis immunditijs perfectè fuerint denudati. Et fermentum album & rubeum coniunguntur secundũ quòd elementa sunt alba vel rubea. Si alba, tũc requiritur ignis: si rubea, tunc elementa per ignem rubificantur, vt ipsa digerat maturet, consolidet, & absorbeat sordes aquarũ in coniunctione. Habeat proportionabiles virtutes quatuor elementorum, terræ in frigiditate & siccitate, aquæ in frigiditate & humiditate, aeris in humiditate et caliditate, ignis in caliditate & siccitate. Ignis & terra extrema sunt elementa. Aqua & aer sunt media elementa, quæ coniunge per debita & vera pondera, vt plus diligant se ꝙ antea: primò terram cum aqua, secundò aerem cum igne. Et sic conuerte naturas, & quod quæris, inuenies. Tunc terra habilis est ad soluẽdum, aqua efficax ad mundandum, oleum vel aer, in quo portatur spiritus, ad miscẽdum: ignis ad tingendum. Sic corpus retinet spiritum, sicut spiritus retinet animam, cum adiunctione fermenti.

FINIS.

SEQVITVR LIBELLVS ALIVS ΠΕΡΙ χημείας VTILISSIMVS, ET RERVM METALLICARVM COGNITIONE REFERTISSIMVS, ROSARIVS MINOR inscriptus, incerti quidem, sed harum tamen rerum non imperiti authoris.

PRAEFATIO.

Aenigma de arte Alchemiæ, & de modo tractandi authoris. Cap. I.

INQVIT author libri, qui Rosarius dicitur. Descendi in hortum meum, vt viderem plantas diuersorum nascentium, & inter flores cæteros Rosarij mei, inueni rosam niueam seu albã, *itemq; sanguineam seu rubedine decoratam, elegi pulcherrimam, & inspexi, quòd paucæ & raræ, quia non germinauerãt mala punica. Dixiq; voce non tacita: Reuertere, reuertere Hortulane, reuertere & augmenta Rosarium meum, per totum horum multiplica, seu de nouo construe & planta, vt decoretur hortus albis & rubeis rosis splendentibus, superfluisq; abstractis & reiectis, vtilibus & necessarijs diligenter intende. Ipse autẽ Hortulanus rosarum plãtas separauit, & replantauit, augmentauitq; duplicãdo, triplicando, quadruplicando, & sic vicissim multiplicando, vsq; ad albedinem plenam, & deinde ad rubedinem perfectã. Sed hoc totum per augmentationem plantarum, quod mihi placuit. Innuebat autẽ adhuc non satisfeciſſe. Quicquid tamen circa hoc erat scibile, mihi plenariè demonstrauit: Posuitq; idem tempore debito rosas albas & rubeas in terra sua, dimisitq; eas increscere in terram suam, dico propriam, vnde egrediebantur. Et in primo anno subsequenti, egressa est planta, quæ annuatim mille milia rosarum produxit. Et ecce hortus meus iã rosarijs impletus est, educentibus sufficienter pro me rosis, & pro omnibus intrantibus annuatim. Deo itaq; reddo laudes & gratias Hortulano gratas. Et in hoc codice, cæteris meliori, qui non sine causa Rosarius intitulatur, cuncta quæ vidi, & vera probaui, intelligentibus, sapientibus, & artifici idoneo perfectè scribã, vt quicunq; per portas, Hortulano mediante, ad hunc Rosarium ingressus fuerit, non solùm de rosis partẽ habebit, sed videbit etiam artes cunctorum operantium in Rosarium album, vel rubeum, & per consequens acquiret discretionem discernendi circa hoc intentionem scripturarum omnium, vbicunq; magisterium obscurum videbitur & manifestum. Nam in hoc est veritas omnino nuda, & etiam vestita. Nuda scientibus & discretis in propinquioribus naturis minerarum: Vestita autẽ stultis, in remotioribus, imò impossibilibus naturis vegetabilium, & animaliũ secundum solum textum magistrorum, artem inuidè obscurãtium laborantibus. Perfectam enim vobis scribo veritatem, & operationes certas, & veras & integras, sine deuiatione aliqua.

Admonitio, Cauenda duo genera seductorum, & quòd ars consistat in Mercurio fixo. Cap. II.

SEd verè verè, multi venient pseudophilosophi post me, qui seducent operantes, quorum in genere, tantummodò duos inuenio, scientiam istã cooperientes. Primus est ignorans artem, & sophisticus: Secundus verò sciẽs & philosophus inuidus. Primus componit libros deceptorios, deceptiones suas & sophistica testificantes, & scribit super capita ipsorum titulos Philosophorum bonorum, vt videantur habere bonam artem, & Elixir perfectum. Et

vt ma-

vt magis credantur ab hominibus, ferunt pulueres lapidum, albi vel rubei, & tractant aurum & argentum, sed sequentes deficiunt in operationibus, dum probant scripta illorum. Secundus est totus inuidus, & composuit libros de illis, quæ magis remota sunt à veritate, ad prolongandum homines à via vera, in quantum potest, studetq; probare dicta sua per solas rationes, quæ videntur insipientibus esse certissimæ: ille ponit artem in herbis, & plantarū fructib. & in multis vegetabilib. extraneis & remotis. Vel vt videatur nobis relinquere veram artem, magis Philosophicè loquitur, accipiens fundamentum super quatuor elementa, quæ sunt materiæ Philosophicæ, eáque à multis extrahit, velut à vegetabilibus, & animalibus, & à multis alijs extraneis, videlicet ab ouo, à capillis, à sanguine, à stercore, ab vrina, à spermate, à bufonibus, & ab alijs multis, quemadmodum scripta illorum demonstrant, & declarant. Vel ponit vnum pro alio, vel similitudinariè, vel ad planum, & ponit totam artem vel in principijs prædictis, vel in medijs mineralibus remotis, vt est atramentum, sal borax, alumen, Marchasita, Magnesia, Tutia, & alia mineralia multa. Et quanuis prædicta iuuant ad festinationem quandoque, & ad mudificationem seu ad coloris augmentationem, tamen inuident, qui ea ponunt pro materia Philosophica completa. Et sic detegunt artem, vel etiam operiūt, & seducunt insipientes, vt vilipendant artem: aut quāuis accipiant veram materiam, & naturam mineralem, tamen per diuersas eorum operationes fictas & impossibiles, seu ineptas, prohibent insipientem peruenire ad complementum. Et ò nouelli Alchemiæ artem comparantes per totum vt supra, creditis expectandum bonum, & transmutationem bonam, & veram, ab eo quod citò ab ignis combustione destruitur, & in cineres redigitur? An non dicitur, quòd sulfur & auripigmentum citò comburuntur? & ab ignis combustione citò consumuntur? Sed azot semper diutius manet incombustum. Perfectum in metallis, est argentum viuum fixum, vt supra.

De eodem quòd Mercurius fixus perficiat, & diuisio operationum, & libelli in duas partes. Cap. III.

IAm probaui apertè, & secundum rectam veritatem, quòd defectus in metallis, est defectus argenti viui, fixi, & puri, & quicquid eligitur in hac arte ad perficiendum, est causa illius, & ergo in ipso est perfectio, & non in aliquo alio. Scias hoc, ne trade obliuioni, vbicunq; inueneris ipsum, tene pro lapide maiori, cui nulla res similis existit, nec potest facere quod facit. Si est correctū, corrigit, si fixum, figit: si liquidum, soluit: si spissum, coagulat: si tinctum, tingit. ipsum enim præcellit cuncta corpora in puritate. Et qui posset pœnam sustinere ignis, faceret ex eo cum sulfure suo congelato, Elixir excellentissimum. Accipitur viuum & mortuum, sed purum est semper eligēdum, quod viuum est. Multæ operationes ex eo fiunt, quæ diuiduntur per duo. Prima fit cum adiuuamine: Secunda ex se solo, sed natura procedit cum suo sulfure. In duobus verò capitulis binas operationes perfectè complebo. Et scribam quicquid probaui, vel feci, vel vidi. Ex dictis Philosophorum nihil teneo ad præsens, nisi quòd affirmant dicta mea, quia veritatem dicam, & liber factus sum ab inuidia. Intelligat ergo qui vult dicta mea.

PRIMVM CAPVT.

Promißio & diuiſio dicendorum de operationibus Alchemiæ. Cap. I.

IN primo capitulo dicam cunctas operationes, quæ egrediuntur de materia cum auxilio diuino &cet. Nullum ſophiſticum hunc librum intrabit, ponam ſemper regimen, ad perfectionem perducens. Multa ſiquidem ſunt coadiuantia. Dico breuiter, quòd adiuuamen calcinationis eſt hoc. (& primò dicam de corporibus).

De Calcinatione Saturni, & Iouis. Cap. II.

SAturnus & Iupiter calcinantur cum adiutorio ignis primò, & cum induſtria artificis, & hoc igne non ſuperante ſuam fixationem, in vaſe terreo, forti, mouendo cum baculo ferreo, donec ſint incinerata. Cineres imbibũtur, cum aquis acutis mundantibus. Ad rubeum valet vrina humana purificata aqua ſanguinis, vel acetum rubeum. Ad album valet acetum album, aqua ſalis communis, & aluminis: & alia acerba multa poſt imbibitionem deſiccantur ad ignem vel Solem, donec peruenerint ad calcem albam vel rubeam. Item calcinantur cum adiutorio ſalium, & illa calcinatio bona eſt, & per adiutorium vitrioli & aliorum acutorũ. Calcinantur etiã cũ adiutorio ſulfuris, ſeu auripigmenti, & illa eſt melior. Sed optimè calcinantur cum Mercurio ſic: Primò amalgamentur, & terantur, & abluantur cum acutis, vſque ad emendationem perfectam, deinde miſceantur cum ſalibus acutis terendo, & cum aluminibus & alijs acerbis, & exiccentur & erodantur, deinde deponatur ſalſedo, cum ablutione. Sit tamen Mercurius, priuſquàm deſiccatur, cum ſale per ſublimationẽ extractus, & ſic remanet calx alba, qua melior eſſe non poteſt. Et regulam tibi do generalem, quòd qualitercunq; calcinetur Iupiter cum igne, facit calcem albam, Saturnus ſemper rubeam, niſi cum acutis fuerit dealbata.

De Calcinatione Veneris & Martis. Cap. III.

VEnus & Mars cum adiutorio ignis calcinantur, primò in furno reuerberationis, ſi ponatur intus limatura illorum: per flammę reuerberationem calcinatur, & fit de Marte crocus ferri, quòd dicitur ferri cementum. De Venere, æs vſtum ſimplex, vel χαλκὸς πεπαυμένος. Calcinantur etiam per ignitionem & extinctionem in acutis, donec totaliter conuertantur in ſquamas, quẽadmodum Iupiter & Saturnus calcinantur per abſtractionem ſuæ ſcoriæ, deinde imbibitur calx cum acutis & ſalſis, donec fuerit rubeum & mundum. Poteſt etiam Veneris calx dealbari & Martis. Calcinatur etiam cum ſulfure & auripigmento, miſtis cum laminis, vel cum limatura illorum, quin etiam cum ſalibus, aluminibus, & alijs corroſiuis. Et præparatur calx cum ablutione, & deſiccatione, donec fuerit ad libitum. Calcinantur etiam multum bene per ignitionem & extinctionem in Mercurio, & quicquid in qualibet extinctione abradi poteſt, abraditur cum cultello, & iteratur opus, donec ſit ad libitum. Et præparatur cum ablutione & deſiccatione cum ſalibus, & abſtrahendo Mercuriũ, & fiet calx optima. Et ſcias, quòd calx corporis nõ figitur, niſi calcinetur cũ igne. Et hoc dico, quia omnia corpora poſſunt calcinari ſuper vapores acutorum, vel cum acutis. Sed melior calcinatio corporũ fit cum Mercurio.

De Calcinatione Solis & Lunæ. Cap. IIII.

SOL & Luna calcinantur ad modum Veneris & Martis, ſed quod melius eſt, & optimum, per amalgamationem cum Mercurio, & ablutionem, & deſiccationem, vel per abſtractionem Mercurij per ſublimationem, ſicut eſt narratum. Spiritus verò non poſſunt calcinari, niſi prius ſint fixi.

De

De Calcinatione aliarum rerum & miſturarum. Cap. V.

CAlcinantur & aliæ res multæ ad extrahendam tincturã ex illis, & vt ſubtilentur illarũ partes & mundentur. Et ſcias quòd quodlibet corpus per ſe calcinatur, & ſi aliqua coniungantur, & calcinentur ſimul, fit calx mirabilis in effectu. Ne obliuiſcaris hoc, tenta, & optimum retine. Hoc de his ſufficit.

De Sublimatione ſpirituum. Cap. VI.

SVblimantur & ſpiritus & media mineralia, cum adiuuamine. Spiritus ſublimantur vel à ſalibus, vel ab atramentis, vel ab aluminibus, vel à corporibus, vel ab iſtis miſtis. Et nota, quòd ſublimatio fit cauſa purificationis tincturæ. Si ſublimantur ſpiritus cum immundis, immundantur: ſi cum adhærentibus, remanẽt magis fixi cum tinctura inferius, quod quærimus. Vnde de neceſſitate oportet vt mundentur prius per acuta, & per lauacrum, aut per vnicam ſeparationem impuri à puro. Cogitate diligenter ſuper hoc. Nam illud medium eſt ſecretum. Spiritus mundificatos cum calcibus puris corporũ ſublimate, donec figantur, & videbitis me verum dixiſſe.

De Sublimatione corporum imperfectorum. Cap. VII.

SVblimantur corpora cum adiutorio ignis, & hoc expreſſione ignis. Et hoc fit ad habẽdam materiam mundè temperatam. Nam quod nimis eſt volatile, & terreſtreitas immunda, diuiduntur per ſublimationem, & remanet ſubſtantia tẽperata, vt dixi, quam quærimus. Sublimantur etiã cum rebus eleuantibus, cũ ſulfure, auripigmento, Mercurio, & alijs ſpiritibus. Et illud dico cum corporibus non fixis, vt ſunt Iupiter & Saturnus, qui ſine fæce, vel re aliqua poſſunt ſublimari, & cum quolibet prædictorum: & Venus & Mars quæ ſublimantur cum prædictis.

De Sublimatione corporum perfectorum. Cap. VIII.

SEd notandum præcipuè, quòd corpora fixa poſſunt etiam ſublimari, ſcilicet Sol & Luna. Sed cauſæ eleuationis eſt, vt hæc purificemus, vel ſulfure vel auripigmento, vel argento viuo, quòd ea facit aſcendere citius per reiterationem, & velocius figantur. Et hoc eſt ſecretum intimum, quod dico pro certo, & omnes ferè celant. Dico tamen: Corpora debent fieri incorporea in aſcendendo, & incorporea corporea in deſcẽdendo. Maxima induſtria eſt, de corpore facere ſpiritum, & econuerſo. Sed verum eſt, quòd ſi ſumma volatilis ſuperat ſummam fixi, finaliter reuertetur in corpus ſpiritiuale, vel album vel rubeum. Verè non ſum inuidus, nam denudaui omnino.

De Fixatione. Cap. IX.

FIgitur autem omne volatile cum mundatur per iuuamen ignis, videlicet decoctione diurna, & hoc eſt meum ſecretum, aut per alicuius rei fixæ adiutorium, hoc eſt per imbibitionẽ, & reiterationem prædictorũ, vt in ſublimatione narraui ſatis aperte. Et hoc eſt vnum de ſecretis meis magnis. Corpora etiam figuntur, vt præ figuraui calcinando vel coquendo ſolo igne.

De Diſtillatione. Cap. X.

DIſtillantur autem multa pro adiuuamine operis iſtius. Diſtillatur aqua à vitriolo viridi vel Romano, à ſale petræ, & alumine plumoſo, quę maximè valet pro adiutorio iſtius operis: cum ipſa enim ſoluuntur mirabiliter omnia corpora cruda & calcinata, & ſpiritus calcinati vel fixi, ſolutione mirabili & pulchra. Diſtillãtur & aliæ aquæ multę, & olea, de ſalibus, atramentis, aluminibus, & alijs rebus multis, mineralibus, vegetabilibus & animalibus, ſicut inuenitur in libris Philoſophorum de hac arte tractantium.

De Solutione. Cap. XI.

SOluuntur omnia corpora & ſpiritus cum adiutorio aquæ corroſiuæ ſupradictæ, vel cum alijs aquis corroſiuis, quæ multis fiunt modis, & quia

talia in multis inueniuntur Philosophorũ libris satis veraciter & apertè, excusamur de illis in hoc nostro Rosario tractare. Sed hoc teneas amice mi, quod melior fit solutio in igne in fimi calore, & cum Mercurio viuo, & aqua vitæ, dũ ablutus est, sed in primo dicitur venenum seu res mortifica.

De Ceratione. Cap. XII.

CErantur corpora calcinata cum corporibus resolutis, & hoc imbibendo & cerando, & quanuis multæ sint imbibitiones corporum, tamen melior fit cum Mercurio, scilicet quando est aqua viua depurata. Et melior inceratio fit cum azot viuo, & gutta saponis. Nam aqua corporis, cũ corpus reductũ sit in Mercurium, dicitur sanguis, & qualicunq; modo aliquid cum oleis inceratur, non valet quicquã, nisi oleum prius sit fixũ, & incõbustibile factum, & istud oleum non habetur nisi ex metallis fixis: scias hoc excellentissimum secretum, & quod magis carum apud Philosophos inuenitur.

De Coagulatione. Cap. XIII.

COagulãtur cũcta resoluta cũ adiutorio ignis, & hoc in vasis firmiter clausis, sed tene à me hoc secretum, quòd res perfectè coagulata est, quę fluit cũ ignitione conuenienti, & cum expectatione examinis ignis. Sin autẽ nõ, reitera opus, & peruenies per reiterationẽ ad propositũ, domino annuẽte.

De Particularibus ad album in genere. Cap. XIIII.

ECce narraui tibi cunctas operationes veras & necessarias in opere huius artis ad laborem abbreuiandum, & adiuuandã naturã generaliter. Modo satisfaciam, specialia & particularia meliora enodabo in hoc capitulo. Primò ergo quomodo corpora augmẽtantur, & postea de abbreuiatione temporis & laboris, & Elixir. Et quia nullo modo potest fieri rubeum verũ, nisi præcedat albũ, talia verò ad augmentãdas rosas albas, vt fiat Luna perfecta, tibi dono. Primò desiccandum est corpus Lunę, & hoc per calcinationem quam narraui. Et ista est causa, vt humiditas istius, cum quo proponimus augmentare ipsam, radicabilius & firmius illi adhæreat sine separatione, deinde calcinandũ est aliud corpus non fixum, cum quo proponis operari, & hoc vt per eam figatur. Nam volatile in ipsis euolat per calcinationem ignis, & remanet terra azyma & munda. Per eandem etiam calcinationem deletur vnctuositas glutinosa, & immunditia de corpore, & reducitur in statum pristinum, & remanet terra munda, non adurens, nec denigrans corpora. Deinde resolue calcem Lunæ in aquam mundam & claram, sicut demonstraui tibi in Cap. Dissolutionis. Secundò calcem azymam cuiusuis corporis similiter resolue, aquas coniunge & illam bene cõmistam congela in massam albam, & in fine congelationis descende per botum. Et melior modus est iste, quàm vnquam probaui. Accepi vnam partem corporis fixi, & tres partes non fixi, Item resolutam calcem Lunæ, & aquam etiam corporis non fixi, iterum coniungebam istam aquam, coniunctam composui cum prima massa prædicta iterum calcinata, & resoluta, & erat tunc augmẽtata prima pars, & tres sui partes: illud totũ congelatũ feci secundo descẽdere, illud opus reiteraui quindecim vicibus, nec meliorem Lunã Deus vnquam creauit, tenui ipsam auro cariorem. Inueni etiam alium modũ leuiorem multum, videlicet imbibendo calcem corporis non fixi, cum aqua calcis Lunæ, terendo vel cerando super marmor, bene desiccando, & descendendo. Et iterum secunda vice nouam calcem non fixi, imbibendo, cum resoluto calcis nouæ Lunę, apponendo calcem primæ massæ, videlicet vnam partẽ istius cũ tribus partibus alterius, deinde desiccando & descẽdendo, & reiterando per quindecim vices. Sic enim perueni ad Lunam multo meliorẽ naturali.

rali. Propterea probaui & alium modum adhuc multo leuiorem, videlicet resoluendo Lunam calcinatam in aquam, & imbibendo cum illa aqua calcẽ corporis non fixi, terendo & desiccando, & descendendo. Iterum reiteraui hoc opus de noua materia, & quando desiccatum erat, posui super tres partes, de nouo desiccato, cum parte vna massæ præcedentis generatæ, nihil tamen de reiterationibus omisi, & inueni in decima quinta vice Lunam bonam, æquipollentem naturali. Homo etiam bene potest transire, si vult melius, cum decem reiterationibus, vel circiter, quanto plus tamen reiteratur opus metallicum, tanto melius. Et scias quòd prædictæ resolutiones optimè fieri possunt cum aquis corrosiuis, sed semper melior resolutio fit cum Mercurio. Scias hoc, O quàm multa bona procedunt ex corporibus cũ Mercurio amalgamatis. Hæc iam dixi in generali, nunc verò de quolibet corpore simpliciter tractabo.

De Particularibus ad album in specie. Cap. XV.

ACcipe vnam partem Lunæ, & quinq; partes vel sex Martis, & descende simul per botũ, vt prætactum est, & habebis bonam Lunam. Accipe vnã partem Lunæ, & duas partes, vel tantundem de Venere, & descende per botũ simul, vt prædictum est, & habebis bonam Lunam. Accipe partem vnã Lunæ, & tres partes Saturni, & fac descẽdere per botum simul, per modũ prædictum, & habebis meliorem Lunam. Accipe vnã partem Lunæ, & tres partes Iouis, & fac descendere ista adinuicem per botum, sicut narratũ est ante, & est Luna optima, æquipollens naturali in omni examine sine fine. Si fidelis est sermo meus, estote memores animæ meæ, propter ea, quę dixi. Item, aliter etiã fieri potest optima operatio per amalgamationẽ Mercurij. Lunam desiccatã amalgama cum Mercurio, ana, sed sint in duplo, Mercurij vel amalgamationis Martis, & pone sex partes istius cum vna parte primę: totum amalgamatum simul decoque, donec Mercurius sit separatus, & descende, & reitera hoc opus quindecim vicibus, & erit Luna bona. Amalgamatur etiam Luna cum Mercurio, sicut prædixi, & Venus etiam amalgamari debet ad modũ Martis, duæ partes istius, & vna amalgamationis sublimetur, & descendatur per modũ iam dictum, & cum opus iam quindecies reiteratum est, erit Luna bona. Amalgamatur Luna præcipuè cũ Mercurio, & Saturnus cum eodem ana, & tres partes ipsius cum Luna pone, sublimando & descendendo, & reiterando per præscriptum modum, & peruenies ad Lunam meliorem. Amalgamatur præcipuè Luna cum Mercurio, & Iupiter cum eodem, ana, & sint de ipso tres partes, cum vna parte Lunæ, & per reiterationem sublimationis, pro Mercurij separatione & per reiterationem descensionis operis peruenies ad Lunam meliorem de mundo. Prædicta verò sufficiunt in albarum rosarum augmentatione.

De Particularibus ad rubeum in genere. Cap. XVI.

AD augmentandas rosas rubeas procedamus. Prima regula generalis est: pone in omni opere rubeo Solem, quemadmodum Lunam in azymo.

Sed notandũ, quòd calces quorundã corporũ solo ignis adiutorio rubificantur, quorundam non. Quorum rubificantur, sunt hæc: calx Martis, Veneris, & Saturni. Calx verò Lunæ, Iouis, & Mercurij fixi, non rubificatur solo adiutorio ignis, in hoc capitulo primo, sed in capitulo nostro secundo, & vltimo in magno videlicet magisterio, calx illorum rubificatur ad libitum, & tingunt sine mensura. Ecce thesaurus Philosophorum. Rubificantur tamen in hoc capitulo primo, cum rebus tingentibus, sicut sunt sulfur, atramentum, aqua ferri, & oleum rubicundum Philosophicum à mineralibus seu vegetabilibus, vel animalibus extractum. Et talis modus est operandi, sicut in albo Lunæ, sed in hoc opere Sol est calcinandus & dissoluendus. Soluãtur & omnia cor-

pora nõ fixa calcinata. Et per eandem calcinationem rubificata in aquis coro-liuis vel dissoluentibus, dico rubicũdioribus, aquas cõiunge, & congela, & de scende in massam rubeam, vt de albo feciſti, & reitera hoc opus, vt de azymo feciſti, per quindecim vices, & habebis operationem perfectam. In hoc enim opere seruare poteris omnem modum operandi, quẽ in albo narraui, & istud est in his quæ rubificari possunt cum adiutorio ignis. Et quòd omnes calces corporum rubificari possunt, cum adiuuamine multarum rerũ tingentium, re-stat hîc nobis declarare. Sed quia de talibus, quàm pluríma bona & vera repe-riunt in lib. Philosophicis istius artis, & aquæ rubedine tingentes, pulueres, & olea, cũ quibus calces tam sæpe imbibũtur, desiccantur, soluuntur, & congelã-tur, & descenduntur, vsq; ad rubedinẽ. Ergo videtur nobis superfluum de illis tractare: Solis tamen tincturam specialem, ad satisfaciendum, à me accipiatis.

Particulare ad rubeum in specie. Cap. XVII.

IN aquam salsam calidam, postea in dulcem calidam, finaliter in acetum mul toties, puta viginti vicibus limaturã Martis lauate, quousq; sit clara, bene mũ da, & ponite eam in vase vitreo, vel vitreato, cũ optimo aceto albo, per plu-res dies, quousq; per hoc multũ rubescat, quod erit citò. Tunc totum ponitur in distillatorium vitreũ, & distilletur sæpius, quousq; illa limatura totaliter eua nescat. Nam sublimabitur proculdubio cum aceto iam dicto, & transibit tota illa limatura in aquam rubeã, stetq; præterea in quiete per aliquod dies: hæc a-qua Lunam præparatam & fusam tingit mirabiliter in calorẽ rubeum, & in qua libet reiteratione operis, calces cum hac aqua imbibe, & exicca, solue, congela & descẽde, donec tinctura sit sufficiens, & ista aqua est mineralis & corporea.

Fit & alia bona per hunc modum: Sumatur de vitellis ouorum libra vna, & & de sanguine humano recenti libra vna, & duę libræ de capillis humanis be-ne mundis, permisce ista in vitreata rotũda. Deinde recipe salis ammoniaci be ne triti, duas libras, & cõmisce omnia simul, & illa vitreata ponantur in illa cũ cinere cribellato, & accendantur sub ea ignis lenis, & cum totũ resolutum fue-rit in aquam, tunc proijce de sulfure citrino super illud, quantum est medietas omnium medicinarũ: remoueatur tunc vas ab igne velociter, mouẽdo totum simul, postea proijce totũ in cucurbitam ad distillandum, & toties distilla su-per fæcibus, commiscendo cum aqua, quæ ab eis distillatur, donec omnia re-maneant in fundo sicca. Istud mistum & tritum cum calcibus dissolutis conge latum, tingit peculioſè, & ista est tinctura vegetabilis, seu animalis.

Apostrophe ad Lectorem, & oratio ad Deum. Cap. XVIII.

ECce Amice mi dilecte, ecce quàm multa bona iam narraui, ex his quæ in Rosario meo continentur. Non vales tamen adhuc per prædicta, ex illo aliquas accipere rosas. Nam fossatis profundissimis, murisq; fortissimis, ac propugnaculis multis Rosarius meus tam fortiter est firmatus, quòd nemo per aliquod ingenium intrare valet, nisi per septem portas firmissimas & me-tallicas, multis clauibus mirabiliter clausas. O clementissime Deus ac miseri-cors, si iam aliquid peccaui, respice super me oculis benignitatis tuæ, quia tu solus cognoscis corda hominum, & me iam istud dixisse ex fonte misericordię solo. Et deprecor te humiliter & deuotè cælestis pater, vt non intret in corda iniquorum: sciant autem filij sapientiæ & intellectus, quòd Hortulanus meus, gratia Spiritus sancti paracleti infusus & repletus, solam mihi clauem demon-strauit, per quam cunctæ portæ in ictu oculi mirabiliter, & quasi miraculosè a-periuntur, in mei Rosarij capitulo primo. Et gratiam, quam mihi Hortulanus meus fecit sua benignitate, piè & amicabiliter scribam omnibus doctis & intelligentibus.

Composi-

Compositio Aquæ fortis, quæ est clauis Rosarij. Cap. XIX.

ACcepit enim Hortulanus tres herbas, quas generatas inuenit in loco Rosarij ex eadem terra, de qua Rosarius est egressus, & erāt Chelidonia, Portulaca marina, & Mercurialis. Ex his tribus cōposuit clauem prædictam, quem modum cōponendi, uobis perfectissimè enodabo. Recipe duas libras uitrioli uiridis, & duas salis petræ, & unam libram aluminis plumosi, terendo quodlibet per se. Deinde coniunge. Posteà habeas aludel uitreum bene lutatum, exterius circumquaq; luto sapientiæ, & pone in eo puluerem prædictorum, & alembicū desuper uitreum, iuncturas firmiter cum bono luto sigilla, ut respirare non ualeat, & pone super furnum distillationis dando illi lentū ignē. Distillatur enim prima aqua primò, quam recipias in phialam uitreā cum longo collo, sitq; phiala cum alembico sigillata cum luto prædicto, continua ignem lentum, donec alembicus intus colore citrino sit coloratus, & istud est signum aquæ secundæ. Primam deinde aquam cum sua phiala depone, & obstrue cum cera, & appone nouam phialam, quam firmiter sigillabis augmentando ignem, donec alembicus intus rubescat, quod signū est aquæ tertiæ fortissimæ. Depone phialam cum aqua secūda, & sigilla, & appone nouā phialam spissam cum collo multum longo, sigillando firmissimè cum luto optimo, & augmentando ignē semper, donec tota aqua fuerit egressa, quam depone, & sigilla firmiter os cum luto figulorum, & usui reserua.

Laudes Aquæ fortis prædictæ. Cap. XX.

ISta est aqua fortis, preciosissima, uirtuosa, quæ dicitur aqua corrosiua, & uerè clauis est, per quam solam cūctæ septem portæ metallinæ, uidelicet Rosarij mei aperiuntur in momento. Cum ista claue minerali potes reserare septem portas prædictas, & intrare Rosarium, & accipere rosas albas uel rubeas de quacunque planta uolueris, secundum uelle tuum. Et indubitanter qui clauem istam secum habuerit, cuncta in Rosario existentia, ipsi cognita erūt. Intellige quod dico, & prepara ei hospitium in medio cordis tui, ut intus per quū hospitetur. Cum ista aquia laudabili corrosiua potes in momento resoluere cuncta corpora, tā cruda quàm calcinata, omnes spiritus, & omnia mineralia, necnon lapides preciosos, & congelare quando uolueris, ut prædictum est in una hora. Ista enim aqua tales habet effectus mirabiles & laudabiles, quòd resoluit solidum, & reddit liquidum, mundat immundum, corrodit superfluum, figit fugitiuum, consolidat disgregatum, augmentat tincturam azymam optimè, & rubeam, omnia penetrat, durum mollificat, & molle indurat, & discordantes concordat, & est clauis totius huius artis. in hoc capitulo nostro. Quid dicam de ipsa? Eius laudes inueniuntur interminabiles. Valet & aqua prima & secunda ad multa in hac arte: coniunge ambas simul, nec meliorem rem habere potes in mundo, ad abluendum calces corporum quascunq;. Quia omnis immunditia, nigredo, corruptio, & sulfureitas adurēs, per eam tollitur. In fæcibus uerò est maxima tinctura, studeas in ipsis: nam in eis est magnum arcanū. Imbibe fæces cum tota aqua, prima & secunda, & dimitte stare, & incorporari per quatuor dies, & iterū distilla per præscriptū modum, & habebis plus de aqua forti corrosiua, quàm prius habuisti, & hoc est finale secretū. In hac enim aqua resoluuntur cunctæ tincturæ coadunandæ, earū enim aqua tunc admisceri potest cum aquis corporū calcinatorum & resolutorum. in ea enim resoluūtur Saturnus & Iupiter, Mars, & Venus, Mercurius, Luna, & Sol. Per ipsam etiam melioratur ziniar, & multa alia, cum quibus opus abbreuiatur, coloratur, augmentatur. Et hæc de prima parte primi capituli sufficiunt. Ad ipsam tamen complendam, de secunda ipsius parte, & ultima tractabo. Nam bene sequitur Elixir cum iuuamine, post omnium corporum perfectam augmentationem.

Recluſio Roſarij per eandem aquam. Cap. XXI.

CORpus putrefactum,& deinde cum calore temperato, cumq; retentione ſeu reſeruatione ſuæ humiditatis radicalis philoſophicè calcinatum diſſolue. Sitq; tamen prius mundatum ab omni re corrumpente,& hoc erit in principio operis,& iſtud eſt de azymo, ſitq; calx alba corporis uicinioris imperfecti, fermentum quoq; azymum bene mundatum,& calcinatum azimum reſolue ut primum. Aquæ mundandæ ſunt ab immunda fæce,tunc coniungendo in phialam uitream cum ſtricto collo & alto,cuius os firmiſsimè ſigilletur. Pondus etiam eſt notandum,ſunicq; ſemper partes quatuor imperfecti, & una perfecti. Ponenda eſt autem phiala cum aqua in furno coagulationis,donec totum coaguletur in lapidem coagulatione bona,& fixa. Et habes tunc plantas Roſarij tui unius anni. Item ſecunda uice reſolue nouam materiam,ut prius in eadem proportione, lapidemq; coagulatum iterum reſolue,ſitq; ana de iſtis. Aquas reſolutas coaduna, & unitas congela per prætactum modum, & habebis plantas duorum annorum. Tertiò reſolue de materra noua,ut prius in pondere lapidis anni primi, & coniunge cum lapide duorum reſoluto,cõgela ut prius,& habebis Roſarium tenerrimè florentem,& decem roſas producentem. Quartò nouam reſolue materiam ut prius,ſemper in proportione æquali lapidis primi anni,& coniunge aquas anni tertij lapidis,& congela ut prius,& habebis lapidem quadriennij uiginti flores roſarum producentem,& hoc fac quintò,& Roſarius quinquennis triginta producit roſas. Sextò & producet centum roſas. Septimò,ducentas roſas. Octauò, trecentas roſas. Nonò,mille. Decimò, duo milia. Vndecimò, tria milia. Duodecimò,centum milia. Decimo tertiò,ducenta milia. Decimo quartò,trecenta milia. Decimo quinto, mille milia. Et ſic in die decima quinta, habebis opus Lunæ perfectum. In rubeo, ſiue ad rubeum, ſemper operaberis in calcibus corporum rubificatis,& reſolutis,& cum reſolutione Solis. Sed tene hoc meum finale ſecretum. In quantum plus tinctura cum adiutorijs augmentatur, tantò altius tingit. Stude & proba in arte prædicta,& eris breuiter fortunatus. De cunctis autem iuuantibus & auxilijs huius artis,manifeſtè ſatis in prima parte iſtius capituli primi dictum eſt,ideo mei Roſarij capitulum finio.

SECVNDVM CAPVT.

Perfectionis cauſam,ſolum Mercurium eſſe. Cap. I.

DICTVM eſt ſuperius, quòd huius artis precioſiſsimæ finalis intentio eſt,meliorare metalla imperfecta,& ad gradum perduaere ſupremũ. Et imperfectio & corruptio eorum progreditur ex defectu boni & puri argenti uiui fixi,ſicut multoties dixi,& omnes dicunt philoſophi periti. Relinquitur itaq; ipſum ſolum eſſe perfectiuum. Eligamus ergo ipſum,& perficiamus, quemadmodum tunc fecerunt philoſophi, qui perfectionem habebant. Ipſum ſolum,quicquid ſcribitur, eſt lapis quem philoſophi laudant ubiq;,quem occultant in infinitis parabolis,& ſcripturis fictis & ſimilitudinibus, & detegunt eum cum magnis ſuis philoſophijs. Et iam talem inſpirauit mihi ſpiritus Dei gratiã, quòd cum duobus uerbis eius, omnes libros philoſophicos, de hac arte exponam. Ecce uerbum Spiritus ſancti: MERCVRIVS, EST LAPIS QVEM HONORANT PHILOSOPHI, Diuiſum eſt cor meum, & ſicut librum aperiens legat quilibet & intendat. Solum argentum uiuum quærimus. In ipſo enim totum eſt quod deſideramus,ergo ſuam in ſe continet tincturam. O' quàm precioſa creatura eſt illa, & delectabilis, Deus enim meliorem non creauit,præter animam rationalem. Habet in ſe corpus,animam, & ſpiritum.

& ſpiritum. Corpus ſtat, anima uiuificat, ſpiritus tingit. Iſta ſunt in Mercurio ſolo ex aquæ groſsitie, ui ſulfuris puri non urentis congelato. Mercurius ergo lapis noſter eſt, nec alia res eſſe poteſt, quem aquam ſiccam nominamus, eo quòd ui ſulfuris azymi, uel rubri uniformiter eſt inſpiſſatus, à quo cuncta corpora trahunt originem, ex ipſo enim fiunt, & in ipſum reuertuntur. Verbi gratia: Sol ex Mercurio uiuo puro fit, & iterum reuertitur in argentum uiuum per ingenium, & ſic de cunctis corporibus habet fieri.

De differentia Mercuriorum. *Cap.* II.

SEd dico uobis iſtud, quòd argentum uiuum ex Sole factum, maioris eſt uirtutis incomparabiliter, & uelociorem dat fixionem, quàm illud quod non erat corpus, ſemper tamen eſt argentum uiuum de argento uiuo, & eſt calidum, & humidum, & maſculinum. Argentum uerò uiuum ex Luna factum, dat fixationem uelocem, quod eſt frigidum, ſiccum, & fœmineum. Argentum uerò uiuum quod non erat corpus, ex quo tamen generantur corpora, non differt ab alio argento uiuo, niſi in ſola digeſtione, & per ipſum ſolum, non aliter, omnia corpora in argentum uiuum reuertuntur.

Similitudo Viam uniuerſalem inſinuans. *Cap.* III.

CVncta naſcentia ſeu plantæ ex terra egreſſæ, nónne ſemper ad terram reuertuntur? & hæ poſtquàm in eadem terra fuerint iterum per tempus putrefactæ, tunc totum eſt terra. Sed non qualem uirtutem illa terra habet. Videmus enim quod ex terra frumẽtum naſcitur, habens ſtipulam & grana multa, & ſi tunc artificialiter ſtipulæ in terram reponũtur, cum fimus factæ fuerint, uidemus quòd totus fimus reuertitur in terram per putrefactionem. Sed grana reſeruata, ſi iterum ponantur in eadem terra ſtipularum ſuarum prędicta, multò magis augmentantur, quod expertis agricolis conſtat. Sic corpora ſubmerſa in Mercurium per conuenientem putrefactionem reuertuntur in argentum uiuum, quod prius fuerunt, & poſtea grana metallica, in eadem terra putrida proiecta multiplicantur, & innumerabiliter creſcunt.

Practica Caligine obducta. *Cap.* IIII.

MOdus uerò agendi talis, eſt ad modum naturæ. Argentum uiuum noſtrum ui ſulfuris azymi uel rubei non urentis congelatum ſeu inſpiſſatum, in primis eſt mundandum ab omni ſorde & ſuperfluitate, quæ per ingenium deleri poteſt: & illud ingenium eſt ſublimatio, quæ ſic fit. Ponatur lapis in uaſe aperto ſuper mediocrem ignem, agitando ipſum Mercurium, ut tota humiditas ſuperflua euolet, quæ eſt in eo accidentalis, ex qua opus corrumperetur, & hoc non omittas, & tunc remanebit (poſtquàm totum aquoſum & indigeſtum, quod nimis erat uolatile, erit depoſitum, cum igne non ſuperante ſuam radicalem fixionem) ſubſtantia temperata inter fixum & non fixum, apta pro opere iſto complendo. Sitq; ſemen ſeu fermentum mundiſsimè purgatum, cuius una pars ſufficit ad duodecim lapidis purgati: fiat amborum ingenioſa amalgamatio: deinde totum amalgamatũ ponatur in uaſe fortiſsimo, uitreo, cum collo ſtricto, aut in terreo, uitri denſitatem ſeu compactionem ſuſtinens, quod melius eſt, ſitq; os firmiter ſigillatum: Fiatq; furnus magnus philoſophicus, & ſpiſſus, in cuius medio ponatur uas fortiſsimum, amplum, terreum, potens in igne durare, in illo ſunt locanda cuncta uaſa, materiam continentia, & tunc cooperiatur furnus, ſitq; ſuperius cum ſpiſſo cooperculo clauſus, ſintq; in illius ſummitate foramina tria, uel quatuor ad fumum delegandum, ſubijciatur ignis lentus perſeueranter. Ignis lentus dicitur, qui lapidis fixationem nequit ſuperare, & ignis regimen tale debet eſſe, quod plumbum in ipſo continuè remaneret fuſum. Et hoc ſolus manifeſto. Per tale nanq; regimen habebis in centum uigintiquatuor diebus completam

putrefactionem. Nigredo quoq; est signum putrefactionis approbatū. Adhuc per prędictum regimen, habebis secundum signum, quod erit rubedo durans per triginta dies, in illis uerò diebus complebitur perfectè. Tertium autem signum est uiriditas, quòd in caliditate complebitur prædicto regimine, in septuaginta diebus, inter tertium uerò signum & inter quartum, apparebunt omnes colores qui excogitari possunt, tunc fit ibi matrimonium, copulatio, & spiritus & animæ coniunctio, tunc enim dominantur simul, & quodlibet prius per se, sub suo signo, scilicet in primo signo dominabatur corpus, in secundo signo spiritus, in tertio anima. Tempus cõiunctionis regimine modicum augmentato, erit completum in septuaginta diebus omnino, & superueniet signum quartum, quod erit azymatio utilis, transibuntq; cum augmentato regimine, centum quadraginta dies, & erit completum albedinis signum quod diximus. Si postea continueris regimen cum augmento, uidebis inter quartum & quintum cineres discoloratos, sint tamen chari apud te: nam Deus reddet illis liquefactionem, infundendo spiritum suum igneum, & uidebis, cum Deus uoluerit, signum quintum, claritate & rubedine splendida inenarrabiliter decoratum. Time Deum, & honora eum de tua substantia.

De Tincturæ perfectæ proprietatibus. Cap. V.

MVlta quidem in hoc Rosario meo narrata sunt, ad operis cognitionem habendam, & ignorantes ad magisterium ueritatis introducendos. Et quia nihil in eo ponitur superfluum, nec ipsum uolo mittere diminutum * Respice rubeum cõpletum, & rubeum à sua rubedine diminutum, & omnem rubedinem fixi, & non fixi, mortui, & uiui, mineralium, uegetabilium & animalium, respice uiuum uiuificantem, & mortuum mortificantem, album albificãtem, & rubeum rubificantem, atq; imperfectum perficientem. Inquantum autem albedo perfecti augmentatur, in tantum tingit in albedinem, & sic de rubeo. Sed nota, & considera qualia sint corpora, & quid eis in sua liquefactione adhiberi possit, & secũ perseueret, & permaneat in examine, nec enim omne azymum, nec rubeum tingit corpora in Lunam & Solem. Tinctura corporis talis esse debet, quòd ipsa cũ corpore liquefacto cõmisceatur, & ipsum liquefactum ingrediatur, quemadmodum ipsummet corpus faceret cum eodem. Tinctura ergo debet esse substantia corporea, ex corporibus extracta, uel per beneficium mediorum mineralium uegetabilium, seu animalium augmentata, in re semper corporea. Verissima ergo tinctura albedinis est sulfur, ex Luna uera albissimum, & perfectissima tinctura rubedinis, est sulfur: ex Sole uerò rubicundissimum. Est ergo unum possibile, sicut & aliud. Hoc scit artifex prudens & discretus.

Epilogus seu recapitulatio omnium dictorum. Cap. VI.

SI per iuuamen argenti uiui crudi, frigidi & humidi, & per ipsius beneficium extrahitur sulfureitas calida, sicca & munda, comburens omnia causa suæ utitutis adurentis, remanet argentum uiuũ purum, & coctum in corporibus, ut sulfuris congelatum. Sic per iuuamen alicuius argenti uiui, extrahitur à Luna uel Sole sulfur purissimum, & remanet sulfur azymum uel rubeum, tingens nigredines & fixum. Cuius una pars tingit duas, uel tres, uel quatuor uel sex partes cum iuuamine primæ partis in Lunam. Pars uerò una rubei tingit argenti uiui cocti in primo cap. secundum puritatem ipsius argenti uiui partes duas, uel tres, uel quatuor, uel sex, ut de albo. In secundo uerò & ultimo cap. tingit una pars sulfuris Lunæ uel Solis partes mille corporis, id est argenti uiui cocti, & uis istius sulfuris per artificis industriam in tantum augmentatur cum igne uel cum iuuamine, quòd post complementum tingit super mille, uel mille milia & ultra, tamen solo igne cuncta perficiantur. Nam omnis tinctura alba uel rubea debet recipere colorem ab igne, aliter non ualet. Iuuamenta autem sunt lapides tales, cum quibus tincturæ puritas, & fixio augmentatur, uidelicet ouа, capilli, sanguis, argentum uiuum,

tum uiuum, fulfur, auripigmentum, sal ammoniacus, atramentum, alumen, sal nitri, tinkar, tutia, marchasita, magnesia, &c. Non tamen putes aliquod istorum sufficiens pro opere per se solum complendo. Sunt enim adminicula, & quasi adiutores, cum quibus, & cum quorum iuuamine, corpora mundantur & rectificantur, tinguntur & complentur, & sunt quasi coadiutores & mediatores corporum coniungendorum, quorum preciosiora & meliora apud nos semper sunt inuenta, oua & capilli, & sanguis iuuenis masculi, ex quibus quatuor extrahuntur elementa, quæ, postquàm rectificata sunt, supplent defectum Elixiris ex metallis præparati, nec metalla per se, nec lapides perficiuntur. Sed ex his quatuor elementa extracta pro oleo ponuntur in lapide, aut pro anima tincta: Calx uerò corporum metallorum præparata, pro corpore azymo uel rubeo. Spiritus uerò albus uel rubeus ex corporibus extrahitur, uel figitur & præparatur ab ipsismet spiritibus. Si cæteris autem lapidibus abluitur lapis & mundatur, figitur & tingitur, & rectificatur, in operis festinatione. In commistione uerò proportionata prædictorum pręparatorum resultat noua forma, & sic fit Elixir, inquantum materia plus quàm Sol naturalis, est digesta & tincta.

Finis Rosarij minoris, incerto authore.

LIBER SECRETORVM ALCHEMIAE COMPOSITVS PER CALID, FILIVM IAZICHI, translatus ex Hebræo in Arabicum, & ex Arabico in Latinum, incerto interprete.

Præfatio de difficultate Artis.

GRATIAE sint Deo omnium creatori, qui nos conduxit, & reduxit, & docuit, & intellectū, & scientiam nobis dedit. Nisi Dominus nos custodiret, & conduceret, essemus sine custodia, & sine doctore tāquam erronei, imò huius mundi nihil sciremus, nisi ipse nos doceret, qui principium est & scientia omniū, sua potētia & bonitate super populum. Qui dirigit & erudit quem uult, & reducit sua misericordia ad uiam iustitiæ. Misit enim nuncios suos ad tenebras, & uias explanauit, & sua misericordia repleuit suos diligentes. Scias, frater, quòd hoc nostrum magisterium de lapide secreto, & officium honoratum, est secretum secretorum Dei, quod celauit suo populo, nec uoluit ullis reuelare, nisi illis, qui fideliter tanquàm filij meruerunt, & qui eius bonitatem & magnitudinem cognouerunt. Qui enim secretum Dei postulat, necesse est ei hoc secretū magisterij plus quàm aliud. Et sapientes qui illud assequuti fuerunt, aliqua de ipso celauerunt, & aliqua reuelauerunt. Sic enim inueni sapientes antecessores, in hoc cōuenientes in suis libris honoratis. Vnde scias, quòd discipulus meus proprius, Musa, honorabilior omnibus apud me, in ipsorum libris multū studuit, & in opere magisterij laborauit, unde aggrauauit ipsum eiusdem compositio, & in ea multipliciter dubitauit, & ignorauit similiter rerum compositionis naturas. Et supplex ac humilis pro ipsa, à me explanationem petijt, & directionem eiusdem. Ego autem eidem nihil in ea respondi. Nec uolui discernere, sed præcepi ei, ut libros philosophorum legeret, & in eis quod à me petierat, indagaret. Ipse uerò abiens, legit plusquàm centum libros, prout inuenire potuit, libros uidelicet ueridicos, secretos, nobilium philosophorum, & in eis quod petijt non potuit inuenire, qui tunc remansit ideo stupefactus, & quasi extra mentem

positus, etiam per annum continuè in ea perscrutando. Ex quo igitur discipulus meus Musa, qui inter philosophos, in gradum & modum sapiẽtiæ meruerat computari, sic in compositione eius dubitauit, & hoc ei contigit in ea: quid faciet ignarus, uel insipiens, rerum naturas non intelligens? neq; rerum complexiones cognoscens? Cum autem hoc uiderem de meo discipulo præelecto, & charissimo, motus pietate & dilectione eiusdem, quin etiam nutu & uoluntate diuina, edidi hunc meum librum in obitu meæ mortis, in quo prætermisi dicere quędam, quæ antecessores philosophi retulerunt in suis libris. Et dixi quædam quæ ipsi celauerunt, & nullo modo dicere, aut referare in scriptis suis uoluerunt. Et explanaui, & exposui quædam, quæ ipsi cooperuerunt, suis dictis obscuris & figuratis. Et uocaui hunc meum librum Secretorũ Alchemiæ. In quo nominaui quicquid necesse est inquisitori huius scientiæ, siue magisterij, iuxta linguam, eius intellectui conuenientem, atq; sensui inquirentis. Et nominaui in hoc libro, quatuor magisteria magis alta, & meliora, quàm sapientes fecerunt. Quorum sunt Elixir, unum minerale, & aliud animale: alia uerò duo residua sunt mineralia, & non sunt Elixir unum, quorum est artificium lauandi, quod uocant corpora. Alterum quidem est, facere aurum ex azot uiuo, cuius factura & generatio, est secundum generationem siue ordinem generationis in mineris, in corde & interioribus terræ existentibus. Et hæc quatuor magisteria atq; artificia, explanauerunt sapientes in libris suis de compositione huius magisterij. Sed de eis defuit multum, & de eius operatione noluerunt in libris suis ponere, uel si inuenit, non potuit intelligere, & nihil grauius inuenit quàm illud. Et ideo dicam in hoc meo libro ipsam, eiusq; factum. Qui ergo hunc meum librum legerit, legat aliquid geometriæ, & eius mensuras addiscat, ut clibanorum fabricam rectè componat, nec modum eorum excedat, per augmentum uel diminutionem, & quantitatem ignium sciat, & modum siue etiam gradum uasis operis. Similiter uideat & cognoscat, quid sit radix penitus & principium magisterij, & est eidem, tanquam matrix animalibus, quæ in ea generantur, & capiunt creationem pariter ac nutrimentum, quod prædictum est. Nisi res magisterij inueniat sibi idoneum, destruetur factum atq; opus eius, & eius operarij quæsitum non inuenient, nec ipsa res proderit in effectum generationis, quia cum non inuenerit causam generationis, siue radicem, & ipsam caliditatem, continget in operationibus casus destructionis. Hoc idem in quantitate ponderum est contingens, quæ, cum disconuenit in composito, partibus quidem eiusdem naturæ terminum transcendentibus, per augmentum uel diminutionem, destruitur cum ea proprietas compositi, & fit effectus compositi cassus atque uacuus. Et ego ostendo tibi unum exemplum: Nonne uides quòd in sapone, cum quo panni abluuntur & mundificantur, & fiunt albi, generatur in sui recta compositione hæc proprietas, propter æqualitatem, & rectas compositiones, & debitas compositi, quæ participant in longitudine & latitudine? unde propter hanc participationem conuenerunt, & tunc apparuit, quòd erat in ea de ueritate ad factum, & nota fuit inde uirtus quæ prius latebat, quam uocant proprietatem, & est uirtus ablutionis, in composito generata. Cum uerò quantitas ipsius compositi transcendit suum terminum, & per additionem uel diminutionem, transgreditur ipsa uirtus æqualitatis terminum, & exit ad contrarium, secundum distemperantiam compositi. Et ita in compositione nostri magisterij intellige.

De *quatuor Magisterijs artis, scilicet, solutione, congelatione, albificatione, & rubificatione.* Cap. I.

ET incipio dicere artificium maius, quod uocant Alchemiam, & certificabo dictum meũ, & nihil celabo, nec tacebo hîc dicere de eo, nisi illud quod non conuenit dicere, nec est nominare. Dicimus igitur, quòd artificium maius, sunt quatuor

quatuor magisteria: prout dixerunt sapientes, uidelicet, Soluere, Congelare, Albificare, & Rubificare. Et hę quatuor quantitates sunt participes, quarũ duę similiter sunt inter se participes, similiter & aliæ duę. Et utraq; harum duplicitũ quantitatum habet aliam quantitatem participem, quæ est maior quantitas particeps post has duas. Et uolo dicere, pro ijs quantitatibus, quantitatem naturarum, & pondus medicinarum, quæ soluuntur & congelantur per ordinem, nec intrat diminutio, nec additio. Sed hæ ambæ, scilicet solutio & cõgelatio, erunt in una operatione, & unum factum meruerunt, & hoc ante compositionem: sed post compositionem ipsarum opus erit diuersum, sed hæc solutio & congelatio, quas nominauit, sunt solutio corporis, & congelatio spiritus, & sunt duo, & habent unam operationem. Quia spiritus non congelantur, nisi cum solutione corporis, & similiter corpus non soluitur, nisi cum congelatione spiritus. & corpus & anima, quando coniunguntur insimul, agit uterq; eorum in suum socium, factum sibi similem. & exemplum est huius, aqua & terra, quia aqua cum terræ coniungitur, conatur ad soluendum eam cum sua humiditate, & sua uirtute & proprietate, quę in ea sunt, & facit eam subtiliorem, quàm prius erat, & reddit eam sibi consimilem: nam erat aqua subtilior terra. & similiter facit anima in corpore, & eodem modo inspissatur aqua cum terra, & fit consimilis terræ in densitate, quia terra spissior est aqua. & scias, quòd inter solutionem corporis, & cõgelationem spiritus, non est differentia temporis, neque opus diuersum, ita quòd sit unum sine alio, sicut non est inter aquam & terram in sua coniunctione pars temporis diuersa, quòd cognoscatur, uel separetur una ab alia, in eorum operationibus, sed eorum est unus terminus, & unum factum, & una & eadem operatio circuit super ipsa duo, & simul, ante compositionem. & ideo dixi ante compositionem, ne putet, qui hunc librum legerit, & audierit solutionem & congelationem, ut dixi, quòd sit compositio quam nominauerunt Philosophi, quia sic esset in errore sui facti, & suæ scientiæ. Quia compositio in hoc artificio seu magisterio, est coniunctio sicue matrimonium congelati spiritus cum corpore soluto, & eorum coniunctio, & eorum passio est super ignem. Nam caliditas est eius nutrimentum, & anima non dimittit corpus, nec cum eo coniungitur omnimoda coniunctione, nisi per mutationem utriusq; à sua uirtute & proprietate, & post conuersionem suarum naturarum. & hęc est solutio & congelatio, quam prius Philosophi uocauerunt. & scias, quòd hanc solutionem & congelationem iam celauerunt sapientes, & loquuti fuerunt in ea subtili ratione, ex dictis obscuris & coopertis, ut sensus inquisitoris ab ipsorum intellectibus elongaretur: & hoc esto exemplum dicti Philosophorum cooperti & obscuri in eis. Vngite folium cum toxico, & uerificabitur in eo uobis principium officij, siue magisterij eiusdem. Et, Operamini corpora fortia cum iure soluto, quousque utrunque eorum conuertatur ad suam subtilitatem. Similiter & dictum sapientis in eisdem est. Nisi conuerteritis corpora in subtilitatem, ut sint subtilia, & tactu impalpabilia, non dirigetur uobis, quod quæritis. & si trita non fuerint, reuertamini ad operationem, quousque terantur, & fiant subtilia: quòd si hoc feceritis, uobis quod cupitis dirigetur: & hoc modo plura uerba talia de eis posuerunt. Nec ullus probantium potuit attingere ullatenus hoc factum talis celamenti, quousque apparuit ei bona aperitio documenti ostensiua, remoto dubio præcedenti. & similiter nominauerunt compositionem, post solutionem atque congelationem. Postea etiam dixerunt, quòd compositio non completur, nisi cum matrimonio & putrefactione: & iterum ipsorum dictum postea docuit pro solutione & congelatione & diuisione, & pro matrimonio & putrefactione & compositione: & hoc est, quia compositio rei est origo & uita. Nisi enim esset compositio, non produceretur res in esse. & diuisio est separare partes compositi. & sic separatio fuit

ſua coniunctio. Et dico quòd in corpore non morabitur ſpiritus, nec in eo eriſ, nec cum eo ullatenus remanebit, quouſque ipſum corpus habeat ex ſubtilitate & tenuatione, ut habet ſpiritus. Et cum iam ipſum attenuatum fuerit & ſubtiliatum, & exierit à ſua denſitate, & ſpiſsitudine ad tenuitatem, & à groſsitie & corporeitate, ad ſpiritualitatem, commiſcebitur tunc ſpiritibus ſubtilibus, & imbibebitur in eis, & ſic uterque euadent unum & idem, & non ſeparabuntur, ſicut nec aqua miſta aquæ. Ponatur quòd duæ quantitates participes, quæ ſunt in ſolutione & congelatione, maior ſit anima, & minor ſit corpus, poſtea adde quantitati, quæ eſt anima, quantitatem quæ eſt in corpore, & participabit quantitati primæ, & erunt in uirtute participes ſolummodo, & operare eas, ſicut operati fuimus, & inde habebis quod cupis, & uerificabitur tibi linea, ſicut dixit Euclides. Poſtea accipe eius quantitatem, & ſcias eius pondus, & adde ei de humiditate, quantum poſsit bibere, cuius humiditatis non habemus hîc pondus determinatum. Poſtea operare eas operatione diſsimili, primò uidelicet imbibendo & ſublimando, & hæc operatio eſt illa, quam uocant albificationem, & uocant eam Yharit, id eſt argentum & plumbum album. Et cum iam albificabitur hoc compoſitum, adde ei de ſpiritu quantum eſt medium totius, & reduc ad operationem, quouſque rubefiat, & erit tunc de colore alſufir, quod eſt nimis rubeum, & aſsimilauerunt eum ſapientes auro. Et effectus huius ducit te ad dictum Ariſtotelis, qui dixit ſuo diſcipulo Arda. Lutum quando albificatur, nominamus ipſum Yharit, id eſt, argentum, & quando rubificatur, nominamus ipſum Temeynchum, quod eſt aurum. Et albedo eſt, quæ tingit cuprum, & facit eum Yharit. Et illa rubedo eſt, quæ tingit Yharit, id eſt argentum, & facit eum Temeynchum, id eſt, aurum. Vnde qui poterit ſoluere illa corpora, & ſubtiliare, & albificare, & rubificare, & ut tibi dixi, cõponere imbibendo, & ad idem conuertere, conſequetur magiſterium, & faciet factum, quod dixi, ſine dubio.

De rebus & inſtrumentis, huic operi neceſſarijs & opportunis. Cap. II.

ET oportet te ſcire uaſa in hoc magiſterio, ſcilicet Aludela, & Sapientes uocant cœmeteria, ſeu cribratoria, quia in eis diuiduntur partes, & mundantur, & in eis perficitur & completur, depuratur res magiſterij. Et quodlibet horum habeat clibanum ſibi conuenientem, & utrunque eorum habeat ſimilitudinem & figuram operi competentem. Et iam omnia nominauit, & modum & formam eorum docuit Mezleme, & plures Philoſophorum in libris ſuis. Et ſcias, quòd ſapientes in hoc conuenerunt in ſuis dictis, & celauerunt per ſigna, & fecerunt inde plures libros, & inſtrumenta, quæ ſunt neceſſaria, in his quatuor prædictis. Et ſunt duo. Vnum eſt cucurbita cum ſuo alembico: & alterum eſt aludel, quod eſt benefactum. Et ſimiliter quæ ſunt eis neceſſaria, ſunt quatuor. Et ſunt corpora & animæ, & ſpiritus, & aquæ. Et ex his quatuor, eſt magiſterium, & factum minerale. Et ſunt explanata in libris ſapientum, & abſtuli ab hoc meo libro, & nominaui in eo, quod non nominauerunt Philoſophi. Et qui aliquantulum intellectus habuerit, ſciet quæ ſunt illa. Et non feci hunc librum ignaro, & neſcienti, ſed compoſui ipſum prudentibus, & ſenſum & ſapientiam habentibus & ſcientibus.

De naturis Rerum ad hoc magiſterium pertinentium. Cap. III.

ET ſcias, quòd Philoſophi nominauerunt ea pluribus nominibus. Vnde quidam eorum nominauerũt ea mineras, & quidam animale, quidam autem herbale, & quidam per nomen naturarum, hoc eſt naturale. Alij quidam uocauerunt ea quibuſdam nominibus ad libitum, ſecundum quod eis uidebatur. Etiam ſcias, quòd

quòd earum medicinæ sunt naturis propinquæ, prout dixerunt Philosophi in libris suis, quòd natura propinquat naturæ, & natura assimilatur naturæ, & natura coniungitur naturæ, & natura submergitur in natura, & natura dealbat naturam, & natura rubificat naturam, & generatio cum generatione retinetur, & generatio cum generatione uincit.

De Decoctione & eius effectu. Cap. IIII.

ET scias, quòd Philosophi nominauerunt in suis libris decoctionem. Et dixerunt, quòd faciant decoctionem in rebus. Et illud est, quòd eas generat, & mutat à suis substantijs & coloribus ad alias substantias, & ad alios colores. Et non transgrediaris, quod dico tibi in hoc libro, & procedes rectè. Respice, frater semen, quod est in uita hominum, qualiter in ipsum operatur Solis caliditas, quousque exit ex eo granum, & comedunt homines, & alia animalia. Postmodum operatur in ipsum in homine natura cum sua caliditate, & reddit carnem & sanguinem. Et nostra operatio magisterij est sic. Vnde nostrum semen, quod à sapientibus est sic, quod sua perfectio, fuusq; processus est ignis, qui est causa uitæ & mortis, qui non tribuit ei uitam, nisi cum intermedio, & sua spiritualitate, quæ non commiscentur, nisi cum igne. Iam uerificaui tibi ueritatem quam uidi atque feci.

De subtiliatione, solutione, coagulatione, & commistione Lapidis, & eorum causa, atq; fine. Cap. V.

ET scias, quòd nisi subtiliaueris corpus, quousq; fiat aqua totum, non rubigi-nabitur, nec putrefiet, & non poterit congelare animas fugaces, cum tetigerit eas ignis, quia ignis est qui eas congelat, cum auxilio ipsius ad ipsas. Et similiter præceperunt Philosophi soluere corpora, & soluimus, ut adhæreat caliditas eorum profunditatibus. Postea reddimus ad soluendum ipsa corpora, & ad congelandum post eius solutionem, cum re quæ ei appropinquauit, quousque coniungamus omnia commista bona & idonea commistione, quæ est quantitas temperata. Vnde coniunximus ignem & aquam, & terram, & aërem: & quando commiscuit se spissum cum subtili, & subtile cum spisso, remansit alia cum alijs, & conuersæ fuerunt suæ naturæ pares, cum prius essent simplices, quia pars quæ est generatiua, addit & tribuit suam uirtutem in subtili, quod est aër, quia adhæsit cum suo consimili, & est pars generationis: Vnde accepit potestatem admouendum & ascendendum. Et potuit frigiditas in spisso, quia amisit caliditatem, & exiuit ab eo aqua, & apparuit res super ipsum. Et exiuit humiditas ascendendo, & subtile aëris, & commiscuit se cum eo: quia est suum consimile, & suæ naturæ. Et quando corpus spissum amisit caliditatem & humiditatem, & potuit super ipsum frigiditas & siccitas, & comminuerunt se suæ partes, & diuisæ fuerunt, & non fuit humiditas, quæ coniungeret ipsas partes diuisas, elongauerunt se partes. Et postea pars quæ contraria frigiditati, quia continuauit, & immisit suam caliditatem & suam decoctionem ipsis partibus, quæ sunt terræ, & in eis ipsius posse ualuit, siue potuit, & habuit dominium & uictoriam super frigiditatem, & latuit frigiditas, quæ prius erat in corpore spisso per uictoriam caliditatis super eam, conuersa fuit pars suæ generationis, & facta fuit subtilis & calida, & conata fuit siccare cum sua caliditate. Et postea subtile, ascensor naturarum, cum amisit calorem accidentalem, & accidit ei frigiditas, tunc conuersæ fuerunt, & inspissauerunt se, & descenderunt ad centrum, & coniunctæ sunt naturæ terrestres, quæ se subtiliauerunt, & conuersæ fuerunt in suam generationem, & imbiberunt se in eis, & coniunxit humiditas illas partes diuisas, & conata est terra siccare illam humiditatem, & obsedit eam, & prohibuit ne exiret ab ea, &

apparuit quod erat absconsum super eum, & non potuit humiditas separari retentione siccitatis. & similiter inuenimus, quòd quicquid est in mundo, retinetur per suum contrarium, uel cum suo contrario, scilicet caliditas cum frigiditate, & siccitas cum humiditate. Postea cum quilibet eorum obsedit suum socium, commiscuit se subtile cum spisso, & factæ fuerunt illæ res una substantia, scilicet sua anima calida & humida, & suum corpus frigidum & siccum. Postea conata fuit soluere & subtiliare cum sua caliditate, & sua humiditate, quæ est sua anima: & conata fuit claudere & retinere cum suo corpore, quod est frigidum & siccum. & sic super hoc circuit & conuertitur officium huius. Iam asserui tibi ueritatem, quam uidi & feci, & præcepi tibi, ut conuertas naturas à sua subtilitate, & suis substantijs cum caliditate & humiditate, quousq; conuertantur ad aliam substantiam, & ad alios colores: & non transgrediaris quod in hoc libro dicitur, & procedas rectè in magisterio, prout cupis.

De fixione Spiritus. Cap. VI.

ET scias, quòd corpus cum cõmiscet se cũ humiditate, & ipsum inuenit ignis caliditas, conuertitur humiditas super corpus, & soluit ipsum, & tunc non potest spiritus ab eo exire, quia imbibit se cum igne. & spiritus sunt fugaces, quousq; corpora cum eis commiscentur, & conantur pugnare cum igne, & eius flamma. & parum tamen cõueniunt istæ partes, nisi cum operatione bona, & continuo & longo labore, quia naturæ animæ est tendens sursum, ubi cẽtrum animæ est. & quis est ille ex probatoribus qui ualeat duo, uel diuersa coniungere: quorum centra sunt diuersa, nisi post conuersionem naturæ earundem, & mutationem substantiæ, & rei à sua natura, quod est graue quærere? Ergo qui potuit conuertere animam in corpus, & corpus in animam, & commiscere cum eo spiritus subtiles, tinget omne corpus.

De decoctione, contritione, & ablutione Lapidis. Cap. VII.

ET scias illud, quod est multum necesse in hoc secreto atq; magisterio, est decoctio, cõtritio, atq; cribratio & mundificatio, atq; cum aquis dulcibus ablutio. Vnde qui aliquid huius operatus fuerit, mũdificet ipsum bene, & abluat atq; mundificet ab eo nigredinem, & tenebras quę apparent super ipsum in eius operatione. & corpus subtiliet, quanto plus poterit, postea miscebit cum eo animas solutas, & spiritus mundos, quousq; sibi placeat.

De quantitate Ignis, & eius commodo, & incommodo. Cap. VIII.

ET cognoscat similiter quantitates ignium: & commodum rei huius, & incommodum eiusdem, prouenit à commodo ignis. Vnde dixit Plato in suis sermonibus, in libro suo. Ignis addit perfecto commodum seu profectum, & corrupto incõmodum seu corruptionem. Vnde cum fuerit eius quantitas bona idonea, proficiet, & cum multiplicauerit in rebus, ultra modum corrũpet ambo, scilicet perfectum atq; corruptum: & hac de causa oportuit sapiẽtes mittere medicinas suas super Elixir, ad prohibendum & remouendum ab eis cõbustionem ignium; & eorum caliditatem. Et dixit Hermes patri suo. Pater timeo ab inimico in mea mansione. Et dixit: Fili, accipe canem masculum Corascenem, & caniculam Armeniæ, & iunge insimul, & parient canem coloris cæli, & imbibe ipsum una siti ex aqua maris, quia ipse custodiet tuum amicum, & custodiet te ab inimico tuo, & adiuuabit te ubicunque sis, semper tecum existendo in hoc mundo & in alio. Et uoluit dicere Hermes, pro cane & canicula, res quæ conseruant corpora à combustione ignis, & eius caliditate. Et sunt illæ res, aquæ ex calcibus & salibus, quarum facturæ inueniuntur in libris sapientum de hoc magisterio.

magisterio. Et aliqui ex sapientibus nominauerunt eas aquas marinas, & lac uo latilium, & his similia.

De separatione elementorum Lapidis. *Cap.* IX.

INde oportet ò frater, quem Deus honoret, ut accipias lapidem honoratum, uel pretiosum quem nominauerunt sapientes, & magnificauerunt, & absconderunt, & celauerũt. Et ponas ipsum in cucurbita cum suo alembico, & separa eius naturas, hoc est, quatuor elementa, terram, aquã, aërem, & ignem. Et sunt ea, corpus & anima, spiritus & tinctura. Et cum separaueris aquam à terra, & aërem ab igne, serua utrunq; duorum per se, & accipe quod descendit ad fundum uasis, & illud est fæx, & ablue ipsam cum igne calido, quousq; auferatur eius nigredo, & recedat eius spissitudo, & albifica ipsam albificatione bona, & fac ab ea euolare additiones humiditatum, & tunc conuertetur, & deueniet calx alba, in qua non erit obscuritas tenebrosa, nec immunditia, nec contrarium. Postea redi ad naturas primas, quæ ascenderunt ab ea, & mundifica eas similiter ab immundicia & nigredine atq; contrarietate, & reitera super eas multoties, quousq; subtilientur, & purificentur & attenuentur. Et cum hoc feceris, iam misertus est tibi Deus. Et scias, frater, quòd hoc officium est unus lapis, super quem nõ intret Garib, id est, aliquid aliud. Cum eo operãtur sapientes, & de eo exit, cum quo medicatur, quousq; compleatur. Non cõmiscetur cum eo aliquid, nec in eius parte, nec in toto. Et hic lapis inuenitur in omni tempore, & in omni loco, & apud omnem hominem, cuius inuentio non aggrauat inquirentem, ubicunq; sit. Et est lapis uilis, niger & fœtens, non emptus precio, & sine aliquo, non existit leuis in pondere, & uocant eum Origo mundi, quia oritur sicut germinantia. Et hæc est eius reuelatio, atq; apparitio inquirenti.

De natura Lapidis & eius origine. *Cap.* X.

ACcipe ergo ipsum, & operare ipsum, ut dixit philosophus in suo lib. quando nominauit eum sic: Accipe lapidem non lapidem, uel qui non est lapis, nec est de natura lapidis. Et est lapis, cuius minera generatur in capite montiũ, & philosophus uoluit dicere montes pro animali. Vnde dixit, Fili uade ad montes Indiæ, & ad suas cauernas, & accipe ex eis lapides honoratos, qui liquefiunt in aqua, quando cõmiscentur ei. Et illa aqua est ipsa, uidelicet, quæ sumitur ab alijs montibus & illorum cauernis. Et sunt fili lapides, & non sunt lapides, sed nominamus eos per similitudinem, quam habent ad eos. Et scias quòd radices minerarum ipsorũ sunt in aëre, & eorum capita in terra, & quãdo euelluntur à suis locis, audietur, & erit rumor magnus, & uade, fili, cum eis, quia cito euanescunt.

De commistione Elementorum separatorum. *Cap.* XI.

ET incipe cõpositionem, quæ est circuitio totius facti: nam compositio non erit, nisi cum matrimonio, & putrefactione. Et matrimonium est, cõmiscere subtile cum spisso. Et putrefactio, est assare, terere, & rigare, quousq; cõmiscean tur insimul, & fiant unum, ita quòd non sit in eis diuersitas, nec separatio, de aqua mista aquæ. Et tunc conabitur spissum retinere subtile, & conabitur anima pugnare cum igne, & pati ipsum: Et conabitur spiritus submergi in corporibus, & fundi in eis. Et oportuit hoc esse, quia corpus solutum, cum commiscuit se cum anima, commiscuit se cum ea, cum omnibus suis partibus, & alia in alijs intrauerunt cum sua similitudine, & conuersa fuerunt unum & idem. Et ideo oportuit, quòd accidat animæ de commoditate, & de durabilitate, & permanentia, quæ accidit corpori in loco commistionis. Et similiter spiritui in hoc statu uel permanentia animæ & corporis, conueniens fuit accidisse. Quia spiritus cum commiscetur cum ea, cum labore operationis, & commistæ fuerint partes eius cum omnibus partibus aliorum duorum, quæ sunt, uidelicet anima & corpus, tunc conuersa fuerunt, spiritus & alia ambo, unum quid, & indiuisibile, secundum substantiam integram, cuius salutæ fuerunt suæ

non

naturæ,& conuenerunt suæ partes, unde cum obuiauerit istud compositum corpori soluto,& ipsum consequuta fuerit caliditas,& apparuit super faciem eius, quod erat in eo ex humiditate,& liquefactum fuerit in corpore soluto, & transiuit in ipsum, & commiscuit se cum eo, quod est de natura humiditatis, incendit se,& defendit se ignis cum eo. Vnde cum tunc ignis uoluerit cum eo suspendi, prohibebit eum apprehendere se,id est,adhærere cum spiritu admisto aquæ suæ. Et ignis non adhærebit ei,quousq; sit purum. Et similiter aqua, ex sua natura fugit ab igne,& quando ipsam consequitur ignis, & uult eam auolare,& sic fuit corpus causa retinendi aquam, & aqua causa retinendi oleum, quod non comburetur nec consumetur. Et fuit oleum causa retinendi tincturam, & fuit tinctura causa præcisa faciendi apparere colorem,& causa demonstrandi tincturam,in qua non est lumen,nec uita. Vnde hæc est uita recta& rei perfectio,& Magisterij, & hoc est quod quæsiuisti. Scias igitur & intellige, & inuenies quod quæris, si Deo placuerit.

De solutione Lapidis compositi. *Cap.* XII.

SEd postea philosophi subtiliauerunt se ad soluendum ea, ut bene se commiscerent, corpus & anima. Nam omnia quæ simul sunt in contritione & assatione,& rigatione, habent uicinitatem & colligationem adinuicem, ideoq; potest ignis assumere naturam à debiliori quousq; deficiat & euanescat,& similiter reuertitur super partes fortiores, quousq; remaneat corpus sine anima. Vnde quando sic soluuntur & congelantur,accipiunt partes adinuicem,partes suas magnas uidelicet atq; paruas,& fuit hoc ex eis complexio, & est eorum assumptio, & sic conuersa fuerunt illa duo unum & idem. Et quando sic fuit, assumit ignis ab anima, quantum assumit à corpore, nec addit, nec diminuit, unde fuit per ea perfectio. Ex eo necesse est ei capitulum proprium in scientia Elixiris, scilicet dictum, de soluendo corpora & animas simplices. Quia corpora non intrant super animas, & erunt retinacula eis, & excusabunt eas ab omni opere sublimandi, figendi, atq; retinendi,& commiscendi,& his similia, nisi cum mundificatione prima. Et scias quòd solutio non transcendit hos duos modos: aut enim est extrahere interius rerum ad suam superficiem, & erit pro hoc solutio, & est exemplum ad hoc, quòd argentum est frigidum & siccum in sua apparentia, & quando apparet suum interius,est solutum, quia est calidum & humidum: aut dicta solutio est corpus acquirere humiditatem accidentalem, quam non habebat, & addit suam humiditatem cum ea,& ideo soluunt se suæ partes,& erit pro eo solutio.

De coagulatione Lapidis soluti. *Cap.* XIII.

ET dixerunt aliqui ex sapientibus: Congela in balneo congelatione bona, quam tibi dixi, & est sulfur luminosum in tenebris, & est hiacynthus rubeus,& toxicum igneum,& interficiens,& est Elixir,quod super nullum remanet: Et leo uictor, malefactor, & ensis scindens, & theriaca sanatrix, uel sanans omnem infirmitatẽ. Et dixit Geber filius Hayen: Quòd omnes operationes huius magisterij sub sex cõtineantur rebus,quæ sunt fugare,fundere,& incerare,& dealbare,ut est marmor:& soluere & congelare. Et illud fugare, est fugare & remouere nigredinem à spiritu & anima. Et fundere, est liquefactio corporis. Et incerare,est propriè corporis & eius subtiliatio. Et dealbare, est fundere citò corpus propriè. Et congelare,est congelare corpus cum anima præparata. Rursum, fugare cadit super spiritum & animam:& fundere & dealbare, & incerare & soluere, cadit super corpus. Et congelare cadit super animam, & intellige.

Quòd unus sit tantùm Lapis, & de eius natura. *Cap.* XIIII.

DIxit Bauzan philosophus Græcus, cum interrogauerũt eum: Nunquid germinans potest fieri lapis? Dixit sic: Duo scilicet primi lapides, Lapis alkali,& lapis noster,qui est uita illi,qui ipsum scit,& eius factum. Et qui nescit,& non

non fecit,& non certificabitur: quomodo nascatur, aut putabit lapidem, aut qui non comprehendit super omne quod de modis huius lapidis dixi, iam parauit se morti,& pecuniam suam perditioni. Quia nisi hunc lapidem honoratum inuenerit, non consurget alius suo loco,& non uincent naturæ super ipsum. Eius natura, est caliditas multa cum temperamẽto. Vnde qui ipsum sciuit, iam docuit ipsum,& qui ipsum ignorauerit, non docuit ipsum. Habet autem proprietates & uirtutes multas. Nam ipse mundificat corpora ab additionibus accidentium ægritudinum,& conseruat substantias saluas, ita quòd non appareãt, neq; uideantur in eo turbationes contrariorum, nec fugimentum sui uinculi. Hic est enim sapo corporum & eorum spiritus,& eorum anima, quando commiscetur cum eis, soluit ea sine detrimento. Hic est uita mortuorum,& eorum resurrectio, medicina conseruans corpus,& purgans superfluitatem. Et qui ipsum sciuerit, sciat: & qui nescierit, nesciat. Nam huius officium non consurgit precio, nec associatur uenditioni, seu emptioni. Intellige eius uirtutem & ualorem atq; honorem,& operare. Et dixit quidam sapiens: Non est tibi datum à Deo hoc magisterium solum pro tua audacia, fortitudine & calliditate, sine omni labore. Nam laborant homines,& Deus tribuit fortunam hominibus. Adora ergo Deum creatorẽ, qui tibi tantam gratiam suis operibus benedictis uoluit exhibere.

Modus operationis lapidis ad album. Cap. XV.

CVm ergo uolueris hoc magisterium honoratum facere, accipe lapidem honoratũ, & pone eum in cucurbita,& cooperi cum alembico,& claude eam bene cum luto sapientiæ,& dimitte exiccari, quod sic facies, quotiescunq; claudes cum luto sapientiæ, postea mitte in stercore calidissimo: deinde distillabis eum,& pones sub eo recipiens, in quod distilletur aqua,& dimittes sic, quousq; tota aqua distillietur,& exiccabitur humiditas,& poterit siccitas super eum. Postea extrahes eum siccum,& seruabis aquam, quæ distillauit ex eo, quousq; tibi sit necessaria. Accipiesq; corpus siccum, quod remansit in fundo cucurbitæ, & teres ipsum, ponesq; in uase chalcofolario, cuius quantitas sit secundum quantitatem medicinæ,& subhumabis eam in stercore equino humido excellentissimè calido, prout potest,& sit ipsum uas clausum bene cum pila & luto sapientiæ,& sic dimittas ipsum esse ibi. Et cum noueris quòd uoluerit infrigidari stercus, parabis aliud calidissimũ,& in eo pones dictum uas. Sic facies cum eo quadraginta dies, renouando sæpe stercus calidum, cum necesse fuerit,& soluetur medicina in se,& fiet aqua spissa alba:& cum sic eam uideris, scias eius pondus, & adde eidem quantum est medietas ponderis ipsius de aqua, quam prius seruasti,& claude tunc ipsum uas cum luto sapientiæ,& iterum reduc ad stercus equinum calidum: quia in eo est humiditas & caliditas,& non omittas (ut prius diximus) renouare stercus, cum infrigidari inceperit, quousq; compleantur quadraginta dies. Quia tunc medicina congelabitur in simili quantitate dierum, quibus soluta fuit prius. Postea accipe eam,& scias pondus eius integrè,& accipe quantitatem eius de aqua, quam prius formasti,& tere corpus,& subtilia,& pone aquam super ipsum. Et iterum remitte in stercore equino calido, per unam septimanam & dimidiũ,& sunt decem dies, tunc extrahes,& inuenies corpus iam bibisse aquã. Postea tere ipsum & pone super ipsum de ipsa aqua, quantũ prædictũ est. Et subhuma eum in stercore,& dimitte ibi per alios decẽ dies. Postea extrahes, & inuenies ipsum corpus quod iam biberit aquã. Postea, ut prius tere,& pone super ipsum de prædicta aqua, iuxta quantitatem prædictam,& iterũ subhumabis in stercore prædicto,& dimittes ibi per decem dies,& postea extrahes. Et sic facies quarta uice, tunc cum iam quarto complebitur hoc, extrahe & tere,& subhumabis eum in stercore, quousq; soluatur: deinde extrahe,& reitera adhuc semel, quia tunc est origo perfecta,& iam compleuit suum factum. Tuncuerò cum

sic fuerit,& adduxeris rem ò frater,ad hunc statum honoratum. Accipe ducentas quinquaginta drachmas plumbi uel stanni,& funde ipsum. Deinde cum liquefacta fuerit,proijce super ipsum unam drachmam de Cinnabari, id est de hac medicina,quam adduxisti ad hunc statum honoratum, & hunc ordinem altum,& retinebit ipsum stannum seu plumbum, ne euolet ab igne, & albificabit ipsum, & extrahet ab eo ipsius detrimentum,& eius nigredinem, & conuertet ipsum in tincturam permanentem perpetuo'. Deinde accipe unam drachmam de istis ducentis quinquaginta, & proijce super ducentas quinquaginta stanni aut latonis, seu cupri,& conuertet ipsum in argentum melius,quàm de minera,& hoc est maius quod facere potest,& ultimum,si Deus uoluerit.

Conuersio prædicti Lapidis in rubeum. Cap. XVI.

ET si uolueris hoc magisterium ad aurum conuertere: Accipe de hac medicina,quam (ut dixi) adduxisti ad hunc statum honoratum, & ad hunc ordinem altum,pondus unius drachmę,& hoc secundum modum exempli tui superius dicti. Et pone eam in uase chalcofolario, & subhumabis eam in stercore equino per quadraginta dies,quia soluetur: postea dabis ei ad bibendum aquam corporis soluti,primò quantum est medietas sui ponderis,postea usquequo congeletur,subhumabis in stercore calidissimo,ut prius dictum est. Deinde per ordinem facies in hoc capitulo auri,sicut fecisti superius in capitulo argenti. Et erit aurum, & operabitur aurum, si Deus uoluerit. Custodi fili hunc librum secretissimum,& non ponas ipsum in manus ignorantium secretum secretorum Dei, quia perficies quod uolueris. Amen.

FINIS.

LOCI ALIQVOT PRACTICAE EX GEBERO DECLARATI PER *doctum & expertißimum senem* Ioannem Braceschum Vrceanum.

PRo declaratione modi operandi: Recipe calcem ferri,libro 2.cap.2.& in lib. Inuestigationis,& in eodem 2.lib.cap.7.13.14.& lib.1.cap.14.& subtiliter eam tere,libro 2.cap.7.& 8.& libro 3.cap.17.& lib.4.cap.4.& in libro Inuestigationis, cap.de Præparatione iouis,& in sequentibus:& cum aqua communi toties laua illam,donec aqua exeat clara,libro 3.cap.2.ante finem: & cap.13.15.& 18.& libro 4.cap.5.& libro Inuestigationis,cap.de Præparatione aceti acerrimi & sequentibus,& maximè in cap.Præparationis Veneris: ubi dicit, quòd toties lauetur, donec aqua exeat clara:& quanuis multis in locis dicat,ut lauetur aceto, ipse intelligit de lotione sulfuris & argenti uiui:sed uult etiam significare, quòd similiter calx lauatur cum aqua:cum lota fuerit, desiccetur bene ad Solem, ut in libro Inuestigationis,cap.de Præparatione Veneris,& sequentibus. Posteà pone materiam illam in bocijs planis fundum,uel planis in fundo, seu plani fundi, altitudinis unius digiti transuersi,lib.2.cap.10.& super illam pone acetum distillatum, quod superet digitos quatuor supra materiam, libro 2.cap.15.libro 3.cap.7. lib.4. cap.4.& 28.in procœmio lib.Inuestigationis in fine,& in eo toto libro:& cooperi uasa ne respirent,& ea sepelias in fimo equino mediocriter calido, lib.2.cap.15. & ibi maneant circiter dies quindecim, & postea per distillationem filtri, aut per inclinationem uasis extrahe quod solutum est in aceto,& pone in bocijs magnis,& si uidetur,desicca materiam & tere etiam subtilissimè, & super eam pone etiam acetum distillatum,& sic fac ter,ut suprà:& totam materiam solutã pone simul in magnis bocijs,ut habes supradicto loco, & quotidie cõmoue materiam donec clarificetur,postea distilla per filtrum, ut habes lib.2.in fine 12.cap.

postea pone partem illius materiæ rubeæ & putrefactæ in uno aut duobus uasis, similibus uasis putrefactionis lib. 2. cap. 8. ordinatis cum suis capellis & furnis in balneo cum suis recipientibus pro recipiendo aceto quod distillabit. Et aduerte, quòd à parte superiori recipientium, inuenies arg. uiuum sublimatum, ut est illud uulgi, & simile uidebis in uasis putrefactionis, quanuis illud arg. uiuum nullius sit utilitatis. & quemadmodum deficit acetum, repone de illo rubeo, donec totum posueris: & in summitate aceti, quotidie sublimabuntur una uel duæ pelliculæ, primò nigræ, postea diuersorum colorum: libro secundo, cap. 13. & in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione Iouis. & pelliculæ illæ sunt oleum sulfuris: libro primo cap. 14. & libro quarto, cap. 20. & sunt sulfur calcinatum, libro primo, cap. 13. libro tertio, cap. 1. & 6. & semper proijce in fundum eas pelliculas sulfureas, libro secundo, cap. 8. 13. 18. Et in libro Inuestigationis cap. de Præparatione Iouis, & sequentibus: quoniam illud est sulfur fixum, libro primo, cap. 13. & libro tertio, cap. 1. 6. 8. & proijciuntur in fundum pelliculæ, si moueatur uas parumper, & tantum stet in fundo, donec sit mundum & purificatum, libro secundo, cap. 18. & libro Inuestigationis, cap. de Pręparatione aceti acerrimi & sequentibus: Quoniam suum sal, acetum, & ignis, mundificant corpora sulfurea, libro primo, cap. 13. lib. 2. in procœmio, & cap. 14. libro quarto, cap. 5. & in fine procœmij lib. Inuestigationis & sequentibus. Et quando sulfur fuerit mundatum, extrahe cap. de Pręparatione aceti acerrimi, in libro Inuestigationis, & sequentibus. & separa sulfur ab aceto & à sale, & pone sal in storta lutata, & primò cum lento igne separa aqueitatem, libro secundo, cap 3. & 7. postea muta recipientem, & ignem auge, libro secundo, cap. 8. 9. 11. 13. in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione Iouis, donec totum oleum simul cum aqua Mercuriali distilletur, & descendat in recipientem, libro primo, cap. 13. libro secundo, cap. 8. 9. 12. in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione Iouis quoniam in eo oleo inest sulfur purum & mundum dictum arsenicum & Venus, libro primo, cap. 10. & 17. & lib. 2. cap. primo, libro 3. cap. 8. & 15. in libro quarto, cap. 4. in fine, in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione Iouis & sequentibus. in fundo bocię remanent terrę salis dicti Mercurij libro 1. cap. 12. libro 2. cap. 2. 7. 9. 11. In tertia causa descensionis lib. 3. cap. 6. 7. 13. in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione aceti acerrimi & sequentibus. & illud est Mercurius fixus & terreus lib. 3. cap. 6. Sed illæ terræ separantur à Mercurio per lauationem, id est cum aceto distillato, distillando per filtrum, libro 1. cap. 19. libro 3. cap. 2. 8. 9. 13. 18. in libro Inuestigationis, cap. de Præparatione aceti acerrimi & sequentibus. posteà congela in urinali per balneum, & tunc sal aut Mercurius est præparatus, lib. Inuestigationis per totum, & in Testamento. Habes ergo sulfur, arsenicum, & argentum uiuum præparata, sed te oportet separare arsenicum ab aqua Mercuriali mediante balneo, libro 1. cap. 12. lib. 2. cap. 12. tamen pro maiori cõmoditate pones duplicem furnum, sulfur & argentum uiuum præparata in bocciula ultimæ fixionis, & facies commistionem & unionem omnium spirituum & elementorum libro 1. cap. 7. & pones illa super ignem lentum & siccum, donec aqua Mercurialis, dicta sal armoniacus, & sal dissolutum, subtiliet & soluat prædictum sulfur libro 2. cap. 15. lib. 4. cap. 10. in libro Inuestigationis. cap. de Præparatione Iouis, & sequẽtibus. & ut prædicti spiritus possint uniri & cõiungi per minima, libro 1. cap. 13. 17. libro 2. cap. 15. lib. 4. cap. 4. 6. 9. 10. 11. 14. Posteà cum capello extrahe aquam Mercurialem, aut dimitte collum apertũ, donec ea exhalet lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 7. 16. 17. & posteà claude os colli bocciulę, ut non respiret: & collum debet esse lõgum & corpus rotundum, lib. 2. cap. 14. in fine, & cap. 16. 17. & pone bocciulam in scutella cinerum in cõuenienti furnello, & subter fac ignem lucernæ, ut primò posit coagulari, & postea fixari, lib. 1. cap. 7. libro 2. cap. 15. 16. 17. 18. lib. 4. cap. 10. 11.

Experientia igitur dedit modos operandi, uidelicet primò calcinationem ferri, (seu scoriæ illius melioris, quæ à fabris secus uias in cumulum proiicitur) secundò sublimationem sulfuris sui, tertiò descensionem & distillationem salis sui, quartò solutionem sulfuris sui, quintò coagulationem spirituum solutorum, sextò fixionem Elixir, septimò cerationem sulfuris & Elixir cum sale præparato, id est, ferro calcinato: in quo ferro sunt omnia metalla philosophorum. Ignis ipsa turpia transformat ab obscuritate ad claritatem, ab immundicia ad mundiciem. Perspicuum quanto magis comburitur, tanto magis fit perspicuum. Quocunq; tempore, quocunq; loco, & quocunq; calore expoliantur imperfecta metalla omnia à sulfure corrumpente, statim perficiuntur in aurum. Nam uera autem Alchymia, scientia est, qua metallorum principia, causæ, proprietates, & passiones omnium radicitus cognoscuntur, & quæ imperfecta & incompleta, mista, & corrupta sunt, in uerum aurum transmutantur.

FINIS.

LIBER DE MAGNI LAPIDIS COMPOSITIONE ET OPERATIONE, AVTHORE ADHVC INCERTO, SED TAMEN DOCTISS. CAP. I

ATVRALIS Philosophiæ partem secretam, scientiam videlicet famosam, inclytam & gloriosam, insipientibus occultam, sed pijs ac prudentibus manifestam scribimus, qua pauperibus & inopibus subueniri possit: Hoc autē succincti sermonis eloquio non penitus occulto, nec penitus manifesto, non tamen sub ænigmate, vel figura, sed potius sub plana sermonum serie: tali tamen, quòd hoc prudentes nō lateat, mediocribus autē profundissimum sit, fatuos verò miserabiliter excludat: ne improbus æquè ac probus tam excelsam scientiam vsurpet indignè. Artificem verò huius scientię oportet esse subtilissimi ingenij, & naturas metallorum eorumq; generationes infirmitates, & imperfectiones in suis mineris scire, & cognoscere, antequam perueniat ad hanc artem, si in tribus ordinibus medicinarum, vel lapidum voluerit esse perfectus. Sed quia priorum duorum ordinum medicinæ sunt sophisticæ, & non tollunt de commisto, relinquitur vnica sola, quæ est de tertio ordine: & dicitur vnica & vera omnino, & certa: quia sola tollit de commisto, & lapis magnus & preciosus philosophicus, seu medicina sūma & preciosa, à Philosophis appellatur: de qua sola Philosophi scripserunt in suis libris, & loquuti sunt, alijs medicinis & lapidibus prætermissis: ideo nos, ipsos imitātes, tantùm intendimus de hoc lapide magno, vel medicina summa loqui in hoc libro, omnibus alijs prætermissis.

Operis claritas.

Artifex qualis esse debeat.

Ordinum trium lapidis qui optimus.

Autoris intētio.

Non accedat autem ad ipsam indagandam artifex grosso ingenio, & duro repletus, nec auarus, nec sumptibus parcens, vel expensis, nec vir duplex, omnino variabilis à proposito, nec nimis festinus, nec infirmus, aut impotens manibus vel oculis, aut nimis antiquus, nec ita pauper, vt habere non possit vnde hanc sumptuosam scientiam indagare possit: sed potius sit doctrinæ filius, vir subtilissimo ingenio decoratus, sufficienter locuplex, largus, sanus, firmus in proposito, patiens & mitis, temperatus, & sufficienter suis membris & organis bene dispositus & ordinatus. Nec tædeat artificem huic libro sæpius studere, et ex eo verum intellectum extrahere, & extractum in corde suo secretè gerere, perpetuæq; memoriæ commendare, postea operari.

Qui ab hoc arcendi negocio.

Artificis mores & conditio.

Libro huic sæpius studendum

Nō enim solū per libros ipsam conuenit indagare, quia qui per libros ipsam solùm sequitur, tardissimè eam inueniet, eo quòd libri istius scientiæ non sunt scripti ad doctrinam ipsius, sicut libri aliarum scientiarum, sed sunt tantùm quātum figuræ ipsius scientiæ, quia scripti sunt subocculte, & diuersis ænigmatibus, metapōorice & figuratè. Et hoc totum ne per ipsos verè sciatur, cognoscatur & tradatur, quòd hæc scientia est vera & omnino certa: vnde nullus Philosophorum vnquam hanc scientiam scripsit, vt est, sed tantùm alliciunt artifices ad ipsam indagandam & inquirendam: quidam autem ipsorum minus clarè, quidam magis occultè, nunquam autem magis manifestè.

Ex omnino solis libris artificem non perfici.

Et ideo non trademus ipsam scientiam, nisi nobis solùm: sed tamen per hæc quæ dicemus, alliciemuste, fili doctrinæ, ad ipsam indagandam, & veraciter

Ars quomodo inueniendam

inueniendam: non tamen propter hoc desperet doctrinæ filius, quia si ipsam quærat per ea quæ in libro sunt scripta, pro culdubio ipsam inueniet, non autē per viam doctrinæ, sed proprio motu indagationis naturæ, cum magnorum sumptuum interpositione, & cum magna instantia laborum, & meditatione cōtinua, atq; pœna. Sunt enim multa obstacula ipsius tam famosæ scientiæ, quæ impediunt artifices ipsam indagantes, omnino præcauenda in hac vera indagatione: et maximè cùm in desperationem lapsus artifex, inclinat se ad opus sophisticum faciendū, à quo omnino est præcauēdum, & in hac vera indagatione penitus intendendum. Qui autem ipsam consequi meruit, meritò philosophus in hac arte philosophiæ nuncupatur, & ea semel facta, nullatenus ipsam reiterare à prudenti opifice contingit. Pro solis enim pauperibus à Deo hæc nobilis scientia est tributa: & si reges & principes eam scirent, nullus philosophorum de cætero attingere posset. Post studium verò huius libri continuum, & ipso intellecto, opus incipere oportet artificem studiosum, & per opus hāc scientiam præcelsam subtili ingenio indagare, & ea inuenta omnino certa & vera, non sophistica, ipsam secretissimè celare, & custodire, & cautè & prudenter loco & tempore in suis necessitatibus ea vti: quia qui thesaurum publicè portat & vtitur, cupit deprędari.

Artifici non desperandum, & à sophisticis operibus omnino cauendum.

Scientia hæc pro quibus data.

Nota

CAP. II.

Dimidium facti qui bene cœpit, habet.

CVM enim vniuscuiusque rei principium & medium debitum sumpserit effectum, finis inde laudabilis comprobatur. Et philosophus dicit, quòd ignoratis principijs, cætera etiam subsequentia ignorantur: ergo à contrario cognitis, cognoscuntur. Et in primo Ethicorum dicitur, Quòd qui scit principium alicuius rei, scit ferè vsq; ad fines eius. A principijs ergo & medijs tam præcelsæ scientiæ est ordiendū, vt ea effectu debito terminetur, vt inde finis succedat consūmatio gloriosa. Sunt autem principia istius famosæ scientiæ eadē quæ naturalia in metallis: Metallorū autē principia sunt ista, sub quæ fundatur ars in suis actionibus in ipsis formādis. Materia verò principalis omnium metallorū in suis mineris, de qua ipsa generātur & causantur, est aqua sicca, quā aquam uiuam, vel argētum viuum aliter nominamus, & spiritus fœtens, quem aliter sulphur appellamus: non tamen in natura sua pro ut sunt in suis mineris creata, quia in locis suis vbi generantur, nullum metallum inuenitur, sed potius ista materia est quædam substantia naturaliter à natura creata, habens in se naturam & substantiam istorum duorum: & ex ista tali materia vel substantia duorum prædictorum procreata, generatur & creatur quædam substātia subtilis fumosa in viscеribus terræ & venis mineralibus, vbi congregantur & detinentur. Et deinde adueniens virtus mineralis super ipsam fumosam materiam, eam congelat & vnit se cum ea vnione inseparabili & firma per decoctionem naturalem, & mineræ temperatam, non solùm cum plurimo vtriusque, sed in plurimo vtriusque, ita quòd nec humidum prædictum, scilicet arg. viuum a sico, scilicet à prædicta substantia sulfuris, nec siccitas ab humido possunt de cætero separari. Ex his patet quod in metallis sunt quatuor elementa naturaliter, & quòd sunt homogenea: quia nihil aliud sunt quàm fumi subtilissimi per decoctionem naturalem in suis mineris congelati & fixi, & in metalli naturam alterati, conuersi, & mutati. Item patet quòd humidum radicale metallorum in eorum calcinatione propter homogeneitatem & fortem vnionem elementorum ad inuicem in ipsis non consumitur, nec separatur, sicut consumitur & separatur humidum lapidis, quia non est vnitum in eis cum sicco in plurimo vtriusq;. Et sic patet quòd humidum lapidum est volatile & fugitiuum ab igne, humidum verò metallorum est fixum & permanens in igne. Item in generatione

Principia scientiæ

Principium metallorum, & generationis modus.

Elementa quomodo in metallis

ne metallorum ſubſtantia ſulfuris prædicta ſe habet per modum agentis, ſubſtantia verò arg. viui ſe habet per modum patientis. Et ſic patet quòd ſulfur eſt pater mineralium, arg. autem viuum mater.

CAP. III

EX prædictis omnibus à prudẽti artifice ſubtiliter intuẽti colligitur, quòd natura in metallis creandis & formandis habet quandam ſubſtantiam vel materiam, videlicet arg. viuum, & ſulfur, vt eſt dictum: ex qua materia facit naturaliter exire in mineris illam fumoſam ſubſtantiam, ſeu materiam ſubtilem, quæ poſtea artificio ipſius naturæ, vt eſt dictum, conuertitur in metallũ. Illa verò prima materia à qua fumoſa prædicta materia generatur & exit, eſt quoddam corpus: & illa fumoſa ab ea generata eſt quidam ſpiritus: & ſic natura facit de corpore ſpiritum, & ſic facit aſcendere à terra in cęlum, ideſt rem corporalem facit ſpiritualem. Et quia poſtea hanc materiam ſpiritualem natura cõuertit in metallum, vt eſt dictum, tunc facit de ſpiritu corpus: & ſic facit deſcendere de cælo in terrã, ideſt rem ſpiritualem facit corporalem in ſuis operationibus & actionibus. In omnibus autem iſtis operationibus verè nõ poſſumus & propriè ipſam naturam ſequi, ſed per quandam ſimilitudinem ipſam ſequi tenemur in operationibus iſtius ſcientiæ, quod magis propriè, provt expedit arti noſtræ, hoc eſt attentius faciendum.

Mirabilis naturæ in generãdis metallis modus

Item patet quòd omnia metalla quantum ad radicem naturæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ vel materiæ, & tamen non ſunt eiuſdem formæ, & hoc eſt propter infirmitatem & ſanitatem, mundiciem & immundiciem, paucitatem & quantitatem ipſius ſubſtantiæ arg. viui & ſulfuris in vnione & commiſtione naturali, & propter naturam minerarum diuerſarum, ac longam vel breuem ipſius naturæ decoctionem. Et hæc in vniuerſali de generatione naturali metallorũ diximus. Si autem hæc in particulari quis ſcire voluerit, videat Philoſophũ 4. Meteororum cum ſuis cõmentatoribus, & Albertum de mineralibus, & ſummam Geberi philoſophi, quæ eſt de perfectione magiſterij huius artis.

Metallorũ identitas, & diuerſitas unde.

Particularis metallorum ſcięti unde petenda.

CAP. IIII.

HVIVS verò famoſæ ſcięti radicalia principia ſuper quæ fundatur, ſunt iſta, videlicet, Quædam materia vel ſubſtantia propria arg. viui & ſulfurum fumoſa & ſubtiliſsima, ex natura prædictorum duorum per noſtrũ artificium generata, limpidiſsima, clara tanquam lachryma, in qua latet & habitat ſpiritus quintæ eſſentiæ, ut inferius dicemus. Non tamen eſt iſta ſubſtantia ipſum ſulfur, nec ipſum arg. viuum, provt ſunt in natura ſua in mineris ſuis, ſed eſt quædam pars ipſorum duorum, quæ non eſt arg. viuũ vel ſulfur. Quæ ſubſtantia prædicta fumoſa & volatilis in propriam ſubſtantiam aliam arg. viui & ſulfuris fixam & firmam, quæ eſt patiens ignem, nec eum fugiens, ſed in eo perſeuerans, figitur & maſſatur: quæ poſtea per decoctionem temperatam & cõtinuam, & per magiſterium huius ſcientiæ cum alijs adhoc conuenientibus cõgelatur in lapidem fundentem, fluentem, tingentem, & in igne perſeuerãtem. Quidam philoſophi dicunt, quòd ex ſolo arg. viuo ſine admiſtione ſulfurum, hæc materia fumoſa generatur, ſed hoc eſt idem, quia arg. viuum habet in ſe naturaliter ſulfur rubeum miſtum: & hoc ſulfur rubeum ab albedine ipſius propria manu ſeparauimus, tetigimus, & vidimus. Attamen Philoſophus, qui dicit, quòd ex ſola ſubſtantia mercurij ſine additamento ſubſtãtiæ ſulfurum lapis elicitur vel generatur, non hoc intelligit de ſubſtantia fumoſa prædicta, in qua latet ſpiritus quintæ eſſentiæ quem quærimus quo tingamus, ſed de ſubſtantia fixa & firma lapidis, quæ eſt terra ipſius, in qua figitur idem ſpiritus: qua terra ipſe lapis ſpiritualis impręgnatur in ventre venti per magiſterium huius

Principia ſcientiæ metallicæ.

Opinio recitata

Nota

Quid uentus ſit, uide infra Ca. 16

artis, vt inferius ostendetur. Nullo modo substantia fumosa prædicta potest naturaliter elici, nisi ex substantijs prædictorũ duorum arg. viui & sulfurũ insimul admistis. Item aqua & ignis in hac scientia sunt agentia, unde oportet scire aquã & ignem coadiuuari simul: terra & aer sunt patientia: aqua & ignis sunt agẽtia: aqua est masculus, & terra est fœmina: Sol est pater ipsius, & Luna mater. In hac operatione huius scientiæ pluribus rebus indigemus, quibus nõ indiget natura & sic in omnibus sequi naturã non valemus. Ex his patet quòd in illis quibus indigemus, sunt quatuor elemẽta, unde oportet scire elemẽta conuertere vnũ in aliud, alterare vel mutare, videlicet, facere de humido siccum, & de sicco humidum: de frigido calidum, & de calido frigidum: aliter opus huius scientiæ nõ posset aliqualiter vel aliter consũmari. Itẽ nota quòd faciendo generari prædictam fumosam materiã à substantijs prædictorũ duorum, scilicet mercurij & sulfuris, & suorum adiunctorũ, quòd dicta substantia simul vnita est quodãmodo corpus, à quo exit ista fumosa substantia: nam fecit artifex ascendere à terra in cælum quandam materiã vel substantiam corporalẽ in materiam vel substãtiam spiritualem: & cùm postea ipsa materia vel substantia spiritualis facta cõgelatur, & fixatur, & in lapidẽ cõuertitur, tunc facit descẽdere de cælo in terrã & materiam vel substãtiam spiritualẽ iteratò facit corporalẽ. Et sic patet, quòd sicut natura facit de corpore spiritũ, & de spiritu corpus in generatione mineralium metallorũ: ita & nos in generatione artificiali lapidis mineralis per artificium nostrũ mirabile, facimus corpora spiritus, & spiritus corpora. Et hoc est quod dicit Aros, Facite corpora spiritus, & inuenietis quod quæritis. Ex his elarè liquet, quòd principia & operationes istius scientiæ similia sunt principijs et operationibus naturæ, tamen indigemus pluribus alijs quàm natura.

Elementorum usus in hac scientia.

Elementorum transmutatio

Ars optimè naturã imitatur.

CAP. V.

DATIS ergo principijs de generatione metallorũ, ac materia operationũ in eis, atq; istius inclytæ & famosæ scientiæ in vniuersali: nunc de operatione istius artis & magisterij in particulari videamus. Totũ opus magisterij magni lapidis philosophici, & occulti duas habet partes operationis: Prima est de operationibus Elixir, & dicitur primũ opus: Secũda pars est de operatione lapidis, & dicitur secundũ opus, quod aliter & in alio vase fit: & terminata prima operatione Elixir, incipit istud aliud, quod est secundum, de operatione lapidis. Quidã philosophi in libris suis primò tradiderunt secundũ opus scilicet operationem lapidis, postea primum opus, quod est de Elixir. Et quidã modò loquuntur de vno opere, modò de reliquo, scienter intricando se, & suã intentionem obscurè persequentes, & obscurius exponẽtes, vt inquisitores fatuos & duro ingenio vel grosso existentes deciperent, hancq; & meritò famosam scientiã penitus occultarent, & prudentes ad eam allicerent, & eis manifestarent. Nos autẽ rectum ordinem in hac operatione lapidis provt proprijs digitis probauimus, & tetigimus, & oculis vidimus, tenebimus in hoc libro. Prius enim necessarium quod res elixentur, hoc est in Elixir conuertantur, antequam in operatione lapidis intendatur, aliter ad inuentionem & operationẽ magni & veri lapidis nullatenus quis attinget. Vocauerunt autẽ quandoq; philosophi in libris suis Elixir lapidẽ, & lapidẽ Elixir, nõ facientes differentiã nominũ inter vtrunq;, vt fatuos excæcarent, & tamen dixerunt veritatẽ. Quare verè Elixir est primũ & principale fundamẽtum & radicale lapidis pretiosi quod postea per operationẽ secundam conuertitur in ipsum lapidẽ pretiosũ, vel medicinam summam, quæ sola de commisto & infirmo & imperfecto metallorum tollit, et ea reducit ad sanitatem & perfectionem summã, super quæ proiecta fuerit: & realiter conuertit & trãmutat in lunificum vel solificũ verũ

Operatio particularis hinc traditur.

Nota experto credendum.

Elixir præcedit lapidem, & quo modo

Elixir quid

Lapis quid

secun-

ſecundum colorem ipſius lapidis. Philoſophi autẽ diuidunt Elixir vel lapidẽ, & dicunt quòd habet corpus, animã & ſpiritum: & ſunt hæc vnita in ea vnitione naturæ, cui per artificium miniſtramus, quòd ſic agat. vnde nos nõ facimus Elixir nec lapidẽ, ſed natura, cui miniſtramus materiã, de qua agit. Corpus vocãt terrã debitã lapidis, quod dicitur ſecretũ lapidis vel Elixiris, quod aliàs fermentũ vel nutricẽ ipſius appellamus. Ex his colligit, q̃ ex ſubſtantia arg. viui & ſulfuris ſubtiliſsima & puriſs. & ex terra noſtra, Elixir cõponit, & lapis cõſiſtit.

Corpus quid uocetur.

Elixir exquibus fiat.

CAP. VI.

ELIXIR autem in hac ſcientia dupliciter cõſideratur. Eſt enim Elixir ad album, & Elixir ad rubeum. De Elixiri ad album prius eſt videndũ, & primò de eius ſpeciebus, ex quibus cõponitur. De ſpeciebus verò Elixiris albi, Philoſophi variè tradiderunt, & diuerſis nominibus ipſas ſpecies nominauerunt. Quandoq; enim pro ſpeciebus nomina colorum ipſarũ ſpecierũ ipſas ſpecies nominauerunt, ita quòd multum ampliauerunt nomina iſtarũ ſpecierũ & in tantũ, quòd ob earum nomina multiplicata & dicta ab earum coloribus, vel naturis, plures & diuerſæ ſpecies conuenire videantur, quanq̃ non oporteat: ſed ſemper aliquid addentes vel ſubtrahentes, vt fatuos deciperent inquiſitores. Quidam autem poſuerunt & quæſierunt hanc præcelſam ſcientiam in vegetalibus vel materialibus: ſed quanuis iſtud ſit poſsibile per naturam, nõ tamen eis poſsibile eſt, quia potius eis in laborando vita deficeret, q̃ quòd laboratum ad finẽ deducere poſſent. Quidam autẽ quæſierunt ipſam in lapidibus, gẽmis, vitris, ſalibus, baurachijs, & ſimilibus: quod impoſsibile eſt, & contra naturæ principia hoc in talibus reperire: quanuis quandoq; alteratio in prędictis reperiatur, poſt tamen longum laborẽ. Quidam aliquando in ſpiritibus tantũ, videlicet in mercurio & ſulf. cum ſuo compari arſenico & ſale armoniaco ipſũ quæſierunt. Et quidã alij in omnibus corporibus metallorũ. Et q̃uis iſti duo vltimi in parte bene quærãt, & nõ in toto, & alij duo in toto malè quærãt: ideo omniũ iſtorũ ſecta rationibus eſt uacua. Nos aũt prætermiſsis omnib. prædictis certũ numerũ ſpecierũ quæ cõueniũt ad hoc Elixir, in hoc libro nominabimus.

Duplex Elixir

Errorum cauſæ.

Vegetabilia.

CAP. VII.

QVATVOR autem ſpecies ſunt, & nõ plus, nec minus, quæ ad hũc Elixir conueniunt cõponendum, videlicet arg. viuũ, ſulfur citrinũ fugiens ſulfur viride fixũ habens ventrem nigrũ intellectu, q̃uis clarum in viſu videatur, & ſulfur album fixũ: & hæc tria ſulfura ſunt fundentia & fluentia ſicut cera. Iſtarũ autẽ ſpecierum optimæ vel meliores ſunt nouæ quã antiquæ. Bonum ſulfur viride eſt, quod in groſsis fruſtis reperitur, & cùm frangit habet fractionem clarã, viridem, & eſt lucidum ad modũ vitri. Et propter hoc à Morieno Philoſopho almagra, hoc eſt, vitrũ appellatur ratione colorum ſui, cùm tamen non ſit vitrũ in rei veritate, ſed ſimile ei in fractione eſt: ſulfur album fixũ melius eſt cùm fuerit bene albũ, fracturam habens albã, lucentẽ & clarã, & eſt per grana oblonga non multũ, ſed parum groſſa. In groſsioribus granis melius eſt ſulfur citrinũ fugiẽs: & ſulfur viuum melius eſt quod fuerit in groſsis fruſtis clarum & nõ petroſum. Mercurius autẽ venalis habebatur apud Pariſios, quãdo incepi artem iſtam, valens ſing. lib. ſolidos duos Pariſiẽſes. Vna aũt lib. ſulf. viui ſexdecim denarios: libra verò aliorũ duorum ſimul miſtorũ vel compoſitorum quatuor ſolidos. lib. denicq; ſulf. viridis duos denarios. lib. ſulf. albi quatuor ſolidos. Et ita patet, quòd iſtæ ſpecies non ſunt magni pretij. Omne enim quod magno precio emitur, in hac ſcientia non oportet quærere, vt dicit Morienus philoſophus. Nomina iſtarum trium vel quatuor ſpecierũ & eorũ cõpoſitio nulli fatuo, vel inſipienti reuelantur: dimitendi enim ſunt in ſuis errori-

Species ad Elixir

Boni ſulfuris ratio, & ſpecies.

Morienus philoſophus

Mercurius.

Precia ſpecierũ.

Quæ non reuelanda & quibus

bus: quia qui per alias species quærunt hanc præcelsam scientiam, ipsam nõ inuenient, nec ad ipsam attingent, donec Sol & Luna in vno corpore redigãtur, quod sine præcepto diuino impossibile est euenire.

CAP. VIII.

COMPONITVR autem arg. viuum cum sulfure viuo citrino, ita quòd in simul alterantur quodãmodo à sua natura prima, & veniunt vnũ & idẽ in vna massa rubea, quã tunc vocamus Terram rubeam ponderosam: & ex hinc amplius non sunt, nec conueniunt nisi tres species in hac arte. De hac autẽ dispositione seu compositione primæ alterationis harũ duarum specierũ loquitur Morienus in lib. suo ad Regem Ali: & dicit, Fac vt fumus albus, ideſt, mercurius, fumum rubeum, ideſt sulfuris capiat, & simul ambo effunde & coniunge, ita quòd par pondus apponatur & c. Sed quia hæc compositio, siue dispositio, videlicet ista terra rubea, lucida, põderosa, tota composita venalis inuenitur: ideo non curamus laborare circa ipsius compositionem, sed ipsa prætermissa, ad alias veniamus. Aliæ duæ species non componuntur, donec in opere huius artis ponantur. Quamlibet autem istarum specierum vocauerunt Philosophi Lapides in suis libris, & hoc propter similitudinem quam habent ad ipsos, non quòd sint lapides in natura.

Prima cõpositio

Lapis non lapis

CAP. IX.

EMPTIS autem à te & habitis, fili doctrinæ, his tribus speciebus, accipe lib. vnam duodecim vnciarum de sulfure viridi fixo, & tere super marmorem, vel alibi vbi melius poteris, & reduc ad puluerem minutũ in quantũ poteris, & natura eius exigit, quo contrito serua & pone ad partem. Secundò accipe tres vncias, id est quartam partem vnius libræ duodecim vnciarum de sulfure albo fixo, & eodem loco tere per minuta, sicut de alio feciſti, & serua ad partem. Tertiò accipe tres vncias de terra rubea, lucida, ponderosa, quæ est cõposita ex sulfure & mercurio, vt dictum est, & in eodem loco pista & tere eam: donec in ea nihil lucidũ appareat, & fiat puluis minutus, rubicundiſsimus, ponderosus, & serua ad partem per se, sicut de aliis feciſti. Hoc autem opus contritionis vocatur à Philosophis Hyems. nam hyems omni fructu & virtute naturali agente deſtituitur, & ita istud opus contritionũ deſtitutũ est omni operatione agente Elixir, quia adhuc nihil est commistum de prædictis. Et ita patet, quòd hyeme semper incipitur Elixir, & omni tempore est hyems, & Elixir potest incipi, & operari.

Hyems quid in hac arte.

CAP. X.

OPERATIONE hyemis completa, vt dictum est & terminata, tũc statim sine interuallo incipit opus de compositione, & admistione istarum specierum per manus hominis artificis, & sic fit. Omnes istos pulueres istarum specierum simul iunge & misce per minima super marmorẽ: non enim credimus alibi hoc bene prout decet posse fieri, ita quòd tota materia videatur esse rubea, & quasi vna eademq; substantia. Et postea istam totam materiam rubeam diuide in duas partes æquales, & ita quælibet pars continebit nouẽ vncias, ideſt dimidiam lib. duodecim vnciarum cum tribus vncijs, ideſt cum quarta parte ipsius libræ. Singularum autem pars huiusmodi præparationis & cõpositionis ponatur in vase suo proprio adhoc deſtinato, & est istud vas vrinale duplex, quod venale inuenitur. In tali enim vase semper sic facimus opus istud scilicet quòd vas alembicus vitreus situetur, ita quòd os vrinalis non subintret os alembici, sicut fit in omnibus distillationibus, sed potius os alembici subintret os vrinalis, & ab eo circundetur: & ibi deinde lutetur & iungatur alembicus cum luto philosophico, deinde dimittatur lutum deſiccari & indurari, vel ad i-

Specierum commistio.

Vasorum situatio non uulgaris

ad ignem cautè desiccetur & induretur, ita quòd alembicus nõ possit ab eo separari: relutetur iterum super illud lutum siccatum, & desiccetur vt prius, ita vt spíritus nullo modo per iuncturas exire nec fugere possit. Et de hoc nullum vidimus securum in ista iunctura nisi nostrum per cautelam nostra, quæ talis est: Post omnes enim desiccationes luti, accipe ceram communem, & de ea circũda desuper totum lutum desiccatum, & deinde cum ferro calido funde ceram super lutum sapienter & cautè, provt hoc exigit, & de cætero nõ timebis ne de spíritu per lutum aliquid amittas: Sic autem fecimus multis modis in hoc opere. Vocatur autem præsens opus istud à philosophis opus Veris, quòd sicut res in Vere vniuersaliter & naturaliter simul vniuntur ad fructificãdum vnaquæq; secundum suam naturam, ita et hîc res ex quibus Elixir componitur, in hoc opere vniuntur ad fructificãdum vel generandum lapidem philosophicum. Et sic patet, quod opus Veris in Elixir, finita hyeme statim incipit, & omni tempore post illud, potest & debet statim incipi.

Lutatio fortiß:

Veris opus.

CAP. XI.

HAEC autem compositio manualis artificis prædictarum trium specierũ facta, vt est dictum, caret proprio nomine: vnde si proprium nomen haberet, Philosophi eam proprio nomine nuncuparent: sed quia non habet, ideo nominauerunt ipsam, Lapidem benedictum (qui tamen nõ est lapis, nec habet naturam lapidis) ex eo quòd res ex quibus componitur habent similitudinem ad lapides, et ex eis creatur lapis benedictus. Quidam nominauerunt ipsam, Lapidem mineralem, vegetabilem, animalem: Mineralem, quia res ex quibus componitur sunt materia mineralia in sua natura: Vegetabilem, ex eo quòd corpus habet animam & spíritum, vt animalia. Quidam dixerunt ipsam esse nigrum & fœtens, eo quòd habet ventrem nigrum, & ex spíritu fœtenti componitur. Quidam alij dixerunt ipsam esse Chaos, & voraginem mundi, vel massam confusam, eo quòd sicut totus mundus creatus fuit in vna massa quatuor elementorum confusa, quæ postea per separationem ipsorum facta ex creatione apparuit mundus distinctus, pro vt est: ita & in hac compositione confusa siue massa, sunt quatuor elementa confusa & simul mista, quibus ab ea per artificium separatis, incipit apparere distinctè Elixir, quod tot & pluribus alijs diuersis nominibus, ipsorum philosophorum diuersitas nominauit, nos autem eam Terram rubeam appellamus.

Anonyma compositio.

Lapis benedictus cæptus.

Lapis cur dicatur mineralis.

Vegetabilis

Niger, fœtens

Chaos &c.

CAP. XII.

AD residuum operationis huius Elixir veniendum est, & dicitur Aestas, eo quòd sicut res naturæ in æstate per calorem ipsius, & caliditatem exeunt à terra, & ascendunt in aerem, vt veniant ad Autumnum, id est ad maturitatem & perfectionem, ita & in hoc opere res Elixir per calorem, vel per caliditatem ignis de hac terra exeunt, & ascendunt in aerem, vt postea perueniant ad Autumnum, & ibi perficiantur. De hac enim operatione dicit Philosophus, Accipe lapidem qui non est lapis, nec habet naturam lapidis, & separa elementa. Et Aristoteles ad Alexandrum Regem dicit in libro de Secretis secretorum capitulo penultimo, O Alexander, accipe lapidem mineralem, vegetabilem, & animalem, & separa elementa.

Ergo à separatione elementorum incipiendum est, & faciendum est hoc opus. Ab ista ergo terra rubea, separanda sunt elementa, videlicet, purum ab impuro, diaphanum ab opaco, clarum à turbido: Et hoc fit isto modo, videlicet, Hac terra posita in duobus vrinalibus cum suis alembicis

Aestas.

Terra rubea

lutatis, vt dictum est, tunc singulare vas ita præperatum pone in alutello super cineres cribellatos: ita quòd spissitudo cinerũ, spissitudinem parui digiti auricularis sub fundum vasis non excedat. Sit autẽ alutel siccum & bene sigillatũ cum luto, super furnũ ad hoc bene dispositum & firmum, vt dicemus. Quodlibet autem vas suum propriũ habeat alutellum atq; furnum. Et in furnis compone ignem rectè sub medio culorum alutellorum. Sit autem ignis iste ita temperatus, quòd tenere possis manum tuam ad culum alutelli intus furnum super ignem sine combustione & periculo manus, & sit continuus: quia si tu dares in principio talem ignem turbatiuum, quòd materia in vase funderetur antequã spiritus eius humidus ab ea euolaret, & antequam materia in fundo vasis desiccaretur, frangeretur vas, & sine dubio spiritus exiret, & totum amitteretur: Et ideo multum est cauendum, & cum maxima diligentia & cautela iste ignis exponendus & continuandus est.

Ignis gradus primus.

Nota

CAP. XIII.

Destillatio

VASIBVS autẽ prædictis sic cum igne in suis furnis dispositis, vt dictũ est, tunc vapor istius materiæ ascendet in alembico sursum in fumũ subtilissimum, & fumus ibidem conuertetur in aquã limpidam, serenã, & clara tanquam lacrimam, habẽtem in se omnium prædictarum rerum vel specierum à quibus regeneratur: quæ cùm generata & causata fuerit in alembico, descendet per cornucerui, ideſt, per nasum ipsius alembici, qui factus sit largus atq; grossus circa alembicum, & acutus, gracilis, & recuruus circa finem ad modum & similitudinem vnius cornu cerui. Primæ guttæ istius aquæ descendentes vsq; ad sexdecim, vel plus, nullius sunt valoris, & ideo non recipiuntur, sed cadere dimittuntur: Et si volueris scire certum tempus recipiendi ipsam aquã, post sexdecim guttas ipsius vel circa dimissas cadere, accipe laminam cultelli modicum calefactam, id est tepidam, & pone ad nasum alembici, & tene ibi, & expecta donec vna gutta super laminam cultelli cadat: quæ si bulliat & nigrescat super laminam, tunc est tempus recipiendi, si non, non: adhuc enim in ipsa aqua antequam recipiatur est multum de phlegmate, à quo oportet quòd purgetur aqua ista, nec purgatur verè, donec habeat signum istud prædictum: signo verò inuento in ea, tunc ad recipiendum ipsam debes hebere duo vasa de vitro præparata, habẽtia fundum rotundum, restrictum, & collum longum ad mensuram dimidij pedis vel circa, & ita largum, quòd pollicem vel digitum possis intra figere. Sint autem ista duo vasa formata ad modum vnius phialæ, & sint spissa & fortia: aliter enim aquam retinere non possent, quoniam præ nimia virtute & fortitudine ipsius frangerentur: & hæc vasa pone sub vasis alembicorum, & fac intrare ipsos, & iunge in collis vasorum quantum poteris, & vt melius tibi videbitur, & obtura cum panno lineo sicco, & non cũ luto: nec sint nimis stricti, quia possent frangi virtute aquæ, & recipe aquam.

Cornu cerui qd.

Aquæ primæ cognitio.

Vasorum recipientium forma.

CAP. XIIII.

Ignis secundus gradus.

CONTINVANDVS est autem ignis ille debilis per vnum diem & noctem in hac debilitate vel circa. Postea, non subitò, sed paulatim infortiandus est vsq; in duplum, vel plus si necesse fuerit, & in hac augmẽtatione continuandus est & tenendus donec rubescat alembicus: & cùm apparuerit rubeus, tenendus est in illa rubedine, & ignis in illo statu continuandus, donec tota aqua exeat vel ferè: & tunc infortiandus est ignis tertiò, & faciẽdus cum flamma, vt partes aquæ grossiores & fortiores exeant: & talis ignis flammeus & fortis continuandus est per sex horas vel circa, donec tota aqua fortis & spissa exierit, & terra sicca sine humore apparebit, & remanebit: & sic erit aqua & plenè facta.

Gradus tertius flãmeus.

Nomina-

CAP. XV.

NOMINATVR aqua ista sic facta nomine matris suæ, videlicet lapis: sed hic purus, ille autẽ impurus. Item vocatur aqua mercurij, & aqua sulfuris, ex eo quòd ex ipsis generatur. Item vocatur fumus, ventus, oleũ, aqua, aer, ignis, vita, anima, & spiritus, & mercurius noster, quem quærimus, qui est ignis cõburens: soluit omnia corpora vno regimine, ideſt uno opere, videlicet opere Autũni subsequente: & pluribus alijs nominibus philosophi ipsam nominauerũt ex causis legitimis & rationibus, quæ relinquimus tuæ industriæ causa breuitatis. Iste vocatur à philosophis Lapis benedictus, qui nõ est lapis nec habet naturã lapidis: & hæc ideo vocatur lapis, quia philosophi vocant lapidẽ omne illud à quo per artificiũ possunt elemẽta separari: quia separatione facta ex ipsis, per eorũ coniunctionem in hoc magisterio alchymico, scilicet in opere Autũnali sequenti, suscitatur quędã substantia ad modũ lapidũ, qui per admistionem humidi cum sicco generantur, vt patet in hoc opere sequenti. Itẽ dicitur Benedictus, quia ex elemẽtis separatis & postea cõiunctis, vt postea dicemus, supereſt quædã essentia quinta, quæ spiritus lapidis appellatur. Et quia spiritus nõ apparet nec tangitur, nisi assumpto corpore in aliquo elemẽto, ideò iste spiritus propter nobilitatẽ naturæ suæ accipit corpus in nobiliori & superiori sphæra elementorũ, scilicet in sphæra ignea, vel ignis, remanẽte ipso tamẽ in natura sua spirituali: & ideo nõ est ignis, nec habet naturam igneam quantũ de se, est tamen in igne habitans. Et iterũ quia istud corpus sphæricũ igneum propter sui subtilitatem & puritatẽ adhuc à nobis nõ potest videri, ideo instrumẽtis idoneis mediãte operationis industria, eius subtilem substantiã cõuertẽdo, cõponendo, & condensando, & desiccãdo ab ipsa substãtia, videlicet à materia prædicta sublimãdo, & destillando, ut est dictũ, in aquæ speciẽ conuertitur, & emanat: & emanãdo à superfluitate sui phlegmatis separatur, & mũdatur, vt superius est ostẽsum. In hac enim aqua adhuc nõ sunt quatuor elemẽta, sed tria tantùm, videlicet aqua, ignis, & aer, & insimul hæc tria vno regimine coniunctim ab immunditia sua & superfluitate separãtur, videlicet à terræ suæ fœtulentia purgãtur & separãtur: in hac enim separatione aquæ elementũ aqueũ vocamus, ipsius aquæ humiditatẽ. Aerẽ appellamus aqueæ naturæ, quæ facit omne corpus ad modũ gũmi fluere, & ideo oleum nominatur. Ignẽ in ea dicimus esse illam virtutẽ qua comburit, calcinat, & soluit corpora, in quo igne habitat & iacet spiritus lapidũ prædictus: Separatis ergo istis elemẽtis à sua terra & factis spiritualibus cũ spiritu quintæ essentiæ, & in aquã conuersis, vt dictũ est, coniungẽda sunt in terrã, prout in sequẽti melius declarabitur, ut similiter ipsa terra efficiatur spiritualis cum spiritu prædicto, sicut alia tria elementa.

Aquæ primæ uaria nomina.

Lapis quidapud philosophos.

Cur benedictus & essentia quinta.

Elementorum aquæ distintio.

CAP. XVI.

AD compositionem istorum triũ elementorum cum quarto, id est cũ terra nostra veniendũ est: & hæc est cõpositio quã occultauerunt omnes philosophi, & vocatur matrimoniũ corporũ & spiritus, eo ꝙ in hac operatione coniungitur spiritus quintæ essentiæ latens in tribus elementis prædictis, vt est dictum, cum corpore, id est cum terra nostra: ita quòd coniunctio ipsius corporis, id est terræ nostræ fit spiritualis, ideſt de natura spiritus & subtilis: & spiritus de natura terræ, & tunc perficitur, ideſt incipit perfici virtus & natura spiritus quem quærimus, qui dicitur quintum ex quatuor generatum, secundum quod dicit Philosophus, Vis eius integra est, si versa fuerit in terram, ergo &c. Fit autem compositio seu matrimonium non manibus hominum, sed per opus naturæ: cui naturæ per artificium & magisterium istud mirabile, talem materiam, vt hoc operetur, & faciat, miniſtramus,

Matrimonium corporũ & spiritus.

Tollendam esse moram. Debet autem fieri ista compositio statim, postquàm aqua est facta, nec expectari debet ad hoc compositum faciendum vltra duas horas, quia cito euanescit virtus spiritus istius, nisi per compositionem ipsius cum corpore retineretur. Et ideo oportet quod citò fiat. Item vocatur hoc opus Autumni, eo quòd *Autumni opus.* sicut in Autumno fructus naturæ ad perfectionē naturæ perueniūt, ita & hæc aqua ed perfectionem deducitur in hoc opere compositionis & matrimonij. Item appellatur impregnatio lapidis, quia cùm fit hoc matrimonium, vel com *Impregnatio lapidis.* positio, seu coniunctio istius spiritus cū corpore, impregnatur lapis, ideſt, corpus vel terra nostra, de isto spiritu quintæ essentiæ in ventre venti, ideſt in ven *Ventus quid.* tre aquæ prædictæ, quæ dicitur ventus, anima, oleum, & aer &c. in qua ipse spiritus habitat, vt est dictum. vel è contrario iste spiritus habitans in aqua prædicta impregnatur isto corpore, ideſt, terra nostra: in ventre venti, ideſt ventre aquæ prædictæ, quæ dicitur ventus: cùm ipsa terra vel corpus efficitur per solutionem ipsius in ipsa aqua de natura ipsius aquæ. Et hoc est quod dicit Philosopus, Portauit illud, ideſt spiritum quintæ essentiæ, vel terram nostrā, vētus ideſt aqua prædicta, quæ destillando prius fuit fumus vel ventus: in ventre suo ideſt intra se: & sic patet quod alibi dicit Philosophus, quòd istud quod est inferius, est sicut quod est superius, ad p̄parāda miracula rei vnius, scilicet lapidis

CAP. XVII.

SIC autem fit, et est, corpus istud: primò tenendū est firmissimè, quòd terra illa vel fęces, à quibus exiuit hæc aqua trium elementorum, non assumi- *Alphidius autor Aros.* tur, sed proiicitur, cùm nullius sit valoris, vt dicit Alphidius, Fæcem proiice. in alia enim hæc aqua plantatur, & radicatur. Et sic patet quod dicit Aros, quòd opus istud in vno incipit, & alio terminatur. Accipiatur autem terra nostra, & primò ab ea tollantur omnes eius humiditates superfluæ, & ab ea separentur, & euolent, donec fiat alba, lucida, & in omni parte mūda & affinata. De hac tali terra sic purificata, sume duas vncias in laminas tenuissimas, vel in puluerem, vel in limaturā reductas, provt natura ipsius exigit: & vnam ex istis vncijs proijce in vno istorum vasorum super aqua, & aliam vnciā in alio, ipsis vasis deobturatis, & super cineribus tepidis situatis in alutellis super furnos, ab ipsis prius remoto alembico. Et statim cùm hoc corpus intus proiectum fuerit, obturētur vasa satis strictè cum panno sicco lineo: & incontinēti quòd ista terra in aquam istam cadet, incipit aqua ista bullire, si bona fuerit & sine errore facta: si verò nō bullierit, error fuit in eius operatione, nec aliquid valet, quia corpus non soluit, nisi bulliat. et ideo oportet reiterare, & aliam facere. Tenenda sunt vasa continuè super cineres calidos, donec ipsa aqua à bullitione cesset, & cùm cessauerit, erit clara, limpida, & viridis. Et corpus, ideſt terra nostra, in ea erit liquefactum, ideſt solutum & coniunctum per minima cum spiritu: & si aliquid remanserit de corpore, quod non fuerit solutum, vel liquefactum, non est vis. Sed alia vasa accipe similia illis, & pone in illis aquam illam ita sapienter & cautè, quòd illud quod remansit in fundo ad dissoluendum, non transeat cum aqua clara: & sic in illis vasis bene & fortiter obturatis cum panno lineo serua aquam benedictam vsque in horam necessitatis: & iterum debes aliam facere, & totiens reiterare, donec de ista aqua bonam habueris quantitatem, & eam serua in suis vasibus singularibus, vel in vno pro omnibus quod sit vitreum fortissimum & spissum, & obturatum, vt est dictū. Sic enim aqua impręgnatur, & efficitur Elixir ad album: Sed adhuc nō est eius perfecta impręgnatio lapidis, nec perfectum Elixir, nec perfectum matrimonium vel compositum corporis & spiritus, vt quidam dicere voluerunt: sed tantùm est verum principiū & medium perfectionis prædictorum: perfectio verò inferius consequetur. Item dicitur

citur hoc corpus in hac aqua solutum, temperantia sapientum, & aqua vitæ: et corpus quod soluitur, vocatur gumma philosophorum, de quibus dicit Aros, Vide vbi miserunt aquam, ibi miserunt gummã, vel è contrario. Et tamen quãuis sic nominetur, & verum sit, non tamẽ est gumma perfecta, nec aqua. Et quãuis sit aliquod imperfectum habito respectu ad perfectionem lapidis benedicti, ideſt Elixiris: est tamen medietas Elixir perfecta ad album, ad aliam medietatem veniendum.

Temperantia sapientum.
Aqua vitæ.
Gumma philophorum.

CAP. XVIII.

NOTANDVM est, quòd prima pars Elixiris est alba, quæ fit de terra alba: & secũda pars Elixiris est rubea, quod de terra rubea fit, vt dicemus: Et ideo prima pars Elixiris dicitur ad album, secunda pars Elixiris dicitur ad rubeum: et sic videntur esse duo Elixiria in hac arte, cùm ita tamen non sit, quia in rei veritate hæ duæ partes non faciunt nisi vnum Elixir, quod est ad vtrunque, videlicet primò ad album, & postea idem & non aliud in eodẽ vase dicitur ad rubeum. Diximus autem de parte alba componenda: nunc dicendũ est de parte rubea facienda. De hoc autem Elixiri, vel lapide rubeo, ideſt parte rubea Elixiris ad vtrunque scribitur in libro aureo, & sic dicitur, Lapis verò rubeus, id est pars Elixiris rubea ad vtrunque, vt inquit Hermes, Aristoteles, & Archelaus, descendit non ab aqua vini vel vitis, imo ab aqua vitæ: & aqua vitę descendit ab eo, videlicet lapide rubeo, vel Elixiri, ideſt à parte rubea Elixiris ad vtrunque.

Liber aureus

CAP. XIX.

QVONIAM, vt ait Philosopus, in arte ista eædem sunt res quæ dealbãt & quæ rubificant, ideo in hac operatione Elixiris rubei, ideſt partis rubei Elixiris ad vtrunque, eædem res, ideſt species, quæ vt superius diximus, conueniunt ad rubeum, ideſt ad rubeam partẽ Elixiris. ergo tres species prædictæ in hac de rubeo Elixiri sunt assumendæ, sicut prius ad partẽ albam, sed cum alijs ponderibus, videlicet: Accipies de sulfure viridi vnam librã duodecim vnciarum, & in hoc concordant pondera, item sulfuris albi sex vncias, ideſt mediam partem vnius libræ duodecim vnciarum: item terræ rubeæ ponderosę sex vncias: & in his duobus discrepant pondera ista à ponderibus aquæ albæ, & ita sunt in summa totali viginti quatuor vnciæ, id est, libræ duæ duodecim vnciarum.

CAP. XX.

EX istis speciebus facies omnia opera supradicta, videlicet opus hyemis veris, æstatis, & autumni simili separatione, contritione, simili decoctione ignea, similibus vasis, similibus alutellis, similibus furnis, similibus iunctoris & lutis, simili separatione phlegmatis ab aqua, simili receptione ipsius, simili proiectione, vel coniunctione, seu matrimonio terræ rubeæ cum spiritu lapidis in aqua prædicta: Sed ipsa terra rubea aliter debet purgari à suis fœtulẽtijs & superfluitatibus, quàm terra alba: & ideo antequam in ipsa aqua ponatur purganda est per modum suũ: qua purificata & mundata, & in laminas tenues coaptata, vel in puluerem, id est limaturam redacta, tunc ponẽda est in aquam factam, vt dictum est: sed cùm posita fuerit in ipsa aqua, non soluetur in ea, quia tantæ virtutis non est aqua, sed tantùm calcinabitur in puluerem, & quodammodo sine tactu reducetur. Hoc sic facto, moue aquã cautè, & pone in alio vase, eidem in quo est, simili: ita quòd remaneat puluis calcinationis terræ rubeæ sine aqua in suo vase, & in illa aqua remota pone aliquod corpus quod sit tibi proficuũ, sicut esset terra alba, & soluetur in illa aqua, & tibi proficiet. Item terram calcinatam, quæ remansit, desicca secundum suum modum, & serua mun-

dè, ita quòd puluis alius super eam nõ cadat nec attingat, donec aliam aquam feceris in qua possit dissolui. Aqua autem facta per huiusce pondera supradicta, fortior est quàm prima prædicta, quia prima non potest soluere mercuriũ in aquam, ista autem secunda soluit ipsum sine dubio: & tamen ista est de colore aquæ alterius quantum ad visum, sed differunt quo ad tinctionem, quia ista est aurea, ideſt tingit in citrinum colorem, vel ialueum: & prima tingit in nigrũ vt est dictum: Hæc etiam soluit omnia corpora, & etiam terrã nostram albam præter Solem, vt est dictum, videlicet præter terram nostram rubeã, sed ipsam tamen calcinat, vt est dictum. Et sicut prima aqua vocatur nomine omnium albedinum, viriditatum, foliorum, & arborũ, & c. ita ista secunda vocatur nomine omnium ialueitatum, citrinitatum, rubedinum, nigredinum, & sulfurorum, & c. Et hoc est, cum est perfectè soluens terram nostram rubeam: & semper dicitur imperfecta donec hoc faciat. Non autem fecimus in hoc nostro libro mẽtionem multum specialem de purificatione, mundatione, seu affinatione terræ nostræ rubeæ vel albæ, eo quòd satis purificatæ & mundatæ & affinatæ venales inueniuntur: & ideo hoc sub breuitate transimus, &c.

Aquæ albæ et rubæ nomina.

CAP. XXI.

ARCANVM arcanorum huius tam inclytæ scientiæ, tibi fili, factum tradere non intendimus, vt est dictum, sed tantùm ad ipsum indagandũ, & inueniendum allicere te cupimus per ea quæ sequuntur. Aquam aliam facias de prædictis speciebus, sed cum istis ponderibus: Accipe sulfuris viridis libram vnam duodecim vnciarum, & terræ rubeæ ponderosæ nouem vncias, & sulfuris albi similiter nouem vncias: & sic erunt in totali summa triginta vnciæ, id est duæ libræ duodecim vnciarum cum dimidia: Et operare per omnia opera & per omnes modos, vt prius, excepto hoc, quòd in separatione phlegmatis ab ea, plus separabis in duplo, vel plus de phlegmate ipsius, ꝙ de alijs separationibus nõ feciſti aliarum aquarum: postea recipies ipsam, vt dictum est de alijs. Et ipsa aqua facta pone puluerem prædictæ terræ rubeæ calcinatæ super eam, & si liquefiet, id est, si soluetur, & fiat aqua rubea vel ialuea, facta est aqua, & verè bona: quòd si adhuc non soluetur, iterum remoue ab ea aquam, sicut aliàs feciſti superius, fac de ea similiter: & iterum terram rubeam desicca vt prius, & serua: & sic reiteranda est hæc aqua agmentando pondus de tribus vncijs semper in sulfure albo, & in terra rubea tantùm, & non in sulfure viridi, cuius pondus semper est ęquale in aquis istis, & plus separando de phlegmate in duplo in ista, quàm in alia prædicta, donec inueniatur aqua quæ soluat terram nostram rubeam in aquam limpidissimam rubeam. Quidam autem totum remouent de aqua ista, vel de aquis istis prædictis rubeis quod exit & distillat, vsque ad illam aquam quæ exit, cùm incipit alembicus rubificari: tunc demũ in alio vase recipiunt illam aquam ad partem, & dicunt quòd illa quæ exit ante rubificationem alembici, soluit terram nostram albam, & ista quæ exit post rubificationem alembici, soluit terram nostram rubeam: à quorũ proposito & intẽtione, si ita sit, non deuiamus, sed potius consentimus.

Aqua alia ex hijdem.

Alia uia.

CAP. XXII.

HAC aqua perfectè & verè indagata & inuenta, & in ea nostra terra rubea soluta, debes seruare ipsam ad partem in vase obturato, sicut superius feciſti de aqua alba, & iterum simili modo reiterare eam cum solutione terræ rubeæ in ea, donec de ipsa aqua rubea bonam habeas quantitatem. In singulari verò aqua de corpore rubeo præparato, ideſt de terra nostra rubea præparata in laminas tenues coaptata, vel in puluerem limaturæ redacta, ponas duas drachmas, id est quartam partem vnius vnciæ: & si plus soluere poterit, plus appo-

apponas, veruntamen non excedas vnam vnciam ad plus, & hoc intellige de terra rubea tam de calcinata, quàm non de calcinata: & si aliquid remanserit ad dissoluendum de istis drachmis in aqua prædicta, illud nõ proijce, sed remoto quod solutum fuerit de illis seruetur ad partem, & in alia solutione alterius aquæ soluatur cum alia terra, & tunc duæ drachmæ no ponũtur in illa aqua, sed minus, quantum scilicet pondus istius terræ non solutæ, quæ ponitur cum illa, ponderat: quod verum est, nisi plus posset soluere, vt est dictum. Et sicut prima aqua alba prædicta, secundum intellectum Alphidij philosophi in hac arte, appellatur & nominatur virgo vel puella habens vnum vber: Et secundum Ortolanum dicitur sperma fœmineum album & frigidum: ita & ista aqua prædicta rubea secundum Alphidium nuncupatur & dicitur iuuenis pulcher & homo nigri capitis & barbæ, habens pulchrum vestimentum, quia aureum est: & secundum Ortolanum, sperma masculinum rubeum & calidum. Item prima aqua alba antequam corpus album soluatur in ea, nominatur vrina puellarum; & ista rubea, vrina virorum iuuenum: vtraque autem vrina infantium, & infinitis alijs nominibus hæ duæ aquæ à philosophis diuersimodè nominantur.

CAP. XXIII.

De singulari autem istarum duarum aquarum dicendo & scribendo intelligit Ortolanus in libro suo per similitudinem hoc quod dicit ibi propriè de aqua vini, vt nos per quatuor annos & per plus, & multi alij nobiscum crediderunt, & adhuc credimus, & verè, & bene. Et idem est hîc, quòd istæ duæ aquæ fuerunt iunctæ insimul & commistæ, quia tunc non sunt nisi vna aqua. Hæc sunt verba Ortolani de aqua vna ex duabus aquis prædictis cõposita, vel ex singulari ipsarũm. Hæc aqua fixat omnes spiritus & facit ingredi: quod intelligẽdum est de spiritu lapidum, qui est quintum quid ex quatuor generatum, & non de illis spiritibus fatuorum, videlicet mercurio venali, sulfur, & arsenico. Item hæc aqua habet vim suam & superiorem & spiritualem, id est nõ fixam: Et hoc est quod dicit Philosophus, Quod est inferius, est sicut quod superius, & è contrario, ad præparãda miracula rei vnius, idest oportet quod prędicta quinta essentia, videlicet spiritus quintæ essentiæ de quatuor generatis, vt est dictum, retineat semper vim suam, scilicet spiritualem: & habeat omnem vim quatuor elemẽtorum, idest vim suam corporalem, si miracula inde debeãt perpetrari: Et hoc sine dubio fit eo modo, quo superius est ostensum. Item sciendum est, quod indagando aquam rubeam, cùm multiplicabis pondera specierum vltra vigintiquatuor vncias, etiã vasa in quibus materiã pones, debent esse fortiora, & ventres habere grossiores, secundum quantitatem augmentationis specierum. Et nota quòd debent ventres ipsorum esse pleni materiæ Elixiris ad vtrunq;, quæ rubea nuncupatur, quæ tamen adhuc est imperfecta sicut & alia, ad cuius Elixiris perfectionem de cætero veniendum est.

Fatuorũ spiritus

CAP. XXIIII.

Perficitvr autem Elixir ad vtrunque isto modo: De aqua alba accipe tantum quantum de ea feciſti in duobus vasibus vna vice, & scias quantum est pondus ipsius per subtilitatem tuam: non enim possumus tibi omnia scribere: Et tantum de aqua rubea, de qua similiter scias pondus. & habeas vnam cucurbitam de vitro factam, fortẽ & spissam, cuius os sit factũ ad modũ vrinalis: in hac cucurbita simul coniunge has duas aquas simul effundendo, & satis cito, eritq; tota aqua ialuea vel citrina, & clara & limpida: & sic erit consũmatum & perfectum verum Elixir ad vtrunq;, verum matrimonium inter corpus & animam, vera & perfecta lapidis imprægnatio, & verus eius coitus, ex quo sequitur verus partus. Ista autem aqua ex duabus aquis facta vna, vt est di

Elixir ad utrũq;

Nomina uaria Elixirit ad utrunq;.

ctum aurum noſtrum, argentum noſtrum: imò aqua cæleſtis & glorioſa. Similiter & æs noſtrũ, ſericum noſtrum, magneſia noſtra, in qua vt dicit Aros, Sunt quatuor elementa, ſeu quatuor corpora: quæ quatuor corpora ſunt nubes, & niues extractæ, & oleum & butyrum, & lunæ ſpuma. Item dicitur fermentum lapidis ad vtrunque, & plumbum nigrum, & tota operatio noſtra, & ouũ philoſophorum & non gallinarum, & ſapiẽtia noſtra, quam Deus, ſcilicet quibus voluit, reuelauit. Et de hac dicit Aros, Ipſum enim eſt totum in toto, & id totũ quod quæritur, & quod cogitatur: in ipſa enim eſt fugiens & fixum, tingens & tinctum, album & rubeum, maſculus & fœmina inſimul compoſita compoſitione inſeparabili. Et de hac compoſitione harum duarum aquarum, vel ſpermatum, iterum dicit Aros, Oportet ingredientem in hoc opere non quieſcere, donec permiſceãtur res, & fiat tinctura à corporibus aſſumpta. Statim verò vt has duas aquas in vaſe effuderis, vt eſt dictum, debes cooperire vas aliquo coopertorio, ne ab eo aliquid exeat, donec prædictæ aquæ bene permiſtæ fuerint & coniunctæ, & fiant res vna, videlicet aqua rubea, limpida & clara Et intellige quod diximus, quòd quantum de alba poſuiſti, tantùm de rubea poni debet, ideſt par pondus vtriuſque apponatur: & ſi minus vel maius compoſitum facere volueris, ſimiliter plus vel minus de ſingula aqua, equali tamen pondere apponatur, &c.

Cõtinuatio operis.

CAP. XXV.

SVNT autem neceſſaria hæc duo ſpermata in arte iſta: & hoc ideo quia ſicut videmus, quòd naturaliter vnum generat ſibi plura ſibi ſimilia, ita artificialiter Sol generat Solem, cum lapidis multiplicatione prædicti, ideſt ſpiritus quintæ eſſentiæ. Et ideo dicit Philoſophus, Pater eius eſt Sol, ideſt aurum. Sed quoniã in omni generatione naturali, oportet ſpermatis receptaculũ idoneum eſſe, cum quadam conſonantia ſimilitudinis ad ipſum, ita & in hac generatione artificiali oportet quòd Sol habeat ſui ſpermatis & ſuæ tincturæ receptaculum idoneum, & ſibi conſonũ, & illud eſt Luna, id eſt argentum. Et ideo dicit Philoſophus, Mater eius eſt Luna. Vnde notandum eſt diligentiſsimè, quòd iſtorum duorum corporum coniunctio eſt neceſſaria in hac arte, Ad vtrunque, videlicet ad album & ad rubeum, quæ fit eodem modo quo ſupradictum eſt. Et hoc propter duas rationes: quarum iſta eſt vna, quia aurum quum ſit nobilius inter metalla, & magis perfectum, & fixum, & compactum, tamen diſſoluatur in aquam limpidiſsimam, vt eſt dictum, & partes eius minutiſsimè ſeparentur, erit ſpiritualis & euolans ab igne tanquam mercurius, quod eſt mirum. Et hoc eſt ratione ſuæ bonæ alterationis, & tunc habet tincturam ſine numero, & iſta tinctura vocatur ſperma maſculinum rubeum & calidum: & cum ſic eſt diſſolutum & ſubtiliatũ, & factum ſpiritualem cum ſpiritu quintæ eſſentiæ, tunc dicitur ſpiritus tingens fortis, quem quærimus. Si verò argentum diſſoluatur in aquam limpidam, nihilominus remanet fixum ſicut prius, nullã vel paucam habens tincturam recipiendam & fixandam in temperamento calidi & frigidi: & vocatur ſperma fœmineum, album & frigidum: Et hæc eſt aqua alba vel viridis prædicta: Et ſic conueniens eſt ipſorum duorum coniunctio facienda, vt dictum eſt. Item eſt & alia ratio, quia cùm aurum per ſe, & argentum per ſe ſint difficilis fuſionis & liquefactionis, tamen ſi inſimul coniunguntur, facilè fluunt, & liquefiunt. hoc ſciunt Aurifabri faciẽtes ſolidaturas ad aurum. Vnde ſi in lapide noſtro eſſet tantum alterum ipſorum, nunquam aliquam tincturam daret: & ſi daret tincturam, non tingeret niſi in quantum ipſa eſſet, eo quod non eſſet receptaculum tincturæ. Et noſtrum finale ſecretum eſt habere medicinam quæ fluat ante mercurij viui fugã. Ergo coniunctio iſtorũ duorum eſt ne-

Tinctura ſine numero.

Sperma maſculinum &c.

Spiritus tingens fortis &c.

Sperma fœmineum

Auri & argenti natura in fuſione &c.

Finale ſecretum

est necessaria, & ideo coniungenda sunt eo modo, quo superius est dictum.

CAP. XXVI.

ET cùm hæc duo se receperint per aggregationem prædictarum duarum, vt est dictum in coniunctione lapidis, id est in coniūctione spiritus quintæ essentiæ prædicti, vel quintæ essentiæ de terra nostra alba & rubea, vel ipsa terra de dicto spiritu imprægnatur & efficitur, vt est à nobis superius dictum: in ventre venti, hoc est in ventre aquæ prædictæ, vel aquarum prædictarum. Et hoc est quod dicit Philosophus Hermes, Illud ventus in ventre suo, id est, aqua hæc portauit istum spiritum cum terra prædicta in ventre suo, vel terra ipsa ipsum spiritum in ventre suo, id est intra se in ventre aquæ, ideſt intra aquam. Hæc verba quasi simili, imò quasi eadem expositione superius exposuimus. Planum est quòd ventus est aer, & aer est vita, & vita est anima: Et ego loquutus sum de anima, quæ totum lapidem viuificat & resuscitat: & sic oportet quòd ventus portet eum, reportet, & pariat: magisterium planè patebit quomodo hoc fiet & erit: & tunc sequitur quòd alimentum suscipiat ex ventre suo, id est à terra, vt ibidem dicitur. Ideo dicit Philosophus, Nutrix eius est terra, quia sicut fœtus sine alimento nutricis nunquam peruenit ad ætatem, ita lapis noster sine fermento suæ terræ nunquam perueniet ad effectum: quod quidem fermentum alimentum dicitur: Sic enim in operatione lapidis generātur ex vno lapide cum matris coniunctione, ideſt cum alimento nutricis, res, ideſt filij, patris similes, quas sibi per longam decoctionem creauerunt, erunt nostri similes in colore, & patris pondera retinebunt. Hæc verba prædictorum duorum capitulorum dicit Ortolanus in libro suo de Expositione textus Hermetis, & ab eo ipsam extraximus, & hîc posuimus cum quodam modico additamēto. Et est notandum, quòd pater & mater lapidis, ideſt duo spermata ipsius in prima compositione Elixiris Sol & Luna vocantur, quæ postea in secunda operatione, ideſt in operatione lapidis, terra vel nutrix appellatur. Et sic intellige, quòd ex vno patre cum matris coniunctione in compositione Elixir & alimento iunctis, ideſt terræ ex istis duobus generatę in operatione lapidis generantur res, id est filij, videlicet lapis albus, qui per alimentum perficitur & dealbatur, vt inferius dicetur. Cuius pondus patri, hoc est Soli erit simile, & de colore matris, id est Lunæ. Et sic cessat obiectio, quæ posset fieri, quòd secundum verba prædicta terra ista conuenit in compositione lapidis, cùm spiritus lapidis sint Sol & Luna, & quędam alia terra quæ dicitur nutrix: quod non est ita, si sanè intelligatur Philosophus, vt est dictum: quia tantùm ista duo prædicta conueniunt cum spiritu quintę essentiæ, sed in compositione Elixiris vocā tur spermata: in operatione lapidis vocantur terra vel nutrix, & c.

Hermes.

Ventus quid

Anima lapidis.

Nutrix lapidis.

Fermentum.

Ortolani liber.

Sol & Luna qd

CAP. XXVII.

EX his omnibus colligitur, quòd totum opus Elixiris nihil aliud est in vniuersali, quàm facere ascendere res à terra in cęlum, id est de natura corporali ad naturam spiritualem: & hoc tunc est perfectum Elixir. Item colligitur ex his, quòd aqua quandoq; vocatur lapis spiritus quintę essentiæ, quandoque vocatur terra, quandoque lapis, & sic figuraliter pars pro toto nominatur: & hoc indifferenter dicitur propter eorum naturam consimilem, vel coniunctionem vniformem: quanuis in speciali proprietate diuisionis ipsius lapidis ipsa humiditas aquę, sine aqua dicatur anima, ipsa virtus aquæ dicitur spiritus, & ipsa tinctura corporum in ea soluta, dicitur corpus, vt dictum est. Quā humiditatem limpidam, ideſt animam vocamus arg. viuum nostrum, & ipsam virtutem aquæ, ideſt spiritum quintæ essentiæ, vocamus sulfur nostrum. Ergo in Elixir & lapide benedicto, aqua est animā lapidis, virtus aquę est spiritus la-

Vniuersale Elixiris opus quid.

Arg. uiuum nostrum.

Sulfur nostrum.

pidis, & terra nostra duplex, videlicet alba & rubea, duplex corpus lapidis benedicti. Et qui sic sentit verè de ijs, de secreta natura numeratur, & de ea, & in ea meritò computatur: & è conuerso sentiens, deleatur. Item in summa notã dum est, quòd cùm artifex doctrinę filius hãc compositionem prędictam, quã Elixir nominamus necessariam peregit, vt est dictum, per coniunctionem & vnionem duorum spermatum prædictorum vel aquarum, quòd tenere & seruari debet ad partem residuum cuislibet spermatis prædicti, vel aquæ prędictę, quodlibet in suo vase proprio bene obturato vsq; in horam necessitatis, vt dictum est. Vocantur autẽ ista duo spermata Cauda Draconis, quę postea in operatione lapidis, ab ipso dracone comeduntur, vt inferius ostẽdemus. Hęc autem compositio necessaria est, vt iam diximus, quia nullo modo vera tinctura fit nisi ex ipsa compositione quæ dicitur æs nostrum, vt est dictum: de qua dicitur in libro qui Turba philosophorũ appellatur. Scitote omnes pertimescentes, quòd nulla fit tinctura vera nisi ex ære nostro. Quæ vera sit, exponitur in libro qui dicitur Liliũ. Est autẽ intelligendum ex nostro ære, id est nostra cõfectione seu compositione. Et est videndum quòd compositione iam perfecta scilicet in Elixir iam conuersa: & hoc est, & fit, vt superius est ostensum. Ex prædictis autem, si bene intelligis, apparet constare, fore compositum hoc Elixir ex Sole in corpore magnesiæ occulto, à terrestreitate mũdo, & de sulfure quod dicitur sulfur de Sulfure, & de arg. viuo, quod dicitur arg. viuum, de argento viuo, his duobus vltimis fugitiuis in principio: non fugitiuis, vt est dictum, conuersis, compositis, & coniunctis.

Cauda draconis

Liber turba Philosophorum.

Liber Lilium dictus.

Aes nostrum quid.

DE OPERATIONE LAPIDIS CAP. XXVIII.

ALCHYMIAE ergo omnino certæ, veræ, famosæ, & inclytę, ex nunc operã dantes, de operatione Elixiris, quod est primum opus, prius dictum est: nunc verò de operatione lapidis benedicti videndum est. Et in hac operatione lapidis, quæ est secundum opus, quidam philosophi incipiũt libros suos, & in primo opere ipsos finiunt & consummant, vt est dictũ. Vnde notandum quòd per huius compositum Elixiris res fiunt vnum & idem, vt est dictum: ita quòd sic de cætero huius compositum est, vnum quod solũ quæritur, quamuis ex pluribus compositum, & in vnam naturam redactum. De quo composito dixerunt Philosophi, Vna res est: quod intelligẽdum est post compositionem Elixiris, & non antè, vt est dictum. De qua sola re per compositum factũ vna, & non de alia, vera & omnino certa nascitur Alchymia. Vnde videndum est primò quid sit Elixir, atq; vnde dicatur, quid Alchymia, & quid Lapis. Elixir autem est quoddam compositum habens in se virtutem mineralem, rubeum, aut citrinum, ex pluribus speciebus limpidissimis & claris (& si de specie aquæ coniunctis) factum compositum, habẽs in se virtutem mineralem incluſam, existens condimentum, antidotum, & medicina omnium corporum purgandorum & transformandorum in Solificum & Lunificum verum. Et dicitur Elixir ab Elicio elicis, quasi vnũ ex pluribus, in quibus est, elicitum, & in alijs iam conuersum & ligatum. Alchymia autem sic diffinitur in libro qui Lilium appellatur. Alchymia est ars administrans & ostendens essentiã, septem metallorum continens, qualiter quæq; formæ illorum imperfectè ad naturale complementum deducãtur: vel aliter sic. Alchymia est opus celatum regimine quod fit manifestum luce filiorum genitorum, & id quod per filiorum generationẽ iuuenescit. Vel aliter sic. Alchymia est substãtia corporea ex vno scilicet arg. viuo, & vno scilicet sulfure cõposita, quæ duobus tenuissimis & humidis siue limpidis constans est, scilicet anima & spiritu, & in luce filiorum dictorum à se manifestatur & iuuenescit: & quæ continẽs est essentiã septẽ metallorũ, vt

Secundum opus

Vna res.

Elixir quid sit.

Elixir unde dicatur.

Alchymia quid.

in ea

in ea ſubſtantia ſit ſpiritus tingens fortis, quē quærimus, quo tingamus in quo libet corpore, ac eorum qualibet parte, & eorum quodlibet à dimunitione ad naturale complementum naturaliter deducamus. Dicitur autem Alchymia ab Elambico & Kymia quæ ſunt duo vaſa in quibus hæc ars in tribus generibus vel ordinibus medicinarum ad finale deducitur complementum. Et ſic patet, quòd hoc totum Alchymia componitur ex corrupto & integro. Non autē eſt Alchymia ante Elixir, ſed poſt ſemper. Lapis aūt philoſophicus ſic diffinit: Lapis eſt quædam fortis virtus mineralis, ex pluribus rebus in vnum cōuerſis per noſtrum artificium alchymicum congregata, habens in ſe virtutem congelandi mercurium in naturam metallicam veram, & formaliter conuertendi, ac omnia metalla infirma ſeu imperfecta ad veram ſanitatem & perfectionem reducendi, vitrumq; malleabile faciendi, lapidemq; precioſum fingendi: & finaliter eſt ſumma medicina omnium corporum humanorum, & conſeruādi in eis humidum radicale: quia ab iſto lapide benedicto deſcendit aqua vitæ, vt iā ſuperius tetigimus, & inferius plenius oſtendemus. *Lapis philoſophicus.*

CAP. XXIX.

QVIDAM verò Philoſophi indifferenter, vt iam ſuperius teitgimus, vnum Elixir prædictum nominauerunt Alchymiam, Lapidē, & Medicinam. Et Alchymiam vocauernnt Lapidem: Elixir, & Medicinam Et Lapidem nuncupauerunt Elixir, Alchymiā, & Medicinam: & Medicinam dixerunt Elixir, Alchymiam & Lapidem. Sicque paucam vel nullam differentiam quantum nihil inter iſta facientes, eo quòd omnium iſtorum eſt vna eadémque ſubſtantia, quanuis forma ſit diuerſa, & ad vnum finem tendunt. Et quanuis nullam differentiam faciat inter ipſa nominando, differunt tamen inter ſe iſto modo. Elixir eſt primum opus, & præcedit omnia iſta, & dicitur matrimonium verum inter corpus & ſpiritum per compoſitionē duarum aquarum prædictarum, vt eſt dictum, & hoc eſt ita proprium Elixir, quod non competit alijs propriè. Alchymia autem poſt Elixir ſequitur ſemper, & non antè, & eſt propriè modus & opus ducendi Elixir ad effectū, quod opus vel modus dicitur ab Aros Alchymia, ſeu Nigrum noſtrum, & hoc eſt propriū Alchymiæ & non alijs. Lapis eſt propriè illud factum ſecundum prædictā operationem artis Alchymiæ, & hoc eſt proprium ſibi, & ad alia non pertinet. Medicina eſt quod ſequitur & deſcendit à lapide prædicto perfecto, ad metalla imperfecta perficienda, & ſananda, & ad vitam hominū tuendam & ſanandā, & hoc eſt propriū ſibi, & ad alia nō propriè dicitur pertinere. Et ſic patet quòd iſta inter ſe differunt ſpecie, quanuis nomine generali non diſcrepent. Ex his omnibus concluditur aliud quod dicit Morienus de iſta re, quæ eſt vna ex pluribus compoſita, quam vocant Lapidem, & tamen adhuc eſt in Elixir, quòd ipſa res vna, quam dicit eſſe Lapidem, habet in ſe quatuor elementa perfectè, cuius tactus nullus eſt, quia eſt aqua, & in ipſa eſt maior mollicies quàm in ſuo corpore, quia durum eſt, eo q; metallicum eſt, & eius pondus graue: quia iſtud corpus ipſius omnium corporum eſt magis ponderoſum & compactū, & eius guſtus ſuauis, & eius odor odori ſepulchrorum cōparatur, eo quod fœtet propter odores ſpecierum fœtentium, ex quibus componitur, vt eſt dictum: quæ fœtulētia ab ipſo in hac operatione ſecunda penitus remouetur, antequam in verā medicinam conuertatur. De cętero accedēdum eſt ad opus prædicti Lapidis. *Sinonyma lapidis.* *Elixir quid proprie ſit.* *Alchymia quid.* *Lapis quid.* *Medicina quæ dicatur.* *Morieni ſententia concludens.*

CAP. XXX.

DE operatione huius Lapidis benedicti, vel Elixiris dicitur in libro, qui Lilium appellatur. Compoſito noſtro verò facto, vel Elixiri cōpleto, vt eſt dictū, tunc ergo vt præmittitur, vna re, videlicet noſtro Lapide, vna *Gradus operis.*

via,ſcilicet Hermetis, qui fuit pater Alchymiſtarum:vna diſpoſitione, ſcilicet denigrandi primò,ſecundò dealbandi,tertiò cenerãdi,quartò &vltimò rubificandi:vno actu ſcilicet coquendi,totum magiſterium terminatur. Et Aros philoſophus de hoc dicit ſic,Et erit rubens, & fiet niger:& erit niger, & fiet rubẽs & hoc in ſequẽtibus operibus declaratur. Et ſicut per primum opus prædictũ omnes res aſcendunt in cælum,vt eſt dictum,ita per iſtud ſecundũ omnes res deſcendunt in terram,& fixantur in vnitate quintæ eſſentiæ.

CAP. XXXI.

Diſpoſitio denigrandi ſic fit:Accipe Elixir ſiue compoſitum prædictum, provt eſt in ſuo vaſe,in quo prius, ſcilicet in cucurbita ,poſuiſti,& pone ſuper illud alembicũ vnũ vitreum,& luta bene,& ſicca,& cera eo modo, vt in extractione aquarum in prima operatione feciſti:& hoc ſic diſpoſito, accipe illud vas & ſepelias in fimo equino calido,& fac animam, ideſt aquam ab eo quod eſt intus,ideſt Elixiri,euolare & exire: ipſamq; aquam in vaſe vitreo forti repone,vt prius de aliis aquis in prima operatione feciſti recipiẽdo: phlegmate tamen ſuperfluo ab ea aqua ſeperato,donec ſuper laminam cultelli,vel ferri alterius calidam bulliat,vt eſt dictum. Et ſic continuè faciendũ eſt, donec tota aqua cõtinuè exierit,& materia in fundo vaſis clara,rubea,& ſine aqua apparuerit. Item continua & coque donec nigra fuerit,& ſicca:& tunc quæ prius in prima vocabãtur ſpermata,vel pater & mater & c. hîc in hac operatione vocantur terra vel nutrix. De hac autẽ diſpoſitione ſeparationis aquæ vel animæ à ſua terra vel cõrpore,dicit Philoſophus,Fili à radio Solis extrahe vmbrã ſuã.

Philoſophidictũ Vmbra Solis.

Sinonyma multarei.

Vocatur autem iſta terra à Philoſophis vmbra Solis,corpus mortuum,corona vincẽs,nubes,cortices matris,magneſia nigra, & Draco qui comedit caudam ſuam,& aliis infinitis nominibus nominatur. Aqua autem iſta quæ ab ea exit,

Cauda Draconis & eius ſinonyma.

vocatur cauda Draconis,quæ à Dracone prædicto comeditur,ſicut reſiduum duorum ſpermatum in prima operatione ſic nominatorũ:& dicitur anima,ventus,aer,vita,domũ illuminans lux meridiana,arg. viuũ noſtrum,lac virginis, & totũ ſecretum:quod intelligendũ eſt, cùm fuerit impręgnata aliquo noſtrorũ corporũ vel ſpirituum in ea ſolutorũ:& ideo aqua iſta totaliter extracta,ſtatim debes ponere in ea de corpore noſtro albo ad diſſoluendũ,vt in prima operatione feciſti,& ſeruare ad partẽ vſq; ad horã neceſsitatis. Itẽ vocat̃ ſal armoniacus noſter,& mediũ coniungẽdi tincturas:& vt ab omnibus aliis nominatur aqua noſtra alba in prima operatione, hîc ſimiliter nominat̃, nec eſt differẽtia inter eas. Quidam philoſophi videntur dicere,quòd nõ debet impręgnari,ſed ex ea ſola prout extracta fuit ſine cõpoſitione debere operari. Tamen fili caue quid facias in hoc loco. Itẽ terra dicitur à Morieno fęx,ſcilicet vẽtris, de qua dicit ad regẽ Ali,q; ipſa fex erat minera iſtius rei vel terræ:,ppter quod dictũ multi errauerunt, quærentes iſtã rem,vel terrã,ſeu lapidem inter ſtercora & fimos humanos , affirmantes ipſam eſſe fimũ humanum authoritate Morieni,cũ in rei veritate ita nõ ſit:ſed pro tanto dicitur fęx ventris,nõ omnis propriè,ſed ſimilitudinariè,imò vẽti,qui ventre vẽti,id eſt aquæ,peperit modo & operatione prędictis iſtã terram,ſicut venter humanus poſt decoctionẽ emittit ſeu parit ſimum ſuũ. Et in ſterquilinio hæc terra reperitur,vt idẽ dicit,quod intelligitur de fimo equino prædicto,in quo iſta terra fit,& inſpiſſatur & ſiccatur,vt eſt dictũ,& nõ in ſterquilinijs cõmunibus,ſicut quidam fatui putauerunt,& ibidem fodierũt, exiſtimantes ipſam ibidẽ inuenire:& pedibus hominũ conculcatur,vt idem dicit. Et nota hîc pro tanto,quòd cucurbita cũ ſuo alembico ab Alchymiſtis vocatur homo altus,galeatus,cuius fundus eſt extremitas ipſius cucurbitæ,id eſt hominis alti galeati:& ſecundum hoc ſimilitudinariè poteſt dici fęx ventris humani

Fæx. Errorum multorum cauſa.

Terra lapidis ubi.

Cucurbitæ ac alẽbici nomina et partes.

mani, id est cucurbitæ ventris, quæ dicitur homo altus: quæ extremitas cucurbitę cõparatur extremitatibus pedum hominũ, qui sunt extremitates hominis super quibus totus homo defertur & sustinetur, sicut cucurbita supra suũ fundum, à cuius fundo cucurbitæ, & in quo, id est à cuius pedibus hominis alti galeati, & in quibus hæc terra conculcatur, id est massando coagulatur, subtile à spisso separando, vt est dictum. Item dicitur quod in vijs proijcitur, hoc est dictum non in vijs cõmunibus, quibus homines gradiuntur, sed in vijs philosorum istius scientiæ, quia sunt plures tendentes ad vnũ finẽ: vel vnã viam, scilicet Hermetis prædictã: in quibus vijs videtur esse deducta, idest immortua donec reuiuiscat. Itẽ dicit idem quòd hæc res siue hæc terra est sæpius parua: tamẽ q̃uis sit modica terra, vt dicit Orthulanus, Sufficit tamẽ eius paucitas ad nutrimẽtum nostri lapidis totius: & de hac terra & paucitate ipsius scripsit Rosarius in 2. sua epist. ad Euthecią, sic dicens, Et est Kimbor & Kambar quod rarissimè inuenitur. Et nota quòd cõpositio siue imprægnatio ipsius terræ si debeat cõponi vel impręgnari, secundũ quosdam fit ex mercurio mũdato, prius clarificato à quadã terrestreitate quã habet in se. Similiter omnis impręgnatio vel cõpositio fit ex corporibus crudis, & non calcinatis, vt quidã fatui putauerũt, & decepti fuerunt in multis. Nec est cõtra quod dictũ est supra de terra rubea calcinata, quæ postea soluitur: quia certissimè si vera fuerit aqua in qua debet solui, sine calcinatione qua cunque soluetur. Caue tibi fili quid facias in hoc passu imprægnandi, & de quo, vel non imprægnandi.

In uijsproijcitur

Rosarius autor.

Imprægnatio uel compositio ex quibus fiat.

CAP. XXXII.

HAc verò terra siccata, vt est dictũ, extrahe eã à cucurbita per subtilitatem tuã cautè & mundè, & scias similiter põdus eius, & postea pone eã in alio vase forti & spisso, amplo & magno, secundũ quantitatẽ lapidis vel medicinæ quã facere volueris, & cõpetenti quantitate, vel terræ prędictæ ponderi. Cuius vasis vẽter & fundus rotũdus ad modũ cælestis lunæ, & collũ longũ ad mensurã vnius pedis vel plus, & os taliter strictũ, q̃ posis ibidẽ figere pollicẽ tuũ secundũ q̃ dicit in Lilio, vas angusti oris. Et cũ Draco p̃dictus, vel terra nostra prædicta fuerit in prædicto vase positus, vel posita, ponendũ est vas bene obturatũ in alutello super cineres cribellatos, & postea ignis faciẽdus est in furno super alutello ex tribus lignis siccis vel fustibus, & cauendũ est ne flãma vas attingat, & sic continuãdus est donec terra soluat in se ipsa, & fiat aqua spissa, rubea. Sepelit aũt vas istud secundũ alios, & melius in fimo equino calido, donec soluatur terra prædicta. Soluit aũt isto modo infra 40 dies, vt dicit Ali in Secr. secretorũ. Alij ponũt in aere, vase aperto & nõ obturato, sed bene cauẽt ne puluis subintret, nec quidq̃ aliud: & sic dimittũt ipsam terrã solui in aquã spissã rubeã. De solutione istius terræ de se ipso dicit Martyrizatus, Ars nõ cõpletur nisi terra fuerit soluta. Vide ergo fili quid facias in hoc loco. Citius aũt perficitur hoc opus in humido, tardius verò in sicco. Et nota fili, q̃ istius terræ duplex est solutio, vna per se, de qua dictũ est, & alia per caudã suã, vel aquã imprægnatã, quæ ab ea exiuit, vt est dictũ. Et in hoc multi errauerũt, nõ æstimãtes solutionẽ ipsius possibilẽ nisi cum sua aqua, vel cum vno duorũ spermatũ, à quo est creata. De solutione istius decoctionis vel terræ nũc prædictę à cauda sua vel aqua ab ea extracta infra dicemus. Hanc autẽ solutionẽ nigri corporis & mortui solutionẽ nominamus, cùm soluitur per se solã: cùm verò soluitur per aquã, hanc solutionẽ, resurrectionẽ, vel resuscitationẽ, aut viuificationẽ animãq̃ corporis mortui nuncupamus: & hãc inferius ostẽdemus, licet solutionis istius terræ per se diuersæ sint opiniones, vt dictũ est. De hoc tenendũ est, q̃ solutio illa quæ fit cũ flãma ignis vel cum fimo equino, nõ sunt propriè solutiones, sed liquefactiones potius, vel fusiones ad modũ ceræ vel metalli: & sic oportet fieri: per quod

Martyrizatus autor.

Solutiones uarię.

patet quòd fusio hîc accipitur pro solutione, & è contrario solutio pro fusione. Et quum perfusa est, vt dictum est, tunc iterum soluitur propriè per se, & hoc in aere, vt est dictum. Ergo solutio duobus modis in hoc passu consideratur, & oportet quòd his duobus modis fiat, & hæc solutio est sicut solutio salis mineræ, & sic intellige quod superius est dictum.

CAP. XXXIII.

Regimen terræ lapidis.

TERRA verò nostra primò per se soluta, id est fusa vel liquefacta, & secundò per se similiter soluta ad aerem, vt est dictum, in vase prædicto. Accipiatur illud vas cum ipsa terra soluta & ponatur super cineres cribellatos in alutello super furnum, & in furno fiat ignis lentus, & sic continuando ibidem donec congeletur in vna massa nigra, dura, sicut massa salis, cuius massæ fractura est lucida sicut fractura vitri, si probaueris: qua congelata, id est massata, vt est dictum, iterum in loco vbi soluisti eam propriè secundò per se, vt dictum est, iterato: Secundò pone illud vas cum prædicta terra congelata, & secundò ipsam dissolue propriè per se, vt prius, postea super cineres secundò, vt prius congela in prædicto vase suo. Alij verò postquàm per se semel soluta & congelata fuerit, vt præmittitur, sciunt pondus eius, & postea ponunt super ipsam aliquod modicum, id est sextam partem ponderũ ipsius de cauda sua, id est de aqua quæ ab ea exiuit, & nõ de alia: quæ in hoc loco si sic fiat, debet esse simplex certissimè sine quacunq; impręgnatione corporis vel spiritus: & postea quidam ex ipsis, vt præmittitur, ponunt ipsam in aere ad dissoluendum, & quidam ex ipsis faciunt dissolui in fimo equino, & postea omnes isti ipsam desiccant & assant, id est congelant super cineres lento igne, vt est dictum. Caue fili quid facias in hoc passu, & quomodo dissoluas & congeles eam: Quater reitera istam solutionem & congelationem, quarta vice solutionum & congelationum istius terræ nostræ prædictæ completa, vt dictũ est, remanebit hęc terra fixa, lucida, nigra in fractura, & proiecta supra corpus alterat in suo colore. Et his omnibus sic completis, verum regimen terræ benedicti lapidis sufficienter peregisti. Et nota quòd quantum pluries hęc terra soluta fuerit & congelata, vt est dictum, est subtilior & penetrabilior in natura: & nota quòd quidam non fundunt nec liquefaciunt eam, vt est dictũ in capitulo præcedenti, sed hãc fusionem dimittunt, & tantùm per se soluunt propriè, vt est dictum, & congelãt. Et si dimittatur prædicta fusio, quam solutionem nominamus superius, nõ est error. Et cùm per decoctionem, vt est dictum, fuerit denigrata, nominatur cinis clauelatus, æs combustum, sal combustnm, terra mortua, ouum Philosophorum hîc propriè, sed cùm adhuc est in Elixir, impropriè: non tamen ouum gallinarum, sed similitudinariè dicitur Ouum, vt dicitur in Lilio: Quia sicut ex componẽtibus ouum, scilicet ex testa, albumine, & vitello, nascitur Alchymia. Item notandum est, quòd hęc terra mortua, cum aqua remota fuerit ab ea & separata, antequam desiccetur & denigretur, vt est dictum, à philosophis vocatur Ignis, sal armoniacum, sal uitellorũ ouorum, sal honoratũ, Athincar nostrũ nubes coagulata, Salarmoniacus noster, lingua maris, arsenicus sublimatus, sulfur sublimatum, & omnibus nominibus omnium sublimatorum, stella Diana, ventus corporatus, aduena, secretum naturæ, & pluribus alijs nominibus nuncupatur.

Pro hoc cap. uide inferius circa finem capitis 41

Nota

Terræ denigratæ & ferè lapidis factæ, nomina.

CAP. XXXIIII.

Non pluribus uasibus opus fore.

QVIA formam vasis superius descripsimus, in quo hæc terra, cùm fuerit denigrata, debeat poni ad soluendum & congelandum, vt est dictum. De hoc notandum est, quòd nos non remouimus ipsam terram de sua cucurbita, sed delutato alẽbico & remoto, desuper ipsam coopertoriũ spissum

sum vitreum posuimus, lutauimus, & cerauimus ad cucurbitam, quòd cooper-
torium vocamus vulgariter Athenatorium, quod babebat collũ gracile & spis- *Athenatorium.*
sum, & pendebat illud collum intra cucurbitam, & non extra: quod collum de-
bet lutari & cerari, ne per ipsum flos exeat & fugiat. Et cùm opus erat, nos re-
mouebamus illud coopertorium, & ponebamus & lutabamus iterum alembi-
cum: & è conuerso cùm opus erat nos remouebamus ipsum iterum alembicũ,
& ponebamus & lutabamus athenatorium: & iterando alternatim cùm opus
erat, & faciendo in vnico vase, donec totum opus impleretur. Vocatur autem
illud vas olla vel cucurbita sine sectione, & multis alijs nominibus nominatur.
Vide fili quid feceris de hoc vase: nõ enim concludimus te in forma vasis, quia
si subtilius & magis proficuum sciueris, hoc assumas. Multa enim de operatio- *Singularia omnia scribi non posse.*
ne huius artis & scientiæ in his scriptis non ponimus, quæ tamẽ necessaria sunt
ad sciendum & faciendum, cùm omnia singularia scribere non possimus, quasi
tuæ prudentiæ relinquentes: & sic completa est dispositio denigrandi. Nunc
autem ad dispositionem dealbandi veniamus. Sed antequam ad hoc venia- *Libri huius perfectio.*
mus, quæ sequuntur decreuimus inserenda, vt liber iste ex vtraque parte videa-
tur esse perfectus.

CAP. XXXV.

ITem de vera compositione Elixiris, quod est primum opus, dicitur à philo- *Primũ opus Elixir ubique reperiri.*
sophis, quòd illa res quę est vera, vbiq; reperitur, quia in quolibet homine est
& apud quemlibet hominem reperitur: & Adam secum apportauit eam de
Paradiso, & cùm mortuus fuit, ipsam secum reportauit, & cum ea sepultus fuit:
Et pro tanto dicit sapientum Allegoria, quòd ista res est sol subtiliatus, id est
aurum subtiliatum, & conuersum in virtute maxima minerali: vnde dicitur
in libro de hoc auro, ex gumma nostra, & pauco auro multa emimus. Sed secũ-
dum Albertum in libro de Mineralibus dicitur & probatur, quòd aurum vbi-
que est & reperitur, quia non est aliqua res ex quatuor elementis elementata,
in qua non inueniatur aurum in vltima affinatione naturaliter. Et ideo dicit, q̃
vbicunque reperitur. Et quia idem Albertus dicit ibidem & probat, quòd ma-
xima virtus mineralis est in quolibet homine, & maximè in capite inter dentes
ita quòd in sepulchris antiquorum mortuorum inter dentes aurũ in granis mi-
nutis & oblongis superius inuentum est in suo tempore, vt ipse dicit, quod esse
non posset, nisi in homine esset ista virtus mineralis, quæ virtus mineralis est in
Elixiri nostro prædicto vel composito. Et pro tanto dicitur, quòd hic lapis est
in quolibet homine, & quòd Adam, & c. His visis & intellectis, ad propositi-
tum redeamus.

CAP. XXXVI.

DIspositione nigredinis completa, & regimine terræ peracto, vt est dictũ
ad dispositionem albedinis terræ lapidis benedicti veniamus. Est enim *Terræ lapidis albificatio.*
notandum, quod in hac nigredine terræ est albedo abscondita: & ideo
in visu est nigra, in intellectu verò est alba. Et propter hoc virtus latẽs in ea, de-
bet fieri exterius & apparere: & quod est exterius, fiat interius: ita q̃ nigredo
huius terræ qũo est exterior, fiat interior: & albedo quæ est interior, fiat exte-
rior, & appareat manifestè. Et sic fit manifestum absconditũ: & absconditũ ma-
nifestum. Fit autem hæc dispositio in eodem vase, & sine remotione terræ præ-
dictæ ab eo, tali modo: Scias pondus ipsius terrę, vt est dictum, & postea solue
istam terram per se, sicut in denigratione sua feciſti. Qua soluta, accipe mediũ
sui ponderis de spiritu non fixo, id est de aqua quæ ab eo exiuit, quæ vrina ca-
nis balsam dicitur, quæ per dugile, id est per alembicum destillatur, vt est dictũ
siue lac virginis, aut arg. viuum nostrum, seu anima, aut ventus, aut cauda, & c.

vt supradictum est, appellatur: siue de spermate albo, quo ipse draco fuit & est in parte compositus, quod reseruasti ad partem, vt est dictum: quod idem est & eisdem nominibus nominatur, & hoc pone super ipsam terram solutam, vel draconem solutum per collum coopertorij cucurbitæ, ipso coopertorio cum cucurbita pòst lutato, vt est dictum: & obtura bene coopertorij collum, & luta bene secundum suum modũ: & sic, si fuerit aliud vas quàm cucurbita siccata obtura cum panno lineo fortiter, & postea pone in fimo equino calido, id est in humido, vel super cineres, id est in sicco, cum lento igne, vt est dictum. Et sic continua donec terra & aqua vnum fiant, & fiat vna res nigra, clara & alterius coloris, tamen in modico ad hoc quod prius erat. Hoc facto & completo, hoc totum congelandum est, & inspissandũ, & in massam reducendum, in eodem loco & eodem igne, & eodem regimine continuo: & si necesse fuerit coopertorium vasis, id est cucurbitæ, est remouendum, & alembicus constituendus, vt est dictum, & lutandus desuper vt non exeat aliquis humor, & res citius inspissetur. Signum autẽ quòd hæc res, idest gũma nostra est decocta, erit quòd si dimittatur vas infrigidari, & iste draco fuerit durus ad modum picis duræ, vel frigidę, satis est inspissatus & decoctus, & à suo phlegmate purgatus. Aqua quæ in hac decoctione ab huiusmodi gumma vel dracone exierit, si qua exierit, potest recipi & imprægnari, & custodiri, & loco & tempore, si necesse fuerit, dea ea sicut de cauda operari. Hoc draconecongelato, vel hac gumma nostra venerabili inspissata, vt est dictum, tunc ponatur in loco tali, vbi per se soluatur in aquam spissam de suo colore existentem: qua per se soluta, pone super cineres sicut in denigrando fecisti, & ibidem dimitte continuè, donec congeletur, vt est dictũ in denigratione: & completa est ista decoctio, & est vnum corpus adhuc opacum, & in fractura clarum & c.

CAP. XXXVII.

QVidam Philosophi, sicut Geber, Hali, & Ortolanus, dicunt quòd hæc decoctio fit sine pondere aquæ & spermatis: & dicunt, quòd postquàm terra lapidis benedicti est præparata, vt est dictum, tunc nõ soluitur per se, sed provt est congelata in suo vase post denigrationẽ, vt est dictum: tũc sine pondere & mensura ponunt super dictam terram de aqua sua, vel de spiritu non fixo, & ipsam de ea imbibunt quantum potest bibere, donec virtute ipsius aquæ, aut spiritus non fixi, seu arg. viui, seu caudæ draconis, aut spermatis, & c. superueniente, hæc terra soluatur totaliter in aquam, & fiat volatilis & spiritualis alternatè, id est de natura aquæ, vel spiritus prædicti, ascendendo in cęlum, idest in ipsam aquam, vel sublimando sicut ab initio fuit in prima operatione, vt est dictum: & pòst faciunt ipsum descendere in terram ipsam congelando, vt est dictum in hac operatione. Vide ergo fili quid feceris in hoc loco: Nam dicit Aros philosophus, quòd præcauendum est ne Elixir submergatur. Submersio Elixiris, vt dicit Geber, est quãdo volatilis summa, superat summã fixi, & sic est perfecta decoctio ista.

Submersio Elixiris quæ, & quomodo cauenda.

CAP. XXXVIII.

CVm verò completa fuerit ista decoctio quæ dicitur, veniendum est ad alias: Scias pondus totius congelati sicut sciuisti primò per subtilitatem & discretionem tuam. Nõ enim possumus omnia tibi scribere, sed multa necessaria tibi & industriæ tuæ relinquimus, vt est dictum. Et postea pone quartam partem ipsius congelati super ipsam terram congelatam, vel ipsum congelatum de aqua prędicta, vel spiritu non fixo, siue de cauda draconis, vel sperma te albo (quę omnia idem sunt) in eodẽ vase, & sine extractione draconis ab eodem vase, & decoque vt prius, vase obturato, vt est dictum, donec congeletur & in-

& inſpi , & fiat res dura ſicut píx: poſtea per ſe ſoluatur totum hoc, & ipſo ſoluto , ſtatim ſuper cineres lento ígne congeletur, vt eſt dictum, & eſt v- na maſſ rius coloris quàm prima, & magis clara aliquantulum. Et ſic ſimili modo, regimine, ſimili pondere, vídelícet pars totius congelatí quarta, de arg. noſtro vel aqua alba prædicta deſuper ponatur totum congelatũ ſimili co unctione & congelatione, tam per caudam ſuam, quàm per ſe ſolũ iſte drac oluatur & congeletur: continenter autem regatur & reiteretur hęc diſpoſiti dealbationis per huius aquæ albæ vel caudæ pondera: & per hoc ri gationes, adaquationes, & imbibitiones, inſpirationes, viuificationes, anima- tiones, ſolutiones, congelationes, tam per aquam quàm per ſe in eodem vaſe, & ſine extractione draconis, donec iſte draco vel tota iſta maſſa mortua quaſi homo in ſuo tumulo paulatim, & paulatim ſuo ſpiritu, vel vita, aut anima, qua priuata fuit, denígrando, vt eſt dictum, inſpiſſetur, animetur, viuificetur, reſuſci tetur, & ſubtilietur magis quàm prius. Et fiat lapis vnus cryſtallinus albus parti cipans viriditate quadam, in ígne perſeuerans, fundens, fluens, tíngens, & mer- curium congelans, & perfectè retinẽs & tranſmutans, etiã quodcunq; corpus metallicum imperfectum in lunificum: & verè, ſi rectè feceris, peruenies ad in- tentum.

CAP. XXXIX.

DIcunt Philoſophi quidã, ſicut Ortolanus, Geber & Hali, quòd in ſingula decoctione iſtius draconis, iſte draco extrahendus eſt à ſuo vaſe, & de- bet teri ſuper marmore, & iterum poni in vaſe, & ſuper iſtam tincturam ponitur aqua, & poſtea congelatur, & fit, vt dictum eſt. Sed hoc quod dicunt, non ſic ad literam intelligitur: ſed ſic ſecundum quòd dicit Aros, Hæc con- tritio nõ fiat ſuper marmore, nec manibus hominum, ſed eſt tantùm aqua quæ terit & penetrat corpus, & draconem noſtrum de natura ſua propria & virtute & terra vel corpus, quod penetrando ab aqua teritur, id eſt naturaliter, medían te operatoris induſtria ſoluitur, & cum ea congelatur: & fundum vaſis vbi hæc fuerit, in hoc loco marmor nuncupatur ſimilitudinariè: & ſic intellige & con- corda philoſophos, & bene tibi erit. Cùm ſecundum Iuriſtas promptum ſit iu ra iuribus concordare, ita in hac arte vel ſcientia, promptũ eſt philoſophos phi loſophis concordare. Item notandum eſt quòd plures colores & diuerſi appa- rebunt in iſto lapide antequam fiat albus, quia cum primò fuerit niger, po- ſtea fit albus, quí ſunt duo colores contrarij. Sed ſecundum Philoſophos ex v- no contrario tranſiri non poteſt ad aliud ſine medio, ideo oportet quòd veniẽ do in iſto lapide de nigro ad album, plures colores intermedíj veniant & appa reant: & propter hoc dicitur in Lilio, quòd pluries citrineſcit, & pluries nigre- ſcit: imo quot in mundo poſſunt eſſe colores, attamen non ſunt verí colores, ſed in fine expectãda eſt dealbatio, quę eſt verus color. Cauſas verò & rationes iſtorum colorum debet conſiderare ſagax & ſubtilis opifex huius artis. Secun- dum autem variationes iſtorum colorum philoſophi hunc lapidẽ diuerſis no- minibns habuerunt nominare: Alíj ferrum, alíj plumbum, alíj ſtannum, alíj cu- prum, alíj æs, alíj aurum, alíj argentum, alíj vice & nomine omnium ſpirituum, alíj nomine omnium vegetabilium, alíj nomine omnium animalium, alíj nomi ne omnium colorum: & tamen propriè nullum prædictorum eſt in ſe. Nomi- natur autem à philoſophis cùm eſt albus, calx cineris clauellati, & cinis albus, calx corticum ouorum, terra alba, terra philoſophorum, terra benedicta, æs al- bum, magneſia alba, puluis dealbatus, luna calcinata, & infinitis alijs nomini- bus nominatur, prout in libris Alchymiſtarum reperitur: quæ omnia quanuis in vocabulis differant, ad vnum tamen tendunt intentum: & habet hic lapis al- bus pondus patris, id eſt Solis, vt eſt dictum.

Contritio quo- modo fiat.

Lapidis uarij co lores.

Lapidis nomina

& inſpiſſetur, & fiat res dura ſicut píx: poſtea per ſe ſoluatur totum hoc, & ipſo ſoluto per ſe, ſtatim ſuper cineres lento igne congeletur, vt eſt dictum, & eſt vna maſſa alterius coloris quàm prima, & magis clara aliquantulum. Et ſic ſimili modo, ſimili regimine, ſimili pondere, videlicet pars totius congelati quarta, de arg. viuo noſtro vel aqua alba prædicta deſuper ponatur totum congelatũ ſimili coniunctione & congelatione, tam per caudam ſuam, quàm per ſe ſolũ iſte draco ſoluatur & congeletur: continenter autem regatur & reiteretur hęc diſpoſitio dealbationis per huius aquæ albæ vel caudæ pondera: & per hoc rigationes, adaquationes, & imbibitiones, inſpirationes, viuificationes, animationes, ſolutiones, congelationes, tam per aquam quàm per ſe in eodem vaſe, & ſine extractione draconis, donec iſte draco vel tota iſta maſſa mortua quaſi homo in ſuo tumulo paulatim, & paulatim ſuo ſpiritu, vel vita, aut anima, qua priuata fuit, denigrando, vt eſt dictum, inſpiſſetur, animetur, viuificetur, reſuſcitetur, & ſubtilietur magis quàm prius. Et fiat lapis vnus cryſtallinus albus partícipans viriditate quadam, in igne perſeuerans, fundens, fluens, tingens, & mercurium congelans, & perfectè retinẽs & tranſmutans, etiã quodcunq; corpus metallicum imperfectum in lunificum: & verè, ſi rectè feceris, peruenies ad intentum.

CAP. XXXIX.

DIcunt Philoſophi quidã, ſicut Ortolanus, Geber & Hali, quòd in ſingula decoctione iſtius draconis, iſte draco extrahendus eſt à ſuo vaſe, & debet teri ſuper marmore, & iterum poni in vaſe, & ſuper iſtam tincturam ponitur aqua, & poſtea congelatur, & fit, vt dictum eſt. Sed hoc quod dicunt, non ſic ad literam intelligitur: ſed ſic ſecundum quòd dicit Aros, Hæc contritio nõ fiat ſuper marmore, nec manibus hominum, ſed eſt tantùm aqua quæ terit & penetrat corpus, & draconem noſtrum de natura ſua propria & virtute & terra vel corpus, quod penetrando ab aqua teritur, id eſt naturaliter, mediante operatoris induſtria ſoluitur, & cum ea congelatur: & fundum vaſis vbi hæc fuerit, in hoc loco marmor nuncupatur ſimilitudinariè: & ſic intellige & concorda philoſophos, & bene tibi erit. Cùm ſecundum Iuriſtas promptum ſit iura iuribus concordare, ita in hac arte vel ſcientia, promptũ eſt philoſophos philoſophis concordare. Item notandum eſt quòd plures colores & diuerſi apparebunt in iſto lapide antequam fiat albus, quia cum primò fuerit niger, poſtea fit albus, qui ſunt duo colores contrarij. Sed ſecundum Philoſophos ex vno contrario tranſiri non poteſt ad aliud ſine medio, ideo oportet quòd veniẽ do in iſto lapide de nigro ad album, plures colores intermedij veniant & appareant: & propter hoc dicitur in Lilio, quòd pluries citrineſcit, & pluries nigreſcit: imo quot in mundo poſſunt eſſe colores, attamen non ſunt veri colores, ſed in fine expectãda eſt dealbatio, quę eſt verus color. Cauſas verò & rationes iſtorum colorum debet conſiderare ſagax & ſubtilis opifex huius artis. Secundum autem variationes iſtorum colorum philoſophi hunc lapidẽ diuerſis nominibns habuerunt nominare: Alij ferrum, alij plumbum, alij ſtannum, alij cuprum, alij æs, alij aurum, alij argentum, alij vice & nomine omnium ſpirituum, alij nomine omnium vegetabilium, alij nomine omnium animalium, alij nomine omnium colorum: & tamen propriè nullum prædictorum eſt in ſe. Nominatur autem à philoſophis cùm eſt albus, calx cineris clauellati, & cinis albus, calx corticum ouorum, terra alba, terra philoſophorum, terra benedicta, æs album, magneſia alba, puluis dealbatus, luna calcinata, & infinitis alijs nominibus nominatur, prout in libris Alchymiſtarum reperitur: quæ omnia quanuis in vocabulis differant, ad vnum tamen tendunt intentum: & habet hic lapis albus pondus patris, id eſt Solis, vt eſt dictum.

Contritio quomodo fiat.

Lapidis uarij colores.

Lapidis nomina

CAP. XL.

Alphidius autor

GVmma nostra benedicta, vel lapis albus, qui secundum quosdã dicitur aliter nix, & grando, precioſior est margaritis, cuius opus prædictum ab Alphidio in hac arte breuiter comprehenditur & intelligitur in his verbis, in libro ſuo qui Clauis philoſophorum nominatur in principio, vbi ſic loquitur, dicens: Et authoritate ſummi philoſophi conſtat, & est verũ, quòd quædam res est qua vtuntur quidam ingenioſi, cùm volunt rem ſiccam coadunare id est mercurium, quod ſic fit: aqua enim fit terra cùm vincunt qualitates terræ in ea, quæ componitur ex duabus aquis, id est ex ſpermatibus albo fœmino, & rubeo maſculino, vt est dictum. Sunt autẽ ſicut ipſe poſtea dicit Alphidius, multa alia, quibus certiſsimè & ſoluunt, & congelãt, liquefaciunt, & componũt & coagulant, & tranſmutant. Et intelligendũ est de lapide qui fit ex vegetabilibus, & in lapide qui fit ex animalibus: de quibus lapidibus, quomodo, qualiter, & ex quibus rebus fiunt & cõponuntur, in ſequenti volumine pleniùs oſtẽdemus. Granũ enim iſtius lapidis ſeu grandinis, ſeu gummæ albæ generat 100

Multiplicatio lapidis.

grana, vt dicit Morienus in eius multiplicatione, per imbibitionem ipſius gũmæ à ſpiritu non fixo, vel aqua alba prædicta imprægnata, quod debet fieri eo modo & regimine in omnibus ſicut in dealbando feciſti priùs. Et ſic non oportet vt reincipiatur à principio, ſed tantùm vt multiplicetur, vt est dictum: necita modicum de ea habebis, quin ſufficiat ad multiplicationem faciẽdam, & ipſam eſſe largam & amplam ſapientibus. Et ſcias quòd quãtuncunq; plus ſoluitur cum ſua anima, vel ſpiritu non fixo, & congelatur, tanto magis multiplicatur nõ ſolùm in quantitate, ſed etiam in virtute, tinctura, & ſubtilitate, & in proiectione maius pondus conſequẽter transformabit: de cuius proiectione, modo ipſius, et furnorum forma & nominibus vaſorum inferius dicemus. Conſer

Nota

Lapidis conſeruatio.

uatur autem in loco ſicco ſicut ſal, vel Zucharum, & in vaſe forti vitreo, & non in humido loco, quia tunc per ſe ſolueretur. Et tamen ſi contingeret ipſam ſolui, non propter hoc peior eſſet, ſed iterum ſuper cineres calidos congelãda est per ſe, ſicut feciſti in dealbando. Item nota quòd quanuis decoctiones noſtras prædictas fecerimus de aqua alba prædicta cum pondere quartæ partis totius congelati, vt dictum est: attamen ſi maius pondus de ipſa aqua poſueris ſuper ipſum corpus quàm quarta pars ipſius, dum tamen Elixir nõ ſubmergatur, melius erit, & citius lapis dealbabitur, & erit ſubtilior & penetrabilior, & cum maiori pondere alterabit & conuertet, vt dictum est. Et nota quòd ſubtilior est lapis vel medicina, quæ mercurium conuertit, quàm ea quæ conuertit corpus, et non è contrario, niſi ſubtilius fuerit præparata.

CAP. XLI.

NE mireris qualiter vnum infirmũ metallum quod non habet pondus perfecti metalli, quomodo per medicinam reducitur ad verum pondus, cũ modicum quid ibidem ponitur de medicina. Et ita modicum per pon-

Lapis perficit metalla in colore, & pondere.

dus illius modici non poteſt ſuppleri. Defectus ponderis metalli habito reſpectu ad quantitatem medicinæ proiectæ, & hoc ideo est, vt dicunt omnes philoſophi, & fit per virtutem medicinæ, quæ ex natura ſua cùm dat tincturã, dat pondus tincturæ ſiue in albo, ſiue in rubeo: quod non facit medicina ſophiſtica, quæ tantùm dat tincturam, & non pondus. Quæreret aliquis, quid est quod dicit Ali philoſophus in hac arte, & Rex Arabiæ in Secreto ſecretorum ſuorũ, vbi dicit, Accipe canem maſculum Coracenum, & catulam Armeniæ, & iunge ſimul, & hi duo parient tibi canem coloris cæli, & iſte filius ſeruabit te in domo tua ab inimico in hoc mundo & in alio? Reſpondeo, Canis iſte maſculus est ſperma rubeum maſculum, & Catula Armeniæ est ſperma fœmininum album:

Lapis ſophiſticus non dat pondus.

Ali philoſophus & Rex Arabiæ declarantur.

Et con-

Et coniunctio istorum duorum est compositum Elixir. Et partus canis coloris cæli ab istis duobus, est aqua quæ ab istis duobus in denigrando extrahitur, & est, vt dictum fuit, quam caudam draconis appellamus, quæ seruat ab inimico, id est ab igne & combustione, & perficit totum lapidem in hoc mundo & in alio, hoc est in albo & rubeo. Item posset quæri, quid est dicere, Opus nostrum nil aliud est quàm opus mulierum, & ludus puerorum? Respondeo quòd hoc pro tanto à philosophis dicitur, quia opus mulierum, vt in pluribus, modò bene, modò malè se habet, & vix ad perfectum deducitur: & ludus puerorum est modò risus, modò fletus. Ita est opus nostrum: nam quidã artifex modò bene agit & sine errore, modò malè agit & cum errore: modò reuocat errorem suum & corrigit errorem suum, & reducit mœrorem. Et sic modò gaudet, modò flet sicut mulier, & sicut puer, modò bene, modò male operat: ita quòd vix aliquis hoc opus excellentissimum ad finem optatum sine errore & impedimento deducit. Et nos verò per septennium vacauimus circa diuersas operationes istius artis & scientiæ cum erroribus multis, antequàm possemus verum Elixir comprehendere & facere, quod pòst in septem diebus fecimus, & composuimus iã perfectè. Patet ergo quòd oportet artificem cum erroribus multis indagando ad perfectionẽ huius tam inclyti magisterij peruenire. Et hoc dicit Alphidius in Claui philosophorum, Qui non errat, nõ peruenit ad sublimia, iuxta textum philosophicum, per multas tribulationes oportet ad gloriam peruenire. Item notandum est, quòd dealbare & rubificare, idem est quod calcinare & soluere: & congelare idem est quod componere, & compositum facere, & aggregare, & congelare: & assare idem est quod rẽ desiccare, vel in tali statu ponere, quòd possit in puluerem sibi competentem redigi, quod non potest nisi in loco & su per locis calidis & siccis: vel assare quandoque est idem quod congelare. Item destillare, sublimare, & soluere, est idem quod facere descendere in terram de cælo, vt est dictum. Item soluere in aquam, idem est quod descendere, sublimare, & facere fixum volatile: & congelare, idem est quod ascendere, & facere volatile fixum. Et iterum soluere per se est idem quod facere fixum solutũ. Et congelare solutum, est idem quòd calcinare solutum per se: & istud calcinare est idem quòd dealbare & rubificare perfectum. Et sic intellige fili doctrinę, diuersa vocabula, dicta, & verba philosophorum huius artis famosæ in vnam intentionem, opinionem, & sententiam in operatione lapidis conuenire, in qua diuersitate vocabulorum & verborum multi errauerunt, & fuerunt decepti, & proh dolor, in fine miserabiliter proclamati. Et ideo sciendum, quòd maior labor est in dealbatione, propter pondera, & coniunctiones, quæ ignorantur antequàm probentur, quàm in rubificando: quia tunc per dealbationem cognoscuntur similiter: & est certior modus operandi. Vnde post dealbationem vsq; ad rubificationem non sequitur error, vt dicitur in Lilio. Item nota quòd fusio lapidis quàm superius in dispositione denigrandi in cap. 33. Solutionem nominamus, nullo modo facienda est, nec facias, quia periculosa est & damnosa: & quando nos eam fecimus, magnum damnum incurrimus, eo quòd terra illa nigra nimis est sicca: sed quando scripsimus illud capitulum, tunc non recolebamus de illa fusione, vel solutione damnum incurrisse. Et ideo omnino prætermittenda est, & facienda est alia solutio non violenta, vt ibi dictum est, & ostensum. Et sic est completa perfectæ dealbationis dispositio. Ad dispositionem igitur incinerationis veniendum est.

Dubitatio alia soluta.

Opus difficulter ad finem optatũ deduci.

Nota istius autoris labores.

Errores esse necessarios addiscẽtibus.

Dealbare & rubificare q̃d sint.

Congelare, quid assare, quid.

Destillare, soluere, &c.

Soluere in aquã quid.

Cõgelare quid.

Calcinare.

Vocabulorum diuersitas quomodo intelligenda.

Errorum causa.

Labor ubi maior.

Cap. 33. retractatio ex parte.

C

CAP. XLII.

Cineratio. NVnc ad dispositionem cinerationis veniendum est, vt inde ad rubedinẽ veniamus. Fit enim tali modo: Accipe vnciam de lapide albo prædicto, & in eodem vase à quo eum extraxisti iterum pone, vel in simili, si illud fractum fuerit, vel immundum, & obtura vas eo modo, sicut prius in dealbando fecisti, & fac ibidem eum soluere per se, vt est dictum: qua vncia soluta per se, accipe de sulfure rubeo, id est de arg. viuo rubeo, vel spermate masculo quod ad partem seruasti, vt est dictum, & sit eius quantitas aquæ rubeæ, quantũ de ea duabus vicibus fecisti, & dimitte idem visibiliter misceri per minima, donec sint vnum & idem, & vna aqua clara, citrina, vel ialuea, tendens ad rubedinem, & claude vas cum alembico sicut in denigrãdo fecisti: & hæc aqua *Fermentũ Solis.* dicitur fermentum Solis, & secundum compositum: sicut primum compositũ dicitur fermentum Lunæ. Vnde sicut in primo composito nigro est albedo abscondita interior, & facienda est exterior, & nigrũ interius: ita quando lapis est albus exterius, interius est rubeus: ideo oportet quòd illa albedo, quæ modò est exterior & manifesta, fiat interior & occulta. Et sic oportet, vt dictũ est, in hac arte occultum facere manifestum, & manifestũ occultũ. Et sic adimplebitur ars ista; & hoc sic fit in rubeo, vt in sequenti scribitur capitulo.

CAP. XLIII.

ACcipe vas prædictum lutatum cum aqua prædicta, & pone in loco vbi possit ab ea exire aqua paulatim & paulatim, sicut in denigrando fecisti, & extrahe ab ea superfluitatem phlegmatis, & eam recipe, sicut prius de ea faciendo: & conserua ad rubeũ de spiritu vel corpore rubeo, sicut fecisti denigrando ad album de altera: & antequã penitus ipspissetur, scias quòd illud quod apparebit in fundo vasis est lucidum, clarum, rubeum, fusibile, sicut cera: & à philosophis tũc vocat rubinus, aut hyacinthus, aut corallus, vel iaspis &c. *Elixir rubeum quot nominibus nominetur.* hos autem lapides sic nominatos propter eorũ colorem. Hoc totum desicca, & assa quantum poteris & natura eius exigit, donec fiat & vertatur, vt dicitur in Lilio, in similitudinẽ Zafarani sicci, vel sanguinis combusti. Et hæc assatio, vel *Cineratio, quid Fermentũ Solis.* desiccatio, dicitur cineratio. Et sic completa est dispositio cinerandi, quę requiritur interuenire inter album & rubeum, quæ fermentum Solis nominatur, vt est dictum. Notãdum tamen quòd totus lapis albus, sine motione ipsius à suo vase, potest modo prædicto cinerari, & in fermentum Solis conuerti, sed magis oportet habere de sulfure rubeo, vel spermate masculo, & maius vas requiritur, & vix posset inueniri vas vitreum, quod posset sine fractione vsq; ad perfectionem lapidem rubeum sustinere. Quidam autem hoc fermentum Solis in tantum decoquunt & assant, quòd fit puluis & cinis sine tactu: sed quanuis istud opus cinerandi videtur esse simile operationi denigrandi, tamen differt, si bene intellígis: Similiter & alia multa opera huius lapidis videntur esse simi- *Erroris causa similitudo.* lia insipientibus, quæ tamen sapientibus sunt dissimilia. Et ideo fatui nõ intellígẽtes, nec scientes dissimilitudines operationum, intellexerunt philosophos loqui de nigredine vel alia operatione, vbi loquebantur de cineratione, vel de alia operatione: & sic contingit ipsos ad effectum opus non ducere, sed in infi- *Fatuorũ contra artem calũnia. Inimici ueræ scientiæ sunt ignorantes.* nitum errare, affirmantes exinde hãc artem esse mendacem, & non esse: & philosophos mentitos fuisse, & esse mendaces: cum in rei veritate verum dixerint philosophi, & ars sit vera & omnino certa: sed talium fatuorum insipientiam & & insufficientiam omittamus, quibus hęc scientia occultatur, sicut vnum bonũ solum frumenti inter paleas in magno ipsorum aceruo à pluribus huiusce vilis habetur, vel propter talium sophisticas operationes in hac ipsa scientia, quandoque falsa inducantur, cùm in hac vera indagatione ipsius, omnis sophistica operatio condemnetur, sicut hîc superius in proœmio recolimus tetigisse, &

ideo ars ista quum sit vera, & omnino certa, patet quòd non habet inimicos ni si ignorantes.

CAP. XLIIII.

AD dispositionem rubificandi veniendum est, quod est vltimum opus lapidis. De hac dicit philosophus, quòd à dealbatione vsq; ad rubificationē perfectam nullus sequitur error, quia eodem modo rubificandus est, quo & dealbandus, & in eodem loco, & in eodem vase vel simili, & eisdem pōderibus aquæ, & similibus imbibitionibus siue adaquationibus, & ijsdem coloribus, & eisdem alijs omnibus regiminibus, sed cum sulfure rubeo, vel cum aqua spirituali rubea, siue spermate rubeo, reseruato &c. quæ idem sunt, & toties reiterare sic decoquendo, soluendo, imbibendo, & congelando, vt in dealbādo fecisti, donec Rex aureo diademate coronetur: vel donec hoc totum compositum rubificetur provt decet: & fiat vnus liquor rubeus, clarus, fluens, fundens, in igne perseuerans, tingens & transmutans, penetrans & conuertens mercurium, & omne opus solidum in molle & solificum verū, purificansq; omne corpus humanum ab omni infirmitate, & in sanitate conseruās. Lapides preciosos rubeos, sicut lapis albus margaritas fingit, & omnes alios lapides preciosos albos. Et hic est lapis rubeus benedictus, pater omnis thebesim, id est totius secreti, vel thesauri totius mundi, quem cui Deus vult, subtrahit, & largitur: ad cuius inuentionis perfectionem plures sunt vocati, sed pauci ad eius effectum perfectionis inueniuntur electi. Et siqui pauci hanc inueniunt, cùm ipsa ars nostra in Dei potentia reseruetur, hoc ex dono Dei & ex gratia est, post errores multos omnium, qui creauit eam ea, id est eam rem ad album, & eam rem ad rubeum, ea videlicet re alba & rubea, quæ est vna per matrimonium & compositum, vt est dictum: & fuit per eandem hanc scientiam indagando, quasi diuinitus, cùm esset in errore indagationis ipsius, per Dei gratiam reuelatum.

Rubificatio, & Lapidis ultimū opus.

Regis aureū diadema.

Donum Dei.

CAP. XLV.

EX isto lapide adhuc restant plura alia cognoscenda, & sunt hæc: Sicut enim ex arg. viuo, & crudo & albo imprægnatur cauda draconis, vel aqua lapidis ad dealbandum lapidem magnum, vt est dictum, secundum opinionem quorundam: ita & quidā dicunt, quòd ex arg. viuo rubeo imprægnatur cauda draconis, vel aqua rubificandi lapidem album. Et hanc aquam vocamus sulfur rubeum, sicut prædictam aquam albam, album sulfur nominamus. Et de istis arg. viuis fit imprægnatio secundum opinionem quorūdam. Sed dicitur in Lilio, quòd melius est quòd de metallis quidem fiat color. Vide fili, & caue quid facias in hoc passu. Tamen dicit Albertus in Mineralibus, quòd ipse fecit examinare aurum quorundam Alchymicorum, & post septimam examinationem non fuit inuentum nisi terra quædam, & fæx mortua: & ideo dicit ipse, quòd falsi Alchymistæ sunt, qui per alba dealbant, & per citrina citrināt. Et melius est, & melius agunt, qui de sulfure & arg. viuo hoc agunt, vt dicit idem. Quod non intelligitur de arg. viuo communi, & sulfure communi, sed de aqua nostra rubea, vt dicitur in Lilio. O natura illa cælestis, qualiter vertis corpora illa in spiritum. O quàm admirabilis natura, qualiter omnibus eminet & omnia superat: & est acetum acerrimū, quòd facit aurum esse verum spiritū, sine quo aceto nec albedo, nec nigredo, rubedo fieri potest. Et est sciēdum de ea, quòd cum corpori admiscetur, & fit vnum cum eo, vertit ipsum in spiritum: spirituali verò igne tingit ipsum tinctura inuariabili, quæ deleri non potest per hanc aquam acutam. Et vt inquit Alphidius, Hæc aqua lapis est Indorum, Babyloniorum, & Aegyptiorum, &c.

Sulfur rubeū & album, quid.

Alberti sentētia

Alchymistæ falsi, qui Sulfur & arg. uiuum quæ uera sint.

CAP. XLVI.

SCias fili cariſsime, quòd hoc opus tum confirmatũ, eſt hoc, vt dicit Alphidius, vt ſit iuſtum, integrum, in deſtillationibus ſuis mundum. Et ſit in medio ſui grauis, & directione ætatis ſuæ: bonitatis autẽ poteſtas eius in prædictis conſiſtit: ſin autem perit & euaneſcit, dominumq; ſuum vacuum ab opere exeuntem dimittit: & hoc eſt quum immundum fuerit, ſiue miſtum, ſiue turbatum, ſiue impetuoſum, vel accipitur inferiori parte ſuæ generationis, vel accipitur ſenex, vel infans, vel operatur igne alieno. Hæc itaque ſunt quæ ipſum corrumpunt. Et ſunt hęc ea decem, quibus vnuſquiſque errauit, qui errauit. Cũ enim dirigitur iſtud animal, vel iſte lapis, & ei forma perficitur, tunc eſt aptum operationi, antequàm melãcholia ſuper ipſum habundet, antequam aer in eo gignatur & ſeneſcat. Ergo res recentes aſſumi debent, & citò, vt eſt dictum, & facere compoſitum antequam euaneſcant. Si verò cognoſceres naturas metallorum, & cauſas mineralium ſcires, in momento errorem tuum corrigeres: & ideo vtile eſt hoc ſcire, vt ſuperius eſt dictum.

Lapidem corrũpentia.

Periculũ in mora.

CAP. XLVII.

NVnc autem bonum Elixir tibi deſcribam, antequam opereris, & poſtq; operatus fueris. Secũdum dicta Alphidij oportet quòd ſit humidus ante operationem, vt eſt dictum: & cùm decoquitur, coaguletur, & inſpiſſetur, velut ſal, & ſicut nix & grando, & ſit dulcis ſaporis, nigri ventris, albi coloris: & poſt operationem ſit lucidiſsimæ fractionis, ideſt fracturam habens lucidam, & ſerenam lucem, & ignis ſplendorẽ rubeum. Elixir cùm prolongatur, aſpectus in eo fiet ſicut carbo in tenebris: & cum ingreditur ignem, fit albũ ante perfectionem: & cùm intenditur ignis, fit rubeum, & ſicut carbo in tenebris poſt operationem, vt eſt dictum.

Elixiris boni notæ.

Prolongationis mala.

CAP. XLVIII.

DIcit Ortolanus in fine ſui libri, Sunt enim duo coadiutores, per quos operatio facilius adimpletur, vnusq; deſtructor qui totam operationẽ inficit niſi deleat. Coadiutores ſunt ſulfur præparatum, & arſenicũ ſublimatũ, in ſpiritum olei redactum. Sulfuris proprietas eſt mercuriũ congelare, & eũ mercuriũ perficere, teſte Gebero dicente, Vis ſulfuris albi nõ vrentis mercuriũ congelat, & ſeipſum mortificat. Proprietas autem Arſenici eſt totum lapidem inſpiſſare & viuificare, ſi debito modo præparetur. Nuncupatur enim ventus, & aer, & oleum incombuſtibile: vnde qui negligit oleum à mercurio ſeparare, loco eius accipiat arſenicum præparatum. Patet ergo omni ſubtiliter intuenti, quod quicquid ponitur in lapide ad ipſum perficiendum, ſiue ad album, ſiue ad rubeum imprægnatur, ſiue ex ſpiritu, ſiue corpore, vt eſt dictum: & quòd illud hanc aliam ſcientiam quàm aqua, quæ poſsit ſubtiliando & augmentando ipſum lapidem dealbare. & hanc opinionem tenuimus ſuperius, vt eſt dictum. Deſtructor lapidis eſt ſal armoniacus qui venalis inuenitur: Sed non loquitur philoſophus de ſale armoniaco coniungente matrimonium inter corpus & ſpiritũ, ſed loquitur de aere abſtracto à mercurio, id eſt de aqua noſtra, vel ſpiritu noſtro fixo, vel cauda draconis, vt eſt dictum.

Sulfuris proprietas.

Arſenici proprietas.

Mercurij oleũ.

Lapidis deſtructor ſal armoniacum uerum.

CAP. XLIX.

SVnt etiam plura collateralia alia, quæ ſunt valde apta in abbreuiatione operis, vt ſunt ſales, & atramenta, & allumina, & quędam aquæ animalium vegetabilium: quia quædam aquæ fiunt ex iſtis quæ incontinenti ſoluunt corpora vt aurum & argentum: & tunc poteſt hæc aqua auri vel argenti commiſceri cum lapide bene prius purificato ab omni extranea re. Et tunc feſtinatur opus magis in vna die, quàm alio modo fieret in tribus menſibus: Et nos ſic feci-

Opus abbreuiantia.

fecimus,& est, & fuit opus nostrum,non autem de aliquo spiritu, indagatione nostra contenta in hoc libro, quamuis per quosdam spiritus præparatos possit opus iuuari,& facilius adimpleri,vt est dictum.Et quãdo in indagatione nostra ponebamus aliquẽ de spiritibus præparatũ qualitercunq; siue per sublimationem,siue per solutionem aquæ fortis,vt est dictum,tunc solum opus nostrũ inficiebatur in probatione,quia quædam pars ipsius mercurij in terram quandam immundam vertebatur:& quando ex solis corporibus imprægnabamus, tunc signa nostra erant,& apparebant pura & munda. Tamen dicere videtur Geber,& tenere,quòd hæc substantia quæ lapidem perficit, est pura substãtia arg. viui,& est materia quæ ex materia illius sumpsit originem, & ex illa materia creata est.Non est autem illa materia arg. viuum in sua natura, videlicet in tota sua substantia,sed fuit pars illius.Neq; est tunc cùm lapis noster factus est, pars eius:ipsa enim illustrat & ab adustione conseruat, quæ perfectionis significatio est.Et hæc sunt verba Geberi in summa perfectionis magisterij, sub rubrica,Quæ sit substantia quæ perficit lapidem.Et propter hoc quidam fecerũt compositum suum ex tribus aquis,videlicet ex aqua mercurij, id est ex mercurio in aqua soluto,& ex duobus spiritibus iam prædictis, vel ex vno ipsorũ tantùm,scilicet ex spermate albo quantum ad album. Et sic compositum ipsorum erat ex fixo,& non fixo:postea ex ipso mercurio non fixo præparato, siue per sublimationem,siue per solutionem totum opus nitebantur perficere eo modo nostro,vt est dictum.Sed nullum istorum vidimus ad intentum peruenire, sed potius in desperationẽ operis incidebant. Vnde fili,cùm Geber profundissimè mediocribus loquatur,& prudentibus manifestè,fatuos autem miserabiliter excludat ab intentione vera huius scientiæ, ideo si ipsum rectè intelligis, hæc substantia est illa de qua superius diximus,& operati fuimus,vt est dictum & per eandem vera sunt prædicta,vt patet subtiliter intuenti: quæ substantia vt ipse dicit,elicitur ex corporibus,vel ex ipso arg.viuo, videlicet in metallico corpore conuerso per naturam:quia arg.viuum tenet in se naturam sulfuris: & ideo ipse est materia omniũ metallorũ, quæ ex arg. viuo & sulfure fiunt, vt est dictum.Et supposito quòd ex arg.viuo eliciatur ista materia, ipso in metallicũ corpus non conuerso, sicut ex arg. viuo communi,vt velle videtur ipseGeber qui dicit &tenet,vt videtur,quòd ex ipso solo potest fieri lapis:attamen ipse dicit quòd fixetur prius,ita quòd gaudeat in igne perseuerans. Et tunc est idem ac si esset naturaliter in metalli speciem cõuersum,nec plus. Neque enim aliud ad hoc opus perficiendum requiritur,quàm metallum, vt inquit Geber, non tamen perfectius ab ipso mercurio fit lapis, nec ab eo plus perfectè elicitur ista substantia, quàm de corporibus. Ergo ex corporibus potest elici ista materia ita perfectè sicut à mercurio etiã elicitur. Ideo ad ipsa corpora, ad istam substantiam eliciendam, dignum duximus recurrendum esse, dimisso mercurio communi, pro vt est in natura sua, propter longam & prolixam eius præparationem,& fixionem,circa quam laborauimus quandoq;, & plures alios vidimus laborare,& nihil finaliter inuenimus.Et ideo de sublimatione istius mercurij,& aliorum spirituum præparatione,in hoc primo libro nihil curauimus,quia nihil valet ad operationem, vel perfectionem vnius solius precioſi lapidis,vnde nihil perficit, siue iuuat. Vnde securius est ex ipsis corporibus hanc elicere substantiam,quæ perficit lapidem, quàm de mercurio & alijs spiritibus,& per ipsa corpora operari,vt à nobis est expressum. Item dicit Ortolanus, quòd fit aqua ex vegetalibus quæ incontinẽti tollit combustibilitatem sulfurum & adustionem,& remanebit album & incombustibile: & sic à Deo creata sunt mirabilia ad compositionem nostri lapidis.

Geber.

Geberi phrasis.

Substantia lapidis unde eliciatur

Mercurij communis difficultas

DE PROIECTIONE CAP. L.

FIt autem proiectio iſtius medicinæ ſuper corpora tali modo: Secundum enim quòd ſubtilior eſt lapis, plus oportet de corpore in proiectione, & minus de medicina ponatur, quæ ſit ita ſubtilis, quòd poſsit cadere ſuper pondera ſequentia, & ipſa conuertere: ita faciendum eſt, & hic modus tenendus eſt in omni proiectione tam ad album, quàm ad rubeum, ſecundum maius & minus pondus ipſius medicinæ. Accipe vnam vnciam de medicina, & accipe 50 vncias de plumbo vel ſtanno, & funde ſuper ignem, & proijce iſtam vnciã medicinæ ſuper iſtud plumbum fuſum vel ſtannum, & totum conuertetur in medicinam: & ſi medicina non fuerit tantæ virtutis, quòd tantum pondus poſſit conuertere in medicinam, vt eſt dictum, minus accipe de corpore, & plus de medicina: & ſi plus potuerit conuertere, plus accipe de corpore. De iſto toto conuerſo accipe vnciam vnam, & ſimili modo proijce ſuper 50 vncias plũbi vel ſtanni fuſi, adhuc totum iſtud conuertetur in medicinam, ſed non ita fortem ſicut ea quam primò feciſti. Iterum accipe de iſto vltimo conuerſo vnam vnciam, & iterum tertiò proijce ſuper 50 vncias æris, & in lunificum vel ſolificũ conuertetur, ſecundum colorem medicinæ. Qui Sol ſiue Luna per hanc medicinam generatus vel generata, excedit omnem Solem & Lunam naturalem in omnibus proprietatibus, tam medicinalibus quàm alijs. Et eodem modo fit hæc proiectio ſuper mercurio. Ex iſto patet quòd mercurius noſter verè eſt ſe ipſum mortificans, ſe ipſum generans & viuificans. Fit autem proiectio in crucibulo terreo, & antè fugam mercurij. Debes autem probare & experiri, quando medicina facta fuerit, ſuper quanta pondera cadere poterit per modũ prædictum. Potes autem ſi volueris per ſolutionem & congelationem, vt eſt dictũ ipſam medicinam ita ſubtiliare, quòd poſtea mille millium conuertat partes ipſas. Hanc autem certitudinem proiectionis & ſubtilitatis medicinæ relinquimus indagandam tuæ induſtriæ. Inſuper etiam cùm hoc poteris per ipſam facere vitrum malleabile, & fingere lapides precioſos: veruntamen per ea quę diximus in hoc capitulo, non intendimus fili concludere in modo, & forma, & ponderibus proiectionis, quin aliter etiam poſſes ea facere per alia pondera, prout poſtulat virtus medicinæ & natura. Nunc aũt qualiter medicina hæc ab humanis ſũpta corporib. ea in ſanitate cõſeruet, & à lãguoribus acquiſitis purget, ſiue fomẽtatione, ſiue nutritione, & à ſuperueniẽtibus defendat, videamus

Vitrum malleabile.

Dicendorũ propoſitio.

CAP. LI.

DIctum eſt ſuperius qualiter per hanc medicinam infirma & imperfecta corpora metallica purgantur, & ſanantur, & ad naturam perfectiorẽ perducantur. Nunc reſtat dicere qualiter per eam corpora humana infirma ſint ſananda, & in ſaniate conſeruanda, prout in Lilio continetur. Sic enim ſcribit ad hoc ibidem. Cùm enim homo digniſsima ſit creaturarũ, cuius gratia & amore omnia ſunt condita à Deo, eidemq; ſubdita, et cuius corpus recipit excellentiam omnem quouis iure diuino & humano, meritò ergo quod eum in ſanitate iuuentuteq; conſeruat cunctos ab eo repellendo languores, & à ſuperfluitatibus auertendo, ſumma diligentia eſt perquirendum. Hoc enim operatur natura ſuper omnem Galeni, Hippocratis, Auicennæ & aliorum philoſophorum medicinam, vel potationem, confectionémue, vt etiã lepra ab eo repellatur. Eſt etiam ratio ad prædicta, quòd cùm dicamus etiam hunc eſſe ſpiritum quem quærimus, quo tingamus in quolibet corpore, ſicq; fiat antidotum, & medicina omnium corporum curandorum & purgandorum: & hoc habet fieri igne naturali nutriente in metallorum infirmorum corporibus, multo fortius ab humanis corporibus aſſumpta, naturalem calorem & motum in ſe haben

Corporũ humanorum ucra medicina.

Hominis dignitas.

bentibus, erit promptum & deputatum ad expellenda quæcunq; ſuperflua, repelletq; omnem languorem fomentatum & nutritum.

CAP. LII.

HAec medicina in confectionibus poſita protegit, ne quis eidem morbus aduenìat in futurum. Magnates auro limato in confectione poſito, quæ runt ſanitatem & iuuentutem reparare: quanto magis per aurũ quod eſt in corpore magneſiæ occultum, vt eſt dictum, nunc purgatum, & aereũ & ſpirituale factum: quia quanto medicina eſt ſubtilior, tanto efficacior eſt, vt apud quoslibet medicos de facto eſt videre: quoniam omnes tendunt ad medicinarum ſuarum ſubtiliationem, & contritionem, ſeu piſtationem, aut decoctionẽ. Alias indagationes huius medicinę in particulari cauſa breuitatis relinquimus induſtriæ tui magiſterij.

Medicina corporum noſtrorum quãdo efficacior

CAP. LIII.

DEinde curandum non eſt de falſis Alchymiſtis, nec de eis credentibus: & præcauendum ab omnibus diſpoſitionibus ſuis, ſublimationibus, coniũctionibus, ſeparationibus, congelationibus, & contritionibus, alijſq; deſiſtatur talibus ſophiſticationibus magneſiæ: aliud illorũ ſulfur à noſtro, quod dicitur ſulfur de ſulfure: aliud arg. viuum à noſtro, quod dicitur arg. viuum de arg. viuo: alia aqua à noſtra, quæ dicitur aqua permanens: aliud acetũ à noſtro, quod dicitur acerrimum: habent aliam ablutionem à noſtra, quæ fit nigro & albo coloribus mediantibus: aliam ſolutionem vel congelationem à noſtra, quæ fit igne leui: aliam putrefactionem à noſtra, quæ fit per ſecundam aquæ partẽ, id eſt per caudam draconis, vel ſecundam partem ſpermatis ad partem reſerua ti, vt eſt dictum: aliud volatile, ſiue ſpiritum aquæ, alium à noſtris prædictis, ſcilicet arg. viuo & ſulfure: vel aliud animal à noſtro quod kenqual dicitur: vel aliud ouum à noſtro quod ſimilitudinariè dicitur: vel alium lapidẽ à noſtro qui acros dicitur: vel ſanguinem humanum, vel gummam, vel aliquid ex re vegetabili, homine, vel bruto animali extractum, fore noſtræ operationi opportunũ, vel vtile putantes. In verum te erexi fili care, quoniam natura non emendatur niſi in ſua natura, ſicut tu nõ emendaris niſi in ſimili tuo, ideſt in homine. Caue ergo ne prætermittas ea quæ diximus, & venerabili vtaris natura: ex ea nanq; fit opus, & non ex alia. Coniunge ergo maſculũ, ideſt aurũ ſerui rubei filium, id eſt ſulfur finum, quia ſulfur pater eſt mineraliũ omnium, vt eſt dictum. Ergo aurum cùm ſit minerale, ſulfur eſt eius pater, ſuæ vxori odoriferę, ideſt arg. viuo copulatum, quo pacto communiter gignitur, vt eſt dictum. Quibus noli intro ducere alienũ, nec vllã rẽ. O quàm precioſiſima eſt ſerui illius natura, ſine quo regimine ſtare nõ poteſt: vnde niſi ipſum accipias & regas, nihil habebis. Hæc prædicta dicuntur in Lilio. Vnde ſcias fili, q; cùm Geber incipit loqui in Sũma de perfectione magiſterij, in vltimo ordine medicinarũ, de iſta ſumma medicina, quæ eſt vnica ſola, & dicitur ſola, quia ſola tollit de cõmiſto metallorũ, vide licet quid in eis eſt infirmũ & imperfectũ: & omnis alia medicina quãtuncũq; ſit bona & fixa non tollit de hoc imperfecto ſeu infirmo metallorum eis cõmiſto, ſed ipſum tantùm tingit, & palliat perpetuo ipſum. Propter quod omnes iſtæ medicinæ dicuntur ſophiſticę præter iſtam. Quia ipſe dicit de iſta Summa & vnica ſola quòd non differt ab alia medicina, quam palliat, & tegit perpetuo, ſi non tollit imperfectum, ſiue infirmum metallorum niſi per ſubtiliſsimos præparationis gradus. Per quod patet, quòd per ſubtiliſsimos præparationis gradus oportet hanc medicinam ſummam præparare, quam quancunque aliam medicinam à Gebero in ſua Summa dictam. Sed planũ eſt quòd Geber in medicina Summa, in medicina iſta quæ non tollit de commiſto, ſed tantùm

Sophiſtica uitãda eſſe.

Sulfur pater mineralium.

Arg. uiuũ mater

Geberi declaratio.

ipsum perpetuo tegit, & in quacunque alia alios præparationis gradus non ponit nec tradit, nisi sublimare, soluere, congelare, calcinare & c. provt in præ dicta sua Summa scribitur: & tamen ipse dicit quòd per sublimationē, fixationē calcinationem, solutionem, & congelationem & c. medicina hæc vnica sola & summa habet fieri: sed tamen istæ præparationes debēt esse subtiliores in hac medicina, quàm in alijs prædictis, vt ipse idem dicit. Necessarium est ergo cō cludere, quòd Geber excludat omnes prēparationis modos, quos ponit in sua Summa de medicinis alijs faciendis, ab operatione istius summæ medicinę. Et intelligit ipsam debere fieri per alias sublimationes, solutiones, congelationes, calcinationes & c. subtiliores & perfectiores quàm aliæ, quas ponit in Summa sua de alijs sophisticis medicinis. Sic ergo patet subtiliter intuenti manifestè, quòd Geber in sua Summa graduum veritatis operationis magni lapidis, sub magno aceruo palearum & operationum sophisticarum abscondit, dicit, & in telligit: & provt abscondit insipientibus, ita aperit intelligentibus & prudenti bus, & manifestat rectè ipsum intelligentibus, vt patet per prædicta. Quia verò omnes medicinę quæ in Summa sua continētur, sophisticæ sunt, ideo ab eis silendum est, vt supra in eodem capite dictum est, nec de eis est curandum, si cut Geber de eis non curauit in hac operatione summæ medicinæ, vt superius est probatum. Sunt autem illæ subtiliores sublimationes, solutiones, congelationes, calcinationes, & c. quæ à nobis superius sunt scriptæ, quibus tantùm indigemus, & non alijs, ad huiusmodi summam medicinam faciendam & complendam, omnibus alijs, tanquam falsis prætermissis.

CAP. LIIII.

Alphidij sermo de lapide.

DE lapide isto ante & post eius operationem loquitur Alphidius in Clauí philosophorū, sic dicēs: Ratiocinare ergo fili, & attende, quòd lapis iste in vijs proiectus est, & in nubibus exaltatur, & in aere habitat, & in flumine pascitur, & in cacuminibus montium quiescit: cuius mater virgo, & pater non concumbit: & qui dicitur albus, rubeus, omnibusq; coloribus munitus, & in omnibus lapidibus ingreditur, omnibusq; substantijs, omnibus corporibus omnibusq; spiritibus: in quem nō ingreditur aliquid, nec dominatur ei, nisi sul fura quæ vastant ipsum, & ingrediuntur: & cùm ingreditur aquam, liquefit: cū ponitur in igne, lux eius augetur: si verò in aere ponatur, aromata superat apud illos qui in opere eius tingunt. Est etiam ceruus humilis & fit ex vno cornu cer

Massadir.

ui: fit quoq; ex eo Elixir, & etiā lapis, cui inest carō inaurata, & est Massadir, id est sal, & os fugit, & draco seipsum viuificans & mortificans & c. in quo omnis similitudo, & descriptio inuenitur: in illo quoq; sunt mille genera animalium, & mille vegetabilium, omniaq; genera lapidum, idest mineralium. Dico etiam quòd est similis omnibus odoribus, coloribus, omnibusq; naturis, & operibus cui nihil est simile: nec ita describitur, nec transit, nec dominatur, nec ita est tenuis. Benedictus ergo est qui tendit ad hunc ceruum humilem: qm̄ Adzrouch id est arg. viuum nostrum, ipsum inspirat, vt Deo gratias agat, provt à nobis superius est expressum. Et sic allegoriauerunt philosophi, & pluribus alijs modis metaphoricis, & ænigmatibus diuersis, & figuris sapientes philosophi ex ipso lapide benedicto, & de natura ipsius, modum quandoq; quodammodo extendendo ipsum sic quid est, & cuius naturæ sit doctis & prudentibus manifestādo, & indoctis & insipientibus occultando, sicut dicit Alphidius: Abscondimus hanc rem abconditione forti, vt apprehendi nō valeat ab indoctis, quod nos, fili carissime, totum tibi superius plana sermonum serie explanauimus, si rectè intelligas dicta nostra: & nihil de hoc magisterio tibi abscondimus vel, cælauimus, excepto secreto artis, quod non licet reuelare, quia fieret maledictus

ctus in reuelatione secreti: tamen posuimus te in via indagationis ad secretum huiusmodi inueniendum. Vnde Deo gratias multiplices teneris reddere in æternum. Est autem istud secretum artis, scire aquam illam cælestem, gloriosam, de qua superius locuti sumus, quæ corpus nostrum vertit in spiritum: de quo corpore dicit Geber, quòd multi probauerũt ipsum esse fortissimę compositionis, quàm quodcunq; aliud corpus, sed quantæ sit fortissimæ compositionis non probauerunt, quia ad illud per eorum insufficientiam pertingere non potuerunt. Et ideo reputauerunt hanc artem præcelsam esse impossibilẽ, vel non esse, sic ponentes insufficientiam eorum & robur.

Secretum ubi sit & consistat, reuelatur utcunq;

RECAPITVLATIO. CAP. LV.

Hic recapitulat totũ opus Alphidius breui sermone in libro qui Clauis appellatur, & dicit sic: Accipe albedinem, & nigredinem dimitte, cum qua decoquitur, & ascendit in alembico, quod est coopertorium vasis, fæces proijce extrahendo aquam, aqua ablue terram, munda vas, firmiter claude, vẽtum & fumum vita, & in perseuerantia perseuera, suauiter & sapienter age, calorem & omne opus quod est extra modum vita: noli festinare, esto patiẽs coquendo, putrefaciendo, moræ ne tædeat, non pigeat te quod agit prolixitas coquendi, putrefaciendi, & inspissandi, vas in stercore humido circunda: & post quosdam mẽses fac eos euolare, donec aqua rubescat & inspissetur, & fiat lapis rubeus. Ecce totũ opus quod breuiter recapitulat Alphidius. Et nos tibi illud superius explanauimus, si rectè intelligis dicta nostra. Et nota fili quòd operationes, quas tradimus in hoc libro de magni lapidis compositione, subtiliores sunt quàm illæ, quas Geber tradidit in Summa sua: quia dicit, quòd diuersa temporum spatia sublimatur primò, deinde fixatur, & postea calcinatur deinde soluitur: & ita de alijs. In hoc autem libro nostro scias quòd destillationem per alembicum vocamus sublimationem, & ita solutionẽ corporum similiter vocamus sublimationem: & tunc corpus terreum subleuetur in aere, hoc est in cælum. Vnde scias quòd cùm soluimus, insimul sine interuallo temporis vel spacio, sublimamus, calcinamus, mundamus, abluimus, cõiungimus, vel cõponimus, & separamus. Vnde dicit Haly in Secreto secretorũ, quòd inter solutionem & compositionem, siue matrimonium aut coniunctionem corporũ & spiritus, non interuenit aliquod temporis spaciũ: quia cùm soluitur corpus, soluendo coniungitur cum spiritu: Et ideo dicit, quòd solutio est vna coniunctio. Vnde iste est ordo operationis nostræ, quæ fit insimul vna hora: cùm corpus nostrum ad dissoluendum in aqua ponitur, tunc statim denigratur, & statim per minuta separatur, & statim calcinatur, deinde statim soluitur & sublimatur, & soluendo & sublimando coniungitur corpus cum spiritu: & si fuerit aliquid extraneum cum corpore mistum, illud non soluitur, sed in fundo vasis remanebit ad dissoluendum: & sic mundatur ab extranea re ipsum corpus, si qua in ipso fuerit: veruntamen quodammodo inficitur, nec ita clara habetur, vt decet. Vnde subtiliores sunt operationes nostræ in magni lapidis compositione, illis quæ in Summa Geberi continentur: quia quòd dicunt fieri per diuersa temporũ spacia & longa, hîc fit vnà, & de subtiliori re, & subtiliori modo. Et quando videbis opus nostrum, & ante non, tunc scies fili carissime nos verum dixisse: & nisi bene & acutissimè perspexeris, vix percipies ita esse, propter tam citam, & subtilem, & breuem operationem: veruntamen à spirando in hoc & in omnibus alijs modis operationis istius lapidis caue tibi, & à fumositatibus rerum pro posse tuo: quæ si intrarent in te, periculum quidem esset siue in præsenti, siue in futuro, nisi per aliquas medicinas contra ipsas fumositates te iuuares, & sanares, quas debes habere tecum paratas semper, vt statim,

Destillatio. Sublimatio.

Haly autor.

Ordo operationis melior quã Geberi, & breuior.

Inspirationis periculũ ob fumositates &c.

quum tibi acciderit, possis tibi statim succurrere, & remedium apponere opportunum.

CAP. LVI.

Corollaria. EX ijs omnibus à principio dictis huc vsq; colligitur à quolibet subtiliter intuenti, quòd corpora nostra in operibus nostris non resident in alembico sursum, sicut corpora fatuorum: de quibus dicit Aros, Corpora insipientum resident tantùm alembico, hoc est in coopertorio, vel summitate vasis: & ideo nihil possunt facere quod sit verum. Item colligitur, quòd sulfura sulfuribus, corpora corporibus, spiritus à spiritibus retinentur. Et omne imperfectum perficitur: & ex vna re, videlicet ex mercurio solo, ideſt ex substantia quadam, quæ est substantia per relatum magisterium nostrum prædictũ, famosum inclytũ, & gloriosum. Ergo vniuersali conclusione concludetur, quòd lapis benedictus est vnus, medicina vna, cui nihil extraneum additur nec minuitur, nisi quod tantùm ab eo superflua remouentur: Hoc intellige, vt dicit Ortolanus, quòd illud non est extraneum in quo debet conuerti, id est fixari, videlicet Sol & Luna. Ergo lapis iste est mineralis, quia ex mineralibus rebus originem ducit & procreatur. Verùm quoniam ait Ortolanus, quòd Hermes pater Alchymistarum habuit in se tres partes philosophiæ totius mundi, quas ostendit in partem mineralem, vegetabilem, & animalem: de quibus ipse Hermes philosophus habuit coniunctim vel diuisim scientiam veram in opere Solis. Quæ partes continentur in vnico lapide, scilicet in mercurio, ideſt sub hoc nomine mercurij: Quia omne de quo fit lapis siue minerale, vegetabile, vel animale nomine mercurij appellatur. Et nos ostendimus superius, qualiter completur hæc philosophia vel scientia in opere solis per mercurium mineralem. Ideo vt hæc scientia, siue excellentissima pars philosophiæ in omni parte sua videatur perfecta, de cætero videndum est qualiter lapis hic fit per mercurium vegetabilẽ, id est per vegetabilia: per animalem, id est per mercurium animalem. Et primo qualiter hic fit per mercurium vegetabilem ostendemus. Nisi autem per plura alia possit fieri lapis magnus, quàm per ea quæ dicta sunt superius, iam non esset verum quod dicit Alphidius quòd plura alia sunt quæ certissimè & soluũt, & congelant. Et Ortolanus dicit, quòd philosophi vocant Lapidem omne illud, à quo quatuor elementa possunt separari per artificium nostrum Alchymicum. Sed à quocunque vegetabili & animali possunt per artificium nostrum Alchymicum elementa separari. Ergo à quocunque vegetabili vel animali potest fieri philosophiæ magnus Lapis.

Cõclusio uniuersalis de Lapide.

Hermes autor

Per mercurium qd intelligatur.

Variæ ad Lapidem uiæ.

Lapis quidapud philosophos.

EXIO-

FINIS

pauca quædam de Sublimatione.

DOctiſs. & acutiſs. vir Io. Baptiſta Montanus habet quædam in ſecundo ſuorum opuſculorum tomo, in libro de Vrinis cap. 13. de ſublimatione in hæc verba: Itaq; omnis generatio & corruptio fit per ſublimationẽ, vt oſtẽdemus in noſtro libro de Sublimationibus, quẽ dante Deo edituri ſumus. Quæ ſublimatio nil aliud eſt, q̃ extractio humidi, quæ à calore prouenit. Quũ autem omnia generentur per ſublimationem, quæ fit per calorem extrahentẽ humidum vtile, calor iſte conueniens eſt naturæ ſiue animæ, quo calore ſuſtentatur anima ſiue natura. Cùm autem iſte calor ſit benignus, extrahit humidum per concoctionẽ: & quomodo fiat iſta concoctio, docet Ariſt. 4. Meteororũ. Extrahitur iſta humiditas à calore benigno: & vbi fit talis ſublimatio, ſemper illud humidum quod extrahitur, attinet ad generationem. Cùm autem attingit vltimam perfectionem, & eſt in medio inter concoctionem & aſſationem, excrementa ſunt perfectiora, neque cruda ſunt, ſed ſecundum proportionem ſunt mediocria & temperata, cuiuſcunque etiam generis ſint iſta excrementa ſiue terrea, ſiue aquea. Cùm igitur ſic ſe habeat res, accedit aliud genus caloris: nunc vidimus calorem ſublimantem alium eſſe naturalem, de quo vidimus: alius eſt præterea calor, qui non regitur à natura, qui agit ſecundum ſuam naturam, & trahit humidum incoctum: nam trahit violenter, & non expectat concoctionem: & ita illud humidum extractum eſt crudum. Propter importunam autem extractionem illius caloris, pars aerea & ignea euaporant, & nihil aliud remanet quàm pars aquea, incocta, & terrea. Et iſta deſtillatio ſiue ſublimatio eſt communis omnium iſtorum, qui extrahunt aquam ex herbis. Videmus autem, quòd ſi extrahamus aquam ex abſynthio, ſi repente extrahit calor igneus extrahitur humiditas aquea, & reſident partes terræ aduſtæ: ſi autem procedamus cum calore moderato, qui eſt ſimilis naturali, extrahetur tantummodo humiditas vtilis, & ſic reliqua erunt perfectè concocta, nulla remanente crudi-tate, &c.

INCIPIT LIBER APPELLATVS THESAVRVS THESAVRORVM, ROSARIVS PHILOSOPHORVM,

omnium ſecretorum maximum ſecretum, de ueriſſima compoſitione naturalis philoſophiæ qua omne diminutum reducetur ad Soliſicum, & Luniſicum uerum,

ARNOLDO DE VILLANOVA

authore.

PROOEMIVM.

HOSTE nanque liber vocatur Roſarius, eo quod ex libris philoſophorum abbreuiatus eſt: in quo, Deo teſte, nihil occultum, nihil deuium, nihil diminutum eſt. Sed quicquid eſt neceſſariũ ad noſtri operis complementum, eſt in ipſo. Diuiditur autem iſte liber in theoricam, & practicam: & etiam in diuerſa diuiditur capitula Quippe quia iuſtum eſt, vt de naturali, & ſublimiori rerum proceſſu non pigeat, qui de eorum ſublimiori effectu tractare vòluerit. tunc enim nullum ſupplicium naturæ beatæ & naturali, quando rectè procedit intentio: cùm & ipſius ſtudij precium ſecurius ſpectet, & ad arcanam rationis ſeriem in illo declinare paratus eſt. Nullus negligat finalem & præcipuam totius philoſophiæ matrem ab editis effodere, quæ hominem ornat moribus, & ditat beneficijs: exhilarat pauperem, & etiam corpus incolume ſanat, & præbet etiam ſani tatem. Qui enim in legendis libris deſes extiterit, in præparandis rebus prom-

ptus esse non poterit. Liber nanque librum aperit, & sermo sermonem explicat: quia quod in vno est diminutum, in alio est completum. Nõ enim potest in practicam bene assuescere, cuius mens in theorica renuit desudare. Quoniã secus procedit ad practicam, sicut asinus ad cœnam, ignorans quomodo, & ad quid porrigat rostrum & os. Istum autem librũ nominaui Rosarium: eo quòd ipsum abbreuiaui ex libris philosophorum quantum potui melius, & in diuersa diuisi capitula. In ista arte duo sunt libri, quos ponam in capitula per ordinẽ.

Incipiunt capitula primi libri.

De modo generationis metallorum Cap. I.
Quòd arg. uiuum est medicina metallorum Cap. II.
Quòd sulfur extraneũ siue uulgi est causa imperfectionis metallorum Cap. III.
Quòd solũ arg. ui. est perfectio metallorũ Cap. IIII
Quòd arg. ui. continet in se sulfur suum Cap. V.
Quòd unus est lapis philosophorum Cap. VI.
Ex quibus extrahitur lapis philosophorũ Cap. VII.
Quòd difficile est opus nostrum in prima metallorum materia. Cap. VIII.
Quid sit opus primũ philosophicum Cap. IX.
Quid sit lapis, & quo indiget. Cap. X.

De modo generationis metallorum. Cap. I.

VTrum natura omnia liquabilia sunt naturaliter ex arg. viu. & sulfuris substãtia? Eo quòd proprium est arg. viu quod coagulatur ex calore siue vapore sulfuris: quoniam omne siccum naturaliter ebibit suum humidum. Vapore ergo sulfuris arg. viu. coagulatum est ex sua substãtia terrea subtili aerea & digesta, admistione prima sibi vnita actione caloris, postea eleuata, decocta, & digesta, donec habeat vim sulfuream coagulandi argentum. Argentum verò viuum in prima sui radice est compositum ex terra alba: nimium subtili, sulfurea, cũ aqua clara fortiter admista, donec fiat substantia vna non quiescens in superficie plana. Est enim homogeneum in natura, quoniam aut remanet totum in igne fixum, aut totum ex eo volat in fumum, cùm sit incombustibile, & aereum. Et hoc est signum perfectionis, & ideo cùm postea in terra sulfurea decurrit calefactum, superius ascendit, quoniam de sua natura est, vt per calorem sublimetur: veruntamen continua sublimatione nimium depuratur, decoquitur, & inspissatur, ac in sulfur album & rubeum gradatim congelatur. Quod quidem sulfur dissoluitur multoties, & postea congelatur per arg. viuũ illius sublimati inceratum caloris actione, donec vix in millibus annorum successiue opere naturæ in metallum congelatur perfectum: et hoc quidem in vasis mineralibus (ipsa natura mediante) operatur metalla. In istis ergo operibus naturam imitari oportet, quicunque velit perficere medicinam imperfectorum perfectiorem.

Arg. uiu. quid sit in sua radice.

Quòd arg. uiuum est medicina omnium metallorum. Cap. II.

DIcit ergo Arist. quòd arg. viuum est elementum omnium liquabiliũ: quoniam omnia liquabilia cùm liquantur, in eo conuertuntur, & admiscetur cum ipsis, quia est de substantia eorum, licet ista corpora differant in cõpositione sua ab arg. viuo eo modo, quo ipsum fuit purum vel impurum à sulfure immundo sibi extraneo. Fit enim arg. viuum ex vero sulfure non vrente. Nam vt dixit Philosophus, Sulfur album non vrens congelat mercurium in bonam Lunam. Et illud est res optima, quam suscipere possunt qui Alchymiã operantur, & conuertunt illud in argentum bonum. Si verò sulfur purũ, mundum, & optimum fuerit cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis sulfureæ non vrentis, erit res optima quàm suscipere possunt Alchymistæ, vt ex eo faciant Solem. Si enim fuerit arg. viu. bonæ substantiæ, & sulfur non purum, adurens, conuertet ipsum arg. viu, in æs. Arg. etiam viu, si fuerit petrosum, immundum

mundum, terreum, & ſulfur non mundũ, fiet ex eo ferrum. Stannum verò vide tur habere bonum arg. viu. & purũ, ſulfur autem malum, & non bene miſtum. Plumbum verò groſſum arg. viu. & malum, & ponderoſum, & luteum: ſulfur autem malum mali ſaporis, & fætidi, ac virtutis debilis, vnde non bene coagulatur. Hæc de verbo ad verbum ſunt verba Ariſt. in 4. libro Meteororum, cui philoſopho naturali in omnibus eſt credendũ, nõ fabulis, nec operibus mẽdacibus ab operibus naturæ omnino extraneis. & ſic fateris ſequi. Et qui credit in mendacijs, ſecretum philoſophorum perdit.

Quòd ſulfur extraneum, ſiue uulgi, eſt cauſa imperfectionis omnium metallorum. Cap. III.

NOtate ergo verba, ſignate miſteria: quoniam tota veritas iſtius ſcientiæ, ex iam dictis philoſophorum eſt corripienda, eo quòd à vanitate relinquatur per ipſam duplicem corporis ſuperfluitatem ineſſe: vnam quidẽ in profunditate arg. viui incluſam in principio ſuæ miſtionis ſuperuenientem: alteram verò extra naturam ſuæ naturæ, & corruptibilem, quarum iſta cum labore tollitur: altera verò nullo artificis ingenio tolli poteſt: quare ſulfureitas aduſtibilis calcinatione ignis tollitur, vel à corporibus deletur. Et illud ideo quia arg. vi. tenet, & ab aduſtione defendit illud quod ſuæ naturæ eſt: alterum reſpuit igni exponens, qui ipſum inficit. vnde eſt amicabile, & ſuæ naturæ placabile. ipſum arg. viu. arg. viuo magis adhæret, & eidẽ magis amicatur. Poſt illud verò aurum: poſt illud argentum: ideo ex hoc relinquitur ipſa duo magis participare ſuam naturam. Alia verò corpora non habent tantam conformitatem ad ipſum, quoniam habent in ſe ſulfur extraneum, terreum, immũdum & fætidum: ideo & ipſa verè dicere poſſumus, quòd minus participant naturam: quoniam ſunt corrupta, fætida, aduſtibilia: Et illud ideo quia ſulfur quoquomodo præparatũ per artificium ſemper comburit, & comburitur, & nigredinem in omni opere præſtat. Ideo enim dicit Auicen. In magiſterio noſtro non intrat: quoniã non eſt de arg. viuo, vel de arg. viui ſubſtantia, nec de perfectione eius, cùm ipſum ſemper inficiat, denigret, & corrumpat. Relinquitur ergo arg. viu. corporum eſſe perfectiſsimũ, & aduſtionis eſſe ſaluatiuũ: eo quòd corpora illa non comburuntur, quantò plus ſuam naturam participant & poſsidẽt vnde patet quòd multa quãtitas arg. viu. eſt cauſa perfectionis in corporibus. Multa ſulfureitas eſt cauſa corruptionis, id eſt, quòd quædam magis, quædam minus comburuntur ſecundum examinationem ignis, vt illa quæ plus ſulfureæ quantitatis continent magis: quæ verò minus, minus. Habet enim ſulfur in ſe duas cauſas corruptionis: puta inflãmabilem ſubſtantiam, terreã & fætulentam: quare per primam naturam ſtare facit, quoniam comburit ſemper, & comburitur, ac nigredinem in omni opere præſtat. Per alteram verò neque fuſionẽ habet, neque ingreſsionem: quoniam ſi fixum fuerit, prohibet fuſionem, & ipſum nunquam figitur, niſi prius calcinetur: cùm verò calcinatur, nullo modo funditur in artificio, quoniam in terrenam ſubſtantiam redigitur.

Arg. uiu. eſt corporũ perfectiſsimum.

Sulfur habet in ſe duas cauſas corruptionis.

Quòd ſolum arg. uiuum eſt perfectio omnium metallorum. Cap. IIII.

HOc autem in arg. viuo minime contingit, quoniã figitur abſque eo, quòd in terrã vertatur, & ſimiliter figitur conuerſione eius in terram. Nam per feſtinantiam ad eius fixionem quæ fit per præcipitationem, figitur, & in terram vertitur, & per ſucceſsiuam iterata vice illius ſublimationem figitur ſimiliter, & non vertitur in terram, imò dat fuſionem metallicã. Et illud ideo eſt, quia viſcoſam & denſam habet ſubſtantiam, cuius ſignum eſt conſtrictio illius cum imbibitione & commiſtione cum rebus ſui generis ſortitum: itaq; manifeſta in illo viſcoſitas illius propter multam ſui adherentiam conſtat: denſam autem illud habere ſubſtantiam manifeſtè videt monoculus, propter grauedinẽ

sui ponderis immensi, quoniam præponderat auro, dum in sua fuerit natura. Est autem fortissimæ compositionis, & naturæ vniformis, quia non separatur in partes, vt nullatenus se diuidi permittat. Quia aut cum tota sui substantia in igne permanet, stans, aut ex igne recedit cum tota sui substantia. His ergo relinquitur arg. viu. figi posse sine ipsius humiditatis radicalis consumptione, & absq; illius in terram conuersione. Et ideo notatur in eo causa perfectionis vera: quoniam ipsum solum ad fusionis perfectionem sufficit in vnoquoque gradu, scilicet cum ignitione, & sine ignitione. Propter enim bonam partium adhærentiam & fortitudinem suæ mistionis, si aliquo modo partes illius inspissentur per ignem: vlterius non permittit se corrumpi, nec per ingressionem furiosæ flammæ illud se in fumum patitur euolare. Quoniam rarificationem sui non suffert propter sui densitatem, & adustionis carentiam, quæ per sulfureitatem quam non habet perficitur: hoc satis sufficienter probatum est superius. Sulfur quod est terra sicca grauis, esse dicimus perfectionis corruptiuum: quoniam si fixum fuerit, fusionem recta impedit, vt patet in ferro quod non funditur, quia sulfur fixum in se habere cognoscitur. Si verò fixum non fuerit, fusionem rectã impedit, vel anticipat, vel ab igne corrumpitur, comburitur, & euaporat, vt patet in plumbo, & alijs corporibus infirmis. Et ideo sulfur non est de virtute nostræ artis, neque de perfectione eius: quoniam perfectionem impedit in omnibus operibus suis, sed mercurius viuus in omnibus suis operationibus est manifestè perfectissimum & probatissimum, quoniam adustionis est saluatiuum, effusionis effectiuum cùm figitur: & est tinctura rubedinis vberrimæ perfectionis, fulgidi splendoris: & non recedit à commisto donec est: & est amicabile, & metallis placabile, ac medium coniungendi tincturas, quoniã miscetur per minima cum ipsis. Et etiam in profundo naturaliter adhæret, quia est de natura ipsorum: veruntamen cum Sole & Luna miscetur faciliter: eo quòd ipsa magis suam naturã participant: attamen non submergetur aliquid in eo nisi Sol. Ex hoc itaque secretum elicias maximum, quòd mercurius in se recipit quod suæ naturæ fuerit, & alienum respuit, eo quòd sua natura gaudet magis, quàm extranea. Ex hoc eñ manifestè relucet corpora maioris esse perfectionis, quæ plus mercurij sunt continentia, & quæ minus, minoris. Laudetur ergo omniũ opifex Deus glorioſus & benedictus, causator optimus, & altissimus, qui ex vili creauit precioſum, vt cum mineralibus maximè in natura teneat symbolum, & dedit illi substantiam, & substantiæ proprietatem, quam contingit villã minimè ex rebus in natura possidere: quoniam ipsum solum est, quod ignem superat, & ab igne non superatur, sed in eo amicabiliter quiescit, gaudens: ipsũ nanq; solum cum sit metallicum, cõtinet in se totum, quo indigemus in nostro magisterio: quoniam omnia alia cum sint combustibilia, igni cedunt, & in fauillam deficiunt.

Quòd arg. uiu. continet in se sulfur suum. Cap. V.

MAnifestum est igitur, quòd arg. viu. continet in se sulfur suum bonum, fixum, quo coagulatur in aurum & argentum secundum diuersum disponendi modum. Nam secundum philosophum, arg. viu. & si fuerit purũ, coagulabit illud vis sulfuris albi nõ vrentis in arg. Et illud est res optima, vt per artificium Alchymistæ faciant Elixir ad argentum. Si verò sulfur fuerit optimũ cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis simpliciter non vrentis, erit res optima, vt ex eo fiat Elixir ad aurum. Et bene tradidit Philosophus primò sulfur album ad argentum: & postea rubeum ad aurum, quia non potest fieri aurum, nisi prius fuerit argentum: quoniam non est transitus de extremo ad extremum, nisi per medium. Non ergo potest fieri transitus de nigro ad perfectum citri-

citrinum, nisi fuerit primò album: quoniam citrinum ex multo albo & paruissimo rubeo est compositum. Nec potest fieri etiam de citrino transitus ad albũ nisi primò fuerit nigrum, quoniam non potest aurum fieri argentum, nisi primò fuerit destructum, & corruptum, & nigrum: quia quod est melius, non potest fieri deterius, nisi per sui corruptionẽ. Nam generatio vnius est corruptio alterius: ideo qui scit aurum conuertere in argentum, scit & argentum conuertere in aurum: quoniam sulfur non vrens album ad argentum, potest fieri per maiorem digestionem sulfur rubeum ad aurum: quoniã citrinatio nil aliud est quàm completa digestio: nec albedo aliud est quàm nigredinis ablatio: calor namque agens in humido efficit primo nigredinem, & agens in sicco operatur albedinem, & in albo citrinitatem. Et hoc quidem in calcinatione plumbi attẽ di potest, quod conuertitur in cinerem nigrum, postea in album, deinde in mi nium citrinum vel rubeum. Sic sulfur album, vel rubeum habetur ex vna metallorum materia ad plenum depurata: modo tamen diuerso digesta & decocta. Iccirco dicit Philosophus, quod omni argento inest sulfur album, sicut omni auro inest sulfur rubeum: sed tale sulfur non inuenitur super terram, vt dicit Auic. nisi quòd in istis duobus corporibus existit. Et ideo ista duo corpora subtiliter præparemus, vt sulfur & arg. viu. de illa materia habeamus super terram, de qua aurum argentum efficiebatur sub terra. Ipsa nãq; corpora lucentia sunt, quibus insunt radij tingentes cætera corpora albedine & rubedine vera, secundum quòd ipsa fuerunt præparata. Nam per nostrum magisterium corpus perfectum iuuat, & imperfectũ perficit sine admistione alterius rei extraneæ. Aurum itaq; cùm sit preciosius omnibus metallis, est tinctura rubedinis tingens, & transformans omne corpus. Argentum verò est tinctura albedinis, perfecta albatione tingens cætera corpora. Cum illis nanq; corporibus, scilicet Sole & Luna, miscetur Mercurius, & figitur per ipsa maximo ingenio, quod minimè peruenit ad artificem duræ ceruicis.

Quòd unus est lapis philosophorum. Cap. VI.

OPortet igitur inquisitorem huius scientiæ constantis voluntatis esse in opere. Nemo hoc modo illud præsumat attendere, quoniam in rerum multitudine ars nostra non perficitur: vna enim est. Est enim lapis vnus vna medicina, cui nil extranei additur, nec diminuitur, nisi quod superflua remouentur. Omne enim sulfur externum, id est vulgare, vel butyrum arg. vi. est extraneum, eo quòd sui ipsius est destructiuum, vel corruptiuum: è contra verò illud non est extraneum, in quo habet ipsum conuerti per magisterium nostrum, scilicet in aurum & argentum. Nihil ergo conuenit rei nisi quod est ei propinquius ex sui natura. Non enim generatur ex homine nisi homo, neque ex alijs animalibus nisi similia sibi: quoniam vnumquodq; quod generatur sibi simile consequitur. Vera igitur vtamur natura, quoniam non emendatur nisi in sua natura, cui nihil alienum iungitur. Nolite ergo introducere nec pluuerem, nec aquam, nec vllam rem: quippe quia diuersæ naturæ lapidem nostrũ non emendant, nec intrat in eo, quod non sit ortum ab eo: quoniã si aliqua extranea sibi apponantur, statim corrumpitur, & non fit ex eo quod fieri quæritur. Ex rebus ergo corporalibus maximè conuenientibus in natura, necessariũ est medicinam colligere. vnde oportet quòd ipsa medicina illis in natura conueniat, & eis in profundo maximè cohæreat: ita quòd diminutum perficere cõpleat, & etiam quòd mercurius per minima ante illius fugã misceatur: sed nullum corpus in sua natura manẽs mercurium coagulat, nec ei firmiter adhæret. Nec etiam ipse mercurius per se medetur infirmis corporibus, quoniam in examinatione separatur ab eis. Nam grossa simplicibus, & simplicia grossis mi-

nus bene conueniunt. Subtilioris ergo substantiæ, & liquidioris fusionis necesse est illam medicinam esse, quàm ipsa corpora, & fixionis ac retentionis, quàm sit arg. viuum in sua natura.

Ex quibus extrahitur lapis philosophicus. Cap. VII.

QVæri ergo non immeritò potest, vnde hæc nostra maximè possit elici medicina. Quibus respondentes dicimus, quòd in quibus est, ex illis elicitur. Est autem tam in corporibus, quàm etiam in argento viu. secundum naturã, cùm vnius sint reperta naturæ. Sed in corporibus quidẽ difficilius: in ipso vero mercurio viu. propinquius, non autem perfectius. Et illud ideo quia non est corpus dignius sole, aut purius, aut eius vmbra, scilicet luna: sine quibus nullum arg. viu. generatur tingens. Qui verò absq; isto argento tingere nititur, cæcus procedit ad practicam, sicut asinus ad cœnam: nam aurum aureum, argentum argenteum tribuit colorem. Qui ergo arg. vi. cum sole & luna tingere nouit, venit ad arcanum, quod dicitur sulfur album optimum ad argentum: quod cùm rubeum efficitur, erit sulfur rubeum optimũ ad aurum. Ab illis igitur corporibus extrahitur sulfur nimium album & rubeum, cùm in ipsis sit purissima sulfuris substantia ingenio naturæ summè depurata, quod secundum Albertum clarius est & subtilius, quia in depuratione ipsius est ars debilior natura, nec consequitur eam, licet multum laboret. Pater enim eius est Sol Luna mater est: quia ex illis corporibus cum suo sulfure, vel arsenico præparato nostra elicitur medicina: ex corporibus similiter solis elici potest ipsa. Ex solo autem arg. viu. facilius & propinquius perfectiusq; inuenitur, cùm ipsum sit pater omnium istorum luminarium, & omnium liquabilium: ab ipso siquidẽ omnia fiunt, & ideo in ipsum omnia resoluuntur, quoniam natura naturã amplectitur propriam amicabilius, magisq; gaudet cum ea, quàm cum extranea. In ipso nanq; est facilitas extractionis illius subtilis substantiæ, cùm iam in actu habeat substantiam. Relinquitur ergo medicinam nostram esse purissimam, & subtilissimam substantiam quæ ex arg. viui materia originem suam ducit, & ex illa creata est. Non est aũt materia arg. viu. in sua natura, nec in sua substantia tota, sed fuit pars illius, non autem quæ est nunc, cùm lapis noster factus est, simpliciter est arg. viu. licet fuerit pars eius, quoniam ipsum illuminat, & ab adustione defendit, & conseruat: quod est causa perfectionis. Igitur cuiuscunque causa tantùm generationis fit medicina, tam quidẽ in corporibus, quàm in ipsius arg. viui substantia, lapidis precioſi indagatur substantia. Consulo tamen, quòd non opereris nisi cum mercurio & Sole, ad Solem & mercuriũ, & Luna ad Lunam: quoniam totum beneficium huius artis consistit in ipsis tantùm.

Quòd impoßibile est lapidem perfici ex sola metallorum substantia sine materia. Cap. VIII.

IGitur si in prima naturæ materia opus nostrum vellemus incipere, esset longissimum, & impossibile, & etiam magnæ & quasi infinitæ requirerentur expensæ ad hoc perficiendum. Et cùm demum per difficillimum artificium lapis fuerit factus de natura metallorum, tamen opus philosophicum, siue physicum nondum est inceptum: quippe quia est necessarium, quòd lapis philosophorum elici possit de natura duorum corporum, antequàm de eo fiat Elixir completum. Quoniam est necessarium quòd illud quod est Elixir, magis sit depuratum, & digestum, quàm aurum vel argentum: eo quòd ipsum Elixir habet conuertere omnia imperfecta alia, & à perfectione diminuta corpora in aurũ, vel argentũ, quòd ipsa minimè perficere possunt: quia si de perfectione sua alteri darẽt, ipsa imperfecta existerent, eo quia nõ possunt tingere nisi quantum se extẽdunt. Et ad hoc fiet operatio in lapide nostro, vt melioretur eius tinctura in eo plus quàm in sua natura, & vt fiat Elixir iuxta sapientũ allegoriam com-

posi-

ſitum ex ſpeciebus limpidis, condimentum, antidotum, medicina, & purgamẽ tum omnium corporum purgandorum, & transformandorum in ſolificum, & lunificum verum. Sed moderni operantes finem credunt operis eſſe, cùm inci piunt opus: quoniam cùm in tantùm laborauerunt, quòd opus eorũ ſit de natura metallorum, credunt compleuiſſe Elixir perfectum. Sed quando faciunt proiectionem, nihil ibi inueniunt, qui operari deſiſtunt, vbi incipere debuiſsẽt

Quid ſit opus primum philoſophicum. Cap. IX.

OPus nanq; philoſophorum eſt diſſoluere lapidem in ſuum mercurium, vt in primam reducatur materiam. Vnde Philoſophus in 4. Meteororũ huius artis ſophiſticos illudit artifices Alchymiæ, dicens: Species tranſmutari non poſſe. Quod quidem ſimpliciter verum eſt, niſi ſpecies ipſæ, vt poſtea ſubdit, in primam ſuam materiam redigantur: quæ quidem materia prima eſt arg. viu. cùm ipſum ſit elementum omnium ductibiliũ. Tunc enim in aliam formam quàm prius erant bene permutantur: non quidem ſpecies, ſed indiuidua ſpecierum: quoniam ipſa indiuidua actionibus ſenſibilibus ſunt ſubiecta: eo quòd in ſe ſunt corruptibilia. Species verò quum ſint vniuerſales, actionibus ſenſibilibus non ſunt ſubiectæ: & ideo nõ ſunt in ſe corruptibiles. Species igitur argenti, quæ eſt argenteitas, non mutatur in ſpeciem auri, quæ eſt aureitas, nec è conuerſo: quia ſpecies verè permutari non poſſunt, ſed indiuidua ſpecierum bene permutantur, cùm in ſuam primam materiam redigũtur: quia cũ forma iſtius indiuidui fuerit corrupta, vel illius, & in primam materiam reſoluta, bene permutatur, & neceſſariò introducitur alia forma: quia corruptio vnius eſt introductio alterius. Et ſcias quòd nulla materia poteſt ita deſtrui, quin ſub aliqua maneat forma: vnde deſtructa vna forma immediatè introducitur alia ad hanc operationem, vel ad illã diſpoſita. Et ideo dicit Philoſophus Indiges tu qui vis operari, quòd in ſolutione & ſublimatione duorum luminarium primò laborcs, quia primus gradus operationis eſt, vt fiat arg. viu. ex ipſis. Notate ergo verba, ſignate myſteria, quoniam in hoc opere declaratur quis ſit lapis, cùm principium ſui operis ſit diſſolutio ipſius. Oportet igitur ſublimare, figere, & calcinare ipſum, vt ſic demũ ſoluatur in arg. viu. quod philoſophis eſt contrarium. Vnde etiam dicunt philoſophi, niſi corpora fiãt incorporea: ſiue non corpora, vel volatilia, & è conuerſo, nihil operamini. Verum ergo principium noſtri operis eſt diſſolutio lapidis, quia corpora ſoluta in naturam primam ſpirituum ſunt redacta, niſi quia magis ſunt fixa, quia ſpiritus ſublimãtur cum eo. Nam ſolutio corporis fit cum congelatione ſpiritus, & congelatio ſpiritus eſt cum ſolutione corporis: tunc enim miſcetur corpus cum ſpiritibus vel ſpiritu, & fit vnum corpus cum eis, vel cum eo, & nunquam ſeparantur, ſicut nec aqua miſta cum aqua: quoniam omnia tunc ad ſuam naturam homogeneam primam ſunt redacta. Prima verò homogeneitas metallorum eſt arg. viu. Cùm ergo in ipſa homogeneitate ſoluuntur, inſimul coniunguntur, & nunquã ſeparantur: quoniam tunc vtrunq; agit in ſuum ſocium ſibi ſimilem. Et ideo dicit Ariſt. Quod Alchymiſtæ corpora metallorũ verè tranſmutare nõ poſſunt, niſi prius ipſa redigantur ad ſuam primam materiam: tunc enim in aliam formam, quàm prius erãt, bene rediguntur. Quoniã cõtra hoc nõ ſtat ratio: quippe quia deſtructa vna forma, immediatè introducitur alia, vt patet ex operibus ruſticorum: qui de lapidibus faciunt calcem, & de cineribus vitrũ. Sic & multo fortius poteſt ſapiens ſtudio ſuo per magiſterium naturale ſeu artificium noſtrum iſta corpora corrumpere, & illis nouam formam introducere: quia intentio noſtræ operationis non eſt aliud, niſi quòd eliciatur & eligatur puriſſima ſubſtantia mercurij in iſtis corporibus: quoniam Elixir conſiſtit in illis tantũ, & non in alijs.

Arg. uiu. eſt materia prima, & elementum omnium metallorũ

Nulla materia poteſt ita corrũpi, quin ſit ſub aliqua forma.

Quomodo alchymiſtæ poſſũt tranſmutare corpora metallorũ

Quid sit lapis, & quo indiget in operatione ut sit Elixir completum. Cap. X.

HIc igitur est lapis noster famosus, quia non fit transitus de extremo ad extremum, nisi per medium. Extrema autem nostri lapidis in primo latere est arg. viu. in secundo verò est Elixir completum. Media nanq; istorum aliqua aliis sunt magis depurata, decocta, & digesta, & illa sunt meliora, & operi propinquiora: quod te carissime ignorare non credo, sed bene scire: non ergo ob hoc erres: quoniã si seminauerit homo hęc, & metet. Nam semen suo semini correspondet, & omne arbustum proprium affert fructũ iuxta genus suũ. Natura quidem est sapiens, semper perfici appetens, quoniam in se semper cõtinet incrementum suum: iccirco dicit Auicen. Nisi aurum & argentum viderem, pro certo dicerem, quòd Alchymia non est vera ars. Igitur quamuis lapis noster hic tam in se tinctură naturaliter contineat, quàm in corpore tenui creatus à quocunque, per se motum non haberet, vt sit Elixir completum, nisi moueatur arte & operatione. Et ideo artes diuersæ à diuersis philosophis sunt inuentæ, vt compleatur per artificium quod à natura est relictum incompletum: quoniam natura prona est ad sui perfectionem. Prudenter ergo & non casualiter operare: & scias naturas lapidis, & fortitudines, & quis lapis, cuius lapidis sit amicus, vel inimicus: vide quòd agnoscas quod ipse fecerit. Et antequàm facias grossum, fac gracile, ponderosum alleuia, asperum lenifica, durum mollifica, amarum dulcifica, & habebis totum magisterium. Scias ergo quòd suarum operationum aliæ medicinæ auri, quibus conuenit participare argento in aliquibus, & in aliquibus diuersificare: quoniã in principio suæ operationis opus auri & argenti per omnia conuenit: in modo verò fermẽtationis disconueniũt: quoniam fermentum operis argenti, argentum est. Fac ergo vnam quanq; speciem cum sua specie, & vnumquodq; genus in suo genere: quoniam opus albi ad albificandum, & opus rubei ad rubificãdum. Non ergo misceas opus vnius lapidis cum opere alterius lapidis: quoniam vehementer errares, si secus faceres. Alia quippe corpora possibile est quòd operentur, sed non erunt bona sicut illa: quippe quia medicinã quam non habent, dare non possunt: impossibile siquidem est, non fixum figere, & immũdum mundare: quia nõ inuenitur in re, quod in ea non fuerit antea, nec aliquis dare potest quod non habet. Quare licet vti possis, vel indiges tu, cùm non possis habere in istis illud, quod est maioris temperãtiæ, & minoris fęcis, si indigueris vsu eorum, oportet primò vt cõuertas ea in similitudinem duorum corporum perfectorum, quod nunquã fiet nisi Sol & Luna in vno corpore coniuncta proijciantur desuper ipsa. Quippe quia mercurius cùm sit de sua natura conuersiuus, fit vnumquodque cum singulis quos amplectitur ex planetis. Si iungatur cum plumbo, plumbum erit: si cum ferro, ferrum erit: & si cum alijs corporibus, erit consimile eis. Si autem cum istis duobus iungatur radijs, fit Elixir perfectum. Non ergo operandũ est nisi de ista nobili materia, quia non fiunt res aliqua ratione, nisi secundum eorum naturam. Quicunque ergo quærit à natura quod in ipsa nõ est, fatuitas est & perditio laboris. Non comedas ergo de filio, cuius mater menstruum patitur: quem si comedis, leprosus & tu fies, & opus tuum: sed frustum comede de carne pingui, & habebis aurum & argentum quantum volueris. Et non quæras à natura quod in ipsa non est, quoniam fatigares animam tuam in vanum. Hæc extracta sunt à Morieno doctore veraciq; philosopho.

Mercurius fit unũquodq; quod amplectitur.

AENIGMA.

Nihil reputans inde lucrum, si ita faceres: sed benefacias unguentum de sulfure, & blanqueto: quoniam res cuius caput est rubeum, pedes albi: oculi uerò nigri est magisterium. Intellige quod dico, quoniam omnia uerè sunt uerissima, qualia nunquam philosophus aliquis tradidit meliora.

Inci-

Capita libri secundi.

De inuestigatione perfecta lapidis physici. Cap. I.
De lapidis regimine. Cap. II.
Quomodo depuratur mercurius. Cap. III.
De lapidis inhumatione Cap. IIII.
De recapitulatione tertij regiminis. Cap. V.
De secundo regimine quod est abluere. Cap. VI.
De diuisione lapidis per quatuor elementa Cap. VII.
De ablutione aquæ. Cap. VIII.
De ablutione aeris. Cap. IX.
Quomodo ab omni re extrahitur oleum. Cap. X.
Quæ differentia est inter aquam & oleum. Cap. XI.
De ablutione ignis & terræ. Cap. XII.
De causa ablutionis secundum Pla. Cap. XIII.
De tertio regimine quod est reducere. Cap. XIIII.
De modo reducendi aquam super terram Cap. XV.
De modo sublimandi, & albificandi terrã. Cap. XVI.
Quomodo sulfur album fit rubeum. Cap. XVII.
De recapitulatione tertij regiminis. Cap. XVIII.
De quarto regimine quod est figere, & quod fermẽtum album fixum est necessarium ad figendum. Cap. XIX.
Quòd pondus fermenti debet excedere pondus sulfuris, uel esse equale Cap. XX.
Quæ sunt utilitates magisteriorũ. Cap. XXI.
Quomodo debemus seruare quantitatem uniuscuiusque. Cap. XXII.
Quomodo elementa sunt corrigenda, & quomodo acquiritur fusio medicinæ. Cap. XXIII.
De põderib. obseruãdis in fixione. Ca. XXIIII.
De fixione Elixiris in compositione ad album. Cap. XXV.
De reductiõe aeris super Elixir albũ. C. XXVI
De iteratione Elixiris albi. Cap. XXVII.
De cõpositione Elixiris rubei. Cap. XXVIII.
De multiplicatione medicinarũ. Cap. XXIX.
Quomodo intelligitur solutionem & sublimationem fieri. Cap. XXX.
De modo faciendi proiectionẽ. Cap. XXXI.
De recapitulatione totius magisterij. Cap. XXXII.

De inuestigatione perfecta lapidis physici. Cap. I.

MAnifestum est ergo operationẽ medicinę esse operationẽ naturę ipsamq; medicinã esse eãdem naturã, eo quò d ipsa medicina solũ est cõ posita ex natura. Certũ quippe est omnẽrem esse de eo, in rũ est ergo aquã ipsam prius fuisse, & ipsum gelu. Sic omnis lapis noster resoluitur in arg. viu. per magisterium nostrum: ergo prius ipse fuit arg. viu. Modus autem conuertendi ipsum in arg. viu. est conuersio naturarum in suam primã radicem: naturam nanque conuertere, est elemẽta circulariter rotare. Sunt autem elementa de aptitudine sua ad inuicem conuersiua: & ideo generantur & corrumpuntur, & ad inuicem alterantur. Conuerte ergo elementa, & quod quæris inuenies: quia nostra operatio non est nisi naturarum mutatio, & eorum elementorum frigidi cum calido, & humidi cum sicco amicabilis commistio: veruntamen non conuertitur siccum in humidum, nisi prius fuerit frigidum, id est aqua: nec frigidum conuertitur in calidum, nisi prius fuerit humidum. Nanque transitus non fit ab extremis nisi per medium. Terra non conuertitur in aerem, nisi prius vertatur in aquam. Aer quippe & aqua sunt elementa media: Ignis & terra sunt elementa extrema. Aer verò est iuxta ignem, sicut terra iuxta aquam: & ideo quia aqua contrariatur igni, & terra aeri: quia aqua frigida est & humida: ignis calidus & siccus: terra verò frigida & sicca: aer autem calidus & humidus est: & sic aqua & aer conueniũt in humiditate, ignis & terra in siccitate cõueniunt: & ideo vnũ in aliud conuertitur, & similiter ad inuicẽ, ideo immediate conuertuntur, ac tardius ab inuicẽ separantur. Econtrà autem aer & terra, ignis & aqua ad inuicẽ non conuertuntur, nisi ignis in aerẽ, & terra in aquam prius conuertantur. Si ergo siccum conuertitur in frigidum, & frigidum in humidum, ac humidum in calidum, & calidum in siccum, tunc habebis totum magisterium.

De trãsmutatione elemẽtorum ad inuicem.

Quatuor modi regiminis conuertentes ad inuicem.

Modi verò regiminis ad inuicem conuertentes sunt quatuor principales, scilicet soluere, abluere, reducere, & figere. Soluere grossum in simplum & subtiliare, abluere obscurum in lucidum, reducere humidum in siccum, figere volatile supra corpus fixum. Soluere est diuidere corpora, & materiam, vel naturā primam facere: abluere est inhumare, distillare & calcinare: reducere est incerare, impinguare, vel imprægnare, subtiliare: figere est desponsare, resoluere, & coagulare: per primum mutatur natura interius, per secundū exterius, per tertium superius, per quartum inferius.

De primo lapidis regimine, quod est dissoluere. Cap. II.

LApidem siccum, grossum dissolue in arg. viu. vt in suam reducatur materiam primam. Et hoc totum solum fit per arg. viu. eo quod ipsum solum habet Solem & Lunam ad suam naturam vel materiam primam redigere. Sed quia arg. viu. habet in se fœculentiam terream & adustibilem absq; inflammatione, & aqueitatis substantiā, necesse est superflua demere, & absentia implere vel supplere, si plenam medicinam volumus facere vel trahere. Terrenā autem fæculentiam oportet omnino per sublimationē demere, ne humidum in proiectione creet calorem & aqueitatem ipsius, simili modo fugitiuā oportet (quo ad medicinam illius) substantiam saluare: de cuius proprietate est mūdare, & ab adustione defendere, & etiam figere, ac fixum facere. Ideoq; contingit ex ipsius medicinę diuersirate secundum eius diuersam depurationē quandoque creari Saturnum ex illa, quandoque Iouem, quandoque Latonā, quandoque Venerem, quandoq; verò Martem: quod ex impuritate necesse est euenire vel accidere.

Quomodo depuratur mercurius, & purgatur. Cap. III.

INgenium igitur ipsius terreæ substantiæ, superfluæ remotionis, est ipsum semel vel bis sublimare à vitro & sale, donec ipsius albissima sumatur substātia. Cùm verò albissima ascenderit, proijce in ferēuti aqua, donec redeat in arg. viu. Pòst tolle ab eo aquam, & operare cum eo, quoniam non est bonū operari cum ipso, nisi prius hoc modo purgetur: vnde dicit Auicen. Primū quoq; facere incipere est quòd sublimetur mercurius, postea solue eum, vt redeat in priam materiā suam, & sublima totum: tunc in hoc mercurio mundo mitte corpora munda, equali lance librata: Verunta men non misceas corpus albū cum rubeo, nec rubeum cum albo, sed vnumquodq; seorsum dissolues in partem: quoniam aqua alba est ad albificandum, aqua rubea ad rubificandum. Non ergo misceas aquam vnius lapidis cum aqua alterius, aut cum alio lapide, quoniā vehementer errares, & excæcaberis si secus feceris. Ab hinc vice post vicem contere, & imbibe, & coque in balneo marię, pòst destilla per filtrum, quousq; transeat ipsum: collige tamen ad partem supereminens nigrum, quoniam illud est oleum, ac verum dissolutionis signum: quia quod est solutū peruenit ad sublimitatis finem, vnde separatur ab inferioribus, ascendens sursum & petens alciora loca, vt corpus aureum. Custodi autem ipsum cautè ne euolet in fumum, & quod facis in albo, facias in rubeo: quoniā hæc medicina in essentia est vna, & in modo agendi similiter vna: est tamen in rubea additamentum citrini coloris, quia sulfuris fixi substantia mundissima efficitur. Differētia tamen est inter solarem & lunarem medicinam, eo quòd hæc quidem illud continet: illa verò nō, quoniam indiget mundissimo sulfure albo, sicut hæc indiget rubeo. Sufficiunt hæc duo corpora eo quòd assimilantur quæsito, vel illi quod quæris. Sed indiges quod in solutione, sublimatione, & subtiliatione eorum labores. Sunt enim fortia, & indigent præparatione longinqua, & operatione cōtinua vt

vt primò calcinentur,& postea soluantur:quoniam cùm calcinata fuerint,facilius soluuntur:eo quia calor ignis penetrans partes corporis facit aquã ingredi post ipsum: & sic est magis solutionis susceptiuum. Veruntamen si calcinaueris corpus grossum, quod etiam dissolutiuum est,pone ad partẽ,& quod remanet in filtro, accipias cautè ipsum ne perdatur in fumum, & pereat magisteriũ. Iccirco cùm istud graue sit perficere & difficile,expedit corpora grossa soluere per aquam solùm,ideſt per arg. viu. sine calcinatione,quoniam istud est securius,licet in operatione sit tardius. Esto ergo longanimis, & non festinanter extrahas tincturam,nec festinanter aut velociter queras perficere,quia primus error in hac arte est festinatio,quia comburit omnia,& ad remotũ perducit. Nam ignem si multum feceris in principio mistionis eius,eueniet in tincturis detrimentum,quoniam comburuntur medicinæ per nimias caliditates. Vnde versus.

Dissipa rem captam prius per partem satis aptam.
Leuiter extractam,sic massam contere factam:
Hæc non festinè,sed temporis ordine sine,
Albumen urinæ disponit membra ruinæ.

Patienter igitur sustine,contere,& coque,reitera, & non tædeat te hoc ipsum reiterare: quia quæ imbibuntur,per aquam mollificantur. Et quanto magis teres,tanto magis mollificas,& quanto magis mollificas,tãto magis partes grossas subtilias,donec vniantur,& ab inuicem non diuidantur: quoniam spiritus cum corpore tunc inspissantur,& omnia quæ impastantur,dissoluuntur: & impastatio fit cum nimia trituratione & assatione. Nam per contritionem & incerationem,ac assationem diuiduntur partes ligatæ viscositate aquæ,quæ viscositas est in corporibus. Corpora verò soluta ad naturam spiritus sunt redacta, & nunquam separantur,sicut nec aqua mista, aquæ: quippe quia natura lætatur,quoniam sponsus cum sponsa copulatur. Quæ verò non dissoluuntur,non habent partes subtiles,nisi mollifices:ideo carissime indiges, quòd in dissolutione lapidis labores,scilicet partes suas puriores disgregãs ab ipsis,vt grauioribus partibus abiectis,opus cum leuioribus perficiatur.

De inhumatione lapidis. Cap. IIII.

LApide autem dissoluto,accipe totum & pone super calorem temperatũ, vt putrefiat,& digeratur melius,videlicet per mensem philosophorum,id est per triginta dies:quoniam adustio in animalibus per inhumationem tollitur,& decoctionem. Decoquas ergo completè vt ebulliant omnia simul leui igne,& in suam materiam primam redeant,& sint arg. viu. Hoc autem habito,soluitur illa authoritas Arist. 4. Meteor. Sciant artifices Alchymistæ, species rerum transmutari non posse. Quod quidem verum est,nisi prius,vt subdi tur, in suam primã reducantur materiã. Tunc autẽ in aliam formam quã prius erant, bene permutantur. non quidem species,sed indiuidua specierum permutantur:quoniam sunt corruptibilia ipsa,& actionibus sensibilibus subiecta. materia nãq; nullo modo potest ita destrui,quin semper maneat sub aliqua forma:vnde soluta prima corporis forma in mercurio immediatè introducitur noua forma,corrupta ipsorũ forma:quæ quidem forma est in colore nigra,in odore fœtida,& in tactu subtilis,& discõtinuata:& hoc est est signum perfectæ dissolutionis corporum:quia calor agens in humido primo generat nigredinem. Quæ quidem nigredo est caput corui,sed est principium operis nostri, quod est dissoluere lapidem nostrum in mercurium,vel in aquam mercurialem. Modò habes primum regimen operis.

De recapitulatione primi regiminis. Cap. V.

MOdò dicam breuiter totum dissolutionis modum. Sublima ergo primo mercuriũ, & deinde soluas ipsum: hinc incorpora ipsum cũ terra lota, et igne, & pariter decoque, quousque redeant ad suam primam materiam. Et & hoc ideo fit, vt habeamus sulfur & mercuriũ de illa materia, de qua aurũ & argentum efficiebantur subtus terram: quia si verum sulfur fuerit, & arg. viu. bene possumus ex ipsis aurum & argentum facere. Hoc autem magisteriũ nõ est nisi pro diuitibus, & pro mundi altioribus. Et qui habet ipsum, habet thesaurum sempiternum. In ipso ergo tria sunt inquirendã, puta subtile ingenium artificis, opera manuum, & arbitrium. Quod quidem requirit diuitias, sapientiam, & libros.

De secundo regimine, quod est abluere. Cap. VI.

SEcundum autem lapidis regimen est abluere nigrum corruptum, & fœtidum, vt sit valde lucidum, clarum, & à sordibus vacuum. Quod quidem fieri nullatenus conuenit sine elementorum diuisione, & aquarum distillatione, & lapidis dissolutione: quia elemẽtorum duo sunt lapidea, & duo aquatica. Lapidea autem sunt ignis & terra, quia sunt sicca. Aquatica verò sunt aer, & aqua, quia sunt humida. Ignis ergo comedit illud quod in exterioribus existit, quoniam comedit, & vastat, & deuastat sordes aquarum per distillationẽ, & subtiliat eas per aeris leuificationem: comminuit etiam grossitudinem lapidis per calcinationem, & deuorat eorum sulfureitatis salsedinem: & ideo lapis noster in quatuor elementa diuiditur, vt magis subtilietur, & vt magis à sordibus depuretur, & postea firmius coniungatur. Sed nunquam fuit aliquid natũ vel crescens, nec animatum, nisi post putrefactionem: ideo putrefiunt, vt magis digesta melius separentur: Quippe quia si putrefactũ non fuerit, fundi non poterit, nec soluetur: & si solutum non fuerit, ad nihilum redigetur.

De diuisione lapidis per quatuor elementa. Cap. VII.

ACcipe ergo lapidem sic corruptum, & diuide ipsum per quatuor elemẽta per distillationem: primò per leuem ignem æqualiter continuatum, & recipe suam aquam: deinde paulatim vigora ignem donec receperit aerem igne mistum: quod verò remanet in fundo combustum, est terra nigra, & sicca. Et scito quòd distillatio aquæ habet fieri balneo mediante, eo quòd subtiliores lapidis partes sine calore ad naturam simplicis aqueitatis approximãtes per eam distillabuntur. Aer verò & ignis per cineres distillantur: eo quòd per ipsos, cùm ignitionem sustineant, contingit calores & grossiores terreas partes sursum eleuari. Subtilior ergo separatio per aquam, cum non sustineat ignitionem, quàm per cineres, elicitur. Isto ergo modo diuides quatuor elementa, eo quod oportet extrahi aquam ex sua substantia humida, & non ex alia, quòd in eis est maior tinctura. De terra verò non cures cuius sit substantiæ, dumtamen fuerit alba & fixa substantia. Terra desiccat & figit, aqua verò mundificat & abluit: aer verò & ignis tingunt, & fluere faciunt. Ideo oportet quòd sit aqua multa, & aer multus: quoniam multitudo tincturæ tanta erit, quanta multitudo aeris erit. Studeas ergo carissime in omnibus operibus tuis mercurium superare in commistione, vt satis habeas de aere: quoniã si per ipsum solùm perficere poteris, preciosissimæ perfectionis naturæ vincentis indagator eris. Veruntamen firmiter teneas, quòd omnium capitulorum huius præciosissimæ artis non excedit precium ipsarum medicinarum expensione quinquaginta argen-

genteos ex prima operatione computãdo. Oportet tamen ipſam medicinam diutius aſſari ſuper ignem,& nutriri ſicut nutritur puer in vberibus.

De ablutione aquæ. *Cap.* VIII.

CVm autem habueris elemẽta ,vt dictum eſt,diuiſa,ablue ea,ſcilicet aquã &aerem ſepties diſtillando:ignem verò &terram fortiter calcinando. Aquam tamen & aerem ſeparatim diſtilles, quoniam aer eſt melior quàm aqua:licet ipſa aqua abluat, & dealbet terram, faciatq; matrimonium tinctu-rarum:ſed aer tingit terram,& infundit animam,& facit eam ſenſibilem. Vnde oportet quòd aer & aqua ſint à ſordibus mundata,& ab aduſtione tuta,donec ſumatur eorum tinctura:quoniam ſi comburantur, effectu priuantur, niſi poſtea in fimo coquantur. Iccirco inhumatio in fimo interpoſita inter diſtillationes multum iuuat,vt ad perfectę ablutionis ſignum melius deueniatur. Quod quidem ſignum eſt ſplendor & cryſtallina ſerenitas abſq; fæcibus,niſi forte albis. Fæces verò aquæ,quas facies in omni ablutione, id eſt diſtillatione vice poſt vicem ad partẽ ſepara,& repone in terra nigra ſuperius collecta. Aquã verò ſepties diſtillatam ſerua ad partem: quoniam ipſa eſt mercurius philoſophorum ſolutiuus, faciẽs matrimonium,& aqua vitæ abluens lotonem. Et ſicut feciſti de alba aqua, ita facies de rubea: quoniam vnum & eundem modũ habent ablutionis,& conſimilem effectum,niſi quòd aqua alba eſt ad albificãdum,& aqua rubea ad rubificandum. Non ergo miſceas vnam cum alia, quoniam errabis ſi ſecus feceris.

De ablutione aëris. *Cap.* IX.

ABhinc autẽ diuide aerem ab igne per deſtillationem, quoniam quod diſtillatum eſt,eſt aer puriſsimus:quod verò remanet in fundo eſt ignis ſiccus. Conſidera ergo quæ dixi,vt opereris lapidem humidum,& aquã, & terram ſolùm,& vt vtaris lapide ſicco ad ignem,& aerem tantùm. Aer ſanè eſt oleum,& tinctura,& aurum,& anima philoſophorum,& vnguentum quo totum perficitur magiſteriũ. Intellige ergo quòd ignis cum aere diſtillatur, quia conueniunt in caliditate,& non cum aqua,eo quòd aqua refugit ignem, quia contrariantur ad inuicem. Aer ergo diſtillatur cum igne,quia ipſe eſt aqua tincta,& eius tinctura eſt ignis:quoniam ignis corpus eſt,& aer ſpiritus ignẽ deferens. Si ergo lapidem miſcueris cum igne,ſtatim erit rubeus, & ſemper diligent ſe. Quodcũque ergo volueris rubificare,rubifica cum igne lapidis, & erit rubeum ſemper.

Quomodo ab omni re extrahitur oleum. *Cap.* X.

POne ergo ſuper ſubſtantiam corporis,cuius oleum extrahere volueris,puriſsimi mercurij tantum,quod ſuperueniat quatuor digitis vel plus, quod melius eſt:deinde accende ſub eo ignem lentum donec videris eius oleũ, id eſt aerem paulatim aſcendere,ſeu eleuari ſuper mercurium,collige eũ caute & ſerua ſeorſum. Si ergo minuatur mercurius,adde alium mercuriũ mundum, & calidum,& repone ad coquendum, continuè hoc facias, donec ſumas eius oleum,& nihil remaneat inſolutum. Diſtilla ergo totum per alembicũ ſepties, quia ablutio eiuſdem eſt eadem ſicut ablutio aquæ. Quod quidem inhumando & diſtillando humiditatem debebit fieri, quouſque deuenerit ad cryſtallinam ſerenitatem abſq; fæcibus,niſi forte album,cuius ſigna ſunt gutta ſpiſsior abſcolor, intenſior, & leuitas aerea: ita quod ſi ipſum prædictæ aquæ miſceueris, natabit ſuperius. Aerem verò ſic ablutum ſerua ſeorſum, quoniam eſt oleum, tinctura, & aurum, anima & vnguentum philoſophorum, quod colorat,& tingit,& figit,& fluere facit. Tingit omnem laminam in eo ter extinctam in aurum vel argentum,ſecundum quod ipſum vel album erit,vel rubeũ,

Non ergo misceas oleum auri cum oleo argenti, nec è conuerso: quoniam oleum albi est ad albificandum, rubeum ad rubificandum. Iccirco si illorum corporum oleum multum fuerit, multa erit tinctura: quoniam multitudo tincturę tanta erit, quanta fuerit olei multitudo.

Quæ differentia est inter aquam & oleum. Cap. XI.

DIfferentia est inter tincturam aquæ & olei: quia aqua abluit tãtùm & mũdat, oleum verò tingit & colorat. Exemplum autem huius est, quia si pãnus mergaẽ in aqua, mundatur ab ea: & quãdo desiccaẽ pãnus, mundatur ab ea, & recedit aqua, & permanet in statu & in colore suo, in quo prius erat: ni si quia est magis mundus. E contrà est in oleo, quia si tingatur pannus in eo, nõ separatur ab eo per calorem ignis, vel aereum, nisi ex toto id destruatur: nec poterit separari oleum ab ipso panno, nisi per ablutionem, & ignis desiccationẽ: aqua autem est spiritus extrahens hanc animam à corporibus. Cùm verò extrahitur anima ab ipsis corporbius, remanet in ipso spiritu, quia spiritus locus est eius. Anima ergo est tinctura soluta in ipso spiritu deportata, sicut deportatur tinctura tinctorum per aquam super pannum: deinde recedit aqua per desiccationem, & remanet tinctura in panno fixa propter oleoginositatem. Sic ergo est de aqua, spiritus est in quo portatur tinctura aeris, quæ cùm reducitur super terram albam foliatam, statim siccatur aqua spiritualis, & remanet in corpore anima, quæ est tinctura aeris. Spiritus igitur retinet animam, sicut anima retinet corpus: quoniam anima non moratur in corpore nisi mediante spiritu. Cũ verò coniunguntur, nunquam separantur, quia spiritus retinet animam, sicut anima retinet terram. Vnde præcepit Hermes animas venari in lapidibus. est enim mansio earum in ipsis. Non ergo sis in venando piger vel lentus, præcauens ne fugiant à te. Si autem fugiant, non accipias eas cum falcone. Sunt autẽ retentiuæ fugitiuorum. Cum eis ergo est coagulatio nostra: quoniam retinet fugientem. Seminate ergo animam in terram albam foliatam, quoniam ipsa retinet eam. Quoniam cùm ascenderit à terra in cælũ, iterumq; descẽderit in terram, recipiet vim inferiorum & superiorum. non tamen commisceas oleum auri cum oleo argenti, nec è conuerso.

De ablutione ignis & terræ. Cap. XII.

OLei verò fæces quas fecerit collige omni vice, & repone cum igne, quoniam sunt ignis, ac nigredinem tenentes ad rubedinem, quas oportet cũ aqua prima terere, & suauiter comburere, donec fiat puluis omnino priuatus ab aeris humiditate. Sic enim oportet fæces etiam aquæ cum terra cõiungere, igne accenso fortiter calcinare, quousque sit sub alba humiditate vacua. Calcina ergo ignem cùm igne, & terram cum terra, quousque fiat munda, & nigredine priuata. Quod autẽ ascẽderit ab igne illud est oleum rubeũ: quod verò à terra, est album preciosum: quippe quia oleum quod tardius à corporibus separatur, preciosius habetur. Consequere ergo omnia tempore suo partẽ à parte, & serua singulariter vnumquodque eorum.

De recapitulatione secundi regiminis. Cap. XIII.

OPortet ergo te secundum Platonem prò posse tuo separationem elemẽtorum exercere, aquam & aerem abluere per distillationem, & terram comburere per calcinationem, quousque non remaneat aliquid in corpore de anima, nisi quod non sentiatur in operatione: cuius signum erit, cùm nihil à corpore euaporabitur. Si de eo parum laminæ ignitæ fuerit superpositũ tunc sanè erit appropriatum. Nomine spiritus, subtile, purũ, & appropriatum: nomi-

nomine anima, tingens lucidum & appropriatum, nomine corpus subalbum, & siccũ: quippe in nulla nostra operatione est necessaria aqua, nisi candida: nec oleum nisi album vel subcitrinum: nec ignis nisi rubeus, nec terra nisi pallida sit, vel subalba. Si autem ita præparaueris elementa, erit terra habilis ad soluendum, aqua efficax ad digerendum. Et oleum in quo portatur ignis superabũdans ad tingendum. Si verò elementa talia non habueris, est signum erroris. Ergo corrige errorem tuum, quia propinquior est operatio, præparatio in eo quàm in opere nouo inciperé. Elementa ergo abluta in vase sigillato singulariter reserua, & maximè oleum, quia consumit ipsum aer propter naturę suę vicinitatem: & scribe super totum, sic quòd recorderis virtutes, nomina, & colores: ne vnum pro alio acceperis cùm operatus fueris, & corrumpatur opus. Et quidem hæc sufficiant ad completam ablutionem elementorum.

De tertio regimine, quod est reducere. Cap. XIIII.

TErtium regimen lapidis est reducere aquam humidam super terram siccã vt recuperet perditam humiditatem: sed cùm terra sit ex duobus corporibus, & duo elementa sint sicca, dura, & lapidea, ignis supple, & terra in siccitate concordant, insimul sunt præparanda, quoniam vnã habent præparationem. Coniunge ergo grossitiem ignis cum terra post aeris abstractionem, & præpara insimul propter temporis abbreuiationem: & etiam vt bona sit eorum commistio, & vt non confundatur præparatio, & vnus alium bene tingat, & ne vrantur super ignis pugnam: vnde præparare eos insimul est magis saluũ magisq; propinquum: eorum autem præparatio est, vt eorum maiorem recipe rent humiditatem. Corpus nanq; calcinatum, est discontinuatum, eo quòd aqueo est omnino priuatum. Vnde cùm nudum sit & vacuum, & multũ sitiens ebibit suum humidum aqueum.

De modo reducendi aquam super terram. Cap. XV.

INfunde ergo primò aquã per vices cõterẽdo, & post leuiter calcinãdo, quò vsque ipsa terra biberit de sua aqua quinquagesimam partem sui: sciẽs quòd oportet primò terram nutriri modica aqua, & pòst maiori, sicut est videndũ in infantis educatione. Iccirco multum contere terram, paulatim imbibe cum aqua de octo in octo dies, decoque in fimo, & postea mediocriter calcina in igne, & non tędeat te hoc multoties iterare: quoniam terra fructum non gerit absque frequenti irrigatione: & si trituratio non fuerit bona, donec aqua fiat vnum cum terra, corpus nihil proficit. Non ergo suspendas manum à tribulatione triturationis, vel à trituratione & assatione, donec aqua fiat sicca, & desiccata à terra alba: quoniam exiccatio cum forti trituratione & assatione, terram facit albam. Caueas tamen ne imbibas terræ, nisi paulatim, & paulatim cum longa tritutatione, supple post exiccationem terræ: deinde est pondus in hoc vbique notandum, ne nimia siccitas aut superfluus humor administrando corrũpant: vt videlicet tantum assando decoquas, quantum dissolutio adiecit, & imbibendo dissoluas, quantum assando deficit. Ideo omni vice post calcinationẽ terrę superfunde aquam temperata: neque multum videlicet, nec; parũ: quia si multum fuerit, fiet pelagus conturbationis: si verò parum comburetur in fauilam: quare suauiter & non festinanter de octo in octo diebus terram irrigabis. Decoques in fimo, & calcinabis donec de aqua biberit quinquagesimam partem sui. Et nota quòd post imbibitionem debet inhumari per septem dies. Itera ergo opus multis vicibus, quanquam sit longum, quoniam non videbis tincturam, neque proficuum perfectum, donec sit completum. Studeas ergo cũ

in omni opere fueris, omnia signa quæ in qualibet decoctione apparent in mẽte tua recordare, & eorum causas inuestigare. Tres quippe sunt colores, niger albus & citrinus. Cùm terra egreditur, nigredo imperfecta est, & nigra cõpleta. Qualibet igitur vice paulatim, & paulatim vigora ignẽ in calcinatione, quo vsque terra egrediatur alba ex ignis fortitudine. Nam sicut calor agens in humido præstat nigredinem, ita agens in sicco generat albedinem. Iccirco si terra non fuerit alba, tere eam cum aqua, & postea calcina iterato, quoniam azot & ignis latonem abluunt, & obscuritatem ab eo auferunt. Nam præparatio sua semper fit cum aqua: Ideo qualis limpida aqua, talis limpida terra, & quãto magis fuerit abluta terra, tanto magis alba. Ex multiplici ergo reiteratione imbibitionis cum forti contritione, & frequenti assatione aqueitatis mercurij maior deletur pars, scilicet aqueitatis, cuius residuum per sublimationis reiterationẽ similiter remouetur.

De modo sublimandi & albificandi terram ex recapitulatione totius magisterij.
Cap. XVI.

CVm autem terra exhauserit de aqua quinquagesimam sui partem, citò illam sublima fortiori igne quo poteris, donec ascendat sursum ad modũ albissimi puluerís. Cùm aute videris terram sicut nix albissimã, & quasi puluerem mortuum alutel spondilibus, & ad latera adhærere, tunc super eum reitera sublimationem sine fæcibus inferius remanentibus: quoniam adhæreret pars illius fixa, & fixaretur cum fæcibus, & nunquam per aliquod ingeniorum genus posset separari ab eis. Puluis autem ascẽdens a fæcibus superius est cinis à cinere, & à terra extractus, sublimatus, honoratus. Quod verò remanet inferius est cinis cinerum, cinis inferior, vituperatus, damnatus, fæx, & sicut scoria. Fac ergo agnitionem inter clarum & limpidum eius: quoniam cùm albissimum vt nix ascenderit, completum erit. Colliges ergo eum cautè ne euolet in fumum, quoniam ipsum est quæsitum bonum. Terra alba foliata congelans cõgelandum, & mundificans arsenicum. Et sulfur album quod Arist. dicit, quòd est res optima, quam recipere possunt alchymistæ, vt de ea faciant argentum. Operare ergo cum ea ad Lunam, quoniam est completum: & hoc quidem modo perficietur sulfur album non vrens.

Quomodo sulfur album fit rubeum. *Cap.* XVII.

IGitur si ad aurum volueris sulfur rubeum, dissolue sulfur album superius collectum in aquam rubeam per contritionem & imbibitionem, & bonam decoctionem, dissolutum congela in lapidem coagulatum. Dissolue iterum in aqua rubea, dissolue & sublima totum per ignem fortissimum. Modus nanque artificis opus deaurat, dirigit, & coaptat quodcunq; in similitudinem puluerís. Ascẽdens sursum est sulfur albissimum: quod verò remanet in fundo deorsum est sulfur rubeum tinctum vt scarlata. Et istud est secũdum Arist. sulfur optimũ non vrens, rubeũ ac clarum, vt ex eo faciunt Alchymistæ aurum: hoc autẽ arg. viu. conuertet per artificium secundum Arist. in verissimum aurum. Ex his igitur manifestè relucet philosophos verum dixisse, quòd stultis videtur impossibile, scilicet quòd vnus est lapis, medicina vna, dispositio vna, opus vnũ, ac vas vnum: ad album sulfur, & rubeum simul & semel faciendum. Videntes ergo omnes huius artis inuestigatores dictam albedinem in vase apparentem mirati sunt stare rubedinem in illa albedine occultatã: & tunc non oportet illam rubedinem extrahere, verùm decoquere quousque totum fiat rubeum. Sic ego de mane, quando video quòd vrina mea est alba indigesta, statim cognosco quòd parum dormiui, & repono me in lecto, somno verò recepto vrina citri-

natur:

natur:quia citrinatio non est nisi completa digestio:Hæc verò est verissima cõ positio albi & rubei sulfuris non vrentis,quo per regimen quartum completur Elixir perfectum ad omne diminutum perficiendum in Solificum & Lunificum verum.

De recapitulatione tertij regiminis cum sublimatur terra. Cap. XVIII.

NVllus debet sublimare terram ad opera sophisticorum, sed debet sublimare ad Elixir nostrum perfectum: & illa quæ sublimantur duobus modis sublimantur,aut per se,quia spiritus sunt,aut cum alijs,quia se incorporant cum spiritibus: Mercurius enim cum sit spiritus, sublimatur per se:terra verò nostra cum sit calx,non sublimatur nisi quia se incorporat cum mercurio. Conuerte ergo calcem & imbibe cũ mercurio,& decoque donec fiat corpus vnũ, & nõ tædeat te hoc ipsum multoties iterare,quia corpus nisi cũ mercurio sit incorporatum,non ascendet sursum. Ideo necesse est,vt in quantũ poteris naturam suam subtilies,& cum mercurio fortiter pistes, quousq; fiat vnũ: quia sublimationem non facimus,nisi vt reducantur corpora ad subtilem materiã,scilicet vt sint spiritus:& quòd corpus sit leue ad redigendũ in omnes res siue in Solem,siue in Lunam:& hanc sublimationem facimus,vt corpora redigamus in suã primã materiã,scilicet in Mercuriũ & sulfur. Facimus ergo hanc sublimationem tribus de causis:vna est,quia corpus fit spiritus de subtili materia & natura:secunda est, quòd mercurius se bene incorporet cum calce:tertia est,quòd totum sumat colorem albũ & rubeum. Iccirco quando calx sublimatur ad Lunam debet esse alba,& mercurius similiter albus: & calx quando sublimatur ad Solem debet esse rubea,& mercurius similiter rubeus, igne cale factus:& debet esse puluis inceratus: quia non bene operatur aliquis ad Solẽ, nec ad Lunam,nisi tali modo. Et cum mercurio quem sublimas ad Lunam nõ commisceas vllam rem,quia Solis calor non intrat ad Lunam,nec de Luna ad Solem. Non mittas ergo mercuriũ rubeum ad album, nec album ad rubeum: sed pone vnamquanque speciem cũ sua specie,& pone ad ignẽ accensum, & sublima totum,&non misceas illud quod remanet deorsum cũ illo,quod ascẽdit sursum,sed pone vnumquodq; ad partem:quoniam quod in fundo remanet reiterabis ad sublimandum per mercurij incorporamentum,donec ascenderit totum:alioquin non ponas ipsum in magisterium. Alembicum,in quo sublimas mercuriũ,sit vitreum,& cucurbita terrea vitreata,cuius os fundi sit amplum quòd possit mercurius ascendere liberius. Alembicum verò cum cucurbita debet iungi, ita quòd mercurius non possit exire,quia nõ sublimatur mercurius,nisi per fumositatem aeris. Ideo si locum inueniret aptum, euolaret in fumũ,& deperiret magisterium. Vide ergo quod diximus. vide quoniam omnia verba necessaria sunt,& laude digna. Hæc ergo sufficiant ad complementum sulfuris albi & rubei.

De quarto regimine quod est figere,& fermentum aliàs fixum est necessarium ad figendum. Cap. XIX.

QVartum verò lapidis regimen est figere album sulfur & rubeum supra corpus fixum,scilicet,vt sulfur album figatur super argentum: sulfur verò rubeum figatur super aurum: quia secundum Pithagorã qui arg. viu. à corporibus extractum non coagulat in sulfur album, patiens ignẽ,nullã viam exigit ad albedinẽ. Qui verò dictum arg. viu. nõ coagulat in sulfur rubeũ patiens ignem,nullã viam exigit ad rubedinem. Nõ ergo fatiges corpus tantũ

in huiusmodi rebus altis, ad quas peruenire non potes, vbi ista facere ignoras, quoniã in deuio erras. Prudenter ergo & non casualiter operare: quoniã sine fermento nec exibit Sol, nec Luna, sed aliud quod nõ permanet in essentia, in cura naturę, nisi occultaueris ipsum in corpore, de quo præparasti ab initio, sci licet Solem & Lunam. Coniunge ergo ipsum cum eo, vt generet sibi similem, & fiat Elixir, id quod componis. Cùm autem coniunctum fuerit cum suo corpore non desinit in aliud agere, quousque conuertat totum. Iccirco quãdo vis fermentare, misce sulfur cum corpore, vt totum sit fermentum: quoniã fermentum rediget sulfur nostrũ ad suam naturã, colorem & saporẽ per omnẽ modũ. Quare fermentum ad album, erit album: & ad rubeum, fermentũ erit rubeum, quod patet: quia si posueris fermentũ argenti cum sulfure auri, rediget ad suam naturam, sed non ad suum colorẽ. Similiter si posueris fermentũ auri cum sulfure argenti conuertet ipsum non ad suam naturam, sed ad suũ colorẽ, & ecõuerso. Non ergo misceas fermentum vnius sulfuris cum sulfure alterius: quoniam fermentum auri aurum est, argenti verò argentum. Et nota quod non sunt alia fermenta super terram: quia nunquam figit, quod nunquam fixum est, nec fuit

Quòd pondus fermenti debet excedere pondus sulfuris, uel esse æquale. Cap. XX.

Iccirco in omni fermento debet notari pondus vtriusque, vt summa volatilis sulfuris non superet summã sui corporis: alioquin ligamentum sponsalitij uerteretur in spiritus fugam, non fixi. Vnde dicit Plato, Si purum sulfur proijciatur supra multitudinem corporis, ita vt super habeat potentiam, conuertit ipsum cito in puluerem, cuius color erit sicut corporis, super quod proijcitur spiritus, scilicet auri vel argenti. Dicam ergo inferius pondera omniũ, sed quia sulfura non possunt ingredi corpora, nisi mediante aqua, cum aqua faciat medium inter sulfur & fermentum in omni dispositione: primò pones, vt dicit Auic. terram, quoniã ipsa est iuxta fermentũ: secundò pones aquam, quoniã ipsa est iuxta terram: tertiò pones aerem, quoniam est iuxta aquam: quarto pones ignem, quoniam est iuxta aerem. Veruntamen non ponas ignem in Elixir ad album, quoniam Elixir ad album tribus completur elementis, in quibus nõ est ignis: rubeum verò omnibus quatuor vtitur rotis. Aperi ergo, & claude, solue & noda, ablue & desicca. Quoniam aqua est medium coniungendi tincturas illorum, scilicet olei, aeris, & ignis. Et dico ego nunc verbum philosophicũ, Si prius mittas oleum, mortifica tamen in terra, quoniam aqua intraret: si autẽ posueris aquam, postea oleum stabit super aquam: si verò posueris aquam, & postea terram, erit aqua ponderosior quàm terra. Fige ergo aquam cum terra vt ei adhæreat. Si vnum de quatuor occidisti, omnes sunt mortui. Si vnus habeat de anima plus quàm alius, nil valet. Appropria ergo fermentũ quod est anima ante fermentationem, vt sit puluis calcinatus, solutus, & induratus: quoniam si bene non præparas fermentum, nil valet tuum magisterium.

Elixir ad albũ non habet ☉.

Quæ sunt utilitates magisteriorum. Cap. XXI.

SI non diuidis lapidem per quatuor elementa, non potest coniungi cũ corpore. Et si non misceas de ipso corpore cum eo, super quod vis facere proiectionem in Elixir, non colorabitur corpus, super quod debet proijci, sicut decet. & si non sublimas totum, quod mittis in Elixir, erit aurũ & argentũ actu: & si non præparas corpus tuum, non sustinebit ignem: & si non caueas tibi in inducendo & mollificando, non erit habile aurum & argentum ad operan-

randum. Iccirco calx quæ mittitur in Elixir erit sublimanda, vt sit omnino simplex & viua. Cùm autem vis facere proiectionem de Elixir, facias calcem de illa materia cuius fuerit corpus, super quod proiícere volueris, & mitte ibi fermẽtum, sicut supra dixi: si est aurum de auro, si argentum de argento, quoniã spõsalitium non est aliud, nisi quòd coniungas fermentũ cum corpore, quod ego dico. hi sunt sulfur album & rubeum, de quibus dictum est, scilicet super quod vis proiícere Elixir. Et nota quòd Elixires sunt *pulueres simplices, quę debẽt fieri de lapide, & corpore: & fermentũ quod misces in Elixir debet esse puluis, bis vel ter sublimatus. Nam quoties sublimabis aliquod corpus cum commistione sublimati spiritus, toties lucraberis in proiectione mille partes. In quanto ergo alleuias corpus tuum, in tanto habebis melius, vt possis proiícere vnũ pondus supra centum: & centum super mille: & mille super decẽ milia: & decẽ milia super centum milia: & mille milia super decem numeros, & sic in infinitũ. *plures

Quomodo debemus seruare quantitatem uniuciuiusque. Cap. XXII.

CVm volueris lapidem nostrum præparare, scias quantum est de ipso de aqua, de aere, de igne, & de terra. Cũ fuerit calcinatus, erit in eo calor maior, siccitas maior, frigiditas minor, humiditas minor. Cũ fuerit p̃paratus humiditas minor, erit in eo calor maior, siccitas minor, frigiditas minor. Cũ volueris ipsum cõuertere, scias quantũ amiserit de sua prima natura in omni regimine, quoniam si nescieris, nil valet opus. Iccirco quando reuoluitur, redigitur in frigiditate minori, humiditate minori, caliditate minori, siccitate minori. Cùm verò abluitur, redigitur in humiditate maiori, frigiditate minori, caliditate maiori, & siccitate maiori. Cũ verò reducitur, in siccitate maiori, & calore minori, frigiditate maiori, & humiditate minori. Cũ figitur, redigitur in calore maiori, humiditate minori, frigiditate minori, siccitate maiori: quippe quia in fixione lapidis apponimus sibi mercuriũ calidũ, & humidum præparatum vltra illud, quod habuerit naturaliter ante suam solutionem. Intellige hanc reuersionem, solutionem, vel lapidis differentiam, de differentia in differentiam, & cur hæc, & quomodo. Omne quod mutatur, aut mutatur in melius, aut in peius, aut in simile sibi. Si mutatur in simile sibi, nullum est lucrũ: si mutatur in peius, tunc est damnum: si in melius, tunc est commodum. Conuerte ergo lapidẽ de bono in melius, & erit Elixir completum.

Quomodo elementa sunt corrigenda, & quomodo acquiritur fusio medicinæ non fundentis. Cap. XXIII.

IN coniunctione lapidis attende tres colores principales, primò nigrum, postea album, deinde rubeum. Obserua igitur diligẽter ne corpus tuum rubeat ante nigredinem, & pereat tinctura per combustionem. Si verò rubuerit ante nigredinem, corrige errorem, decoquens omnia simul in aqua alba, donec conuersa fuerit in nigredinem: sic etiam facies si rubuerit ante albedinem. Nõ ergo negligas inhumationis decoctionẽ, quoniã tollit cõbustionẽ, & perditã restaurat humiditatem. Si verò medicina non cõmiscetur, corrige per dissolutionem eius quod ingreditur, & per cõmistionem ambarum solutionum facit ingressum omne, quod illi pro minimo coniungitur. Hæc autẽ solutio non per aquam, aut in aquam vulgarem completur, sed in aquam mercurialem, & completur similiter per solutionem. Fusio facilis in rebus non fusibilibus, vt apertius ingrediantur, & alterentur cũ complemento. Vnde medicinã calcinamus, vt citius soluatur: & eam soluimus, & vt melius mũdetur figura, & fundatur: ac vt ab ea susci piant corpora meliorẽ impressionẽ, aut ingressum, & facilẽ fusionẽ dare materiei cum multiplici reiteratione solutionis spirituũ non inflãmabilium super illa, videlicet aeris & aquæ mercuriorũ nõ fixorũ: aut cũ multiplici

reiteratione ſolutionis medicinæ non fundentis. Eſt tamen bona cautela ad fu ſionem præſtandam medicinæ non fundentis, vt ſoluatur & corpus fermenti, ſupple albi vel rubei: de cuius intentione ſit per eam mutari, & alterari: & etiã ſoluatur medicina, ideſt Elixir: imò terra alba, ſupple, vel rubea: de cuius intentione ſit ingredi cum alteratione. Non fiet tamen omnium iſtarum partium ſolutio, ſed quarundam, quoniam ſolutio earum non eſt aliud, niſi quòd in humidum reuertuntur, & ſulfuris ſalſedines auferuntur. De hinc illud corpus, & nõ aliud corpus imbibatur vice poſt vicem, donec fundatur citiſsimè ſuper laminam ignitam: quoniam ex his artificiorum ingeniis neceſſe eſt medicinam & commiſceri, & fundi, ac etiam ingredi perfectè cum alterationis complemento. Si autem metallum quod conuertere debes per medicinam non fuerit ſuffi ciẽtis coloris, addatur plus de medicina ipſa: ſi verò de colore nimis habuerit, ſcilicet in ſole, quia Luna non poteſt eſſe nimis alba, ponatur minus de medicina, & plus de metallo conuertẽdo. Si autẽ medicina non remãſerit bene, quod eſt ex defectu fixionis, ſuccurre per reiterationem ſolutionis & congelationis, atque per multiplicem non fixæ partis ſolutionem ſuper partem fixam, donec tamen ex ignis aſperitate quieſcat, & non fugiat ab igne aſpero. Si autem non fundatur grauius, quod eſt ex defectu cerationis, ſuccurre ei cũ oleo, ideſt aere guttando guttam ad guttam ſuper ignem leuem, donec fundatur vt cera: quoniam quando inceras, miſces de re calida & humida magis, quam de frigida & ſicca. Et quando figis, miſces magis de re frigida & ſicca, quàm de calida & humida. Ergo intellige quæ dico, quoniam huius operis perfectio eſt, naturę permutatio.

De ponderibus obſeruandis in fixione. Cap. XXIIII.

OMnia ſub termino diffinito & diſpoſitione certa conſiſtunt: Iccirco vnicuique pondus, & omnis menſuræ pondus in omni opere opus eſt. Caue igitur tibi in cõmiſtione Elixiris, & operare ibi ſapienter, vt ſcias quãtum debes ibi apponere de aqua, de aere, de terra, & de igne: alioquin ſi ſecus feceris, opus non valebit: quia ſi ponis de terra magis vel minus quã opus fuerit, vel quàm requiritur in Elixir: quòd ſi magis poneretur, mortificaret animã, quòd ſi minus poneretur, faceres eas humidas nimis, & non figerentur. Similiter in aqua, quia ſi amplius poneretur, vel minus, faceret ſimile damnũ: ſi plus eſſet, faceret humidum & male: ſi minus, faceret ſiccũ & durum: De aere ſi plus eſſet, vel minus, ſimile damnum: ſi plus eſſet coloraret nimis: ſi minus eſſet, non haberet colorem. Ignis etiam lapidis ſimile damnũ faceret, quia ſi plus eſſet, cõbureret: ſi minus & parum eſſet, non ſiccaret totam humiditatem, quam debet deſiccare, nec calefaceret: tamen ad album non ponas ignem, ſed loquor de omnibus Elixiris: Iccirco pondus vbique notandum eſt, ne nimia ſiccitate, aut humorum ſuperfluitate, magiſterium corrumpatur. Quare fermentum iuxta adæquationis incrementum eſt ſemper apponendũ: nam nulla erroris offenſa nocebit, ſi ad illud põdus ſemper recurreris. Quicquid igitur in Elixir eſt grauius & ſtabilius, per ipſius ponderoſitatem ſibi nomen terræ vſurpat. Non minus quoque fermentũ, quia cùm ſulfur coniungitur, terræ nomen aſſumit. Quę verò ſublimantur, & etiam euolant, aquæ & aeris ſibi nomen apponunt. Cùm ergo coniungis talia vt figantur in terra: ſi ad album eſt, ſit de terra plus quàm de aliquo alio elementorum: alioquin terra non figeret ſpiritum, imò ſecum euolaret in fumum. Verùm illud fit plus ſecundum rationem iuxta adæquationis menſuram: verbi gratia, ſi eſt de aere vnum pondus & dimidium, de aqua duo pondera, debent eſſe tria pondera de terra, minus quarta. Et terræ fermẽtum

tum sit ter tantum quantum est sulfur album: vt si vnum pondus fuerit de sulfure albo, tria pondera erunt de fermento. Quantum ergo fuerit aer & aqua, tantum debet esse de terra: supple tria põdera de terra minus quarta, de aqua duo, de aere vnum, & dimidiũ de igne. Dicam ergo breuiter vt intellígas: ad Lunã pone tria pondera de terra, scilicet fermentata minus quarta, duo de aqua, de aere vnum & dimidium, & erit Elixir completum. Ad Solem verò, cùm ipse sit calidior Luna, debẽt esse duo pondera terræ, tria de aqua, & tot de aere, & vnum pondus & dimidium de igne. Nam pondus ignis mediũ est põdus aquæ. Non est in hoc additio nec diminutio, quoniã si sit multa aqua & paruus ignis, extinguitur ignis: & si sit similiter multa terra & paruus ignis. Econtra tamẽ est de aere, quia aer nutrit ignem, sicut aqua nutrit terrã. Nam ignis viuit de aere, & aer de iuuamento aquæ, & aqua de iuuamento terræ. Fige ergo aquam in terram, vt aer possit figi in aquam: quoniam si aquã occidisti, omnes sunt mortui. Veruntamen aqua non figitur sine terra, quia consurgit nullus vnquam sine semiue fructus: In quo dum moritur semen, fructum dare fertur: quoniã cũ terra sit in se fixa, retinet secum, & figit alia elementa. Aqua verò cùm sit humida & frigida circundat terram, & constringit, & tenet eam: quoniam frigidum & humidum est siccitatis constrictiuum: veruntamen impressionem citò recipit, & cito dimittit: siccum autem grauiter impressionem recipit, & grauiter dimittit. Ideo cùm humidum & siccum se inuicem temperauerint, adipiscitur siccum ab humido per partium constrictionem, vel per continuationem, & faciem impressionem: & acquirit humidum à sicco, vt firmiter teneat impressionem, & quòd omnem patiatur ignem. vnde propter hoc humidum prohibet siccum a sua separatione. et propter hoc siccum prohibet humidum à sua fluxibilitate. Aer verò circundat aquam, & clarificat eam, vel rarificat terram, & tingit vel figit ipsam, vt sit apta ad extensionem, & fusionem. Ignis autem totum compositum maturat, subtiliat, rubificat, permiscet aerem, & consolidat, ac terræ & aquæ constringit frigiditatem, vt ad incolumis redeant æqualitatẽ complexionis. Elementa ergo grauia, vt terra & aqua plus iuuant ad fixionem, & tincturam. Non comedas ergo quòd non bibas, sed comede vnum post aliud secundum rationem: quia caliditas maior facit corpus siccius, quàm oportet. Non sis prodigus, non auarus, sed moderata pondera serues secundum æqualem & inæqualem complexionem. Intellige ergo quæ dixi, quia nihil omisi quod est verum.

De fixatione Elixiris in compositione ad album, & de reductione aquæ. Cap. XXV.

ILlumina corpus antequam imponas animam, quia corpus nisi sit ablutum, non retinet spiritum. Sit ergo potus post comestionem, non autem comestio post potum: alioquin facies ventrem humidum, & non recipiet siccitatem: bene ergo fige, bene commisce, & bene tinge, & sic totum habebis magisterium. Iccirco ciba tres partes purissimæ Lunæ minutim limatæ cum duplo sui mẽrcurij albi, terẽdo totũ insimul fortiter in mortario porphyretico, donec mercurius imbibat limaturam, & fiat quasi butyrum, ita quòd nihil inueniatur de limatura. Hinc ablue fortiter cum aceto & sale communi præparato, donec acetum inde purum exeat, & clarum: tunc ablue salem cum aqua dulci, & clara, & ad ignem siccata. Abhinc verò adde prædicti sulfuris sublimati, & congelati albi partem vnam, conterendo insimul totum, donec redeat quasi corpus vnum: Deinde incera ipsum cum vna parte ipsius, scilicet suæ aquæ, & mitte ad sublimandum, vigorando semper ignem, paulatim, & pau-

latim, donec sublimetur quicquid fuerit ex eo volatile, deinde infrigidatũ extrahe, & quod ad latera vasis superuolatũ fuerit cum aliqua parte suæ aquæ reduc super fæces suas terendo, imbibendo, & assando, donec fiat sicut pasta, & remitte ad sublimandum: ita continue reitera contritionem, & imbibitionem, assationem, & sublimationem: vigorando semper ignem, donec figatur terra cum duplo sui de aqua, & nihil penitus sublimetur ab ipsa, & reducas semper quod superius ascendit super illud, quod inferius remanet fixum, quousq; totũ figatur deorsum. Nam sulfur fixum cùm sit coagulatis coagulatiuum, naturaliter congelat suum mercurium per frequentem sublimationem, vel sublimationis reiterationẽ super ipsum. Exẽplum aũt huius est terra & aqua, & cum aqua cõmiscetur cũ terra, ipsa terra absorbit aquã sua siccitate, & inspissat eam aquã sua densitate, & eam facit sibi similem sua grossitate: quoniam omne siccum naturaliter appetit suum humidum, & in suis partibus fit continuatim. Vnde oportet experimentatorem istius scientiæ ad plenum cognoscere vires naturę & eisdem firmiter adhærere: quoniam natura sufficiens est tibi vel sibi, & similiter in omni quo indiget eadem sui perfectione. Ipsa siquidẽ cùm sit sagax, est solicita in creatione sui corporis, cuius solicitudinis non est finis. Sufficit ergo vobis carissimi naturã sapienter disponere extrinsecus: quoniã ipsa sufficiẽter intrinsecus disponet ad sui operationem. Motus siquidem ipsius sint adhærentes sibi viæ vni modo meliori & certiori qui possit excogitari, vt patet ex creatione cuiuslibet generati. Iccirco tardamentum & præparamentum debent esse in magistris philosophorum, & oparantium: quia natura motum præterire non poterit, nisi per contrarium impedita fuerit. Certum nanque tempus est, quòd ipsa habet ad imprægnandum, pariendum, & nutriendum, ac operandũ. vnde cum terram habueris imprægnatam, expecta partum. Cùm verò pepererit filium, nutrias eum quousque possit tolerare omnem ignem, & tunc poteris facere proiectionem de ipso.

De *reductione aeris super* Elixir *ad album.* Cap. XXVI.

IGitur cùm aqua fuerit fixata tere, & imbibe eam imbibitione rorida cũ vna parte aeris sui, & pone ad sublimandum, faciens sub eo ignem primò lentum postea fortiorem, quousque per continuam sublimationis reiterationem totum figatur deorsum: tunc per diem ac noctem facies sub eo ignem fortem. Secunda die cum sua nocte fortiorẽ: tertia die cum sua nocte fortissimum, sicut est ignis fundendi. Sic enim aer figetur cum aqua & terra, quia natura lætatur natura, & natura docet naturam præliari contra ignem per se combustibilem. Nam fugienti obuiante perit fuga, quoniam auis plumata detinetur ab implumata deorsum in terra.

De *inceratione* Elixiris *albi.* Cap. XXVII.

ABhinc ergo extrahe de lamina crystallina, quam in fundo reperies lucidam drachmam, id est tere, & cera inceratione vltima guttando super ipsam guttatim in tenui crucibulo super ignem leuem de suo aere albo iam dicto, donec fundatur sicut cera sine fumo. Tunc proba super laminam ignitam si se resoluerit velocissimè, sicut cera cerata est. Si verò non, reduc ipsam ad cerandum guttatim de oleo suo albo, donec fundatur vt cera sine fumo. Et hoc quidem est præceptum omniũ philosophorum, vt cùm per sublimationes fixaueris mundissimam terræ partem: reiteres sublimationem residuæ partis non fixè super eam fixam, donec ipsa similiter figatur. Hinc tenta si per

per ignem: si bonam dederit fusionem, tunc sufficienter sublimationem reitera sti: si verò non, reitera super illam vicem nõ fixæ partis sublimationem, donec fundatur citò, sicut cera sine fumo: tunc extrahe, & infrigidari permitte, quoniã est Elixir completũ, impreciabile precium conuertens omne corpus diminutũ in infinitum, Solificum & Lunificum verum. Proijce ergo vnum põdus de eo, super mille partes mercurij cum sale & aceto abluti, & fiet pura Luna melior q̃ de minera. Sic etiam si super imperfectorum corporũ vnũquodque fuerit de eo proiectum, in verissimũ transfertur argentum. Modos itaque huius cõposi tionis verissimi Elixiris tradidi vobis, cõpleto sermone: ad quam per illos po testis peruenire indubitanter. Solicitè ergo ad hos ingenieris modos regimi nis exercere, & eorum virtutem ad vnguem inuenies. Quod quidẽ nec per se, nec fortè vt putas, miraculosè, sed arte perficitur in operatione. Operare ergo quodcunque volueris, quia vltra consilium istud non possum aliud dare.

De compositione Elixiris rubei. Cap. XXVIII.

EOdem modo fit Elixir rubeũ ad Solem, sicut album ad Lunam. Pro qualibet re alba ponas rubeam, & loco limaturæ Lunæ pone limaturam Solis, & aquam mercurij rubificatam prius cum igne lapidis. Nam in opere lapidis ad rubeum non intrabit nisi rubeum, sicut in opere albo nisi albũ. Solaris nanque medicinæ non vrentis præparatum sit addimentũ rubei sulfuris per modum figentem, & calcinantẽ in triplo fermenti præparati cum astutiæ indu stria. Administrare perfectè per modũ solutionis & sublimationis multiplicẽ, cum reiteratione multa, quousque non fixum cum fixo figatur deorsum: quoniam huius solutionis & fixionis modus est per reiterationem partis residuæ non fixæ sublimationis cum fixo ingeniosè coniungendi per minima, quousq; eleuetur cũ ea, & iterato figetur cum illa, vt stet. Cùm verò tres partes aquæ sue rubeæ fuerint secum, per hunc modum sublimetur vice post vicẽ cum eo, donec figatur deorsum: & pone ipsam per diem ac noctem in igne tepidissimo, vt melius depuretur & figatur in eo. Hinc extrahe, & cera eum in crucibulo su per ignem lentum cum oleo suo rubeo guttando guttatim, donec fundatur, vt cera sine fumo cum eo stans & penetrans profundius, tingens & permanens. Proijce ergo vnum pondus de ipso supra mille partes Lunæ, vel mercurij ablu ti cum sale & aceto, & fiet Sol verissimus in omni examinatione, & melior valde quàm de minera productus, quia aurum & argentũ ipsius Elixiris excedit aurum & argentum mineræ in omnibus suis proprietatibus. Vnde dicunt philosophi, quod aurum & argentũ eorum non sint aurũ nec argentum, quod est vulgi: quoniam additur eis additio magna in tinctura, & perseuerãtia in igne, & proprietatibus multarum vtilitatum ad omnem infirmitatem expellendam.

De multiplicatione medicinæ. Cap. XXIX.

SI verò medicinas istas, cum fixæ fuerint, & datis oleis suis albis, vel rubeis, donec fluxerint, sicut cera dissolueris in mercurio suo albo vel rubeo, donec fiat aqua clara: & postquàm in leui decoctione congelaueris, & cum eorum oleis, & sic super ignem denuo ceraueris, quousq; fluant, citissimè dupli cabitur virtus eorum in proiectione: & si eas cum solutæ fuerint semel ad minus distillaueris, in centuplo augmentabuntur virtutes earum. Modus verò multiplicationis medicinarum est, vt dissoluas vnum quenque illorum spirituũ in aquam suam per inhumationem singulariter: postea separa oleum earũ per

distilla-

distillationem: primò recipies aquam, postea oleum, deinde ignem. Et remanebit terra deorsum. Reduc ergo aquam per sublimationem super terram, donec bibat eam, scilicet aquam totam, & figatur cum ea: deinde imbibe eam ex oleo & tinctura, donec figatur in ea, & etiam fundatur sicut cera. Proijce ergo supra quod vis corpus, & ex eo tantùm quantũ vis: quoniam in duplo multiplicabitur tinctura eius. Et si vna pars sui primò conuertit cum suis corporibus centũ partes: secundò conuertit mille: tertiò decem milia: quartò centum milia: quintò mille milia in solificum & lunificum verum. Vnde est notandum, quod quãto plus soluitur medicina, & sublimatur, & congelatur: tanto melius & abundantius operatur: quoniam in omni sua imbibitione & sublimatione acquirit sibi decem in proiectione. Non ergo est fastidium in reiteratione solutionis, sublimationis, & coagulationis: quoniam per eas medicina melius digeritur, vnitur, figitur, ac perfectius operatur.

Quomodo debemus intelligere solutionem, sublimationem, & coagulationem. Cap. XXX.

VEruntamen non putes me docere solutionem hîc, vt Elixir reducatur in aquam, sed vt subtilies ipsum inquantũ potes, & diuidas suas partes in fixione coniunctas, suumq; siccum conuertas, & humidum, & grossum in simplum: quoniam opus solutionis inuentum fuit ad sublimandũ, & non propter aliud. Vnde coniunctio corporum cum spiritibus fit cum dissolutione, & non cum sublimatione: quia corpora nõ indigent nisi sublimatione, vt melius cum spiritibus coniungantur. Eorum verò sublimatio est in aquam dissolutio: quia distillatio trahit lapidem de potentia ad actum, eo quòd facit omnino eũ subtilem. vnde cùm corpus totaliter subtiliatur, spiritus vniuersaliter cum eo coniungitur, & non per aliquod ingeniorum genus ab inuicẽ separatur: quoniam confirmatio spirituum com corporibus fit, cùm corpora fiunt subtilia, vt retinere possint spiritus. Et ideo qui corpora poterit separare cum prima sublimatione, finem consequitur optimum: quoniam in coniunctione spirituum cũ corporibus tota debet esse intentio operantis. Et coniunctio eorũ, scilicet spirituum fit, cum corpora subtiliantur vt spiritus, & corpora fiunt subtilia per dissolutionem, contritionem, & assationem eorum cum spiritibus. Intellige ergo quæ dixi, quoniam vtile est totum, & nihil superfluum est in dictis meis. Si verò non intellexeris, itera lectionem multoties, ut totum intelligas. Vide ergò, & intellige, & secundum ea operare: quoniam quicquid diximus, à linea veritatis (viuit Deus, in nullo deficiẽs) deprehẽdes nõ declinare. Quare, nisi despicias, nec labor priuabitur fructu. Iccirco si verò suprascripta nõ intellexeris, nõ me reprehendas, sed tuam ignorantiam calumnieris: quoniam infortunatus es sicut ille cui nunquam Deus aliquid tribuit, vel concedit boni.

De modo faciendi proiectionem. Cap. XXXI.

SEd quia graue est mille millium partes simul fundere. Cùm volueris proiectionem facere, hoc modo facies. R. centum partes mercurij cum sale & aceto abluti, & pone in crucibulo super ignem. Cùm autem cœperit feruere, pone vnam partem tui Elixiris dicto modo præparati super centum partes illius mercurij abluti, & fiet totum medicina super alium mercuriũ ablutum. Deinde proijce vnam partem medicinæ istius congelatæ super centũ partes mercurij abluti in crucibulo feruentis ad ignem, & fiet adhuc totum medicina. Postea pone vnam partem istius medicinæ vltimo congelatæ super centum

tum partes mercurij abluti, & fiet totum aurum, vel argentum in omni iudicio secundum quod primum fuerit Elixir rubeum vel albū, supple præparatum, et vt dictum est, compositum. Et hoc quidem est Rosarius philosophorum ferē odoriferas rosas tam rubeas, quàm albas extractas breuiter à libris ipsorum, nil habens superfluum, vel diminutum, in infinitum perficiendum in Solificum & Lunificum verum, secundum quòd Elixir fuerit præparatum. Sic etiam habet virtutem efficacem super omnes alias medicorum medicinas, omnem sanandi infirmitatem tam in calidis quàm in frigidis ægritudinibus, eo quòd est occultæ & subtilis naturæ, conseruat sanitatem, roborat firmitatē, & virtutem: & de sene facit iuuenem, & omnem eorum expellit ægritudinem: venenū declinat à corde, arterias humectat, contenta in pulmone dissoluit, & vlceratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat, & ea munda cōseruat. Et si ægritudo fuerit vnius mensis sanat vna die: si vnius anni, in duodecim diebus: si verò fuerit aliqua ex longo tempore, sanat in vno mense, & non immediatè: hæc medicina super omnes alias medicinas, & mundi diuitias est oppidò perquirenda: quia qui habet ipsam, habet incomparabilē thesaurum.

De recapitulatione totius magisterij. Cap. XXXII.

PErtractatis igitur regiminibus totius huius summi operis secundū exigentiam sui sermonis cum causis omnibus sufficientibus: restat breuiter vt teneatur memoriale totum, recapitulare sub completa breuitate sermonis. Dico ergo quoniam totius operis intentionis finis est, vt sumatur lapis in capitulis notus, & cum operis instantia assiduetur super ipsum opus sublimationis primi gradus, vt à corruptibilitate mundetur, & ab impuritate purgetur. Demum cum eo soluto per ipsius additamentum album vel rubeum, donec in vltima sublimitatis materia perueniat, & vltimo volatile fiat. Abhinc verò cùm fixionis modis figatur, donec in ignis asperitatem quiescat: demum verò fixum lapidem cum non fixa parte seruata per modum solutionis & sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum solutum, & iterato volatilem: ac iterato volatilem fixum, quousque fluat, & alteret in cōplemento Solifico & Lunifico certo. Et in hoc completur arcanum precioſissimum, quod est super omne huius mundi arcanum impreciabile precium, & omnium philosophorum thesaurus. Iccirco, carissime domine, exerceaminí ad illud cum laboris instātia maximè in diuturnitate meditationis immensæ: quoniam cum illa Elixir completum inuenies, & sine illa nūquam. Modos verò ipsius cōpleto sermone vobis superius dedi, non sub ænigmate, sed sub plena sermonis serie, discretionē vestram lucidè alloquendo: quoniā teste Deo sic libris philosophantibus omnibus, & cunctis scientibus, nihil in hac arte inuenimus melius, nec perfectius quàm in ista breuitate suprascripta, tamen truncata: quamuis intelligentibus satis sit prolixa. Et qui habes istum librum, in sinu tuo reconde, nulliq; ipsum reueles, nec manibus impiorum offeras: quia secretum secretorum omnium philosophorum plenariè comprehendit: talis si quidem & tanta margarita non est porcis & indignis largienda, quoniam est donum Dei magnum, & Deus cui vult largitur ipsum, & aufert. Quapropter carissime, qui habes istum librum digito compesce labellum, filius existens philosophorum, secretè reseruans Rosarium philosophorum, vt meritò merearis dici, & esse de numero sapientum antiquorum.

PATER & domine reuerende: licet liberalium existam scientiarũ ignarus, studioq; non sim assiduus, nec in statu maneam clericali: voluit Deus tamen, sicut cui vult inspirat, mihi quamuis immerito secretum præcellens philosophorum reuelare. Et quoniam exigunt vestra nobilitas probitas, prudentia, larga manus: vt quẽadmodum assiduè profundæ scientiæ perscrutando, non recusastis labores, sumptus, & studia diuturna, sic & vberem fructũ: ex qua in agro philosophiæ funditus arbore consequamini Dei dono. Ea propter nostra prudentia desideratum lapidẽ, siue Elixir occulta fide probum, per virum mihi à Deo institutum, ostensum, eiusq; regimen: vt vidi, feci, & tenui, referabo: sciens quòd visis & intellectis quę scribo, liquidum erit vestro ingenio perspicaci, quòd ego Dei nutu secretum noui vulgariter ignoratum.

Hic incipit tractatus, in quo nominat Lapidem Philosophorum. Cap. I.

INtellige ergo dictum philosophi, Quòd actus actiuorum in patientis sunt dispositione, per quod intelligitur Elixir fieri nõ posse, nisi ex materia ad hãc perfectam dispositionẽ habente. Testificor aũt vobis huiusmodi habilitatẽ ineſſe materiei, ex qua meis manibus, testibus oculis, per alienam tamẽ, vt prę dixi doctrinam factum fuit Elixir, Saturnum conuertẽs in Solem: quam quidẽ materiam iam vobis nominaui, quod est philosophorũ magnesies, de qua philosophi extraxerunt aurum in corpore eius occultũ: et in qua arg. viu. de arg. viu & sulfur de sulfure inuenerunt, quæ est lapis in similitudine, & actu: sed in natura non imitatur naturas lapidis. Quare dicitur lapis nõ lapis, & ex mista rabesci. dictum arg. viu. nostrum, non arg. viu. in propria natura, nec adhuc in natura, ad quam deductum est per mineram: sed arg. viu. nostrum in natura, ad quam deducit illud artificium nostrũ. Istud est æs nostrum, ex quo fit tinctura vera, ex quo fit Chabrichim, & Veyæ coniugiũ, in quo est rex cum sua vxore: & hæc quæ ipsos emendant in ipso ære sunt, vt per operationis documentum clarius patefiet. Iste est spiritus quo tingimus, & est corpus de quo in Turba dicitur: & ista via quæ dicitur arg. viu. nõ habeẽ ex corporibus liquefactis liquefactione vulgari: sed ex illa, quæ durat quandiu coniuges vero matrimonio vniuntur, scilciet vsque ad albedinem. Hic est lapis, qui in vertice montiũ inuenitur. Et dicitur meritò mineralis: animalis etiam fertur esse, quoniam animam habet. Quare dicitur in Turba, æs, vt homo, corpus habet & animam. Item omne quod habet spiritum, habet & sanguinem. Item dicitur spiritus, id est arg. viu. lator virtutum animæ, id est sulfur per corpus & æs, ideſt magnesiæ, siue terræ, quæ spiritualis facta dicitur aurum, quod erat in corpore magnesiæ occultatũ. Quare dicitur, Fili extrahe à radio suam vmbrã. Patet etiam quòd applicari sibi potest anima cum quasdam ostendat animæ virtutes. Mouet enim & mouetur, agit & patitur. Quare in Turba, O natura qualiter omnibus imminet, ac omnia superat. Et est acetum acerrimum, quod fecit aurum esse merum spiritũ & cum corpori admiscetur, fiet vnum cum eo, & vertit ipsum in spiritum. Cũ enim dicatur animal, ergo vegetabile quid dicetur, & meritò. Nam in operatione vegetabitur de virtute in virtutem subtiliando, depurando se, & colores in se meliorando, vsque quo optatum assumat ruborem, in quo est perfectio, virtutemq; penetrandi capiat, & tingendi. Hoc autem animal herbel, crocos, vel croceum lapidem vegetabilem nutritum in montibus errantes plurimi nõ cognoscunt: venditur autem palam minimo precio.

La-

Lapidis mundificatio, antequàm ponatur in decoctione. Cap. II.

HOc opus quod veſtro intellectui demonſtraui purum, mundum, amœnum, ſyncerum, rectum, in tenues laminas coaptatum ſe oſtendit, quòd per ignis liquefactionum modos à minerali groſsitie expurgatum, eleuationum modis ſubtile fit, relictis quibuſdam ſulfureitatibus aduſtionis, & terreſtreitatibus, & tenui fortiq; vnione permiſtis, & quibuſdam humiditatibus corrumpentibus exhalatis. Cuius ſubtiliationis ſigna ſunt duo: vnum quidem quod eleuatus eſt ſpiritus citrinus, minus durus lapis factus, aliquantulum perſpicuitatis habens: aliud verò quod remanſit in vaſis fundo terra tenuis, & nigra. Aduertatur autem ad hoc, quòd in hac eleuatione, ſi rectè fiat, quoddam permanens inuenitur, quod debet per vim adduci ſuperabundanter volatilis eleuati, & parti quæ reſidet ex eadem, quod eleuatum eſt, reddi debet, donec fugiens totum fiat. Et tunc terra nigra prædicta remanet ex ambobus in lapidem prædictum durum citriniſsimũ iam conuerſum. Non autem contentemini de volatilitate prædicta, donec inueniatur quòd tota maſſa lapidis prædicti igne eleuati reddita in ſuo vaſe per eundem continua: cùm ignis prædicti gradus continuè aſcendat: ſic quòd nihil in profundo mundum nec ſordidum reſideat ex eadem. Dum verò ſic perfectiſsimè eleuabitur, adimplebitur in operis philoſophici perfectione, quam iubet ſcriptura, dicens: Suauiter cum magno ingenio aſcendit à terra in cælum. Item ſcitote, quòd cùm corpori admiſcetur fit vnum cum eo, & vertit ipſum in ſpiritum. Et Geber idem præcipit in capitulo de tertij ordinis medicina: & omnes Philoſophi idem clamãt: & hoc opus à philoſophis nominatur Ablutio, per quam achileſue: quoniam in eleuatione vterq; aſcendit in fumum ſeu fumi ſpeciem. Et quia etiam liquatur hęc materia dum aſcendit, patet eam eſſe de natura aquæ calidæ. Nanq; liquatur & frigido coagulatur: & cùm à ſuperfluitatibus denudatur, abluitur, imbibitur aqua ſua, ſcilicet ſpiritu prædicto ab eodem germine procedente. Hæc eſt ergo philoſophica diſſolutio, quæ fit igne.

Decoctio primi gradus uſque ad albedinem. Cap. III.

ISTud igitur rotundum ſpirituale factum, quod æs vertit in quatuor, balneũ temperatum ingredi, ſed per quod corpus ſit ſuaue, atq; continens ignẽ leuẽ qui humiditatum eſt corrumpentiũ conſumptiuus. Fieri ergo debet furnus talis diſpoſitionis, quòd in eo lentus miniſtretur ignis, qui augmentari nõ poſſit, & vas materiam capiens vitreum, debet eſſe coopertum ferreo vaſe eiuſdẽ formæ ſciſſo per medium: & debet eſſe vas longum cubito vno, ſtrictũ in ſummitate, vt ſtrictura nihil permittat exhalare de ſpiritu: & longitudo fumos prę- *Cõpoſitio furni.*
cipitet, ſi quos eleuari contingat, & humiditates corrumpentes infra ſe conſumat. Quorum furni & vaſis quærendum eſt Lilij viſio, non ſcriptura: & debet calor vas vndique circuire: ita vt æqualitas vndique ſit caloris, aliàs fruſtra balneũ diceretur. Et vt in furni ſũmitate debet eſſe foramen, per quod exire debet fruſtum vnum vitri rotundum, & longum claudens orificium dicti vaſis, in cuius fruſti tactu cognoſcitur, ſi calore congruo materia decoquatur. Et ſi fortè aliquis fumus infra vas iam dictum aſcendere videatur, non permittit ipſum doſis diſpoſitum exhalare, quantuncunque vas etiam teneretur apertũ. Quare dicitur à Gebero, nunquam vnum ab alio verè ſeparatur: licet quo ad viſum ſegregari vel ſeparari ſuperficialiter videantur. Nec vnum ſine alio eſſe poteſt. Nam ſui ſpiritus tẽperati ſunt per viam naturæ perfectæ, in tantũ, quòd ab in-

uicem nõ ſeparantur. In hoc autẽ gradu caloris materia nigra efficitur: quoniã nigredinem efficit in humido calor agens. Quare in Turba dicitur: Videns autem nigredinem illi aquæ imminere, ſcito iam corpus liquefactum eſſe. Itẽ primò in opere omnia denigrantur. Iſte verò furnus ideo fit, vt caueatur ab igne nimio, quoniam intruſus calor perire facit, & compoſitum ſegregari. Et ideo temperato debet igne proſequi. Decoquitur, ſicut puer lacte nutritur, & in hoc omnes conueniunt: Et hoc etiam oſtenditur in practica de diuerſis coloribus ſub nigro colore contentis.

De gradu ignis aduenta nigredine. Cap. IIII.

QVum verò totum eſt nigrum, cõtinuetur ignis eiuſdẽ gradus, donec albedo in ventre ipſius occulta appareat: nã ſic approximat fixum. Notandum autẽ q̃ ipſa nigredine multi colores apparent, de quibus non faciunt Philoſophi mentionem. Nam quandoque totum fit viride, quandoque liuidum, quandoque violacei coloris, quandoque etiam ex vno latere vaſis eſt viride, ex alio nigrum, vel liuidum intus, & viride extra. Hi tamen colores omnes ſub nigro comprehenduntur. Et quoniam in eis nulla perfectio eſſentialis exiſtit: ideo Philoſophi principaliter tantùm inter cæteros colores nominant tres, videlicet, quæ virtutes dicuntur animæ, ſcilicet nigrum, album, & rubeum. Quare in Turba: Veneramini regem, & ſuam vxorem, & nolite eos comburere, ne fugietis eo nimio igne: quoniam neſcitis quando indigetis his qui regem & ſuam vxorem emendant. Coquite eos, vt fiant nigri, deinde albi, deinde rubei, deinde tingens fiat venenum. Item fiat lapis albus combuſtione, & humore, ſeu liquefactione. Per aquam dicitur ſequi mortificatio, quæ apparet in nigredine, primò apparentiæ, in qua mortificatione vniuntur ſpiritus, id eſt deſiccantur, quia niſi corpora deſiccẽtur, non apparent colores animæ, quę nigredo, & nubes appellantur. Item magneſies cùm dealbatur, non permittit ſpiritum fugere, quia natura naturam continet: humiditas ergo quæ curabat in decoctione nigredinem, ſe deſiccatam oſtendit, dum calor albus incipit apparere. Nam in tranſmutatione nigredinis vidi, antequàm perfecta dealbaretur, fuſcam albedinem, quæ brunus color vulgariter dicitur: quę brunicies, vera albedo poſtea efficitur. Tunc autem durante brunicie magiſter meus fregit vas, & lapidem, & inſpexit eum intus & extra, & inuenit brunum extra: intus autẽ erat adhuc nigredo. Cuius cauſam mihi aſsignauit, quòd videlicet partes materiæ vaſis lateribus adhærentes, magis ſenſerãt calorem ſibi propinquum, q̃ materia mediana: ideoq; citius in colore cœperant tranſmutari. Et dixit mihi, quòd iſta brunitas aſcendebat, quòd albedo extrahebatur à nigredinis eius vẽtre, ſicut in Turba dicitur: Quũ enim videris ipſum natum, ſcito quòd albedo ipſius in ventre nigredinis primò apparentis occulta eſt: Et tunc te oportet illam nigredinem extrahere ab illa nigredine ſubtiliſsima eius. non autem miremini, quia adhuc materiam hanc voco lapidem. Nam ſciatis quòd quandiu durat albedo, & etiam aſſumpta rubedine, per longũ tempus ſtat durus, & in maſſę fortis ſpeciem reſidet, quouſque decoctionis continuatione per ſe ipſam incipit dirui, & aliquantulum eleuari.

Decoctio ſecundi gradus uſque ad rubedinem. Cap. V.

QVum igitur ſic dimiſerit hic lapis nigredinem, mutatur gradus ignis, & ponitur in alio furno ſubtilis diſpoſitionis, in quo fortior adhibeatur decoctio: Calefacientes vas & materiam circunquaq; , & ibi decoqui debet. Nam tunc ſuſcipit veram albedinem, cum qua ibidem coquitur tandiu, donec

donec albedine transmutata ruborem assumere videatur. Cauendum est autẽ quòd iste ignis non sit intensior, quàm ad suum gradum spectet: nam in illo albo colore corpus & spiritus sunt verè coniuncti. Et si daretur decoctio in excessum vltra debitum sui gradus, separarentur vnita. Quare in Turba dicitur, Coquite & cautè, ne in fumum vertantur, & pereant. Citrinatur autem quando de albo colore in rubeum transmutatur. Citrinus autem color est medius inter album & rubeum. oportet ergo eum prætendi ante rubedinem veram. Et de hac practica loquuti sunt philosophi, dicentes: Spiritus & anima non vniũtur nisi in albo colore: quia tunc omnes colores qui in mundo excogitari possunt, apparent, & firmantur: & tunc in vnum colorem, scilicet albedinis, conueniunt. Dealbatio enim est totius operis fundamentum: nec inde variatur in diuersos colores, videlicet veros, præterquam in rubeũ, in quo est finis vltimus. Citrinatio enim quæ fit inter album & rubeum, non debet dici color in perfectione. Approbantur autem per hæc omnia, quæ prædixi: quæ etiam vera esse mihi facti experientia demonstrauit.

Decoctio tertij gradus usque ad calcinationem. Cap. VI.

ET dum rubescere incipit, ponitur ad decoquendum in alio furno fortiorem adhibendo ignis gradum, donec intus & extra vera rubedine perfruatur: Cuius signum est dirutio, & pereleuatio supradicta, de quibus in Turba dicitur: Post albedinem autem non potes errare. Nam igne augmentato, post albedinem ante rubedinem ad citrinationẽ peruenitur. Item, videns autem illam albedinem supereminentem, esto ratus, quòd rubor in albedine illa occultus est: & tunc oportet illud extrahere, verùm coquere quousque totũ rubeum fiat. Et si vobis dubium relinquatur, quare albedo à nigredinis ventre extrahitur, rubedo autem non extrahitur ab albedine, licet fit rubeum decoquendo, declaro vobis hoc modo: quoniam durante nigredine, materia remanet, & est humida in natura, quæ humiditas se ostendit apparente albedine desiccari. Et nunquam etiam apparet albedo, donec humiditates corrumpentes sint omnino consumptæ. His ergo duabus de causis dici potest, quòd albedo à nigredine extrahitur: dum autem rubescit, nihil deuastatur, sed tãtùm coquitur, & decoctione forti color rubeus incõmutabilis apparet, in quo est perfectio. Quare in Turba, Ex composito in spiritum rubeum verso fit mundi principium. Itẽ spiritus tingens, & viuificans intromittitur: postquàm recessit humiditas corrumpens, non alitur quod est peruentum ad dealbationem, seu ad albedinem: hoc ergo colore rubeo apparente, natura sui perfectionem ostendit occultam.

Calcinatio in qua ultimus gradus figendi completur. Et tunc spiritus corpus est uerè factus, uerè permanens, & fugitiuum figens. Cap. VII.

POstquàm hæc materia rubeum habens colorem, dirui & eleuari incipit, ponitur ad calcinandum per flãmam fortem reuerberiorem iam in terreo vase, in quo ignis gradu fixio completur, & permanens efficitur vera atque perfectissima fixione. Quare Geber ait in capitulo de Calcinatione, quòd spiritus calcinantur, vt fixiones fiant, & melius dissoluantur. Et in capitulo etiam de tertij ordinis medicina ipsam incipit calcinari. Et debet in ignis calcinantis rigore permanere, donec puluis tactu impalpabilis fiat, intensissimum habens ruborẽ. Quare in Turba sic dicitur: Scitote quod cùm cinis est, optimè misce-

tur,eo quòd cinis ille recipit spiritum,& inclusus est ille humor per interiorem ignem, quousque croci sicci, vel combusti sanguinis,vel syrupi granati colorẽ assumat. Item cum aqua introiuit in corpus, vertit ipsum in terram, deinde in puluerem,siue cinerem. Si vultis apud perfectionẽ experiri,manu accipite: si enim impalpabilem aquã inueniatis, bene est,sin autem iterate. Hic autẽ cinis rubicundissimus,impalpabilis in se ipso:eleuatur etiam,crescit in modum fermenti,& separatur ab eo in calcinatione prædicta terra nigra subtilissima, & perlucida,quæ in fundo vasis est,sub dicto puluere rubeo reperitur:vnde dicebat mihi magister meus, Apparet perfectionem fixionis in hoc existere duabus de causis. Vna quidem,quia per fixionem,& per calcinationis ignem introducitur parua quantitas huius Elixir super multas quantitates non permanentes corporis,proiecta confirmat in eis auri fixionem,quod non faceret nisi in ea fixio superabundaret. Alia verò, quia terra nigra prædicta in calcinatione separatur à cõmisto,quę aliàs fuerat in toto opere inseparabilis,propter fortissimam vnionem:& ideo necesse fuit per fortissimum artificium separari. Et si remaneret commista propter sui impuritatem, impediret puræ materiæ ingressum.

Cinis per calcinationem factus fusibilis,& iterato lapis,qui est Elixir completum

Cap. VIII.

CInis verò iste caret fusione:qualiter autem ingrediatur,vt tingat certè liquefactio sibi redditur, siue sudor per modum à philosophis traditum. Quis ergo modus est ille? est ne in aquam soluendo? certè non: quia philosophi non curant de aquis tangenti adhærentibus,& id humectãtibus. Quare dicitur in Turba,Incipientes autem audientes aquam,putauerunt eam esse vulgi:quòd si nostros libros legissent,scirent vtique aquam esse permanẽtem. Quæ ergo aqua est verè quæ tangenti non adhæret,sed superficiem discurrit, nihil humectãs,sicut arg. viu. Quis ergo faciet talem aquam? Certè dico, quòd ille,qui scit facere vitrum. Hæc enim materia nihil aliud,quàm de se ipsa vult sibi adiungi:nam omnia quibus indiget in se habet. Et si bene excogitẽtur quæ prędixi,scietis ex hoc cinere habere lapidem rubeum in intenso colore parum perspicuum habentem,frangibilem,cum modico ictu fusibilem, penetrãtem, ingredientem, & perpetua citrinatione tingentem: cuius vnum pondus centum milia,& plus Saturni conuertit in Solem. Est autem in proiectionis modo subtilitas,qua ignorata,Elixir tenens non proficit ex eodem.

Conclusio totius Epistolæ. Cap. IX.

ERgo pater non mireris, si in hoc opere multi errant: quoniam iuro tibi me nunquam vidisse quenquam præter magistrum meum, qui in debita applicaret materia opus suum, sed conantur ad impossibilia in materijs:ac si de cane crederent hominẽ generare. Quid mirũ ergo si reddantur in operibus mendaces? Nam lapide ignoto in practica operis, dubia subtilissima multa restant:verè autem credatis,quòd in libris suis posuerunt philosophi veritatem: sed post mortem scribentis cuiuslibet, scriptum eius quandoque est ab aliquibus male intellectum:quod tamen ipse si præsens esset, & speculatiuè exponeret iuxta verbum, & uerificaret opera per effectum. Ego autem vestræ prudentiæ per omnia exposui totum opus,& per dicta philosophorum aliqua probaui:licet pauca curaui allegare, quæ ex causa omisi: quoniam præsumo quòd vos scripta philosophurum omnia in scrinio vestri pectoris inclusistis

sistis. Et sic nō dubito, quòd dictis meis ea omnia applicaueritis per vos met, sicut ego per experiētiam, quam vidi, scripta sapientum intelligo, aliàs non no turus. Et si circa hæc breuiloquio vobis fui, hoc ideo: nam in vobis tantū præsumo scire fundamentum, quòd vobis non latebit intentio huius rei. Et sufficit mihi, quòd vobis meus patet intellectus, & non mecum migrare queat huiusmodi veritas ab hac luce. Ob paternitatis vestræ reuerentiam Nouū hoc lumen edidi super ea: quoniam inter mundi cæteros vos elegi, hac re meo iudicio digniorem. & Altissimus vos peruenire faciat ad optatum.

EPISTOLA MAGISTRI ARNALDI DE VILLA NOVA SVPER ALCHYMIAM AD REgem Neapolitanum.

SCIAS, O tu Rex, quòd sapientes posuerunt in opere multas res, & multos modos operandi, scilicet dissoluere, & congelare, & plura vasa & pondera, quod fecerunt ad excæcandum ignorantes, & ad declarandum intelligentibus opus prædictum. Et nota, ò tu Rex, quòd sapientes denunciauerūt opus sub breuibus verbis, licet plura verba alia posuerint, & adiunxerunt, vt non intelligeretur, ni si per sapientes. Sapientes verò dixerunt, quòd est vnus lapis, qui ex quatuor naturis est compositus: quæ quidem naturæ sunt, ignis, aer, aqua, & terra. Qui quidem lapis est lapis in similitudine, & in tactu, non autem in natura: & vocatur lapis, siue compositum quoddam. Compositum dum est ductum per viam rectam, est id quod quæritur, in quo nō est aliquid superfluū, vel aliquid quod desit, imò omnia quæ sunt in lapide, sunt ei necessaria, & nullo alio indiget: & quod dictum compositum, siue lapis est vnius naturæ, & vna res: quæ quidem res in decoctione ignis habet diuersos colores, antequàm fiat lapis albus perfectus. Et nota, ò tu Rex, quòd vbi magis dictus lapis stat in igne, tanto magis augmentatur de virtute & bonitate, quod in alijs rebus nō est ita: quia omnes aliæ res in igne comburuntur, & amittunt humiditatem radicalem. Dictus verò lapis totus solus in igne semper melioratur, & crescit eius bonitas, & ignis est eiusdem lapidis nutrimentum. Et istud est vnum de euidentibus signis ad cognoscendum lapidem ipsum, quod intellige bene. Quod compositum, siue lapis diuiditur ante operationē duobus modis: primo corporaliter, alio spiritualiter, & vnū exit ab alio, & est vnitū, & regitur vnum cum alio, & vnū meliorat aliud. Et philosophi nominauerunt vnum masculinum, & aliud fœminium. Et nota, ò tu Rex, quòd quando philosophi nominauerunt arg. viu. & magnesiam, dicentes, Congelat arg. viu. in corpore magnesiæ: quod ipsi nō intellexerunt de arg. viu. vulgari, quod videtur, sed intellexerunt quòd arg. viuū est humiditas dicti lapidis: & quia magnesia non est illa, quæ videtur vulgariter: sed magnesiam vocauerunt totum compositum, in quo est tota dicta humiditas, quæ est arg. viu. quæ quidem humiditas non est sicut aliæ humiditates: quæ quidem humiditas currit in igne, & in eodem igne totum compositū dissoluit, congelat, denigrat, dealbat, & finaliter rubefacit & perficit. Et nota, ò tu Rex, quòd in opere non ponuntur plura, sed vna res duntaxat: nec oportet aliqua fieri trituratio manuum, nec aliquid apponi debet cum dicto lapide. Et nota, ò tu Rex, quòd terra alba vocatur lapis albus perfectus, & terra rubea vocatur lapis rubeus perfectus: quæ quidem terra alba per regimen dicti operis absque adiutorio alterius rei conuertitur in rubedinem. Aqua verò, siue arg. viuum vocatur humiditas, quæ est in dicto lapide. Et nota, quòd aqua, siue hu-

miditas dum exit de cõpositione,siue lapide, versa fuit tota compositio nigra in fundo vasis,& sic continuando ignem,ipsa nigredo in qua humiditas vertitur in diuersos colores,& finaliter in albedinem: quæ quidem humiditas vocatur etiam aer: qui aer,seu humiditas miscetur cum terra sua, & cum alijs elementis in ipso lapide existentibus,donec fiat vnum quid album. Et nota, ò tu Rex,quòd dicta humiditas aerea,quæ est arg.viu. est vna res cũ terra sua prædicta,& alijs elementis in dicto lapide persistentibus. Quę quidem humiditas licet sit pauca,est sufficiens ad nutriendum,& ad perficiendum totum lapidẽ, à quo est ipsa humiditas. Et est sciendũ,quòd in dicta cõpositione seu lapide sunt Sol & Luna in virtute & potentia,ac elementis in natura: quia si hæc non essent in ipso composito non fierent inde Sol,neque Luna: & tamen non est ipse Sol,sicut Sol communis, nec ipsa Luna, sicut Luna communis: quia ipse Sol & Luna existentes in dicta compositione,sunt meliores, quàm sint in ipsa natura vulgari,eo quòd Sol & Luna dicti compositi sunt viui, & alij vulgares sunt mortui: habito tamen respectu ad ipsum Solem & Lunam in dicto lapide existentes,vt est dictum: licet philosophi nominauerunt ipsum lapidem Solẽ & Lunam,ad finem illum: quia in ipso lapide sunt potentialiter,non autem visibiliter. Et est sciendum,quòd ipse lapis,siue compositum vna est res duntaxat,& vnius naturæ,& in ipso est totum illud quod est ei necessarium: & in ipso est id,quod eum meliorat,& illud quod ipsum complet: & non est istud compositum quod est vnum,videlicet opus aliquorum animantium,seu animaliũ, seu vegetabilium: sed est natura munda, & clara de suis proprijs minerís, quæ transmutatur per regimen ignis,& putrescit,& nigrescit,& albescit,& rubescit & ad plures alios colores deuenit. Et nota,ò tu Rex, quòd humiditas prædicta,quæ est arg.viu. est corruptio ipsius lapidis: quoniam ipsum lapidem nigrescere facit,& finaliter ipsum lapidem dealbat. Et nota,ò tu Rex,& scias,quòd philosophi dixerunt,Fundatis corpus,& assetis eum, donec conuertatur in aquam: quod intelligitur de dicto composito,quod fundatur,& congeletur: & tunc vocatur terra. Et nota quòd philosophi vocant aquam,dum dictus lapis est liquefactus cum sua aqua,quæ in ipso lapide est fixa: quæ aqua tunc est currens & alba sicut aqua. Et nota,ò tu Rex,quòd ipsi dixerunt,quòd conuertatur aqua in aerem: quod est intelligendum,quòd dicta aqua congeletur, & cõuertatur in corpus,quod antea fuerat: quod corpus stet tandiu in regimine ignis,donec conuertatur ipsum corpus subtile, & in albedinem perfectam redactum,& tunc nominatur per aliquos aer. Sed quando dicitur quòd conuertatur aer in ignem,intelligitur quod dictum compositum, quod vocatur aer, stet in igne fortiori tandiu donec rubescat: & tunc erit completum ad rubeum quod vocatur ignis,siue Sol. Et nota,ò tu Rex,quòd de vno solo composito & duntaxat de ipso fit opus,& non de alio, quod compositum recipe purum absq; immundicia,quæ sunt in eo,videlicet quod sit mundũ vt oportet: quòd compositum rege ipsum in igne cum suis naturis: & istud facias in principio regiminis ignis: quia in hoc est totus defectus,siue periculum. Et dum istud est factum,vlterius non potest esse aliquis deiectus: & tunc ignis debet esse inter fortem & lentum: quousque spiritus fuerit separatus à corpore,& ascenderit super terram,& remanebit in fundo vasis corpus mortuum sine spiritu in ipso existente. Et signum est,quòd si ponatur super ignem,& non fundit,neq; fumat iam est completum quantum ad istũ passum: & dum est ita, reducatur ipse spiritus supra ipsũ corpus, à quo exiuit, qui spiritus est similis nubibus nigris, quę portant aquam. Iste nanque spiritus vocatur aqua vitæ, per quã sustinetur hoc corpus, & cum qua moritur, & post mortem reuiuiscat. Et nota, quòd cùm

dicto

dicto composito est illud, quod mortificat, & viuificat ipsum compositum, & cum ipso eodem dealbatur, & rubescit idem compositum sine adiutorio alicuius rei extraneæ. Item nota, quòd ignis debet esse in principio operis lētus secundo mediocris, tertio fortis, videlicet paulatiuè augmentando ipsum ignē donec dictus lapis albus fiat, & vltimo rubeus.

LIBER PERFECTI MAGISTERII, QVI LVMEN LVMINVM NVNCVPATVR ET VERE, QVIA

in eo dicta obscura philosophorum in arte Alchymiæ optimè deteguntur. Vocatur etiam Flos Florum Arnaldi de Villanoua, longè correctior & melior hactenus impressis.

SCIAS, carissime, quòd in omni re creata sub cælo, sunt quatuor elementa, nō visu, sed virtute. vnde nostri philosophi sub velamine scientiæ elementorum, istam scientiam tradiderunt: & operati sunt aliqui ad literam intelligentes, ex sanguine, capillis, ouis, vrina, & alijs, vt ex illis primò extraherent quatuor elementa, & cum eis opus perficerēt, separando per distillationem à prædictis primò aquam clam, deinde oleum in superficie citrinum, quod dicitur cōtinere ignem & aerē & terra nigra in fundo remanet. Postmodū cum aqua terrā abluunt, & dealbāt imbibendo ipsam, & decoquendo, & distillando aquam illam totiens, donec terra dealbetur: deinde reddunt ei oleum suum ad ignem præparatum, imbibē do, & distillando, quousq; prædicta terra totum bibat, scilicet aquam, & oleū, & tincturam, donec compleatur eorum phantasia: postea accipiunt istam terrā siue lapidem & proijciūt super corpus fusum, videlicet super cuprum, vel aliud & breuiter nihil inueniunt, quia totum est phantasticū: & tamen faciunt secundum quod philosophi dicunt in suis libris quantum ad literam. & sic in errorē ceciderunt, non inuenientes introitū. Et causa errorum illorū est, quia in indebita materia operati sunt: quia certum est quod non generatur ex homine nisi homo, & ex equo nisi equus. Cùm igitur ista materialia sint à natura metallorū penitus aliena, impossibile est ex eis fieri generationem in metallis: quia metalla non generantur nisi ex suis spermatibus proprijs: ideo perquirendū est quid sit sperma metallorum, & sic habebimus totum magisterium: quia non inuenitur in re, quod in ea nō est: nō sunt autem metalla in capillis, & huiusmodi. Dictum est autem sperma metallorum mercurius, & origo eorum, & hoc est certū: & ita omnes philosophi dixerunt: quod vsus & ratio docent esse verū, vt inferius declarabo. Prædicta autē, scilicet sanguis, capilli, & huiusmodi, non sunt mercurius: ex eis igitur nō possunt fieri metalla, seu eorū transmutatio. nō sunt prædicta lapis noster, licet sint scripta ad exemplum. Quidā alij accipiunt quatuor spiritus, quia ita nominantur ad literam, scilicet sulfur, arsenicum, sal armoniacum, & mercurius: & dicuntur spiritus, quia ab igne fugiunt, & euolāt in fumum: & ista accipiunt loco quatuor elementorum, videntes quòd philosophi dicunt in libris suis, scientiam esse in spiritibus: & istos sublimant sublimatione vulgari, non philosophica, & faciunt ipsos ascendere, vt sint naturæ aereæ: & postmodum fixant decoquendo, & calcinando, vt sint naturæ terræ: postea soluunt, vt sint naturæ aquæ: postea distillant, vt sint naturæ ignis: & ista componunt iuxta libros ad literam, credentes habere scientiam elementorum. Et composita simul proijciunt supra corpus imperfectū, & inuenerunt nihil. Hæc causa eorum errorum est vna, quia ista non sunt sperma metallorum perfectorum, nec imperfectorū, excepto mercurio & sulfure, quod est eius coagulū, sed

ad iſtam coagulationem nos attingere nõ poſſumus:facit enim natura per ſuã virtutem,& per magnum ſpatium temporis,ad quod vita hominis durare non poteſt:ex eis igitur impoſsibile eſt,quòd ſit generatio metallorũ, ſeu tranſmutatio. Sunt alij,qui ſulfure & arſenico,& ſimiliter amborũ commiſtione laborẽ impẽndunt diuerſis operationibus:venientes autem ad proiectionẽ,viderunt eos aduri & euaneſcere,& non in corporibus longam moram trahere,ſed corpora relinqui ab eis magis immunda,quàm prius fuerant:& cauſa eſt, quia ſulfur & arſenicum in igne citò comburuntur,& in carbonem reducuntur. vnde nec per ſe,nec iuncta corporibus,vt ſanguini vrinæ, vel huiuſmodi, ſunt lapis noſter,ſeu medicina. Quia igitur ad generationem hominis nõ fit alicuius rei permiſtio niſi ſpermatis,& ſic de alijs generationibus naturalibus:ſic magiſterium noſtrum commiſtione alicuius non eget extranei. Quidam credunt in ſalibus & alluminibus ſcientiam inuenire,& eos ſoluunt,calcinant, & coagulãt, & fundunt,& præparãt:alij per ſe ſolum proijciunt ſuper corpora imperfecta: alij commiſcent ſpiritibus,aut corporibus præparatis,ſed in proiectione nihil inueniunt:& cauſa eſt eadem cum præcedentibus. Quidã ex ſolis metallis credunt medicinam eligere,et præparant ea calcinando,ſoluendo,congelãdo & proijciunt ſuper corpus,& decepti ſunt:quia error illorum eſt, quia ſperma ſcilicet metallorũ,ab initio non ceperunt,ſed corpus,vt eſt in natura ſua. Qui ſubtilius intuentes,conſiderauerunt mercurium eſſe metallorum principiũ,& ipſorum originem calore ſulfureo decoquente: & ſublimarunt per ſe mercurium:poſtea cum fixauerunt,ſoluerunt,& congelauerunt: venientes igitur ad
cc proiectionem,nihil inuenerũt. Cauſa verò illorum errorum eſt,quia ſicut ſperma viri non affert fructum,niſi proijciatur in matricem mulieris:ſic nec mercurius,qui ſperma eſt,non prodeſt,niſi proijciatur in matrice corporum,id eſt fixa calce,vt ipſe ibi nutriatur. Quidã ipſum mercuriũ cum corpore amalgamãdo miſcuerunt,& lauerunt tam diu cum aqua dulci,donec eis apparuit corpus mundum propter ſplendorem,& naturam mercurij:& id coxerunt vſque ad finem,ita quòd factum fuit eis durum,credentes quòd mercurius cum tali corpore immiſceretur,& nihil inuenerunt:imò corpus fuit immundius quàm fuiſſet antè,& mercurius euanuit. Et cauſa erroris eorum eſt,quia ſpiritus non iungitur corpori,niſi anima mediante:anima enim eſt medium inter corpus & ſpiritum,ipſa ſimul coniungens. Anima autẽ fermentum eſt:quia ſicut anima corpus hominis viuificat:ſic fermentum iam corpus mortuum,& à natura ſua iam penitus alteratum viuificat. Vnde anima obtinet principatum, exerens vires ſuas. Iccirco quid ſit fermentum, infra dicetur. Quidã miſcuerunt corpora imperfecta cum corporibus perfectis,& poſuerunt ad coquendum in igne lento vt melius inuicem vnirentur:poſtea fortificauerũt ignem paulatim, vt corpus non fixum figerent cum adiutorio ignis,& ſic tenendo in igne calcinauerunt, poſtea ſoluerunt,& congelauerunt,& reduxerunt:poſtea poſuerunt in examinatione,& nihil inuenerunt niſi corpus purum,quod poſuerunt. Cauſa autem eorum errorum,quia corrumpens & defectus corporum imperfectorum, ſcilicet terra ſulfurea,aduſtiua,coniuncta eſt per minima cum corpore imperfecto,quia adhæſit ei à principio originis ſuæ,impeditq; ne perficiatur. Vnde oportet ad hoc,quòd illud,quod eſt bonum in corpore imperfecto,vnà cũ corpore perfecto perficiatur,quòd id quod hoc faceret,haberet duplicem virtutem, vnam qua ſepararet terram ſulfuream comburentem à commiſto: & aliã, quæ iam ſeparatum, ad naturam ſuam conuerteret. Hanc autem virtutem corpus in ſua craſsitie habere non poteſt. Et multi tentauerunt,& tanquam de ſcientia deſperati,intellectus debilitate magiſterium reliquerunt. Nunc autem ſci-

scire te volo, quòd materia metallorum omnium, & eorum sperma est mercu- "
rius decoctus, & inspissatus in ventre terræ, calore sulfureo decoquente: & se- "
cundum varietatem sulfuris, & ipsius multitudinem, in terra diuersa metalla ge "
nerantur: semper tamen eorum materia est vna, & eadem essentialiter, solũ dif- "
ferens accidente, scilicet ex decoctione maiori aut minori, adurente vel tem- "
perata. & in hoc omnes philosophi conueniũt. Certum est, quòd omnis res est "
ex eo, & de eo, in quod resoluitur: sicut glacies, vel nix, quæ mediante calore re
soluitur in aquam, quia ex aqua est: sed omnia metalla conuertuntur in mercu-
rium, vt infra te docebo: ea igitur fuerunt ex mercurio. Et sic soluitur opinio il-
lorum, qui dicunt, Species metallorum transmutari non possunt: & hoc verum
est, vt ipsi asserunt, nisi ad primam materiam reducantur. Reductio autẽ illorũ
ad primam materiam est facilis, vt tibi inferius ostendam: ergo transmutatio fa
cilis & possibilis est. Multiplicatio etiã in metallis est possibilis: nam omne cre
scens & nascens multiplicatur & crescit, vt patet in plantis & animalibus: nam
ex vno grano fiunt mille. Metalla autẽ in terra nascuntur & crescunt, ergo pos-
sibilis est in eis augmentatio vsque in infinitum: & sic patet theorica: sequitur
vt dicamus de practica.

SI ad perfectum magisterium peruenire volumus, oportet primò vt lapidẽ *Practica Alchy*
philosophorum purum & mundũ habeamus, acceptũ sicut est in sua mine *miæ Arnaldi.*
nera, nihil adiectum, vel diminutum: & sublimare ipsum, vt ex ipso trahamus id
quod est purum & clarum: postea oportet nos ipsum facere descẽdere, postea
distillare, quarto calcinare, quinto soluere, sexto cõgelare, septimo fixare, octa-
uo incerare. Ecce tota practica, & reductio ad primam materiam: quia aliter nõ
fieret generatio, seu multiplicatio. Animaduerte in eis, quæ tibi scribuntur.
Dico tibi, carissime, quòd oportet corpora primò ad primam materiam redu
cere, ad hoc vt fiat generatio, seu multiplicatio in eisdẽ. Animaduerte ergo in
his quæ tibi describũtur. Accipe cupri lib. 1. & fiat ex eo limatura munda, & mi-
sce cum lib. 4. mercurij, terendo in mortario cum sale modico & aceto, quous-
que simul amalgamentur. Cùm autem cuprum fuerit optimè coniunctum, po-
ne ipsum in bona quantitate aquæ vitæ, hoc est in 12. partibus sui de aqua vitæ,
hoc est, quòd si amalgama fuerit lib. 1. aqua vitæ sit 12. & pone totum in vrinali
super ignem debilis cineris inferius lentissimè ad ignem per diem naturalem:
tunc dimitte infrigidari, &c. Alibi sic. Accipe de lapide albo quantum vis
videlicet partem vnam, & de aqua sua, id est mercurij, partes quatuor: & com
misce simul bene incorporãdo, terendo, donec sit bene incorporatum: postea
pone ipsum in vase vitreo, & intus pone de aqua vitæ partes decem: postea po
ne prædictum vas ad ignem cineribus mediantibus, & fac quòd ignis sit lẽtus
per diem & noctem: tunc dimitte infrigidari fornacem, & cùm frigidatum vas
fuerit, cola aquam tuam cum omnibus, quæ in ea sunt per pannum lineum, do-
nec transeat, & exeat per pannum de aqua, id quod de *lapide erit solutũ: & si *corpore*
melius scires facere istam separationem, melius esset. Hoc autem quod erit so-
lutum, pone in phiala vitri bene obturata cum cera, semper conseruãdo super
suum calorem: postea accipe id, quod remansit in panno ad soluendum, & ite-
rum cum noua aqua benedicta repone ad ignem, sicut prius in vase prædicto,
per diem & noctem: postea dimitte infrigidari, & cola sicut prius, & quod erit
solutum, vt prius fecisti, ad partem pone, vt supra: & sic totiens reitera, quousq;
totum opus in aquam conuertatur, id est ad primam materiam, quæ est in hu-
mido, id est mercurius omnino. Quo facto, hoc totum accipe, & pone in vase
vitri super ignem lentum decoquẽs, quousque videas in superficie nigredinẽ:
quam remoue subtilius quàm potes: & sic reitera coquẽdo, & nigredinem su-

pereminentem tollendo, quovsque nihil emittat nigredinis, & aqua remaneat clara. Nunc habes terram & aquam, scilicet duo principalia elementa: deinde accipe terram illam, & nigredinem, quam collegisti, & pone in vase vitreo, & superfunde de aqua prædicta, quovsque super eam natet, & coque leui, vel lento in igne per quatuor dies: tunc iterum aquam impone, & coque: & sic successiuè, quovsque aqua fiat alba, & lucida, & clara. Et scias quòd hoc est, quod philosophi dixerunt, Hæc terra cum aqua putrescit, & mundificatur: quæ cũ mundificata fuerit, totum magisterium dirigetur: qua mundificata, & dealbata, vt est dictum, aqua mediante, quæ cum dicta terra mediante calore coagulata est & inspissata, terram istam coagulatam cum aqua sua, siue spissatam sine alterius aqua, decoques forti igne in cucurbita vitrea, alembico vitreo superposito, vt quidquid ibi aquæ fuerit, ascendat in alembico, & terra remaneat calcinata: tũc accipe fermentum de quocunque volueris quartam sui partem, id est, si fuerit vna lib. corporis: recipe vncias 3. fermẽti. Fermẽtum verò auri aurũ est, & fermẽtum argenti, argentum est: & istud fermentum etiam sit solutũ, & vt terra factũ provt corpus imperfectũ, & eodẽ modo & ordine præparatũ simul coniunge, & imbue cum aqua prædicta, & coque per dies tres, aut plures, & tunc iterũ in aqua sua prædicta imbue, & coque vt prius: & hoc toties reitera, quoties hæc duo in vnum corpus reducantur: quod perpendes, quando color non variabitur in eisdem. Tunc funde super eis aquam prædictam partem post partem: paulatim & paulatim, quovsque bibat de ipsa, quantum bibere poterit, dando semper nouam aquam. Nam in ista coniunctione corporum, spiritus cum eis miscentur, & vnum fiunt cum eis, & incorporantur, & coniunguntur in natura ipsorum, & germen iungitur cum corporibus prædictis mundatis, quia ante non poterat propter eorum immunditiem, & crassitiem: sed nunc eis coniungitur, & in eis crescit, & suum augmentat numerum, ac in eis multiplicatur multiplicatione infinita, secundum quod operatum fuerit per verum artificium. Nunc exponamus obscurissima philosophorum verba. Primum enim est corporis in mercurium reductio: & scias quòd istud est, quod vocauerunt philosophi Solutionem, quæ artis est fundamentum, & principium huius magisterij. Vnde Roxinus in libro Turbæ: Nisi corpora solueris nostra solutione, in vanum laboras. De qua solutione tractans Parmenides in eodem libro, dicit: Quidam corporum solutionem audientes, putant aquam nubis esse: si autẽ legissent libros nostros, & intellexissent, scirent vtiq; aquam esse permanentem, quæ absque suo corpore, cui coniuncta & facta vnum, permanens esse non potest. Non est enim philosophorum aqua nubis, sed ipsorum corporum conuersio in aquam, ex qua primo fuerũt creata, scilicet mercurio: provt gelu conuertitur in aquam limpidam, ex qua primo fuit. Ecce habes vnum elementũ, quod est aqua, & ipsius in primam materiã reductio. Secundum verbũ est, quòd fit terra: & hoc est quod philosophi dixerunt: quod de crassitie aquæ, terra cõcreatur. Vel secundum aliũ intellectum, qui magis meo iudicio appropinquat veritati, quod de crassitie aquæ, terra generatur: quoniam fæces aquæ, quæ remanent in fundo vasis, terram philosophi dixerunt: quæ conuertitur cũ aqua id est dealbatur per distillationẽ, & inhumationẽ: & hæc est cribratio philosophorum, eorum cõtritio, seu combustio. Sic ergo habes aliud elementũ, quod est terra. Tertium verbũ est terræ mundificatio, de qua mundificatione Morienus philosophus ait, Hæc terra cum aqua putrescit, & mundificatur: quæ cũ mundificata fuerit, totum magisterium dirigetur: de quo dicit etiam Constans philosophus in libro Turbæ, lunge siccum humido, scilicet terram & aquam: siccum enim est terra, humidum est aqua. Ecce quòd habes aquam & terram

per

per se & terrã dealbatam cum aqua. Quartum verbũ est aqua, quæ potest euaporare destillando, seu sublimando: in qua sublimatione seu ascensione efficitur ipsa terra aerea, quũ prius esset inspissata cum terra, & coagulata. Et sic habes aquam, terram, aerem: quod dicit Theophilus philosophus in libro Turbę Ipsum dealbate, siccum igne comburite, quovsque ex eo exeat spiritus, qui in eo inuenitur, quæ dicitur auis, vel cinis Hermetis. Et ait Mireris philosophus: Et terra remanet calcinata in fundo vasis, quæ est naturæ igneæ: & sic habemus in prædictis præparationibus quatuor elementa. Hæc igitur terra calcinata est puluis, de quo ait Mireris philosophus, dicens: Cinerem ne vilipendas, in inferiori loco testæ eximite: in eo enim diadema *cordis est. Postmodum cum prædicta terra fermentum pone, quod Philosophi fermentum, animam dicũt: & ideo sicut corpus humanum sine anima nihil valet, imò est sicut fæx: sic etiã in proposito: Nam fermentum est corpus præparatum, vt dictum est, & ad naturam suam alia conuertit. Et scias quòd non est fermentum, nisi Sol & Luna. Ista enim corpora alijs dominãtur, & ipsa ad suam naturam conuertũt: & ideo à Philosophis fermentum dicuntur. Oportet igitur fermentum in corpore introduci, quia est eius anima. Et hoc est quod dicit Morienus philosophus, Nisi corpus immundum mundaueris, & dealbatum reddideris, & animam in eo nõ miscueris, nihil huic magisterio direxisti: Igitur fit coniunctio fermenti cũ corpore mundato: & tunc spiritus cum eis iungitur, & gaudet cum eis, quia mundata sunt à natura sua crassa, & subtilia facta sunt: Et hoc est quod dicit Archelasius philosophus in libro Turbæ, Spiritus non iungetur cum corporibus, donec à suis immundicijs perfectè fuerint corpora denudata, & in hora coniunctionis mirabilia apparebunt: nam omnes colores de mundo apparebunt in operando, quicunque possint cogitari: & corpus imperfectum colorat coloratione firma, mediante fermento, quod fermentum est anima: & spiritus mediante anima corpori coniungitur, & ligatur, & cum eo simul in colore fermẽti conuertitur, & fit vnum cum eis. Ex prędictis apparet, subtiliter intuẽti, Philosophos in suis verbis obscurissimis vera dixisse: nam ipsi philosophi in suis libris dicunt, quòd lapis noster est ex quatuor elementis: & ipsum elementis cõparauerunt. Et ostensum est primò, qualiter hîc sunt quatuor elementa. Dixerunt etiam, quòd lapis noster componitur ex corpore & anima, ac spiritu, & verum dixerunt: nam corpus imperfectum corpori comparauerunt propter hoc quia est infirmum. Aquam, spiritum dixerunt, & verè, quia spiritus est. Fermentum, animam dixerunt, quia, sicut supra dictum est, corpori imperfecto vitam tribuit, quam prius non habebat, & meliorem formam producit. Dixerunt etiam quidam philosophi: Nisi corpora vertatis in incorporea, & non corpora in corpora, id est de corpore spiritum, & è contrà, nondum operandi regulam inueniſtis: & verum dicunt. Nam primò corpus fit aqua, id est Philosophorum mercurius, & sic fit incorporeum: deinde in conuersionem spiritus in aquam, fit corpus. Et ideo quidam dixerunt, Conuerte naturas, & quod quæris, inuenies: hoc est verum. Nam in nostro magisterio primò facimus de crasso gracile & de corpore aquam: & postmodum de humido siccum, id est de aqua terram id est siccum. Et sic naturam conuertimus, & facimus de corporeo spirituale, & de spirituali, corporale, vt dictum est: & facimus id quod est superius, sicut illud quod est inferius: & quod est inferius, sicut illud, quod est superius: scilicet vertimus spiritum in corpus, & corpus in spiritum, vt patet in principio operationis: vt in solutione, quod est inferius, est sicut quod est superius, & totũ vertitur in terram. Patet igitur ex dictis, quòd in lapide nostro sunt quatuor elementa, & sunt anima, corpus, & spiritus. Et lapis etiam noster, vt quidam phi-

*Aliàs Regis.

losophi dicunt, fit ex vna re, & cum vno. Et certè verum dicunt: nam totũ magisterium nostrum fit cum aqua nostra, & ex ea, & per eam: nam ipsam aquam soluunt, vt dictum est superius, non solutione, provt ignorãtes credunt, quòd conuertatur in aquam nubis, sed solutione vera philosophica, quæ est, vt conuertatur in aquam primam, ex qua fuerit ab initio. ipsam eandem calcinant, & in terram reducunt: per ipsam eandem aquam corpora in cinerẽ transformãt, & de ea cinerem dealbant, & mundificant, iuxta verbum Morieni dicentis, ꝙ Azot & ignis, latonem abluunt, atq; mundificant, & eius obscuritatem ab eo penitus eripiunt. Laton autem est corpus immundum, Azot autem est mercurius, & corpora diuersa coniungunt præparata modo prædicto, coniunctione tali, in quam non potest ignis potentia, nec alia tentatio, seu probatio separare: & ab ignis combustione defenditur: & eorum vnum in aliud mittit: & corpora sublimant, non sublimatione vulgari, quam intelligunt phantastici, credẽtes quòd sublimare sit superius ascendere, vel eleuare per ignem: et ideo accipiunt corpora calcinata, & miscent cum spiritibus sublimatis, vel eleuatis, scilicet mercurio, sulfure, arsenico, & sale armoniaco: & faciunt per ignem fortem, & subitaneum corpora cum spiritibus eleuare: quia pars non fixa, seperat partem fixam, per multam quantitatem non fixæ partis, & ita eleuant corpora cum spiritibus: & dicunt, quòd tunc sunt corpora sublimata: & hi tales fallũtur, & delusi sunt: quia postmodum inueniũt ipsa magis immunda. quàm prius fuerint. Vnde scias, quòd non est nostrum sublimare, superius ascendere, vel eleuare: sed sublimare philosophorũ est, de re vili precioſam facere: & de re infima & commista, altam facere ac magnam, & puram, vt cùm dicimus, Iste homo sublimatus est, id est in dignitate positus est: sic enim dicimus corpora sublimata, id est subtiliata, & in altam, puram, mundam, & nobilissimam naturam conuersa. Vnde sublimare apud philosophos est subtiliare, mundare, & defæcare, dealbare, & rubrum facere: quod totum facit aqua nostra benedicta. Sic ergo intellige nostram sublimationem & descensionem, destillationem & calcinationem, solutionẽ, congelationem, fixationem, inceratione: & hoc totum fit per beneficium aquę benedictæ, & in hoc omnes sunt decepti. Aqua etiam nostra mortificat, & viuificat, & apparere facit multos colores: primo nigrum in mortificatione corporis, dum in terram conuertitur: postmodum apparent multi colores, & varij ante dealbationem, quorum omnium finis est albedo: in coniunctione verò corporis præparati & fermentati, apparẽt tot colores, quot ab homine excogitari possunt: & apparet quòd nostrum magisteriũ vnum est, & est ex vno, & cum vno: fit & ex quatuor, vt dictum est & ex tribus vt etiam supra dictum est. Vnde scias, carissime, quòd philosophi nostri lapidis nomina multiplicauerunt, ad hoc, vt eum absconderent: & dixerunt lapidẽ nostrum corporeum & spirituale esse: & in rei veritate non mentiti sunt, provt sapientes intelligere possunt. Nam ibi est corpus, & spiritus: & corpus factum est spirituale in solutione, vt dictum est: & spiritus factus est corporalis in coniunctione ipsius cum corpore imperfecto & fermento. Quidam philosophi ipsum vocant æs, provt dixit Eximæus in libro Turbæ: Scitote, inquit, omnes scientiam quærentes, quòd nulla fit vera tinctura, nisi ex ære nostro: & infinita nomina ei imponunt, ne ab insipientibus perciperetur. Quocunque tamen nomine ipsum nominent: vnum, & idem est opus apud omnes. Et dicit Morienus, quòd confectio nostri magisterij assimilatur in ordine creationis hominis: nam primo est coitus, postmodum conceptio, deinde imprægnatio, quartò ortus, quintò sequitur nutrimentum. quod sic intelligitur: primò sperma nostrum, id est mercurius, cum terra coniungitur, id est cum corpore imperfecto

quæ

quæ terra mater dicitur, ideo quia terra est mater omnium elementorum: tunc secundum Philosophos coitus appellatur. Dum autem terra incipit aliquantulum retinere mercurium secum, tunc dicitur conceptio: & tunc agit masculus in fœminam, id est, mercurius in terram. Et hoc est, quod dicunt Philosophi, quòd nostrum magisterium non est aliud, nisi masculus & fœmina, & ipsorum coniunctio, dominante aqua, id est mercurio: & terra crescit, & multiplicatur, & augmentatur, & eueniet, quando terra dealbatur: & tunc prægnatio nuncupatur, quando terra iam imprægnata est: deinde fermentum iungitur cum corpore imperfecto præparato, vt dictum est, quousque vnũ fiant colore & aspectu, & tunc dicitur ortus: tunc enim natus est lapis noster: qui natus, Rex à Philosophis nuncupatur: vnde dicit Philosophus in libro Turbę: Honorate Regẽ nostrum ab igne venientem, diademate coronatum, & ipsum alimentate, donec ad ætatem perfectam deueniat: cuius pater est Sol, mater verò Luna: Lunam autem accipe pro corpore imperfecto, Solem pro corpore perfecto. Vltimò autem sequitur nutrimentum, vsque dum augmentetur augmentatione magna. Nutritur autem lacte suo, id est spermate, ex quo fuit ab initio sui. imbibitur autem mercurius sæpe sæpius, quousq; bibat ex eo, quod sufficiat, id est, vsque ad perfectionem, quæ est finis totius operis nostri. Per ea igitur, quæ dicta sunt, facilè possunt intelligi omnia dicta Philosophorum obscura, & cognosces omnes in eodem conuenire. Et nihil aliud est nostrum magisterium, quàm quod prędixi. Iam habes corporis solutionem & reductionem ipsius ad primã materiam sui: deinde habes ipsius in terram conuersionem, & postea dealbationem, in aerem demigrationem: quia tunc distillando humiditatem, quæ in eo inuenitur, fit aereum quod ascendit, & terra remanet calcinata, & tunc est igneæ naturę. Habes etiam coniunctionem istorum adinuicem, & habes cõmistionem animæ cum corpore, & etiam coniunctionem animæ, & corporis, & spiritus simul: & conuersionem istorum adinuicem: & habes augmentationẽ tantùm huius Elixir, cuius vtilitas maior est, quàm possit ratione percipi.

FINIS

PRACTICA MAGISTRI ARNALDI DE VILLA NOVA AD QVENDAM PAPAM, EX LIBRO dicto, Breuiarius librorum Alchymiæ.

SANCTISSIMO in Christo patri deuotissimo, pedum oscula beatorum, mutatio Dei excelsa, Dico tibi pater alme, &c. Quòd omnium primò corpora in primam materiam reducere oportet. Prius te scire volo, quòd materia omnium metallorum, & eorum sperma est fumus albus, decoctus, & inspissatus in ventre terræ, calore sulfureo decoquente: & secundum varietatem sulfuris, & ipsius multitudinem in terra, diuersa metalla procreantur: semper tamen ipsorum plurimũ materia est vna, & eadem essentialiter, solo differens accidente, &c. Cùm enim sine sale operator nihil agat, sicut qui cum arcu sine corda sagittat: & hoc Morienus clarius dicit, Accipite phlegmaticũ & cholericũ, & terite sanguineũ cum eis, donec fiat cælum tingens pro debita &c. in suo igne, &c. Phlegmaticus est frigidus & humidus vt mercurius, cholericus verò est calidus & siccus vt sal armoniacum, sanguineus est calidus & humidus, vt Sol, seu aurum: Nota sal armoniacum non dat colorem, sed dat introitum, præparat, & purgat: ingrediuntur tunc reliqui spiritus corporibus permistis, & coniungit, & recedit. Ipsum enim sal est vnguentum siccitate ignis coagulatum, ex natura calida &sic-

ca subtili,â parte in partem penetrans soluit corpora,& est copulator contradictoriorum,& omnium spirituum cum corporibus. Ipsum enim est spiritus volans,lapis generans,ad Elixir coadiutor. Et nisi ipsum esset,non solueretur,nec ingrederetur Elixir,nec poneretur vnum cum aliquo alio, nec intraret vnum in aliud:volans est,existens vnà cum corporibus corpus, & est in eo occultum & absconditum:de quo dicit Auicenna in Maiori,si posuerís eum loco ignis, aeris,& sulfuris,aut cuiuslibet,non errasti in opere:ad quamlibet enim se inclinat naturam. Et Almizadir,id est sal armoniacum tibi solũ subseruiat. In libro Aluminum & salium traditur:Quòd si Deus non creasset eum,non perficeretur Elixir,& vanum esset studium Alchymicum. Qui ergo sine sale operatur, vel agit,vt ait Allegoria sapientum,corpora mortuorum in sepulchris eorum non attenuat,propterea & c.

DE DECOCTIONE LAPIDIS PHILOSOPHORVM
& de regimine ignis in diuersis gradibus decoctionum ad coagulationem lapidis.

Versus de solutione.

Qui quærit in merdis secreta philosophorum,
Expensas perdit proprias,tempusq; laborum.
Est in mercurio quicquid quærunt sapientes:
Corpus,abhinc anima,spiritus,tinctura trahuntur.
Nullus mercurius sumatur,quàm mineralis.

Ignis coagulationis gradus.

Primus formetur,vt sensus ei dominetur,
Sensibus æquato gaudet natura secundo,
Tertius excedit,sed cum tolerantia lædit:
Destructor sensus nescit procedere quartus.

Igitur ad practicam descendamus,clarè & apertè, & intelligibiliter eam subijciamus. Nota ergo,quòd in operatione nostra,quæ diuina est,potius quàm humana,requiritur vna sola materia,nec vlla alia:quia aqua nostra pura, & mineralis in nullo alio opere posita,nec etiã alicui corpori mista, quæ materia est substãtia,& â qua diuersi colores effectusq; in regimine apparẽt. Et scias quòd vna materia etiam requirit vnicum vas de vitro,quod dicitur vas Hermetis:& illud requirit vnum aliud vas terreum cum coopertorio suo similiter terreo. Et illud vnum vas de terra requirit vnicum furnum, videlicet furnum Hermetis, & coopertorium furni. Primò ergo describamus vas vitreum. Fiat ergo vas Hermetis de vitro,quod rotundum sit ad modum cælestis Lunæ medię,quod vas debet habere foramen ad modũ vasis,per quod foramen Luna plena portabitur. Descriptio autem vasis Hermetis est aliquantulum oblongum ad modum ouí,vel ad modum ampullæ.

Vas terreum modò describamus,in quo debet vas vitreum prædictum poni. Fiat ergo vas terreum,quod possit sustinere ignem fortem, & continuum, etiam cum ignitione,sicut est terra,de qua fiunt crucibula ad fundendum aurũ: & fiat dictum vas tantæ capacitatis & magnitudinis,quod prædictum vas vitreum possit ibi bene recipi:ita quòd sub vase vitreo,& supra vas,& circa illud possint poni cineres cribellati ad spissitudinem duorum digitorum ad minus: fiat autem prædicto vasi coopertorium, quod ita coniungatur cum vase suo, quòd flamma ignis non possit percutere vas vitreum intus positum. Habeat autem prędictum cooperculum vnam superius auriculam,vt possit deponi,& tractari &c. Modò collocemus vas vitreum in illud vas terreum sic: Primò habeas

beas de cineribus optimè cribellatis in bona quantitate,& pone de eis in vase terreo prædicto in spissitudinem duorum digitorũ ad minus, fortiter cineres imprimendo:deinde pone ibi vas de vitro cum suo retentorio, vel cooperto-rio:prius tamen optimè claudatur orificium ipsius vitri,cum luto tibi noto(est autem lutum sapientiæ)deinde circumpone cineres reliquos circumquaque, & supra & c. sicut scis.

Modò subijciamus aliqua notabilia: Nota,quòd in operatione nostra, & in quolibet opere alchymico,siue agatur de sublimationibus,siue de distillationibus, siue decoctionibus quibuscunque, necessarium est duas partes vitri esse vacuas.

Item,quantò carbones sunt magis ponderosi,& magis compacti,seu densi, tantò sunt meliores ad opus nostrum: quia ignis factus ex ipsis magis durat in sua qualitate,& ita carbones quercini & similes sunt eligendi.Et nota,quòd licet sint quatuor colores principales in opere apparentes, scilicet niger, albus, rubeus,& citrinus,qui sunt in diuersis gradibus taliter apparentes secundum suum gradum decoctionis. Cum alio enim igne facimus corpus nigrum, cum alio album,& cum alio rubeum,& alio citrinum. Sunt enim quatuor gradus ignis,qui in suprascriptis quatuor versibus continentur.Et nota,quòd Philosophi hanc scientiam ignis celauerunt, nec aliquis philosophus de dictis gradibus est clarè locutus,sed obscurè omnes.De leui igne tantùm faciunt mentionem. Primus igitur gradus continetur in primo versu, qui est, *Primus formetur,ut sensus ei dominetur.* Et quomodo cognoscetur, quando est calor primi gradus? certè sic: quòd si manus tangant cineres, seu capellum, seu cooperto-rium furni possit ibi stare sine aliqua læsione.Et iste est primus gradus,quẽ Philosophi celauerunt:& cum illo solo igne,aut sibi simili,& cum nullo alio, putre fit materia nostra secundum aliquos philosophos in 40 diebus,quod ego non credo:secundum alios verò in 50 quod etiam non credo:secũdum alios in 70 quod etiam non credo. Qui verò probauit,& expertus est,compleuit putrefactionem veram in 97, vel ad plus in centum diebus,& illud est verum. Et nota, quòd licet non appareat ad oculum in materia putrefacta nigredo, tamen curandum non est,quia pro certò secundum esse naturæ pellis,est super nigredinem:& ideo elementa iam iuncta sunt,siue vnita,& leui igne cocta locãtur, & in alias vertuntur naturas.Et per secundum gradum decoctionis,illud quod est occultum,fiet manifestum:& quod modò est manifestum,fiet occultum. Ignis quarti gradus non est carbonum,sed est ignis flammæ,qui fiet in hũc modum:Habeas ligna de quercu,vel similia,& sint crassæ quantitatis, ita vt possis amplexari manu:tunc incîde dicta ligna in frusta, ita quòd longitudo lignorũ non excedat latitudinem furni: Deinde facto igne prius carbonum in furnello, superpone ex dictis frustis lignorũ,duos vel tres,vel quatuor,sicut expedire videris.Exposuimus igitur superius primum ignis gradum,qui notatur,per hunc versum, *Primus formetur, ut &c.* Per quem gradum ignis, & non per alium materia nostra necessariò debet putrefieri, dissolui, mortificari, & denigrari. Restat nunc dicendum,per quem modum materia nostra putrefacta dealbetur:Igitur procedamus ad secundam partem operis,quæ est nostræ medicinæ dealbatio.Hîc verò notãdum,quòd duplex album est: Est vnum album quod fit ad modum Iouis vel Saturni,& talis dealbatio fit post putrefactionem: vnde dicit Geber philosophus, Oportet Iouem & Saturnum indurare, & Martem,& Venerem rubificare.Ista autem dealbatio non est vera dealbatio, quia non est firma, nec fixa, & hîc perficitur, & completur secundi gradus ignis in 100. diebus, qui hoc versiculò continetur : *Sensibus æquato gaudet natura secundo.*

Putrefactio.

qui ſecundus gradus debet eſſe lenis, tamen aliquantulum fortior igne primi gradus: debet enim eſſe talis, quòd per tactum furni manus reſpondeat igni, & ignis manui, hoc eſt, quòd manus poſsit ſuſtinere talem calorem, & non plus: Has igitur differentias poteris facere cum ſolario tenui perforato exiſtente ſuper carbones: in quo facias diuerſa foramina, ſecundum exigentiam graduum ad beneplacitum, vel aliter & c. Finitis autem centum diebus, continua ignem prædictũ ſecundi gradus, vt materia bullire incipiat, & fluere, ſiue fundi, & durabit bullitio iſta 70 diebus: & tunc materia incipit facere quoſdam lapillos ad modum, ſeu ſimilitudinem Hyacinthorũ: continua tamen ignem ſecundi gradus, quouſque dicti lapilli appareant. Cùm autem videris prædictos lapillos apparere, tunc ignem carbonum fortifica, faciẽdo ignem tertij gradus, qui notatur per hunc verſum, *Tertius excedit, ſed cum tolerantia lædit*. Dictum autem ignem tertij gradus continuabis ad incinerandos lapillos per centũ dies, quia infra dictum tempus centum dierum lapilli incinerabuntur, & figentur fixione vera & perfecta. Quòd ſi infra dictum tempus materia noſtra non incineraretur: tunc eundem ignem tertij gradus continua, quouſque materia noſtra ſit incinerata, & tunc materia noſtra dealbabitur. Et hoc album, dicitur albũ permanens, & dicitur ſpiritus & anima: & de hoc albo dicit Morienus, Dealbate latonem, id eſt terram, & apponite liberos, ne corda veſtra rumpãtur. Et Hermes, Ipſum dealbate, & ſuo igne ſublimate, quouſq; exierit ſpiritus, quẽ in eo inuenietis, qui dicitur auis Hermetis. Et iſta incineratio & dealbatio detegens, ſcilicet dubium terræ ſitientis, & aquam nubium. Et ſcias, quòd infra dictos centum dies materia noſtra, ſeu cinis noſter debet fieri in colore margaritarũ, ſeu marmoris coruſcantis. De prædicto albo dicit Algazel, Ipſum dealbatum citò igne ſublimate, &c. id eſt iterato ſoluite. Et ſcias, quòd prædictum ignem tertij gradus continuare debes, quouſq; ſecundum album appareat, & in colore prædicto. Modò ſequitur quarta pars operis, quæ dicitur lapidis noſtri rubificatio. Tunc totam animam in corpus conuertimus, cùm materiam noſtram, quæ prius fuit alba, rubificamus. Dicta autem rubificatio debet neceſſariò fieri per ignẽ quarti gradus, qui in verſiculo continetur, *Sic deſtructor ſe ipſis neſcit procedere quartus*. Dictus autẽ ignis quarti gradus, erit ignis flãmæ, & lignorum, qui fit vt ſupra. Continua igitur ignem prædictum per 47 vel 50 dies: nã infradictum tempus debet color tyrius apparere. mercurius verò igne ſuo gubernetur, & coctus igne primi gradus, in 50 diebus in coruum verum conuertitur, deinde in 77 diebus vertitur in columbam: deinde columba in 47 dieb, vel 70 vertitur in Alkaſel marinum, qui eſt color tyrius: Et in iſto colore ſpiritus & anima cum corpore vniuntur, & fiunt vnum: & corporeum factum eſt incorporeũ, & factus eſt lapis benedictus. Et ſcias, quòd per prædictum ignẽ flammæ, qui eſt ignis quarti gradus, album noſtrum completũ funditur, & per huiuſmodi fuſionem ſperma noſtrum in ſanguinem vertitur: & in illa hora ſpiritus & anima cũ corpore ſubmerguntur. Et ſcias, quòd fuſio in 47 vel 76 diebus ad longius perficitur, & completur. Et nota, quòd hæc fuſio vera, eſt ſolutio vera philoſophica, & gaudet ſtare ſuper ignem, ſicut puer ad vbera matris ſuæ: & verè tunc dicitur aqua permanens, & tunc factum eſt de corpore ſpiritus, & hoc eſt de volatili fixum. Et in tali fuſione coronatur Rex diademate rubeo: Illuminate ipſum vſque ad ætatem perfectam, cuius pater eſt Sol, & mater eſt Luna. Per Solem autem nihil aliud intelligitur, niſi unctuoſitas ſulfuris exiſtens in mercurio, quòd ſulfur ſit anima lapidis. Vnde dicit Senior, Hoc ſulfur eſt quod corpus denigrat, & oſtium aperit: & quanto magis fuſus in igne fuerit, tanto magis eius rubedo conuertitur in colorem citrinum, & ex hoc meliora-

liorabitur, & eius color tyrius augmentabitur, quovsque perueniat ad finalem colorem lapidis nostri, seu medicinæ nostræ, qui est color citrinus, in colore paueris syluestris: & finaliter efficietur puluis impalpabilis, qui ad calorē ignis funditur sicut cera fluēs, & penetrans, & figens. Et nota, ꝙ arg. viu. mercurius, azot, Luna plena, lapis noster, æs nostrum, aqua nostra, Mars, argentum, stannum, albedo, Iupiter, minium, albus, hypostasis alba, album plumbum, vel rubeum, idem significant secundum diuersa tempora & gradus operationis. Et nota, quòd Lauare philosophorum, est totam animam in corpus reducere: vn de non intelligas eos loqui de alba lauatione vulgari, quæ consueuit fieri cum aceto, & consimilibus. Item nota, quòd quando apparet nigredo, tunc dicitur desponsatio mariti & fœminæ, & esse matrimonium inter eos, & tunc acquisiuit spiritum, qui est delator virtutū animæ per corpus, & corpus recepit actionem animæ & spiritus: & fit aquila, & medium naturarum. Et nota, quòd terra alba, sulfur album, fumus albus, auripigmentum, magnesia, & Echel, idem significant. Item nota, quòd lapis noster quando est fixus, est sicut cinis. Item nota, quòd in putrefactione corporis, mercurius stat ad medium inter spiritum & animam. Item nota, quòd abarnaos, Elixir, lapis philosophicus, & quinta essentia idem significant: nam est vna res præter naturam elementorum in suo esse. Ideo quatuor elementa per magisterium se inuicem complectūtur: tunc ex eis resultat, & resurgit quædam res incorruptibilis, quæ quinta essentia nuncupatur. Item nota, quòd fermentum Solis dicitur spiritus, sulfur, aurum philosophorum, crocus Martis. Item nota, quòd fermentum Lunę vocatur anima, rosa alba, & aer existens in lapide. Item nota, quòd spiritus est fermentum Solis, anima est fermentum Lunæ, corpus verò est terra stans, & hæc tria sunt in mercurio. Item nota, quòd corpus recipit tincturam à mercurio, à spiritu & anima naturaliter secundum gradus suos: & in fine debent apparere quædam granula ad modum piperatæ: & tunc est ibi vnum magnum secretū, videlicet quòd materia nostra est cōgelata cum sua propria humiditate. Item nota, quando lapilli ad modum Hyacinthorum couuertuntur in cinerem album, tunc est signū putrefactionis, & denigrationis perfectæ, & finitæ. Item nota, quòd arg. viuū continet in se quatuor elementa, & sufficit sibi ipsi, nec indiget alicuius adminiculo: habet enim aqueam substantiam ab aqua, terream substantiam à terra, calidam & humidam substantiam ab aere, & vnctuosam cremabilitatem, seu igneam substantiam ab igne. Elementū aquæ currit, & fluit per corpus, & ipsum lauat. Elementum terræ stat, & est corpus mercurij, seu eius crassities & spissitudo. Elementum aeris est illud calidum temperatum, & humidum, quod est in mercurio: Et tale calidum temperatum, dicitur spiritus, & facit concordiam inter vnctuositatem cremabilem mercurij, & eius lutulentiam, hoc est inter humidum, vnctuosum & terreum, fæculentum. Elementum ignis est illa vnctuositas cremabilis, quæ est in mercurio, vnde versus:

Lauare philosophorum.

Terra stat, vnda lauat, pyr purgat, spiritus intrat.

Item Lucas inquit, ignis vester vsque ad albedinem debet esse lentus: post dealbationem autem & coagulationem debet ignis augeri.

Nunc igitur sub breuiloquio repetamus totius operis nostri intentionem. Primò enim lapis noster in operatione liquescit, secundò nigrescit, tertiò citrinatur, quartò rubescit rubore nō vero, nec multum durante, quintò dealbatur, sextò coagulatur. Et hęc omnia necesse est fieri cum igne lento, hoc est cū igne primi gradus, & secundi, qui ignis sit cum carbonibus, & sine flamma: septimò lapis noster incineratur cum igne tertij gradus, qui est ignis flammæ triū ligno rum, vel quatuor: octauò lapis noster liquefit liquefactione metallica & rubea,

Epilogus.

& hoc fit cum eodem igne tertij gradus: vltimò augmentando ignem, & faciẽdo ignem quarti gradus. Et nota, quòd potest fieri medicina ad rubeum primi gradus, & secundi & tertij, cum suis gradibus, & suis multiplicationibus, & cũ suis proiectionibus. Item nota, quòd ignis primi gradus, qui pertinet solùm ad putrefactionem, solutionem, mortificationem corporis, dicitur per quandam similitudinem balneum, quia balneum est res temperata, non intensa in calore nec etiam frigida, sed in calore remisso: vnde videmus hominem per temperatum calorem putrefieri, & sudare à sua superfluitate: sed si calor esset intensus, non sudaret, sed combureretur: si verò balneum esset frigidum, tunc viscositas, & vnctuositas existens in homine, non exiret. Et ideo est nobis necessariũ habere balneum, hoc est calorem temperatum, hoc est non excedentem, nec diminutum à suo gradu. Et hæc est pulchra ratio intelligenti.

FINIS

MAGISTRI ALBERTI MAGNI RATISPONENSIS EPISCOPI, DE ALCHYMIA PRAEFATIO.

OMNIS sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper & est ante æuum. Quicunque ergo diligit sapientiam, apud ipsum quærat, & ab ipso petat, quia ipse dat omnibus affluenter, & non improperat. Ipse enim est altitudo, & profunditas omnis scientiæ, & thesaurus totius sapiẽtiæ: quoniam ex ipso & in ipso, & per ipsum sunt omnia: & sine eius voluntate nihil potest fieri: ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Vnde in principio mei sermonis inuoco eius auxilium, qui est fons & origo omnium bonorum, vt ipse per suam bonitatem & pietatem dignetur paruitatem scientiæ meæ supplere per gratiã sui Spiritus sancti: vt per meã doctrinam lumen quod in tenebris latet, manifestare valeam, & errantes ad semitam veritatis perducere: quod ipse præstare dignetur, qui sedet in excelsis. Amen.

Quũ in multas regiones & plurimas prouincias, nec non ciuitates & castella causa scientiæ, quæ vocatur Alchymia, maximo labore perlustrauerim, & à literatis viris & sapientibus, de ipsa arte ab ipsis diligenter inquisierim, vt ipsã plenius inuestigarem: & quũ scripta omnia perscriberem, & in operibus ipsorum sæpissime persudarem, non inueni tamen verum in his, quæ libri eorum affirmabant. Aspexi ergo libros contradicentium & affirmantium, & inueni eos vacuos esse ab omni profectu, & ab omni bono alienos. Inueni enim multos prædiuites literatos, abbates, præpositos, canonicos, physicos & illiteratos qui pro eadem arte magnas fecerunt expensas, atq; labores, & tandem deficiebant, quoniam artem inuestigare non valebant. Ego verò non desperaui, quin facerem labores & expensas infinitas, vigilans, & de loco ad locum migrans omni tempore, ac meditans, sicut dicit Auicenna: Si hæc res est, quomodo est: & si non est, quomodo non est? Tandem perseueraui studendo, meditando, laborando in operibus eiusdem, quousque quod quærebam inueni, non ex mea scientia, sed ex Spiritus sancti gratia. Vnde quũ saperem & intelligerem, quòd naturam superaret, diligentius vigilare cœpi in decoctionibus & sublimationibus, solutionibus, & distillationibus, cerationibus, & calcinationibus, atque coagulationibus Alchymiæ, & in multis aliis laboribus, donec inueni ESSE POSSIBILEM TRANSMVTATIONEM IN SOLEM ET LV-

ius est omni naturali, in omni examinatione & malleatione. E s Philosophorum intendo scribere socijs & amicis meis ver & infallibilem: ita tamen, vt videntes non videant, & audie ant. Vnde rogo, & adiuro vos per creatorem mundi, vt occu ab omnibus insipientibus. Vobis enim secretum reuelabo, secretorum recludo, propter inuidiam huius nobilis scientia despiciunt, quòd ad eam pertingere non possunt: vnde exo nec possibilem esse credunt: ideo inuident illis qui in ea opera s esse falsarios. Caueatis ergo ne in ista operatione alicui secreta nostra reueletis. Iterum moneo, vt sitis cauti: & perseuerate in operationibus, & nolite fastidium habere, scientes quòd post operationem vestram, magna sequetur vtilitas.

De diuersis erroribus.

NVnc autem qualiter ad tanti operis laborem accedere debeatis in hoc meo opusculo, breuiter & simpliciter vos informabo. Ostendam tamen vobis primò omnes deuiationes & errores, & offendicula huius artis, in quibus multi & ferè omnes errant. Vidi enim quosdam, qui cum magna diligẽtia quasdam sublimationes faciebant, & vlterius procedere non valebant, quia fundamentum non habebant. Vidi & alios bonum principium habentes, sed propter nimiam potationem, & alias vanitates, opus facere non valebant. Vidi alios qui decoctionem, distillationem & sublimationem bonam fecerunt: sed propter nimiam prolongationem operis opus relinquerunt imperfectum Vidi & alios qui veram artem habuerant, & diligenter operibus præfuerunt, sed in sublimationibus perdiderunt spiritus propter vasa porosa, vnde & dubitauerunt: & vlterius artẽ non curauerunt. Vidi & alios, qui artem inuestigare cupientes, tempus statutum nõ valentes expectare, nimis veloces fecerunt sublimationes, distillationes, & solutiones: & ideo spiritus infectos, rubiginatos inueniebant, & aquas solutas & distillatas, turbulentas: vnde & etiam dubitauerunt. Vidi quàmplures, qui cum diligentia operi insistebant, & tandem deficiebant, quia res pro subleuamento non habebant, vnde versus:

Multa licet sapias, re sine, nullus eris: Quum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Vnde pauperibus non valet ars ista, quia ad minus vult habere expensas duobus annis: Et si contingat in opere errare, vel prolongare, quod non perueniat ad egestatem, vt in pluribus sum expertus. Vidi alios qui sublimationes faciebant puras & bonas ad quinque sublimationes: & quum plures facere non valebant, sophisticabant, & Venerem dealbabant, addentes quintam vel sextam partem Lunæ, & seipsos & alios decipiebant. Vidi alios qui spiritus sublimabãt & figebant, volentes cum eis tingere Venerem vel Martem, & quum impresionem non fecerunt, neque ingressionem habebant, dubitauerunt. Vidi quoque quosdam qui spiritus fixos habebant, & ipsos cum oleo ingrediente cerabant, donec ingressionem in corpora habebant, addentes tamen aliquam partẽ Lunæ, & ita figebant Venerẽ in albũ, quod simile erat Lunę in malleatione & examinatione, & albedine, & quod pertrãsiuit bis aut ter examinationẽ, & tamẽ nõ fuit perfecta: quia Venus non fuit calcinata nec purgata à sua corruptione. Vnde dicit Arist. Nõ credo metalla trãsformari posse, nisi reducant in primã materiã, ideſt in calcẽ per ignis adustionẽ: & tũc possibile est illud. Vidi tñ & alios sapiẽtes, qui ad plenũ spiritus & pulueres sublimabãt & figebãt, solutiones & distillationes ex pulueríb. parabãt, postea coagulabãt, & postea metalla calcinabãt, corpora dealbabãt ad albũ, rubificabãt ad rubeũ, postea calcẽ reducebãt in solidã massã, & ipsa tingebãt in solẽ & lunã, quę melius erãt omni

LVNAM, Quod multo melius est omni naturali, in omni examinatione & malleatione. Ego verò minimus Philosophorum intendo scribere socijs & amicis meis veram artem, leuem & infallibilem: ita tamen, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Vnde rogo, & adiuro vos per creatorem mundi, vt occultetis librũ istum ab omnibus insipientibus. Vobis enim secretum reuelabo, alijs verò Secreta secretorum recludo, propter inuidiam huius nobilis scientiæ. Stulti enim eam despiciunt, quòd ad eam pertingere non possunt: vnde exosam eam habent, nec possibilem esse credunt: ideo inuident illis qui in ea operantur, & dicunt eos esse falsarios. Caueatis ergo ne in ista operatione alicui secreta nostra reueletis. Iterum moneo, vt sitis cauti: & perseuerate in operationibus, & nolite fastidium habere, scientes quòd post operationem vestram, magna sequetur vtilitas.

De diuersis erroribus.

NVnc autem qualiter ad tanti operis laborem accedere debeatis in hoc meo opusculo, breuiter & simpliciter vos informabo. Ostendam tamen vobis primò omnes deuiationes & errores, & offendicula huius artis, in quibus multi & ferè omnes errant. Vidi enim quosdam, qui cum magna diligẽtia quasdam sublimationes faciebant, & vlterius procedere non valebant, quia fundamentum non habebant. Vidi & alios bonum principium habentes, sed propter nimiam potationem, & alias vanitates, opus facere non valebant. Vidi alios qui decoctionem, distillationem & sublimationem bonam fecerunt: sed propter nimiam prolongationem operis opus relinquerunt imperfectum. Vidi & alios qui veram artem habuerant, & diligenter operibus præfuerunt, sed in sublimationibus perdiderunt spiritus propter vasa porosa, vnde & dubitauerunt: & vlterius artẽ non curauerunt. Vidi & alios, qui artem inuestigare cupientes, tempus statutum nõ valentes expectare, nimis veloces fecerunt sublimationes, distillationes, & solutiones: & ideo spiritus infectos, rubiginatos inueniebant, & aquas solutas & distillatas, turbulentas: vnde & etiam dubitauerunt. Vidi quàmplures, qui cum diligentia operi insistebant, & tandem deficiebant, quia res pro subleuamento non habebant, vnde versus:

Multa licet sapias, re fine, nullus eris: Quum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Vnde pauperibus non valet ars ista, quia ad minus vult habere expensas duobus annis: Et si contingat in opere errare, vel prolongare, quod non perueniat ad egestatem, vt in pluribus sum expertus. Vidi alios qui sublimationes faciebant puras & bonas ad quinque sublimationes: & quum plures facere non valebant, sophisticabant, & Venerem dealbabant, addentes quintam vel sextam partem Lunæ, & seipsos & alios decipiebant. Vidi alios qui spiritus sublimabãt & figebant, volentes cum eis tingere Venerem vel Martem, & quum impressionem non fecerunt, neque ingressionem habebant, dubitauerunt. Vidi quoque quosdam qui spiritus fixos habebant, & ipsos cum oleo ingrediente cerabant, donec ingressionem in corpora habebant, addentes tamen aliquam partẽ Lunæ, & ita figebant Venerẽ in albũ, quod simile erat Lunę in malleatione & examinatione, & albedine, & quod pertrãsiuit bis aut ter examinationẽ, & tamẽ nõ fuit perfecta: quia Venus non fuit calcinata nec purgata à sua corruptione. Vnde dicit Arist. Nõ credo metalla trãsformari posse, nisi reducant in primã materiã, idest in calcẽ per ignis adustionẽ: & tũc possibile est illud. Vidi tũ & alios sapiẽtes, qui ad plenũ spiritus & pulueres sublimabãt & figebãt, solutiones & distillationes ex puluerib. parabãt, postea coagulabãt, & postea metalla calcinabãt, corpora dealbabãt ad albũ, rubificabãt ad rubeũ, postea calcẽ reducebãt in solidã massã, & ipsa tingebãt in solẽ & lunã, quę melius erãt omni

naturali in omni examinatione & malleatione. Videns ergo tot errare, iam decreui scribere vera & probata opera, & meliora omnium Philosophorum, in quibus laborauí, & sum expertus: nihil aliud scribã, nisi quod oculis meis vidi.

Vnde oriantur metalla.

ALchymia est ars ab Alchymo inuẽta, & dicitur ab archymo Græcè, quod est massa Latinè. Per hanc enim artem reducuntur metalla, quæ in mineris sunt corrupta, & imperfecta ad perfectionem. Et notandum, quòd metalla differunt inter se accidẽtali forma tantùm, nõ essentiali: ergo possibilis est spoliatio accidẽtium in metallis. Vnde possibile est per artem nouum corpus constituí: quia omnia metallorum genera generantur in terra ex sulfure & arg. viuo commistis, vel etiam propter terram fœtidam. Sicut enim puer in ventre matris suæ ex corrupta matrice contrahit infirmitatem ex causa loci per accidens, & corruptione, quamuis sperma fuerit mundum, tamen fit puer leprosus & immundus causa matricis corruptæ. Sic est in metallis, quæ corrumpuntur, vel sulfure corrupto, vel terra fœtida: vnde hæc est differẽtia omnium metallorum, qua differunt inter se. Quando enim sulfur mundum rubeum occurrit argento viu. in terra, inde aurum generatur tempore breui vel longo per assiduitatem vel decoctionem naturæ sibi subseruientis. Quando verò mundum & album occurrit arg. viuo in terra munda, inde generatur argẽtum, quod differt ab auro in hoc, quòd sulfur in auro rubeum, in arg. album fuerit. Quando autẽ sulfur rubeum, corruptum & vrẽs occurrit arg. viuo in terra, inde generatur cuprum, & non differt ab auro nisi in hoc, quòd in auro non fuit corruptum, hic verò corruptum. Quando verò sulfur album, corruptum & vrens occurrit arg. viuo in terra, inde generatur stannum: & quia stridet inter dentes, & velocem habet liquefactionem, ideo est, quia arg. viuũ non fuit bene commistum cum sulfure. Quando verò sulfur album, corruptum & vrens occurrit arg. viu. in terra fœtida, inde generatur ferrum. Quando sulfur nigrum & corruptum occurrit arg. viu. inde generatur plumbum, de quo dicit Arist. quòd plumbũ est aurum leprosum. Iam satis dictum est, vnde metalla habeant originem, & quomodo inter se differant forma accidentali, & non essentiali. Restat nunc videre de probationibus Philosophorum, & authoritatibus quomodo probent esse veram hanc artem, vt obuiare possimus alijs, qui contradicunt eam non esse veram.

Probat artem Alchymiæ esse veram.

VOlunt ergo quidã contradicere, & quàmplures, & maximè illi qui nõ intelligunt aliquid de arte, nec metallorũ naturas cognoscunt, & nesciunt quid sit eorum intrinsecum vel extrinsecum, & dimensiones & profunditates metallorum minimè cognoscentes. Istis igitur, quum obijciunt Aristotelis verba dicentis, Sciant artifices Alchymiæ rerum species permutari non posse, respondendum, hoc dixisse de ipsis qui credunt & volunt metalla adhuc corrupta transubstantiare: quòd sine dubio vix fieri potest. Audiant ergo verba Arist. quæ sequuntur: Quòd experientia destruit formam specierum, & maximè in metallis, & hoc est verum, quando aliquod metallum est calcinatum, & inde fit cinis & calx, quæ teritur & lauatur, & ceratur cum aquis acutis, donec fiat alba & viua: & sic per calcinationes & medicinas diuersas amittunt humiditatem corruptam & adustiuam, & acquirunt humiditatem aeream viuificantem ipsa corpora, & calx mundata reducitur ad solidam massam: quæ massa potest recipere tincturam albam & rubeam. Vnde ait Hermes, Quòd spiritus ingredi corpora non possunt, nisi purgata, & non ingrediuntur, nisi aqua duce. Arist. dicit, Non credo quòd metalla possint transubstantiari, nisi reducantur

ad pri-

ad primam materiam, id est mundificentur à corruptione sua per ignis adustio
nem. Adhuc contradicentibus, & non credentibus melius obuiare volo, quia
quod scimus loquimur, & quod videmus testamur: videmus species diuersas
recipere formas diuersas diuersis temporibus: sicut patet in Arsenico quod est
rubeum, & pet decoctionem & assiduitatem erit nigrum, per sublimationem
erit album semper tale. Et fortè aliquis diceret, quòd tales species de facili pos-
sunt transmutari de colore in colorem, sed in metallis impossibile. Quibus re-
spondeo ex euidenti causa per diuersas probationes & euidentias, eorum erro
rem penitus destruens: Videmus enim ex argento generari azurum, quod di-
citur transmarinum: quod tamen cum natura sit perfectum, carens omni corru
ptione, facilius videtur, & est destruere accidentale quàm essentiale: videmus
enim cuprum recipere colorem citrinum ex lapide calaminari, quū tamen neu
trum sit perfectum, neque cuprum, neque lapis calaminaris, quia in ambobus
agit ignis. Videmus quòd ex stanno fit lithargyriū, & stannum per nimiam de
coctionem vertitur in colorē auri, quod tamen possibile esset conuerti in spe-
ciem argenti, cùm de natura eius sit. Videmus & ferrum conuerti in arg. viuū,
quod videtur quibusdam impossibile: & quare sit possibile iam rationem dixi
superius, quòd omnia metalla generantur ex arg. viu. & sulfure: vnde cùm arg.
viu. sit origo omnium metallorum, etiam possibile est vt ferrū redigatur in arg.
viu. Non ne, verbi gratia, aqua liquida tempore hyemis per nimiam frigiditatē
induratur, & fit glacies: non ne glacies à calore Solis soluitur, & erit aqua, vt
prius: Ita est de arg. viuo vbicunque est in terra, & si ibi est sulfur, tunc ista duo
coadunantur simul, & per decoctionem temperatissimam longo tempore in-
durantur, & erit lapis mineralis, de quo trahitur metallum. Videmus etiā quòd
ex plumbo fit cerussa, ex cerussa minium, ex minio plumbū. Ecce iam satis ma-
nifestè probatum est, quomodo species permutantur de colore in colorem vs-
que ad tertiam vel quartam formam. Vnde nullo modo dubitandum est, quin
metalla corrupta possint reduci ad sanitatem per medicinas suas. Iam positum
est fundamentum ad artem istam: videamus quod superædificemus. Si enim
superædificauerimus fœnum, vel lignum, vel stipulam, ignis consumet omnia.
Inueniamus ergo lapides, quos ignis non destruat, neque corrumpat: tunc se-
curi erimus ab omni perturbatione. Et sciendum quòd ea quæ diximus de im-
pedimento artis, & in principio, & postea de probationibus eiusdem, ideo di-
cta esse, vt artem veram esse stabiliamus &c. Nunc videndum qualiter agendū
sit, & quo tempore, & quo loco. Et primò incipiendum est firmare etiam præ-
cepta. Primum ergo præceptum est, vt artifex huius artis sit tacitus & secretus,
& nulli reuelet suum secretum, quod nulla ratione vlterius manifestet: sciēs pro
certo, quòd si plures scirent, nullo modo pertransibit, quin diuulgetur: & quū
diuulgatum fuerit, pro falsario reputabitur: & ita erit in perditione, & opus im
perfectum remanebit. Secundum præceptum est, vt artifex habeat locum, &
domum specialem extra hominū conspectum, in qua sint duæ cameræ vel tres
in quibus fiant operationes ad sublimandum, solutiones, & distillationes faciē
dum, sicut in posterum docebo. Tertium est, vt obseruet tempus in quo sit o-
perandum, & horas ad sublimationes, & solutiones, & distillationes: quia non
valerent in hyeme sublimationes: solutiones verò & calcinationes omni tem-
pore fieri possunt: hæc autem omnia in operibus lucidè docebo. Quartum est
vt artifex huius artis sit sedulus & frequens circa operationes, & non sit tæ-
diosus, sed perseueret vsque in finem. Quòd si inceperit, & non perseuerauerit
res & tempus amittet. Quintum, vt secundum artis institutionem operetur:
primò in contritionibus, secūdò in sublimationibus, tertiò in fixionibus, quar-

tò in

tò in calcinationibus, quintò in solutionibus, sextò in distillationibus, septimò in coagulationibus: & sic per ordinem. Si autem tingere præter sublimationē, & coagulare & soluere per distillationem voluerit, perdet pulueres suos: quia quum proiecti fuerint, non retinebis ex eis quicquam, sed reuolabit citissimè. Vel si cum fixis pulueribus, qui non sunt soluti nec distillati tingere voluerit, non ingredientur nec permiscentur corporibus. Sextum est, vt omnia vasa, in quibus debent poni medicinæ, vel aquæ, vel olea, siue super igne vel non, debent esse vitrea, vel vitreata. Si enim in vase cupreo ponantur aquæ acutæ, fiet inde virides: Si autem in ferreo vel plumbeo, denigrantur & inficiuntur: Si in fictili penetrabunt, & destruentur omnia. Septimum est, quòd cauere debes ante omnia, ne apud principes vel potentes intromittas te de aliquibus operationibus, propter duo mala: si enim intromiseris te, tunc de tempore ad tēpus requirent à te, & dicent, Magister quomodo succedit tibi? quando videbimus aliquid boni? Et non valentes expectare finem operis, dicēt, nihil esse, truffam esse &c. & tunc habebis tædium maximum. Et si ad finem bonum non perduxeris, indignationem perpetuam ex hoc acquires. Si autem ad finem bonū peruenieris, cogitabunt perpetuò te habere, nec permittent te abire: & ita illaqueatus eris verbis oris tui, & sermonibus proprijs irretitus. Octauum præceptum est, ne aliquis intromittat se de operationibus, qui non habeat expensas plenas ad minus, & vt omnia possit comparare, quæ ad artem sunt necessaria, necnō & vtilia: & si intromiserit se, & expensæ defecerint, tunc res & omnia amittet.

Quod furni sint necessarij, & quales, & quanti.

NVnc videndum est, quomodo fiant furnelli, & qui, & quot sunt necessarij. Ad quod sciendum est, quòd furnelli debent fieri ad quantitatē operis. Si enim res tibi sint sufficientes, & opus magnum volueris inchoare, tunc eo maiores construendi sunt. Si autem exiguum tibi fuerit, furnellos secundum quantitatem puluerum & medicinarum construes. Volo tamen ponere doctrinam furnellorum, & quantitatem secundum quod expedit tam diuitibus, quàm pauperibus. Primò ergo dicendum est de furnello philosophico. Statuatur furnus prope parietem, vbi ventus accedere possit: furnus verò distet à pariete per longitudinem brachij in hunc modum. Fiat fouea in terra ad vlnę profunditatem, in latitudinem duarum spannarum vel paulò plus, quę circumliniatur argilla magisterij, super quam constituatur murus per circuitū de eadem argilla.

De qualitate uel quantitate furni.

REcipe de argilla simplici & appone ad quatuor partes quintam partem argillæ figulorum, & contere optimè, & adde parū de arena, & iterū contere (aliqui apponunt consulto fimum equinum, aut saltē aquam, in qua ille fimus fuerit dissolutus) quo facto, fac murum, vt dixi, super, foueam in altitudine duorum pedum, vel parum minus, & ad spissitudinem spannæ vnius, & permitte siccari, & tunc habeas rotam factam de argilla figulorum, quæ ignē fortem sustinere possit, quæ vndique sit perforata, habens 50 vel 60 foramina, secundum rotæ quantitatem, ad modum digiti superius arcta, inferius verò ampla, vt liberius possit descendere cinis: inferius verò in terra fiat meatus per terram & parietem, antequàm rota superponatur, & ille sit arctus circa foueam, extra verò parietem amplus quasi ad vnam spannam, vt ventus intrare possit: qui meatus debet liniri argilla: quo facto superponatur rota, ita vt amplitudo foraminum sit subtus: & tunc iterum fiat murus super murum, & rotam ad spissitudinem spannæ: murus verò sit in altitudine super rotam vnius brachij: furnus verò habeat foramen in medio super rotā, vbi carbones imponantur.

tur. Superius verò habeat foramen, vbi vasa calcinatoria imponantur: quod foramen cooperiatur postea, cũ coopertorio sibi apto. furnus quoq; habeat subtus (alibi supra) foramina parua quatuor vel quinque in amplitudine trium digitorum. Et hæc est forma furni.

Præterea sciendum est, quòd super rotam debes ponere tripedem de argilla factũ, super quo ponantur vasa calcinatoria, vt desubter ponãtur carbones.

Quot & quales sint furni sublimatiui, & unde.

NVnc videndũ est de furnellis sublimatiuis, qui ad minus debent esse duo vel quatuor, & fiant per omnia cum rota, & meatu, & foraminibus, sicut furnus philosophicus, excepto quòd nõ debent esse tantæ capacitatis; & isti debent simul stare, vt omnibus possint ministrare.

Quales sint furni distillatorij.

FVrnelli distillatorij sic faciendi sunt: fiant vt supra de argilla: fiat murus rotundus super terram ad spissitudinem quatuor digitorum, in latitudinem verò trium palmorum: & habeat fornax per circuitum foramen in amplitudine trium digitorum: furnus verò sit amplior superius, quàm subtus in hunc modum, vt eius figura demonstrat. De istis furnis fiant tantummodò duo, qui sufficiunt ad distillandum. Vasa verò sint furnellis apta, alia ad distillandum, alia ad calcinandum, alia ad coagulandum, quorum formam ponemus in fine libri. Reperies in cælo philosophorum Vlstadij &c.

De furno uitreariorum.

Furnus vitreariorum fiat cum cæteris in fine, qui satis est necessarius ad vitreandum.

Quomodo uasa fictilia deuitreantur.

REcipe quodcunque vas volueris deuitreare, scilicet vas de argilla bene combustum, & linito bene cum minio sic temperato: recipe aquam & impone de fermento ceruisiæ vel vini quantum ad decimam partem aquæ, & misceas simul, & postea impone minium quantum volueris, & misce bene simul, & inde lineas vas cum pincello, vel cum manu, & permitte siccari: quo desiccato pone in furnum, concauitatem subtus vertendo, ita quòd iaceat super duo ferramenta fortia, quæ in medio fornacis sint posita. Et si vis plura vasa imponere, melius est vt claudas os fornacis cum lapide & argilla, & fac ignẽ lentum primò ad spacium vnius horæ postea vigora ignem, quousque videas minium defluere sicut ceram: tunc cessa & permitte infrigidari, & tunc aperi & inuenies vasa tua optimè vitreata. Hoc tamen nota, quòd minium factum de cerussa decuplo plus valet ipsa cerussa, quàm minium factũ de cinere plũbi. Data doctrina de furnellis, iam dicendum est de spiritibus & medicinis.

Quòd quatuor sunt spiritus metallorum qui tingunt.

SCiendum ergo quòd quatuor sunt metallorum spiritus, scilicet mercurius sulfur, auripigmentum, vel arsenicum, & sal armoniacum: isti quatuor spiritus tingunt metalla in album & rubeum, id est in Solem & Lunam: non tamen per se, nisi prius præparentur ad hoc cum medicinis diuersis, & non effugiant ignem: & cùm steterint in igne faciunt mirabilia opera: faciunt enim de Marte vel Ioue Lunam, de Venere vel Saturno, Solem. Et vt breuiter dicam, omnia metalla transubstantiantur in Solem & Lunam, quæ paria sunt omni naturali in omnibus operibus, excepto quòd ferrum Alchymiæ non trahitur ab adamante: & aurum Alchymiæ non lætificat cor hominis, nec curat lepram, & vulnus ex eo factũ tumescit: quod nõ facit ex auro naturali. In omnibus enim alijs operibus, scilicet malleatione, examinatione, & colore durat in æternum. De his quatuor spiritibus fit tinctura, quę dicitur Elixir Arabicè, fermentũ Lat.

Quid sit Elixir, & quot metallorum transubstantiantur per hos quatuor spiritus.

Est autem Elixir nomen Arabicum, Latinè verò significat fermẽtum, quia sicut panis fermentatur & leuatur per bonum fermentum, ita massæ metallorum transubstantiantur per hos quatuor spiritus in album & rubeũ, & maximè per mercurium, quia ipse est fons & origo omnium metallorum.

De generibus medicinarum & nominibus earum.

DE spiritibus verò alijs & medicinis, quæ sint & quomodo nominentur, sic est intelligendum, scilicet sal commune, sal alkali, sal nitri, sal borax, alumen zucharinum, alumen iameni, tartarum, atramentum, viride æris, lapis calaminaris, cuperosa, tutia, cinabrium, minium, cerussa, oua gallinarum, testæ ouorum, acetum, vrina, cadmia, marchasita, magnesia, & aliæ res multæ, de quibus in hoc libro non habemus necesse. Ista verò non tingunt, sed sunt adiuuantia spiritus vt citius præparentur, & citius soluantur, & cum aquis ipsorum terantur calces metallorum, & acquirant humiditatem rectificantem ipsa corpora. Hæc autem quomodo præparentur, & vbi inueniantur, & calcinentur, & soluantur, & distillentur, per ordinem in sequentibus ostendemus.

Quid sit mercurius, & unde nascatur.

Est autem mercurius aqua viscosa in visceribus terræ, substãtiæ subtilis terræ albæ per calorem temperatissimũ vnita tali vnione æqualiter: ideoq; fugit in superficie plana de facili, & propter aquositatem non adhæret, licet viscosam habeat substantiam, propter suam siccitatem, quæ illi obtẽperat, & illam adhærere non permittit. Est etiam materia metallorum cum sulfure, scilicet lapis rubeus de quo extrahitur arg. viuum, & inuenitur in montibus maximè in cloacis veteribus in multa quantitate. natura eius est frigida & humida & est fons omnium metallorum, & ab eo procreantur omnia, vt supra dictum est. Creatur verò cum omnibus metallis, & miscetur ferro, & sine ipso nullum metallum deaurari potest. Additio. Arg. viu. cum sulfure & sale armoniaco sublimatum conuertitur in puluerem rubeum splendentem: & iterum vstum in igne, redit ad substantiam humidam & fluentem.

Quid sit sulfur, & quid operetur, & ubi inueniatur.

SVlfur verò pinguedo terræ est in minera terræ per temperatam decoctionem inspissata, quousque induretur, & fiat spissa: & quũ indurata fuerit, vocatur sulfur. Fortissimam sulfur operationem habet, & est vniformis substantiæ in partibus suis: & ideo non aufertur ab eo oleum eius per distillationẽ sicut ab alijs rebus oleum habentibus, sed per aquas acutas sulfur in ipsis decoquendo: inuenitur in terra, aliquando in montibus, aliquãdo in paludibus: est etiam multiplex, scilicet album, rubeum, viride, citrinum, nigrum: & etiã quoddam mortuum. Viuum est illud quod de terra extrahitur mundum fusum, & valet contra scabiem. Mortuum verò est quod fusum est in cãnis, vt inuenitur in apothecis. Additio. Sulfur igneam habet naturam, ipsum liquefit vt gumma, & totum fumus est.

Quid sit auripigmentum, & unde nascatur.

AVripigmentum est lapis mineralis, & sic fit. Sterquilinium terrestre in cauernis terræ per longam decoctionem transit in substantiam auripigmẽti. Duplex est in eo viscositas: alia subtilis, alia grossa: vna tollitur per ablutionem & decoctionem eius in vrina, alia per sublimationem, vt inferius dicetur. Additio. Auripigmentum est calidum, comburens, nisi candidetur. Auripigmentum sublimatum, cuprum in argenti speciem dealbat: idq; super salis gemmæ partes quatuor, duabus salis armoniaci appositis, superius inferiori superpone: habens itaq; tertiò commutationem, videbis optatum.

Quid

Quid sit arsenicum

ARsenicum est de materia subtili, colorem habens sulfureum, & est lapis rubeus: natura eius est sicut auripigmenti: flos eius erit albus & rubeus: de facili sublimatur. Duobus enim modis albificatur, scilicet per decoctionem & sublimationem.

Quòd sal armoniacum sit duplex.

SAl armoniacū duplex est, scilicet naturale & artificiale. Naturale est quod inuenitur in terra duplex, scilicet album & rubeum: quorum tamen vtrumque extrahitur de minera dura & clara, saporē habens vehementer salsum natura eius calida & sicca. Est etiam lauatiuum, mūdificatiuum & subtiliatiuū. Artificiale est melius naturali in opere nostro: & ipsum est nobilius omnibus salibus, & conuertit mercurium in aquam, quando cum eo assatur & teritur, & mittitur in aliquo loco humido ad soluendum: Et cum ipso ferrum & plumbū soluitur. Ipsum quoque est oleum, quod congelauit siccitas ignis. Natura eius est calida & humida, & est spiritus subtilis ad Elixir: nam sine ipso nec soluētur, nec ingredientur. Et sciendum, quòd per ipsum non dealbantur corpora, nec rubificantur, nec transubstantiantur, sicut per alios spiritus: sed ipse dat alijs introitum, & purgat & mundificat corpora à nigredine: tunc relinquit ibi spiritus cum corporibus permistos, & coadiuuat eos, & postea recedit. Additio. Aqua salis armoniaci sublimati vel nō, sed per filtrum, vel pluries per pannum subtilem & spissum colati cuilibet corpori calcinato in aliud corpus fusile prębet ingressum, si illud calcinatum sæpe in eo imbibatur, & postmodum congeletur, & vltimò puluerizetur & dissoluatur. Vnde crocus ferri hoc modo præparatus argento auri optimi tincturam præbet.

Quid ualeat sal commune, & quomodo præparetur.

SAl commune est clauiger huius artis, quia claudit & aperit omnia, & sine illo nullum opus Alchymiæ perfici potest. Præparatur autem sic. Accipe de eo quantum vis, & solue ipsum in mortariolo cum aqua calida mouendo, donec solutum sit, tunc cola per pannum spissum in vas lineū, & quod remanet supra fundum, iterum cum aqua calida, sicut prius, solue, donec totum sit solutum. Tunc aquam illam coque in vase vitreo, aut plumbeo, aut cupreo, donec aqua euanescat, & sal reuertatur in priorem statū. Tunc accipe illud sal, & pone in ollam nouā ad furnum calcinationis (olla debet claudi) & sicca optimè & serua vsque dum doceam te, qualiter debes soluere & distillare. Additio Non debet fieri in metallo, quia nō est bonum, vt expertus sum, sed in vase terreo plumbato, vt dicit Geber in de Perfectionis inuestigatione in particula prima. dissolue sal in aqua calida, dissolutum distilla per filtrum, distillatum congela in vase apto cū lento igne. Alij postea ponunt in furno calcinationis aut panis, & siccant optimè, & seruant.

Aqua salis cuiuslibet.

FIt autem sal fundens sic. R. sal de Pictauia & tere minutè in mortario cupreo, postea imple quatuor vesicas mutoninas, & liga illas cum corda per collum vt non respiret: postea habeas cacabum plenū aqua pluuiali, & pone vnum baculum in transuerso cacabi, ad quem suspēdes tuas vesicas, & submerge in aqua vsque ad collum, & ibi dimitte per diem naturalem, deinde extrahe & cola aquam, extra quam intus reperies, & quod non est dissolutum, repone in cacabo per alium diem vt prius, & tot vicibus facias, quovsque totus sal resoluatur in aquam, postea distilla & congela: postea congelatum pone in potto terreo super ignem carbonum vndique accensum, bene tamen prius lu-

tato, & tunc dimitte in igne aut furno quousque ignis extinctus sit: & postquã infrigidatum est, aperi tuum sal, quod erit vt metallum, & hoc fiat septem vicibus & non minus.

Quid ualeat sal Alkali, & quomodo præparetur.

SAl alkali est qui spectat ad artem istam, & quando bene præparatus est, tunc soluit omnes calces corporum in solidam massam. Natura eius est calida & humida: Fiat autem sic. R. cineres quercus putridæ in magna quãtitate, vel cineres clauellatos propriè, quę habentur ad pannos abluẽdos, & cõtere minutissimè, & accipe sextam partem de calce viua, & misce simul, & pone pannum spissum super tinam, & desuper pone cinerem cum calce mistum quantum pannus capere potest, & funde desuper aquam feruentem, & cola in lixiuium, donec totam amaritudinem extraxeris: & tunc deijce istum stratũ, & pone alium, & huic fac sicut priori. Habita autem tota aqua, mitte residere in eodem vase vsque manè, (& distilla per filtrum) tunc decoque eam in caldario donec aqua euanescat, & non det fumum: tunc permitte infrigidari, & erit lapis durus, quod dicitur Alkali, id est fæx amaritudinis: & tunc accipe hunc salẽ & pone in ollam vsque ad medium, & pone non clausum in fornacẽ, & dato ei in primo lentum ignem, quousque bulliendo non insaniat (siue saliat:) Postea da illi fortiorem quousque totum rubescat & liquescat sicut cera, tunc defunde cum forcipe in aliam ollam incontinenti, quia si aliquid tardaueris, non poteris effundere, quia citò indurabitur: & tunc habebis salem alkali album, quem pone in vase vitreo in loco calido & sicco, quia si in loco humido poneres, solueretur. Additio. Fiat autem aliter sic sal alkali. Recipe de cinere cuiusdã herbæ, quæ dicitur Soda, & bene mole & bulli in ollam cum aquã, & fac transire per caligam sicut claretum semel aut bis: deinde distilla per filtrum, postea pone in potto terreo nouo, & ad lentum ignem congela primò, deinde augmẽta ignem, quousque bene congeletur: tunc ponatur in loco mundo & sicco. Alumen faseolum dicitur alumen alkali, alofor, & cinis clauellatus, aut ex eo factũ.

Alumen iameni tere & solue in tribus libris aquæ vrinæ distillatæ, deinde distilla per filtrum nouum, deinde congela album, postea tere super marmor, deinde rora aliud marmor cum aceto distillato, & pone alumen illud tritum desuper inclinando marmor ab vna parte, vt cadat in vase vitreo aqua clara, & terrestreitas maneat super marmor vt terra alba, & hoc fiat in loco frigido & rorido, & ponatur in vase vitreo bene obturato: hanc aquam potes congelare in leuissimo igne humido: & cum hoc alumine fixatur spiritus, & cum hac aqua liuantur corpora calcinata.

Quomodo alumen albificatur & soluitur in aquam.

ACcipe de alumine quantum vis, & pone vsque ad medium vel minus in ollam, & claude vas, & pone in furnum, & primò da ignem lentum, & postea fortem, & permitte siccari per diem integrum in tali igne, postea extrahe quum fuerit infrigidatũ, & inuenies alumen albius niue, quod serua, quia ex ipso fit aqua ad album, super lapidem marmoreum in loco frigido & humido. Additio. Hoc modo dicto potest resolui alumen quodlibet in aquam, vel terendo cum pauco salis armoniaci sublimati, vel positum ad dissoluendum super marmor, aut in fimo, aut in vapore aquæ calidæ, aut aliter.

Quomodo atramentum rubificatur, & soluitur in aquam.

ATramentum est terra nigra, odorem habẽs sulfureum quum crematur in igne: mutatur eius color niger in rubeum per calcinationem, quem nunquam amittit de cætero. Recipe atramenti triti quantum vis, & pone in ollam vsque ad medium, vel ad summum, & claude cum coopertorio, & argilla li-

la línias,& desiccatum pone in furno calcinationis,& da ignē primò lētum per tres horas, postea fortiorē,trib.horis,donec tota olla rubescat, & in tali calore stare permitte per diē & nocte,& caue ne liquefiat,postea permitte infrigidari & extrahe,tunc habebis atramentū rubrū,quod vocatur flos atramenti. Reser ua ergo:nam quando solutum est in aquam,tunc rubificantur spiritus & corpora cum eo colore rubeo,quem nunquam amittent. Additio ad caput superius de Alumine.Alumen plumæ sic præparatur:tere minutè,& coque in vrina purgata, & imponas tantum aquæ vrinæ quod superet alumen de duobus digitis,& coque quousque alumen sit dissolutum in aqua,postea distilla per filtrū, deinde congela & sicca inter duas patellas terreas super lentum ignem. Et sic debes siccare res,quas non potes ad Solem siccare,nisi sint spiritus: quia eorū exiccatio est alia,& sic fit:pone eum in vase vndique clauso,præterquàm superius,vbi sit paruum foramen ad quantitatem pisi,& vas cum materia pone in furno siccari,dum panis fuerit extractus,vel factus sit modicum calidior, & ibi dimitte per totam noctem,& in mane reperies siccum: & hæc præparatio dicitur Exiccatio. Quære in Aristot.de Perfecto magisterio.

flos atramenti

Alúminis plúmosi ppria

Quomodo præparatur tartarum, ut oleum fiat ex illo,quo calces soluuntur.

TArtarum est res quæ multum valet ad istam artem,quod sic præparatur. R. tartarum crassum rubei vel albi vini,& imple ex eo ollam & claude:postea pone in furnum,& da ignem primò lētum,postea fortiorem: hoc facias tribus diebus & noctibus,ita quòd olla rubescat,postea extrahe & reserua, & docebo te oleum facere ex eo,cum quo soluere poteris omnes calces corporum & spirituum in aquam,& ipsa est vnum de retinaculis. Additio. Non est bonum implere ollam in forti igne,& hoc sum expertus pluries.

Quomodo uiride æris fit,& quomodo rubificatur,& super omnia ualet ad artem istam.

VIride æris fac sic:Laminę æris primò cum sale armoniaco & melle resolutis inunctæ suspendantur super vapores aceti fortis in olla forti, & claude valde bene,ne aliquo modo respiret,& ponatur in loco calido, vt acetum euaporet,& permittatur stare tribus hebdomadibus vel quatuor, postea aperi,& inuenies viride æris adhærere laminis:quod abrade &serua,& iterum suspende laminas super acetum sicut prius,donec totaliter conuertantur in viride æris:postea ad ignem positum calcina per omnia sicut de atramento docui,& erit color rubeus,qui nunquam destruetur: qui quando solutus est in aquam,cum ipso corpora & spiritus rubificantur colore perpetuo: & ipsum est vnum de retinaculis spirituum:& in ipsa aqua sunt secreta multa. Additio. Vel sic fit æs viride. R.limaturæ Veneris libram vnam,vitrioli,salis armoniaci,ana librā semis,de omnibus cum forti aceto fac pastam,pone in vase vitreo in fimo equino:ibi putrefiet,& efficietur viride æris nobile. Flos. Tolle patellam mundissimam de æramine & suspendas super acetum acerrimum, & pone ad Solē immobiliter:post 14 dies aperies & tolle ipsam patellam,colligesq; florem, & facies iarim mundissimum.Nota quòd Geber dicit in libro Fornacum, in capitulo Lunæ,quòd Venus debet esse purgata & dissoluta, & ex ea extrahitur sulfur mundissimum,tingens,& fixum.

Quomodo fiat Cinabrium & de quo.

CInabrium est res nobilis quæ ad artem spectat,& vocatur Vsifur: fitq; ex arg.viuo & sulfure,sic: R.mercurij partes duas & sulfuris tertiam partem & cōtere ad modum vermilionis,& pone in vas vitreum, angustum ha-

bens collum,& bene linias vbique cum argilla ad spissitudinem vnius digiti,& desiccatum pone super tripodem,& obstrue os vasis bene, & da ignem lentum ferè per dimidium diem: post vigora ignem melius, & sic assa per integrũ diem, donec videas superius fumum rubeum exire, tunc permitte infrigidare, extrahe & frange vas,& inuenies cinabrium finum bonum, exercitare ergo,& inuenies veritatem. Et nota, quòd quũ in cinabrio tibi visum fuerit, quòd vas incipit superius sudare, aperi valde cautè,& videbis fumum croceum exhalare, qui post modicam horam transformabitur in colorem rubeum siue cinabrij postea accipe lignum & in ampullam mitte,& extrahe,& videbis si satis sit, tũc permitte infrigidare. Additio. Sed primò lauetur mercurius cum cineribus, & sale,& per transitum rari panni. Similiter etiam sulfur bulliatur in vrina & aceto auferendo nebulam supernatantem,& post exiccetur, scilicet per vnũ diẽ in aceto,& secundò in vrina decoquatur. Sed vidi in scriptis istam. R. duas partes mercurij, tres partes sulfuris, quatuor partes salis armoniaci. Hæc Hermes.

Quomodo & unde fit Azurium.

ET si Azurium non sit necessarium in arte nostra, tamen de eo ponam doctrinam. R. duas partes mercurij,& tertiam partem sulfuris, & quartam partem salis armoniaci: hæc cõtere sicut docui de cinabrio, in vase vitreo positum assa per omnia vt cinabrium: & quum videris per fumum vitrum blaueum, tunc satis est: & cum infrigiditatum fuerit frange vas & inuenies azurũ nobile: tunc contere super lapidem sine aqua,& habebis ex eo expensas tuas. Additio. Aliqui dicunt, quòd vas vitreum debet manere apertum, donec materiæ humiditas exhalata fuerit super ignem. Vidi in quodã tractatu circa pondus Azuri, 22 pondera mercurij 8 sulfuris,& 4 salis armoniaci. Item vidi in alio tractatu poni vnum pondus salis armoniaci, duplum sulfuris viui, triplum mercurij: lutato vase ponatur in fimo triduo, postea decoque vt supra Hermes. Adhuc alius modus. R. lib. 1. mercurij, sulfuris vncias 4. salis armoniaci vncias 2. contere & sublima, & fiet azurium vltramarinum lento igne. Alius modus. R. mercurij drachmas duodecim, sulfuris viui drachmas quatuor, salis armon. drachmas tres. Aliter. Recipe duas partes mercurij, tertiam partem sulfuris, & octauam partem salis armoniaci: puluerizentur & ponantur in vitro lutato, & strictum collum habente, detur mediocris ignis per dimidium diẽ,& tunc fortis,& lutetur foramen,& si blauius fumus exiuerit, satis est &c. Alibi 22 ponderamercurij, sulfuris 8 salis armoniaci 4 & fiat per omnia sicut vsifur.

Quomodo fit ceruſſa,& unde.

CEruſſa sic fit. R. laminas plumbi,& suspende eas super vapores aceti fortis in olla forti,& claude vas,& pone in loco calido, & per omnia fac sicut feciſti de viridi æris,& inuenies ceruſſam laminis adhærere, quã collige & serua donec habeas magnam quantitatem,& inde fac minium.

Quomodo fit minium de ceruſſa.

MInium de ceruſſa sic fit. Ceruſſam tere bene super lapidem cum aqua, & fac inde quasi pastilla,& pone in vas fictile formatum ad modum bacini non habentem rotunditatem vel longitudinem, sed prius pone ollã magnam super lapidem, vel super duos parietes ex argilla, ex altitudine vnius spãnæ,& super illos pone ollam, ita quòd os ollæ super vnum parietem iaceat, & fundus super alium,& tunc depone vasculum cum ceruſſa in medium ollæ, & illud cooperi cum alio vase sibi apto,& da primò lentum ignem,& postea fortiorem per dimidium diem: tunc permitte infrigidari,& inuenies ceruſſam aliquan-

aliquantulum rubeam, iterum fac sicut prius terendo per dimidium diem, tunc extrahe, & inuenies minium bonum.

Quomodo fit minium de cinere plumbi.

ACcipe ollam & pone super duos parietes, sicut docui supra, & plumbum impone, & da ignem fortem: quum liquefactū fuerit, habeas cochlear ferreum longum, cum quo moueas continuè, & citò incineretur: & hoc fac tamdiu donec incineretur totum: quod infrigidatum per pannum lineum, vel per strictum cribrum extrahe, quod remanserit, iterum proijce in ollā mouendo vt prius, donec totum redigatur in puluerem subtilem, quem iterum cribratum, super lapidem iterum tere cum aqua, & de ipso per omnia fac vt docui de cerussa, terendo, assando, donec habeas minium.

Additio. Minium etiam sic fit. Accipe quinque aut sex libras Saturni in quo libet potto, & facias fundi bene calidum, & mole ferrum intus cannam, vsque quo veniat totum in puluerem, & dimitte quiescere duas horas, tunc distempera in vrina, & pone tres horas super ignem in potto bene calidum per octauā partem vnius horæ, & dimitte ignem diminui per se ipsum, tunc habet rubeū colorem: & postea oportet iterum terere super vnam mensam, & iterum mittere in cannas, & ibi dimittere per vnum diem ad lentum ignem competenter & factum est. Aliter. R. tertiam partem salis gēmæ, duas partes arsenici rubei, & tantundem arg. viui, & miscebis simul, & facies minium inde.

Quid sit sublimatio, & quot modis potest fieri.

SVblimatio autem est rei siccæ per ignem eleuatio cum adhærentia sui vasis. Sublimatio verò diuersificatur secundum diuersitatem spirituum sublimandorum. Quædam verò fit cum ignitione, vt Marchasitæ, magnesię, & tutiæ: quædam verò cum ignitione mediocri, vt mercurij & arsenici: quædam cum igne remisso, vt sulfuris. Quædam verò sublimatio mercurij est, vt fiat despoliatio terrestreitatis illius, & aqueitatis mutatio: Est autem ingenium separata terra superflua sæpius commista cum rebus, cum quibus affinitatem non habet: & sublimationem ipsius ita reiterare sæpius: & horum genus est calx corticum ouorum, & marmoris albi, & vitrum tenuissimè tritum, & omne genus salis præparati, ab istis verò mundatur: ab alijs verò non, nisi fuerint in perfectione corpora, sed corrumpunt potius, quia sulfureitatem habent omnia talia quæ cum ipso in sublimatione ascendentia, opus corrumpunt. Et propter hoc si sublimas à stanno vel plumbo, post sublimationem ipsum conspicies nigredine infectum: ergo melior est sublimatio per ea, cū quibus non conuenit. Melius autem esset cum eis, cum quibus conuenit, si sulfureitatem non haberent. Modus autem remotionis aqueitatis est, vt quādo commiscetur cum calcibus cum quibus sublimari debet, teratur, & commisceatur cum illis, donec de eo aliquid non appareat, & super ignem lentum aqueitas remouetur: qua recedente, & secum aqueitas mercurij recedit, sicut in sequentibus sublimationibus spirituum docebo.

Quid sit calcinatio, & quot modis fiat.

CAlcinatio autem est cuiuslibet rei per ignem puluerizatio ex priuatione humiditatis partes consolidantis. Calcinantur autem corpora à sua perfectione diminuta. Calcinationes etiam sunt diuersæ. Calcinantur corpora vt sulfureitas illa defœdans & corrumpens deleatur: Comburitur enim omnis sulfureitas ex quacunque re adustiua, quæ sine calcinatione deleri non posset. Specialis enim mollium scilicet corporum per eam ea indurare, sed manifestius imprimitur & citius induratur. Causa verò calcinationis spirituum est vt melius figantur & citius soluantur in aquam: quia omne genus calcinati fi-

xius est, & facilioris sublimationis, quàm non calcinati. Corpora ergo mollia per ignem de facili possunt calcinari: corpora verò dura per ignem vehementem. sicut in fine docebo. Additio. Luna calcinatur sic: R. vnciam vnam Lunę purissimæ, aut plus quantum vis, de qua fac laminas tenues sicut vngues manus, & tertiam partem salis communis, communi præparatione præparati, & calcinati, & quartam partem de mercurio sublimato, & fac puluerem de dicto mercurio & sale simul tritis: Postea cementa dictas laminas in sublimatorio, ponendo primum lectum de dicto puluere, & secundum lectum de laminis dictis, & consequenter lectuatim: deinde fac sublimationem cum igne lento, donec tota humiditas dictarum rerum mistarum euanescat: deinde claude bene orificium, & augmenta ignem per diem naturalem: & caue ne remoueas vas ab igne immediate, sed dimitte infrigidari per tres horas, & noli aperire vas donec sit frigidum, quia exhalarēt spiritus: & dum vas est frigidum remoue, & extrahe mercurium sublimatum clarum vt crystallum, & pone ad partem, postea extrahe lunam tuam cum sale communi relictam semicalcinatam, & tere simul salem, & lunam semicalcinatam super Porfidum, si teri possit: si teri nō posset, pone in cassola vitreata, & cum aquis feruentibus separa totum sal, donec nihil salsedinis ad linguam sentias: tunc desicca calcem relictā in fundo parapsidis, & calcina iterum cum nouo sale & mercurio sublimato quinquies vel sexies: Et in qualibet vice post calcinationem laua calcem Lunæ, donec nihil salsedinis in lingua sentias, & luna tua calcinata sit albissima & mundissima, vt radij stellarum, taliter quòd si fundas partem dictæ calcis cum borace, vel nitro, vel cum bono sale alkali, inuenies lunam tuam conuersam in aurum album.

Quid sit coagulatio, & ad quid fiat.

COagulatio autem est liquorosæ rei ad solidā massam per humiditatis priuationem reductio. Causa verò inuentionis eius est mercurij induratio, & medicinarum solutarum ab aqueitate illis admista ablutio: coagulatur autem mercurius ex frequenti illius præcipitatione cum violentia ad ignis asperitatem. Asperitas autem ignis illius aqueitatem remouet, & hoc fit in longo vase & arcto.

Quid sit fixio, & quot modis figantur corpora.

EST autem fixio rei fugientis ab igne conueniens optatio: Causa verò inuentionis eius est vt omnis tinctura, omnisq; alteratio perpetuetur in altero, & non mutetur: figuntur enim corpora à perfectione diminuta per calcinationem, quando soluuntur à sulfureitate volante & corrumpente: figuntur enim sulfur & arsenicum duobus modis: vno modo per iterationem sublimationis super illa in alijs, vel quousq; stēt. Figuntur etiam spiritus alio modo, scilicet cum aquis metallorum, vel cum oleo tartari, sicut dicam inferius. Additio R. mercurij sublimati, salis armoniaci ana, sublima septies, vel quousque fundatur, tunc in fundo manebit lapis: illum tere & solue in loco humido, & fiat aqua: cum ista aqua imbibe arsenicum metallinum, tunc solue cum aceto distillato, & distilla septem vicibus, aut congela, & solue, fiet lapis.

Arsenicum autem fit metallinum fundēdo cum duabus partibus saponis albi, & vna arsenici. Aliter fit in libro Fornacum apud Geberum: ibi vide, si vis. Sublima mercurium, aut sulfur, aut arsenicum præparata, aut plura illorū simul cum sale tartari, aut sale petræ, aut armoniaco, & hoc fiat toties, quousque stent fixa, deinde extrahe sal cum aqua calida.

Quid

Quid sit solutio, & quot modis fiat.

SOlutio autem est cuiuslibet rei calcinatæ in aquam resolutio: causa verò inuentionis eius vt suum intrinsecum fiat extrinsecum, & è contrà: & vt cõueniens sit ad distillandum: sic enim purificatur omnis eius corruptio. Fit autem solutio aut caliditate & humiditate, vel frigiditate & humiditate, sicut in sequentibus docebo.

Additio. Aliqui soluunt postquàm fuit calcinatum, cum tanto sui ponderis de sulfure in crucibulo clauso cum aqua aut succo limonum.

Quid sit distillatio, & quomodo, & quare.

DIstillatio autem est vaporum aquosorum in suo vase eleuatio: diuersificàtur autem quia quædam est sine igne, quædam verò cum igne: quæ cum igne est, duorum generum inuenitur: Quædam verò per eleuationem vt illa quæ fit per alembicum: quædã verò est per descensum, vt ea quæ fit per cãnam, & per ignẽ vasibus superpositũ &c. Causa verò generalis cuiuslibet distillationis est purificatio liquorum à fæce sua: Videmus enim rem distillatam puriorem effici: Causa specialis aquæ puræ fuit imbibitio spirituum & medicinarum mundarum: vt si quando egemus imbibitione, aquam puram habeamus, quæ fœcem post illius resolutionem non habeat vel dimittat, qua medicinæ nostræ, & spiritus mundati inficí possunt: causa verò inuentionis distillationis est quæ per descensum cannæ fit olei puri in natura sua extractio, quando per sensum oleum in natura sua combustibile haberi non poterat, vt patet in petroleo. Distillationis autem quæ per filtrum perficitur inuentionis causa, est solius aquæ serenitas.

Additio. Sublimatur mercurius sic. R. vitrioli exiccati, salis communis calcinati ante vnciã vnã: puluerizentur & misceantur, addatur vice post vicẽ vncia vna mercurij, conterantur adinuicem superaspergendo acetum distillatum parum, vt melius fortificetur: vel quod melius est parum aquæ fortis, quia melius fortificabitur, postea pone in sublimatorio. Et si sublimatoriũ fuerit de vitro, fiat mediantibus cineribus, & lutum sit de creta puluerizata cum farina distemperata cum albumine ouorum: Et si sublimatorium fuerit terreum, fiat super carbones, & sit lutum de argilla, calce viua cum stercore equorũ, cum aqua salis & papyro optimè madefacto.

Quid sit ceratio, & quomodo fiat.

CEratio autẽ est rei non fusibilis & siccæ mollificatio: Ex hoc patet, quòd causa inuentionis eius est, vt quod ingressionem non habebat ex priuatione liquefactionis in corpus ad alterationem (seu inceratiõnem) mollificetur, vt fluat, & ingressionem habeat. Putauerunt quidam ceratiõnem ex oleis liquidis & aquis debere fieri, sed erroneum est: in nullis enim tota humiditas inuenitur melius quàm in sulfure & arsenico. Modus autem ceratiõnis per illos est, vt totiens per rem cerãdam multiplicetur eorum sublimatio, quousq; in illud humiditatem inuenientes, fusionem bonam præstent: hoc autem non fiet ante illorum perfectam mũdationem ab omni re corrumpẽte. Sed melius mihi videtur, vt eorum olea prius figantur per oleum tartari, & cum illis oleis fiat omnis ceratio competens: & hæc de his sufficiant.

Additio. Ceratio quidem est necessaria in omnibus Elixiribus tam spirituum quàm lapidum, quàm corporum: in hoc concordant omnes Philosophi. Modus ceratiõnis est talis: Ceretur corpus donec appareat vt cera mollis, & natet desuper aqua: solue in phiala sub fimo, post distilla semel, & remoue fœcem, quia est aliquantulum nigra: deinde gela in fornace parua. Signa transmuta-

tionis sunt, si sumatur parum de illo Elixir post congelationem, pone in crucibulo super ignem, si fundatur, est bonum: si non redeas ad regimen.

Quomodo mercurium præparabis, & super niuem dealbabis.

REcipe de mercurio libram vnam, & contere super lapidem sic: R. calcem cortícis ouorum, siue calcem marmoris albi, siue víride æris, & pone ex eo super lapidem, & superfunde acetum forte, & contere in pastam: postea appone de mercurio parum, & contere donec níhil appareat, & iterum parum appone de mercurio & contere simul sicut prius, & appone parum de sale armoniaco: vel tere omnia simul, donec non appareat mercurius: tunc facies ex hoc frustítula ad modum pastillarum, & pone in vas donec níhil appareat. Tũc fac ex eo pastilla, & pone in vas factum ad modum scutellæ, & pone ad siccandum in fornacem mediocriter calefactam, ne per nimium calorem mercurius euanescat. De mercurio sit lib. 1. de calce sit lib. 1. de sale armoniaco est mensura vt semper sumas tantum quantum de calce, & quantum de mercurio: & debet conteri donec níhil appareat de mercurio. Quum autem bene desiccatum fuerit, iterum contere sicut prius, cum aceto, donec non appareat, & pone ad siccandum. Hoc autem est signum perfectæ contrítionis, quum ipsius parum madefactum cum saliua super argenteum denarium inde línitum non adhæserit mercurius: si autem adhæserit, non est bene tritum. Quũ autem satis fuerit, cõtere minutíssimè sine aliqua defectione, & positum in sublimationem, cooperíorium superpone. Hoc tamen non est prætermittendum, quum imposueris medicinam, quia superficiem eius æques cũ penna pectínando: Et sic vas clausum cum argílla in coniunctione vasorum optimè línias ne respiret, & posítũ super furnum sublimationis da ignem per dimídium díem lentum, donec ísta humiditas euaporet: quod probabis superponendo laminam, donec exíccetur: quum exíccatum fuerit claude cum argilla bene, & da ignem fortiorem, & in vltímo da fortíssimum: & quum nox est permitte infrigidari: mane aperí, & quícquid de eo víuum fuerit, apparebit in superiori parte alludel: altera verò pars iacebit supra fæces sicut nix, puluerizabile circa parietes inferioris vasis, aliquando in superiori vase, illud collige & reserua: víuum sicut prius contere cum fæcibus, & sublíma donec habeas ipsum totum mortuum & puluerízabile, & ita contere totiens & sublíma, donec habeas ipsum totum mortuũ & puluerizabile. Tunc vlterius ne apponas ei aliquem líquorem, quía statím recíperet suam víuacitatem, & labor tuus esset ínanis. Recipe tunc de sale præparato vt docui, & bene pura & síccata parte vna, appone partem dimídiam mercurij sublimatí, & cum manu misce simul, & pone illud in vas ad sublímandũ, & plana superiùs & claude, & sublíma sicut prius: mane extrahe, & quod sublímatũ est collíge & proba, si in fæcibus aliquíd remanserit, hac nota, accípe de fæce, id est de sale parumper, & pone super carbones, si fumígat, tunc secũda die idẽ sublíma sicut prius per díem, & postea collige dílígenter valde omnia ísta sublímata: & tertio cum nouo sale pone ad sublímandum: & sic fac sícut prius, & inuenies super niuem, dealbatum. Tunc proba si adhuc in fæcibus aliquíd remanserit: & si aliquíd remanserit, sublíma donec totum habeas: tunc accípe iterum nouum salem, & fac sícut prius quater vel pluries vsque ad fixionem, & serua.

Additio. A Talco etiam optimè calcinatur. Magíster Ioide Meun in suo magno opere apponit etiam víride æris, quod tamen est contra Geberum in capítulo de sublimatione mercurij, quia dicit, quòd sublímari debet cum his, quę sulfureitatẽ non habẽt &c. Modus sublímandi mercurium melior omnibus:

Rasis

Rasis in libro donationis, qui est 23. de 70 sume salgemmæ partem vnam, atramenti Aegyptij partem aliam, quas bene teras: Deinde super eas iace arg. viui quantum ipsæ sunt, & totum simul bene teratur, deinde ponatur in fundo allutel pergamenum, & super ipsum ponatur salgemma assatus, cui superponatur medicina, postquàm illa desiccata fuerit, quòd nihil humoris sit in ea relictum: & accendatur sub eo prius ignis paucus, deinde augmentetur donec argentū sublimetur viuum: postea ipsum sume, & optimè tere, & sublima ipsum: sitq; caput allutel in primis amplum, postea arctum successiuè magis angustum, donec redeat sicut palma manus: Sublimabitur enim sicut crystallus in partibus allutel sub scuto. De eo verò quod est super scutum, non fit lapis, sed erit puluis albus: & hoc erit septem vicibus. Si ergo firmatum sit super ignem, & tabulam ignitam, erit bene, & si non, reitera sublimationem cum atramento & sale, ita q; super caput angustetur: ipsum enim curret (vel hæret) & facit tabulam albam, & argentum merum.

Si sæpius sublimaueris mercurium, in qualibet vice debes minuere quintā partem fæcum: si cum vitriolo & sale sublimes vt supra, debent assata esse.

Lutum quo iuncturæ claudantur fit ex cinere, argilla, sale communi dissolutis in vrina. Aliqui cum albumine oui & calce viua.

Quomodo soluitur, albificatur, & figitur sulfur.

PRimò decoquatur sulfur in aceto forti per diem integrum, sitq; bene prius tritum super auferendo nebulam quæ supernatat: postea permitte siccari, & tere ipsum & pone tantundem aluminis præparati vt docui, & proijce in vas ad sublimandum sicut mercurium, sciens quòd tantus ignis non est faciē dus sicut mercurij, sed remisso & lento igne sublima per diem integrum: manè extrahe & inuenies sublimatum & nigrum: Sublima secundò & erit album: sublima tertiò & appone sal, & erit albissimum: itera eius sublimationem tertiò & quartò, & vsque ad fixionem, & serua. Additio. Sublimatur sicut arsenicum, sed maiore indiget decoctione & longiori.

Quomodo albificatur auripigmentum.

AVripigmentum debes terere & decoquere vno die in aceto, & alio die in vrina: postea appone ei tantundem de fuligine ferri, & misce bene simul postea sublima ipsum, per omnia faciendo, vt de sulfure docui, & erit album: Additio. Auripigmentum dicitur arsenicum citrinum. Auripigmentū aceto & sale præparatum quoad serenum sit exaltatum: quantū enim ad munditiem nullum melius: Rasis idem alibi: sal super omnia præparat ipsum.

Quomodo albificatur arsenicum.

ARsenicum verò est eiusdem naturæ cum auripigmento, sed non est necesse decoqui: tere igitur bene & imbibe, cū aceto forti (Rogerius dicit aceto distillato, videas vbi loquitur de corporū calcinatione) bis vel ter, vel quater, & toties desicca, & tunc potest seruari in puluere quod erit aptum ad calcinandum corpora: si verò vis sublimare, tere bene per se, & appone sibi tantum de fuligine ferri, & sublima septies vel pluries per omnia, vt de mercurio docui, & erit albius niue.

Quomodo præparatur sal armoniacum.

SAl armoniacum sic sublima: tere ipsum bene cum tanto salis cōmunis bene præparati sine omni liquore, & pone ad sublimandum cum lento igne per tres horas, postea cum forti igne per diem: manè extrahe, & quod sublimatum est reserua, & per omnia fac vt de mercurio docui: cum eisdem (alibi nouis) fæcibus sublima bis vel ter, & serua ad partem.

Additio. De sale communi præparato dissoluto incera salem armoniacum,

& post inceration̄m desicca: & hoc toties fac incerando & desiccando, quo-
vsque sal armoniacus recipiat de aqua salis quantum ipsum est: tunc eo vtere.
Sali armoniaco soluto in aceto & distillato per filtrum, & siccato ad Solem ap-
pone tantundem salis combusti in cluteo & cineribus calidis, & simul terātur
absque alia imbibitione sublimetur, & erit sufficienter præparatum ad omnē
dispositionem: quod probatur si liquescat absque fumo super laminam ignitā.
Hæc Rogerius Bacon. Alij sublimant cū sale gēma: sed illud sal debet esse op-
timè siccatū ante ignē, & cum sale armoniaco subtilissimè tritū: alij sublimāt cū
sale cōmuni, & Talco præparato insimul tritis strato de sale cōmuni præpara
to, & in circuitu sublimatorij, & sublimat̄ bene quater aut quinquies. Præpara
tio salis armoniaci secundū Rasim. R. de sale armoniaco crystallino, tere cū tan
to spumæ maris & sale nitro, & ipsum sublima, (in fundo allutel pergamenum
pone & super stratum salis assati) & sume sublimatum, coque ipsum positum in
cannis in aqua, soluetur enim, distilla ipsum: aut solue ipsum in vesica, vel in ki-
sti fellis super aquam, & distilla ipsum, & ex eo operare.

Salē armoniacum fixum soluere est difficile: imbibe ergo ipsum ex aceto &
inhuma in fimo, soluetur enim, distilla ipsum. Et caue tibi ne totam assumas a-
quam, sed tantum quantum posuisti de spiritu quem soluere voluisti, & c.

De qua substantia fiat ignis.

HAbita doctrina de sublimatione spirituū, restat iam videre de ignis sub-
stantia: dico ergo quòd ignis debet esse de carbonibus duplici de causa:
prima est, quia minor est labor subijcere carbones quàm ligna: secundò,
quia ligna dant fumum multum, & propter fumum non bene posset conside-
rari, finderentur à calore ignis, vt sæpius contingit, quando argilla non est bo-
na, & quando vasa non sunt bene combusta, & quum scinduntur, statim erit fu
mus albus, quod facilè videtur super ignem, qui fit de carbonibus, & quum va
sa fumigant, statim deponantur ab igne, aliàs amitteretur sublimatio. Vnde ca
uendum est ne fiat. Nota quòd superius vas, scilicet alludel debet esse deuitrea
tum, inferius verò non est necesse. Solet etiam quandoque medicina in scutel-
la indurari, quæ non potest sublimari: vnde non est dubitandum, sed secundò
teri debet & apponi parum plus de fæcibus, & subtiliter sublimari, & erit be-
ne sublimatum.

De fixatione spirituum, caput additum.

FIxatio sulfuris: Pulueriza illud, & liga in panno lineo, & bulli in aqua cum
calce viua, primò ponendo calcem vsque ad medium vasis, & residuum im
plendo cum aqua communi, & fac quòd sacculus non tangat fundum va-
sis, sed stet in medio, scilicet bene ligando superius & inferius, apponēdo par-
uum lapidem vt descendat & bulliat sic 24 horis, vel circa, semper nouam aquā
calidam superponendo, dum aqua defecerit, deinde extrahe tuum sulfur, & fac
bullire in aqua dulci, vt purgetur à calce, & factum est.

Aqua fortissima ad fixandum omnem spiritum. Primò rectifica aquam lapi
dis occulti albi, scilicet libras quatuor cum libra vna calcis corticum ouorū in-
humando & distillando, & hoc fac sæpius: deinde in illa aqua, scilicet in vna li-
bra cum dimidia appone vncias duas salis cōmunis præparati in secundo gra-
du & vncias duas salis alkali optimè præparati, & vnciam vnam salis armonia-
ci quater sublimati, & vnciam vnam albuminis plumæ coagulati post suā præ-
parationem: & omnes isti sales dissoluantur in ista aqua, & cum ista fixa omnes
spiritus in cucurbitis duplicatis vasa bene lutando. Hæc Arnoldus. Tamen cū
istis salibus fit multa distillatio, & salium sublimatio, & cum fæcibus reductio,
& in

& in aquam ab eis distillatam resolutio, & hoc cum spiritu, & absque illis vasis duplicatis: & aliquotiens in septima sublimatione spiritus erit fixus cum aqua virtute salium in fundo cucurbitæ, vt lamina ignitionem sustinens: & aliquotiens in quarta sublimatione aqua erat fixata pro quarta parte sui, & oportebat addere aliam pro fixatione spiritus complenda. Aliqui dicunt, quòd ponendo mercurium sublimatum super laminam stãneam vel ferream in cellario statim vertetur in aquam, quam per dissolutiones & congelationes rex facilius fixatur. Aqua abstracta ab albuminibus ouorum, & deinde rectificata à calce corticum, alumine iameni, & sale armoniaco ana vnciã vnã, est summè fixatiua spirituum super omnes aquas, vt infra sequitur. Mercurius item fixabitur hoc modo, Tere in mortario mercurium sublimatum cum tartaro & sale communi crudis, & tunc sublima, & iterum tere & sublima, & continua vsque decies vel pluries, renouando in singulis contritionibus sal & tartarum: & exinde fixabitur mercurius. Fixatur quoq; mercurius in cucurbitis duplicatis in vno die cũ oleo tartari superfuso, faciendo lentum ignem duabus horis primis, postea fortificando continuè per diem, quousque nihil liquoris ascendat, quod probatur discooperiendo cucurbitam, aut aperiendo foramen, aut desuper imponẽdo virgulam corulí ad tentandum, si in fundo sit adhuc liquor, quia si sit durum, tunc est fixatum: quòd si non sit, fortifica ignem tribus horis, postea dimitte in frigidari. extrahe, tere, imbibe, & coque septies.

Aqua mercurij: Sume de sale armoniaco, & de maris spuma partes æquales quas bene teras, & asperge de eis in cucurbita vna, & pone arg. viuũ desuper, & quod ex eo remanserit inuolue ipsum & distilla cum igne debili: & distillabitur in primis aqua alba, in qua non est vtilitas: postea ignem parumper vigora, & distillabitur aqua arg. viui, siue fuerit in principio viuum, aut sublimatum. Omnes sales fixati fixant mercurium, similiter & sal armoniacus fixat simul sublimando, quousque mercurius fundatur. Fixatur autem mercurius cũ sale alkali, & cum calce corporum, aut cum vtroque, & hoc in igne temperato, & vase adhoc apto: quia ignis temperatus est humiditatis conseruatiuus ad fusionẽ: excessiuus verò, fusionis turbatiuus, seu impeditiuus. Fixari potest mercurius sublimando inter duas scutellas bene sigillatas, alternatim vertendo & ponẽdo scutellam inferiorem superius, & superiorem inferius quatuordecim aut quindecim vicibus, & tunc fixabitur. Aliqui dicunt, quòd hoc debet fieri in vase ferreo, & iste modus est per ordinem ignis. Si vis spiritus sublimatos fixos facere, solue calces corporum cum aqua salis armoniaci, & ex hac aqua imbibe eos, quia erunt fixi: quia ratione calcis figuntur spiritus, vt inquit Bacon. Fixatio salis armoniaci calcem viuam impasta cum albo ouorum, & fac q. 2. cucubula, & conclude in eis salem armoniacum in pecijs defractũ, & circunda cum dicta pasta, & desicca, postea fac sibi aliam tunicam de luto sapientiæ, & desicca, & sepeli in cineribus calidis per duos dies & noctes, & erit fixum: tunc dissolue in aquam calidam, & si vis cola & congela, & erit purum.

Hic incipit aperire & docere secreta huius artis.

IAm docui te colligere diuersos flores plenos adoramentorum bonorum, in quibus redolet sanitas & pulchritudo cũ gloria huius mundi: hic est flos florum, rosa rosarum, & lilium conuallium. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & collige flores, quia introduxi te in ortum paradisi: facias ergo ex ipsis coronam capiti tuo, vt gaudeas & fruaris delitijs huius mũdi. Aperui ergo tibi nunc sensum: nunc faciam te intelligere secreta huius artis, & quod diu celatũ

est,nunc manifestabo in lucem.Superius ergo sublimare & colligere flores ipsorum docui:nunc verò docebo ipsos plantare,vt fructum multum afferant,& fructus ipsorum in æternum permaneat. Docebo te figere pulueres sublimatos,vt in igne possint permanere,& corporibus adunari & permisceri, & hoc duobus modis.

Hic docet figere pulueres,ut cum corporibus permisceantur.

ACcipe ergo de quòque horum volueris libram vnam vel duas sine omni alia re,& pone in vas fixionis,quod sit formatum super foraminibus ex argilla bona vitreariorum ad spissitudinem digiti,& non sit vitreatum,& claude rimas cum argilla bona,scilicet luto sapientiæ:quo facto pone super furnum sublimationis,& da ignem per diem integrum:& si sit æstas, quantitas ignis sit sicut mercurij sublimati post meridiem: mane autem facto verte quod est superius deorsum:hoc fac ad minus duabus vicibus:tũc aperi & vide si pulvis est fixus hoc modo:pone de ipso parum super carbones,si dat fumum,non dum est fixus:si autem non fumigat,tunc est fixus : Et hoc est signum de omni spiritu.Si autem non est fixus,repone super furnum claudendo ipsum vas sicut prius,& da ignem per quinque dies,vel tandiu quovsque audias sonum in vase,quasi lapillos cadentes,quod sæpius contingit, quando est nimis exustum. (alibi dicitur,vt probetur super laminam ignitam si fundatur & currat,vel non det fumum.) secũdus modus est cum imbibitione olei tartari.Fit autem sic:R. arsenicum sublimatum,vel sulfur,vel auripigmentum,& contere super lapidẽ cum oleo tartari,quovsq; totum liquidum fiat:postea pone in phialam vitreã, & pone ipsam in cineribus cribratis per cribrum bene, & pone vas cum cineribus super furnum distillationis,& da ignem primò lentum valde quasi vorãdo ne vas frangatur.Postea quum calefactum sit vitrum, fac maiorem ignem, & sic desicca medicinam in vase aperto si vis: sed melius concluso,quod superponas alembico recipiẽs aquam ab eo distillatam,quia ad multa valet: Desiccata medicina frange vas,quia alio modo non poteris excipere,& inuenies pulueres induratos vt lapidem,quem tere bene,vt prius, cum oleo super distillando iterum frange vitrum,& excipe,& tere bene,& pone in aliam ampullam,& pone in fimo equino calido per septem dies,& tunc soluetur in aquam: tunc pone vas in cineribus calidis & coagula lento igne donec induret,& habebis spiritus fixos,& erit tinctura firma & permanens.Proijce ergo de hoc puluere vnam partem super quinquaginta partes Martis calcinati,vel Veneris,& erit bonum in omni malleatione & examinatione.

Qualiter uno modo soluuntur spiritus in aquam.

SOluuntur etiam spiritus duobus modis:vno modo docui cum oleo tartari,sed post septimam congelationem debet poni super lapidem marmoreum in cellarium valde humidum, ita vt inclinatus sit lapis, vt quicquid resoluerit,statim descendat in vas vitreum superpositum.

Soluuntur alio modo spiritus in aquam,scilicet per aquam salis armoniaci, quæ sic fit:Pone ipsum vel quemcunque alium salem prẽparatum super lapidẽ in foueam resolutionis,vel in cellarium vitreum,& statim resoluitur in aquam: cum hac aqua pulueres sublimatos soluendos tere.Hoc nota,quòd postquàm sublimatus fuerit mercurius,nunquam misceri debet cum aliquo liquore, nisi cum aqua salis cõmunis vel armoniaci,vel oleo tartari.Tere ergo puluerẽ cum hac aqua septies,& toties desicca:postea pone puluerem tritum super lapidẽ, & sine dubio citò soluetur in aquam,quam reserua ad distillandũ: corpora verò calcinata eodem modo soluuntur vt spiritus, scilicet flos æris, & flos atramenti

menti,de quibus per omnia,vt de ſpiritibus eſt faciendum,& quemlibet per ſe ad diſtillandum.

Additiones. Rurſum(ad capitis principium refer hoc)ad omnem ſolutionẽ ſal erit neceſſarium.Raſis. Oleum aquilæ ſic fit: R.lib.1.ſalis armoniaci,&mole ſuper lapidem cum vrina quantum ſufficit ad modum paſtæ: tunc fac ſtratũ primò de calce communi,ſecundò de ſale armoniaco,tertiò de calce: & ſuper ſalem pone calcem ouorum in parua quantitate,& ad ignem pone ad fundendum,& quum fuſum fuerit depone ab igne,& ſuper lapidem pone, & diſſolue oleum infra quatuor dies,& pone in vaſe vitreo & ſerua. Aliqui impaſtant ſal armoniacum,albumen oui & calcem,faciunt pomum,&lutant,deſiccant & figunt in igne:Arg.verò viu. nunquam ſoluitur,donec ſuper ipſum ingrediatur ſal bonus,deſiccatus aut tritus,aut alkali, & extingue ipſum ſepties, & poſtea viuifica ipſum cum aqua calida,& tunc ſolue ipſum:& niſi ita feceris, non ſoluetur. Raſis. Sumatur aqua ſalis armoniaci ſublimati ter vel quater,& imbibatur mercurius ſublimatus ex hac aqua paulatim & paulatim,& poſt quamlibet imbibitionem deſicca ad Solem vel ad ignem debilem:poſt claude os vaſis fir miter,& pone in fimo,& ſtet ibi ſeptem diebus:quod ſi non ſit ſolutum, renoua fimum per ſeptem dies,donec ſit aqua clara. Oleum ad incerandum. R. ſalis armoniaci,ſalis communis ana partem vnam,& duas partes calcis viuę non extinctæ cum pauco ſagiminis porci, & in vaſe vitreo pone & diſtilla ad lentum ignem:& quando completa eſt diſtillatio,iterum repone ad diſtillandum & hoc ter:& hoc eſt oleum album ad incerandum Elixir,& ad dulcificandum ſeu mollificandum calces metallorum,& omnia quæ ſeruiunt ad opus album: Sed hoc non debet hîc eſſe.

Aqua mercurij fit ad vnam vnciam mercurij cum duabus vncijs aquæ fortis facta de duabus partibus aluminis puto iameni,& altera parte ſalis petræ. Aliter fit ſic:Coagula mercurium ſublimatum fundendo ſepties aut octies ſtannũ bulliens ſuper ipſum,qualibet vice cooperiendo crucibulum, ne fumus exeat & efficitur nigrũ,aut coloris olei:deinde tere optimè ſuper marmor cum pauco aquæ ſalis armoniaci,& pone in fimo:& quũ ſolutum fuerit diſtilla, aut per filtrum,aut in diſtillatorio:& cum hac aqua fit Elixir cum calce Lunę,& arſenico ſublimato,& oleo albo Philoſophorum.

Sulfuris diſſolutio. Accipe mundati lib.1.albi amizadir (ſublimati)tantundẽ aceti candidi ſublimati,quod quinque partibus ſulfuris ſit æquale,in cœno ponatur tranſmutando ſemper die tertio. Raſis. Habes ad longum in Ariſt. de Perfect.in capitulo ſeparationis ſulfuris. Amizadir partem vnam, ſpumæ marinæ partes tres,duas ſalis,vrinæ partem vnam,tere,cribra, in cucurbita repone,adiecto viuo argento quod ſatis eſt:deinde quoque leue & ſpacioſum adhibito incendium:cum candida manauerit aqua,ipſam operi,neceſſariam ſerua:inhumatio ſemper neceſſaria:cœnum quoq; ad quatuor dies tranſmutandum,donec quod quæris ad oculum deprehendas. Raſis. Sed puto iſtud Raſim dixiſſe corporis diſſolutionem faciendam pro maiori opere:ergo nota.

Mercurius ſecundò vel tertiò diſtillatus ab alumine iameni vel rochæ ſoluitur per ſe ipſum ſuper marmor in loco rorido vel humido:& melius credo ſi cũ crudo poneretur.

Quomodo rubificantur ſpiritus in aquam rubeam.

NVnc videndum eſt qualiter rubificantur ſpiritus. Recipe ergo aquam rubeã atramenti diſtillatam,& cum ipſa imbibe ſpiritus(fixos)quos volueris rubificare,ſepties terendo,imbibẽdo,aſſando,&tunc pone ad ſoluendum ſuper lapidem,et ſoluetur in rubicundiſsimam aquam.

Additio. Aqua rubea non debet distillari per distillatorium, nisi sit illa cuius color est fixus super ignem: aliàs distillaretur alba.

Quomodo aqua distilletur duplici modo.

DIstillatio sic fit: Pone aquam quam volueris distillare in vas distillationis & pone vas in cineres, vt supra, & distilla, & hoc fit caliditate & siccitate. Si autem vis caliditate & humiditate distillare, pone aquā in vas, in quo cineres prius fuerint, siue in caldarium super furnum distillationis, & in ipsam aquā pone fœnū, & desuper vitrū, & firma ne declinet ad aliquā partē, sed stet directé. Et summoperè præcaue ne vnquam frigidum vitrum ponas in aquam calidam, vel è contra: alioquin frangeretur, & amitteres laborem tuum. Et nota, quòd quando vas vis excipere, debes permittere infrigidari cum aqua, facta distillatione. Hoc autem caueas in distillatione, ne aqua bulliat in distillatione. Et per hanc doctrinam distillationis omnes aquas reserua: hoc totum reserua quod sequens doctrina & forma ostendit.

Additio. Aqua corporum. Recipe calcem Solis aut Lunæ, & salis armoniaci sublimati ana, & insimul contere super lapidem: deinde sublimetur à calce corporum sal armoniacus, & reitera septies, conterendo & sublimando: tunc pone super lapidem ad soluendum. Aliqui tamen antequàm sublimẽt imbibunt materiam, & conterunt cum aqua boracis dissoluti, & hoc faciunt septies. Ad corpora soluendum in aquam: Corpora calcinata tere cum ana salis armoniaci & calcis corticum ouorum: tunc pone in phiala vitri ad lentum ignem, donec totum sit vna massa: infrigida, & frange phialam, deinde pulueriza, & pone puluerem in loco dissolutionis. Sic etiam possunt spiritus sublimati in aquā resolui super marmor, vel in fimo eum sæpe renouando. Si verò vis reducere in sua corpora, congela ad lentum ignem & funde cum attincar. Aurum calcinatum cum sale, per acetum acidissimum soluitur in aquam rubeam.

Ad oleum distillandum.

DIstillatio quæ fit per descensum cannæ talis est. Sume fictile vas formatū tali forma, & impone cineres vel radices, vel ligna, vel lapides, ex quib. oleum vis distillare, & fac fossam in terra, & in ipsa vas pone subtus sculptum, & desuper vas cannæ, & claude bene ne respirent, & permitte desiccari: tunc obstrue vas desuptus cum terra: postea fac superius ignem lentum per vnam horam, postea fortiorem augendo ignem de hora in horam, donec dimidiam diem compleueris, & permitte infrigidari, & aquam, & oleum distillatum reserua.

Coagulatio omnium aquarum sic fit.

COagulatio verò omnium aquarum sic fit ex caliditate & siccitate. Pone ergo aquam quam desiccare volueris in vas vitreum, habens angustum collum, & pone in cineribus super ignem lentum, & coagulabitur infra sex horas in laminam albam vel rubeam.

Quomodo calcinantur Sol & Luna.

DE calcinationibus omnium metallorum videndum est. Et primò de calcinatione Solis & Lunæ. Recipe ergo limaturas, cuius eorum volueris, & positas in aceto per nouem dies extrahe, & exiccatum tere in puluerem: postea affunde aquam armoniacam terendo & siccando sexies: & tunc pone super lapidem, vt docui ad soluendum, & distilla & serua: & de hac aqua pone ad aquas puluerum. Hoc autem nota, quòd aquas Solis debes ponere ad rubeam aquam, & aquas Lunæ ad albam.

De cu-

De cucurbita.

CVcurbita est vas quod debet stare in aquam, vsq; ad iuncturam firmatū in caldario, vt non moueatur: nec cucurbita debet tangere fundum, quia frangeretur, & cum aqua minuitur, infundas aliam scilicet calidam, & nō frigidam, quia vas frangeretur.

Quomodo calcinantur alia metalla.

ACcipe laminas & calefac eas, postea linias cum aqua salis, quia sal corrodit omnem humiditatem corruptam, quæ est in corporibus, & pone ibi vas fictile formatum in hunc modum: & imple laminis, & pone in furno calcinationis super tripedem, & suppone carbones, & fac ignem fortem, & sit furnus clausus: & quum rubescunt, tunc extinguatur, ita tamen ne fluant: & in tali calore permitte stare, quousque per ignem destruantur: manè extrahe, & quod calcinatum est abrade & serua, & quod remanserit iterum linias cum aqua salis, faciendo donec calcinatum sit.

Additiones. Calcinatio Solis & Lunæ fit per amalgamationem cuiusvis cū partibus mercurij & salis communis ana ponendo super ignem lentum continuè mouendo, quousque mercurius euolauerit: deinde laua cum aqua tepida, & per filtrum distilla, & inuenies corpus tuum in calcem redactum. Calcinatio alia Solis & Lunæ, & aliorum corporum habentur in Arist. de Perfectione magisterij. Item calcinatio Solis & Lunæ duplex habetur in libro fratris Rogerij Baccon qui intitulatur, de Modo componendi medicinam per æquationē elementorum, in capitulo de Calcinatione corporum, vbi etiam ponit calcinationes aliorum corporum. Calcinatio auri: Funde ipsum, & fac inde laminas tenues, & imple crucibulum ferreum, & cooperi, & dimitte fundere cum sale communi vel armoniaco aliquantulum præparato & aceto mali granati, quia per acuitatem salium & aceti teritur in puluerem: deinde pone in furno panis per diem & noctem, & extrahe calcem rubeam citrinam, cui non est par.

Calcinatio argenti: Funde ipsum, & facias inde laminas, & imple crucibulū ferreum, tum pone in crucibulo salem cōmunem tritum aliquātulum, præparatū, donec sit plenum: cooperi & funde, quia citò funditur beneficio salis: postea tere, quia etiam bene teritur per salem, & pone in furno panis per diem & noctem vnam, & extrahe calcem Lunæ, cui non est par.

Calcinatio plumbi. Plumbum funde & extingue in aqua salis communis, & aceto acerrimo albo, ita quòd sal sit aliquantulum præparatus & solutus: postea extingue in hanc aquam quadragintavicibus plumbum fusum, deinde pone (tritum) in ollam oppilatā, crudam, argillatam: sicca in furno panis per diē & noctem: manè extrahe calcem niuei coloris ponderosam vt sal.

Calcinatio stanni: Funde & extingue decem vicibus in aqua salis communis soluti in aceto acerrimo albo, misto cum duabus vncijs mellis apum, deinde tere & pone in ollam in furno panis per diē & noctem: extrahe calcē Lunę.

Calcinatio ferri: Tere & imbibe de aqua salis communis & aceto sorbarum & mali granati, in quo soluatur sal, & sicca decem vicibus in cinere: post natet cum trituratione forti aqua desuper ad mensuram quinque digitorum, & pone sub fimo decem diebus, & soluetur: postea congela aquam per diem vnam, & erit tincta, deinde tere & pone in furno panis per diem & noctem vnam, & habebis calcem rubeam sicut sanguis: & est calx solis, quæ dicitur crocus ferri.

Calcinatio æris: Fac æris laminas, suspende in aceto forti cum tinaculis in olla posita in fimo decem diebus, extrahe & rade quod inuenies, & hoc fac, donec finiantur laminæ: deinde ablue cum aceto, & frica suauiter, & quando videris aquam aceti optimè viridem, cola per pannum, & fæcem proijce, quæ est

eius crassitudo: deinde dimitte residere & cola, & accipe subtilitatem viridis æris. Calcinatio arg. viui ponitur in capitulo sublimationis.

Quomodo laminas Veneris calcinabis.

LAminas Veneris incîde ad latitudinem denariorum, & linias cum aqua salis, & pone vnum ordinẽ ad fundũ crucibuli, sed prius inuoluas, & reuoluas ex vtraque parte cum arsenico præparato cum aceto, & ita pone stratum super stratum, donec vas impleatur, & claude cũ argilla ne respiret, & permitte desiccari, & tunc in furno calcinationis pone, & ibi bene per quatuor horas stet, ita vt totum vasculum bene rubescat, caue tamen ne Venus per nimiũ calorem fundatur & liquescat, quod sæpius contingit. Postea permitte infrigidari, & excipe, & inuenies totam destructam: ita quòd bene teretur in mortario vel lapide. Tere ergò puluerem & reserua, residuum verò quod non est calcinatum, iterum illinias, & melius calcina.

Additio Ablutio æris rubei est, vt assetur cum medietate sui de auripigmento, deinde abluatur donec fiat purum, & fac ipsum descendere donec descẽdat ita album vt argentum: & mole & vtere eo: si non ita fuerit, tere ipsum & laua, & fac ipsum descendere donec sic perueniat.

Quomodo calx corporum reducitur in massam. Require etiam in libro Fornacum Geberi.

REductio verò calcis corporum in solidam massam sic fit: R. calcem cuiuscunque metalli volueris, & tere optimè super lapidem, postea laua cum aqua calida bis vel ter, & turbulentum eijce: quũ aqua pura descenderit, tunc satis est: tunc desiccatum optimè tere & appone aquam aluminis iameni mistam cum aqua salis communis, & tere fortiter & imbibe cum aqua illa totiens imbibendo & desiccando, donec fiat calx viua & alba (& hoc ad album) & ita remoueantur omnia sulfurea accidentia ab ipsa, quæ contraxit in terra: postea tere semel cum aqua alkali, & quum desiccatum sit, pone in vasculum, scilicet crucibulum, & claude bene cum argilla, & fac foramen paruum in vna parte, vt exeat massa quando fusa est: & pone in furnum, & sufflando da ignem vehementem vt citò fundatur: & quũ fusa fuerit, aperi foramen & effunde materiam in cannale ferreum, vbi sit sepum infusum, et videbis massam albam, & gaudebis. Et hæc massa potest recipere tincturam albam vel rubeam, quia mũdata est ab omni corruptione. Si autem ad rubeum laborare volueris, imbibe calces metallorum cum aqua rubea ex flore æris, siue ex atramento, siue minio facta: & fac per omnia vt supradictum est: vltimò cum aqua alkali, & effunde sicut docui: & erit massa rubea, et gaudebis.

Additio. Aliqui dissoluunt nitrum & alumen in aceto, & cum illo lauant nigredinem calcis. Alij reducunt Venerem sic: R. salẽ alkali & salẽ nitri, & dissolue in vrinam puerorum, & cum hoc impasta calcem Veneris, & pone ad ignem lentum donec sit aliquantulum siccum: postea fortifica ignem donec sit reductum: deinde ignias, & in oleo communi extingue quatuor vicibus, & habebis Venerem similem Lunæ, aut saltem fixam. Calx autem Veneris fit cementando cum sale communi, donec teri possit & lauari.

Hîc incipit primò operari.

REcipe ergo in nomine Dei pij vnam partem mercurij albi, & secundam partem sulfuris, et tertiam partem arsenici: hæc omnia misce simul, et appone dimidiam partem aquæ argenti, & pone in vas vitreum, et cal efac ipsum superius cum ferro candenti, donec vitrum liquescat et congeletur: tunc pone in cineribus super ignem & congela: quum autem cõgelatum fuerit, erit tinctura

tinctura fixa ingrediens per mistam coagulationem coniunctiua, adunatiua, perseueratiua. Pone ergo de hac tinctura vnam partem super centum partes ferri vel cupri purgati, & erit semper bonum sine dubio, in omni malleatione & examinatione, & durabit in æternũ. Additio. Nota hoc, quòd tinctura debet dissolui & admisceri corpori calcinato, & in aquam conuerso: & dum aqua miscetur aquæ, nunquam abinuicem separantur, quemadmodum modicum vinum rubeum multam tingit aquam. Vidi alios tractatus, vbi hoc caput non erat, sed sequens solummodo.

Qualiter ex supradictis omnibus perficitur Sol & Luna.

REcipe vnam partem mercurij sublimati & fixi, & aliam arsenici fixi, & tertiam partem calcis Lunæ, quæ super lapidem bene tritura, & imbibe cum aqua salis armoniaci, & hoc ter vel quater, terendo, imbibendo, assando, vt supra: & pone similiter ad soluendum, et quod soluitur reserua, & quando non est solutum, tere melius & appone modicum salis armoniaci, & ita soluitur totum. Quum autem totum solutum fuerit, pone ad distillandum, et distillabitur totum, sicut docui, in aquam calidam. Caue tamen ne in cineres ponas ad distillandũ, quia induraretur pro maiori parte, et iterum oporteret te soluere vt prius. Quum autem tota sit distillata, pone in cucurbitam vitream, et coagula, & erit substantia alba, dura & perspicua in modũ crystalli liquescẽs super ignem vt cera, ingrediens & permanens. Pone ergo de ipso vnam partem super centum partes cuiuslibet metalli purgati & calcinati, & erit bonum in omni tempore. Consulo autem ne tingas cum illo aliquod metallum nõ purgatũ, quia tinctura euanesceret post duas vel tres examinationes.

Additiones. In libro Arist. de Perfecto magisterio dicitur: Sublimati mercurij & calcinati, quod puto idem esse quod fixi: quia calcinari non potest, quin primò sit fixum: & nisi esset calcinatum, non posset solui. Circa finem aliqui dicunt debere apponi aliquod oleum album Philosophorum ad incerandam illam medicinam. Si spiritus fixus non possit ingredi, adde de suo simili non fixo, et dissolue, et congela, et intrabit &c. Sic etiam si corpus calcinatũ non possit reduci in corpus, adde de suo simili fundendo cum illo, & sic reducetur.

Ouum Philosophorum diuide in quatuor partes, quarum quelibet habet vnam naturam, deinde compone ipsum æqualiter proportionaliterq;, ita quòd non sit in eo diuisio nec repugnantia, & habebis propositum Domino concedente. Iste modus est vniuersalis: sed ego diuidam tibi illud in operationes speciales: diuiditur itaque in quatuor, & duobus modis fit bene & sine corruptione. Quando ergo habueris aquam ex aere, & aerem ex igne, & ignem ex terra tunc habebis. Dispone ergo substantiam aeream per discretionem, & dispone substantiam terream per humiditatem & caliditatem, donec conueniant & cõiungantur, & non discrepent, nec diuidantur: & tunc adiungas ei duas virtutes operatiuas, scilicet aquam & ignem, & tunc complebitur opus: quòd si permiscueris aquam solam, fiet Luna: & si coniunxeris ignem, rubefaciet Domino concedente.

FINIS.

HAEC est figura cæli, quæ sphæra cæli nuncupatur: quæ quidem sphæra continet in se octo nobilissimas figuras, scilicet figurã primam, quæ primus circulus appellatur, & est circulus deitatis, quia continet in se verba diuinitatis. Secunda figura continet in se septenarium numerum planetarum. Tertia figura, corruptibilia & generabilia in se continet quatuor elementa. Quarta figura Draconem sæuissimum continet emanantem à prædicto septenario numero planetarũ. Quinta figura caput & mortẽ ipsius Draconis continet euidenter. Sexta figura quæ tangit arborem, sex facies continet, & duo animalia, videlicet ciconias. Septima figura quæ tangit arborem cum planetis, vbi sunt literæ albæ, sextus circulus nominatur. Octaua figura adinstar fulgoris Solis arborem aureã cum eis radicibus in se continet radiantem. Harum figurarum primæ figuræ, videlicet circuli diuinitatis, expositio hæc est, quod ideo tali nomine appellamus, quia diuinitatis nomina, id est sacrę paginæ instituta, & iure legalia & naturalia, quę à Deo infallibiliter creduntur emanasse, sunt ibidem circumscripta. Secundæ figuræ videlicet Saturni & aliorum planetarum explanatio, hæc est: Nam Saturnus sua frigiditate & siccitate format Draconem. Iupiter verò præstat Draconem suam caliditatem digerendo ipsum in quandam substantiam lutosam apparentem, quæ est plena caliditate & igneitate: & ideo non adhere t tangenti. Mars verò sua caliditate & siccitate diuidit ipsum Draconem, & facit ipsum transcurrere per cælum. Sol verò colligit ipsum, & facit ipsum aliquantulum viuere, quia ipse est pater creaturarum, & Draco prędictus diligit ipsum propter suam caliditatem, ac tincturam, & suauissimum odorem, qui redolet in eo. Venus verò sua caliditate & siccitate congregata, disiungit hinc inde mẽbra Draconis transmittendo punctionibus multis per omnes iuncturas eum pungendo, & ipsum Draconem quasi mortuum dimittendo. Mercurius verò & Luna eorum humiditates super ipsum infundentes, viuificant ipsum, quia faciunt ipsum viuere, currere, ambulare, & sibi colorem mutare in speciem sanguinis. Et in principio nigrum apparet, & in medio declinans ad albedinem, & in fine rubicunditas est declinans in colorem capitis sui. Tertiæ figuræ quatuor elementorum corruptibilium & generabilium declaratio hæc est: quòd ideo ipsa corruptibilia & generabilia nominãtur, quia semper corrumpuntur & generãtur, & quia alternantur ad inuicem propter caliditatem & siccitatem, frigiditatem & humiditatem. Et ideo ars & artifex materiam istorum elementorum disponit, ea diuidendo, & adinuicem coniungendo, remouet ea ab eorum mortifera natura, & tunc mutata est qualitas eorum, quia calidum & humidum est nutritiuum, propter caliditatem & humiditatem, quæ in eo est. Frigidum & siccũ quæ in eo erant, & frigidum &, humidum, sitibundos est refrigeratiuum, & infirmos curatiuum, quia aperit oculos cœcorum, & aures surdorum, & mundat leprosos, & extendit neruos, & venas aperit, & mortuos resurgere facit. Quarta figura est Draconis emanantis à prædictis septem planetis, quia ipse procedit per subtilissimas influentias decurrentes in elementa, & deinde in cælis sua materia sparsa, in nubibus habet suum ergastulum: deinde cum aqua pluuiali, & grandinibus iterum descendit in terram, conglutinat se cũ ea, facitq; sibi nouam pelliculam. Et sic incipit serpere in cauernis terrę, & semper tendit ad ima si aliquid eum non impedierit, vaditq; vsque ad aquas marinas: exinde egreditur, si nullum sibi impedimentum fuerit occursum, quousque ipse videat polũ secum

secundum: S
stit ambulare
propterea ve
neno. Quint
nis. Caput ei
angeli seruiu
ea posuit suar
ne Dei, quov
testatem isti i
ideo talis ima
tur caput, & i
dentibus ipsu
manet sempit
prietatibus su
mibus, colorem optimu oītēditur habere: secunda quæ in aquis natat, diminutionem naturæ à prima declinat. Tertia quæ in antro, carbonis similitudinem habens, malam digestionem significat cum superflua humiditate, & pessima fæculentia quæ in ea est. Et ideo manu artificis oportet eam lauare cum elemē to aquæ in ventre ciconiarum igne suppositō, donec aer in ore & in capite ciconiarum ascendat, & per rostrum faciat eum euomere, quousque caput nigrū æthiopis portans similitudinem, fuerit bene lauatum, & inceperit albescere: & tamdiu hoc faciat, quousque rubicunditas suprema appareat. Septima figura, quæ sextus circulus nuncupatur, quidquid circulus tangit arborem cum figuris septem planetarum, vbi sunt literæ albæ, melius est tacere quàm loqui insipientibus de ea: quia in ea manet illud arcanum prēciosissimum, thesaurus omnium Philosophorum sapientum. In ea est transmutatio omnium corruptibiliū & generabilium omnium lapidum precioſorum. Ibi sunt thesauri absconditi innumerabiles, & nemo scit nisi cui Deus voluerit reuelare. Ibi inuenitur lapis duello, onychinus, carbūculus, topatius, amethystus, beryllus, & panthera: & est quoddam cælum vitreum simile crystallo, ductile sicut aurum. Et ideo Reges terræ portant ipsum in capitibus suis: sapientes mulieres abscondunt illud virgines fatuæ publicè portant illud, quia deprædari desiderant. Pontifices & sacerdotes religiosi, & moniales lacerant ipsum, quia sic fuit eis imperatum à lege diuina. Mercatores terræ & agricolatores cum eo diuites facti sunt: & nautæ portant illum ab Oriente vsque in Occidentē: & in Insulis quæ sunt in Meridie magis viget. Octaua figura quam supra nominauimus, arborem aureā est continens cum septem ramis & radicibus apparentibus: quam quidem arborem figuram Solis nuncupamus, quia Reges glorioſi tenēt illam, & pugnāt propter eam, & multi afficiuntur morte. Et ideo ille magnus Alexander Imperator Philippi Macedonum Imperatoris filius in itineribus suis inuenit eam in vltimis regionibus, & ibi inuenit sepulchrum Hermetis patris omnium Philosophorum plenum omnibus thesauris non metallicis, sed literis aureis scriptis in tabula Zaradi, quæ quidem scriptura continetur in vltimis libris, quos Galenus composuit: & inuenit quandam arborem sitam ab extra intus tenentem viriditatem glorioſam: super eam ciconia pulcherrima ibi sedebat, quasi se appellans circulum Lunarem: & ibi ipse ædificauit sedes aureas, & posuit terminum itineribus suis idoneum. Faciamus finem in nostra figura cæli. Sciat lector, quòd talis figura magis est in existentia, quàm in apparentia.

FINIS.

secundum: & exinde remouetur & reuertitur ad primum. Sic nunquam desistit ambulare, quia odit lucem, & semper quærit se abscondere à radijs Solis, & propterea venenosum est, & nō potest homo ipsum interficere sine maiori veneno. Quintam figuram nominamus de capite eius, & de morte ipsius Draconis. Caput eius viuit in æternum: & ideo caput denominatur vita gloriosa, & angeli seruiunt ei. Et hanc imaginem posuit Deus in paradiso deliciarum, & in ea posuit suam imaginem & similitudinem, & ibi Draco pugnauit cum imagine Dei, quousque fecit eam incidere in mortem: & ideo Deus dedit tantā potestatem isti imagini, vt ipsa possit interficere istum supradictū Draconem: & ideo talis imago fuit inserta serpenti, & est caput eius, quia totum corpus sequitur caput, & ipsum caput odit corpus, & interficit ipsum incipiēdo à cauda cū dentibus ipsum corrodere, quòusque totū corpus intret in caput, & in eo permanet sempiternè. Sexta figura continet sex facies & duas ciconias cum proprietatibus suis ibi apparentibus: quarum prima facies quæ permanet in sublimibus, colorem optimū ostēditur habere: secunda quæ in aquis natat, diminutionem naturæ à prima declinat. Tertia quæ in antro, carbonis similitudinem habens, malam digestionem significat cum superflua humiditate, & pessima fæculentia quæ in ea est. Et ideo manu artificis oportet eam lauare cum elemēto aquæ in ventre ciconiarum igne suppositō, donec aer in ore & in capite ciconiarum ascendat, & per rostrum faciat eum euomere, quousque caput nigrū æthiopis portans similitudinem, fuerit bene lauatum, & inceperit albescere: & tamdiu hoc faciat, quousque rubicunditas suprema appareat. Septima figura, quæ sextus circulus nuncupatur, quidquid circulus tangit arborem cum figuris septem planetarum, vbi sunt literæ albæ, melius est tacere quàm loqui insipientibus de ea: quia in ea manet illud arcanum pretiosissimum, thesaurus omnium Philosophorum sapientum. In ea est transmutatio omnium corruptibiliū & generabilium omnium lapidum pretiosorum. Ibi sunt thesauri absconditi innumerabiles, & nemo scit nisi cui Deus voluerit reuelare. Ibi inuenitur lapis duello, onychinus, carbūculus, topatius, amethystus, beryllus, & panthera: & est quoddam cælum vitreum simile crystallo, ductile sicut aurum. Et ideo Reges terræ portant ipsum in capitibus suis: sapientes mulieres abscondunt illud virgines fatuæ publicè portant illud, quia deprædari desiderant. Pontifices & sacerdotes religiosi, & moniales lacerant ipsum, quia sic fuit eis imperatum à lege diuina. Mercatores terræ & agricolatores cum eo diuites facti sunt: & nautæ portant illum ab Oriente vsque in Occidentē: & in Insulis quæ sunt in Meridie magis viget. Octaua figura quam supra nominauimus, arborem aureā est continens cum septem ramis & radicibus apparentibus: quam quidem arborem figuram Solis nuncupamus, quia Reges glorioſi tenēt illam, & pugnāt propter eam, & multi afficiuntur morte. Et ideo ille magnus Alexander Imperator Philippi Macedonum Imperatoris filius in itineribus suis inuenit eam in vltimis regionibus, & ibi inuenit sepulchrum Hermetis patris omnium Philosophorum plenum omnibus thesauris non metallicis, sed literis aureis scriptis in tabula Zaradi, quæ quidem scriptura continetur in vltimis libris, quos Ganenus composuit: & inuenit quandam arborem sitam ab extra intus tenentem viriditatem gloriosam: super eam ciconia pulcherrima ibi sedebat, quasi se appellans circulum Lunarem: & ibi ipse ædificauit sedes aureas, & posuit terminum itineribus suis idoneum. Faciamus finem in nostra figura cæli. Sciat lector, quòd talis figura magis est in existentia, quàm in apparentia.

FINIS.

APERTORIVM RAYMVNDI LVLLII

DE VERI LAPIDIS COMPOSITIONE.

APIENTES asserunt quòd tantùm sit vnus lapis compositus solùm ex quatuor elementis, nullius extranei indigens, nisi sit eius naturæ. Primò omnium purgatur de tota eius superfluitate & phlegmatica materia corruptibili, quæ ipsius mors est (ex quo patet, quòd mors corporis quæ in ipsius putrefactione vel copia fit, ipsius etiam purificatione tollatur) & quæ mortificat ipsum spiritum, qui habet potestatem viuificandi suam terram: Purgetur ergo, & separetur ab eo phlegma corruptibile per subtile ingenium, quod tibi dicam. Nam si non bene purgetur, nunquam terra eius bene purgatur, albificatur, neque fiet matrimonium inter corpus & spiritum: & sic tunc ille spiritus nominatus est spiritus lapidis, qui habet viuificare corpus suũ mortuum: à quo compositio per suam præparationem exiuit. Et ideo quando corpus reuersum est de morte ad vitam, tunc ipsum est clarum, purum, album, & resplendẽs (nota, vt mercurius) cum magna subtilitate, & vestitum pulcherrimis indumentis. Scias quòd quando iste igneus spiritus intrabit suum corpus, & ipsum resurgere faciet, tunc Philosophi nominant ipsum lapidem benedictum, & lapidem magni precij & honoris post suam resurrectionem: & illud intelligitur de igneo & nobilissimo spiritu prædicti lapidis, qui sic illuminatus est in natura quatuor elementorũ. Non tamen intelligitur sic se habere, quòd sit terra solùm, vel aqua solùm, nec aqua, nec ignis: sed tantummodò est vna sola natura, quæ continet in se de natura & proprietate quatuor elementorum simul, aliàs non posset ligari cum sua terra: & per consequens terra non posset albificari per eundem spiritum, si ipsa de natura non haberet. Ideo omni tẽpore considerandum, quòd natura, & proprietas quæ est in isto spiritu, non sit combusta in præparatione eius per potentiam ignis: quoniam tunc spiritus nullo tempore haberet à se potestatẽ albificandi, aut se coniungendi cum terra: quia medium & anima quæ participat intra mortem & vitã, separaret se ab ipso spiritũ per potentiam ignis in tali forma, quòd spiritus maneret mortuus sine anima: & sic anima elongaretur ab eo fugiendo in regionem suæ sphæræ. Et tale secretum non est dicendum apud ignaros & inscios. Non ignoras tu, quòd illi qui credunt facere aquam vitæ, ipsi certè faciunt aquam mortis, combustionis causa. Ideo supplico tibi, vt custodias ignem in præparatioue ista, & non destruatur nimio calore: nam cum anima recedit, tunc spiritus non haberet posse viuificare suum corpus, quum non dare possit, quod non habet in se. Et nota, quòd præparatio ipsius spiritus fit sub tali forma. R. de meliori succo Lunarię (intellige mercurium) quem inuenire potes: scilicet de fortissimo lib. 1. aut 2. & pone in vas cum alembico, iuncturis bene clausis & lutatis, pone ad furnellum & fac subtus ignem de vno lichnio, & subtili lento igne prædicti spiritus distillentur: & tamdiu distilletur, donec amplius incipiat venas facere: tunc per illud separare poteris spissum aereæ animæ: & ideo quando phlegma incipit venire aut venare, tunc signum est quòd spiritus distillatus est, qui tenet in se omnes perfectiones vitæ. Et tunc recipe illum spiritum distillatum, & custodi ipsum optimè in vitreo bene obstructo cum cera alba: post appone aliud receptaculum sub alembico, & recipe secundam aquam, quia adhuc retinet de sublimato spiritu, licet non ita forti vt primò: de ista secunda aqua distilla tamdiu quousque nihil amplius veniat nisi phlegma, & quæ non habet se aliter nisi sicut aqua

qua corrupta communiter guſtando modicum per os tuum,ſi adhuc habet aliquam virtutem,tunc adhuc magis poteris diſtillare:ſi autẽ eſt ſicut alia aqua pura in guſtu,tunc depone receptaculum cum iſta ſecunda aqua, & poſt pone aliud purum ad recipiẽdum totum phlegma,tamdiu diſtillãdo,vt nihil plus diſtilletur: & tunc totum phlegma effundatur,quoniam ipſum eſt quod mortem infert noſtro lapidi precioſo:&hoc vulgus non cognoſcit,ſed nos cognoſcimus.Iam ibi habes terram quæ manſit in fundo vaſis in toto nigra ad modũ picis fuſæ:illa enim terræ calcinatio nõ poteſt fieri igni forti ſicut Sophiſtæ credunt:ſed ipſa fit per proprium ſpiritum ſuum,qui cuſtodit eam à crematione, quia ſuus ſpiritus animam ſuam à ſuo corpore trahit,& repellit phlegma ſuum ſuperfluum,& terram mortificat,&poſtea perpetualiter eam viuificat.Et ergo nunc calcina terram prædictam ſub iſta forma: R.ſecundam aquam diſtillatã, & funde eam ſuper terrã nigram in vaſe ſuo,& miſce bene, quouſq; ſit diſſoluta,quia terra ſtatim ſoluit. Et caue ne à fæcũ fumoſitate(ſpiritus) recedat,quia ibi eſt ſulfur quod habet poſſe congelare noſtram aquam in laminam cryſtallinam vel formam albiſsimi pulueris,ſicut eſt nix pulcherrima. Moue ergo bene prædictas fæces:& ſcias quòd iã dictæ fæces fumoſæ in tantũ manibus moueri debent in ſuo vaſe,donec bene ſint diſſolutæ in ſuo ſpiritu. Poſt deſuper pone alembicum,& luta bene & diſtilla ſuum ſpiritum per ignem cum vno ligmine(lychnio)ſubtili forma vt prædixi,donec videbis quòd nullæ verę quas ſpiritus faciunt,iterum corrumpuntur in capite alembici:&tunc iterum recipe receptaculum alembici cum ſpiritibus,& pone ad partem,& appone aliud receptaculum & diſtilla,vlterius videndo an adhuc ibi ſint plures ſpiritus:ſin autẽ tunc aqua quæ diſtillatur,habet ſaporem ſicut aqua communis fontalis calida,tunc eam effunde iterum,quia talis aqua phlegmatica quę diſtillatur,adducit etiam mortem noſtri lapidis.Et poſt totam diſtillationem, tunc accipe vas cum tota materia,quam tunc inuenies magis duram quàm prius:& hæc eſt ratio,quia tunc ille ſpiritus attraxit ſibi animam aeream de ſuo corpore,eo quòd ipſe eſt locus in quo anima continetur:illam operationem reitera totiens, donec tu videbis materiam tuam calcinatam in fundo,in puluere nigro:vel etiam tamdiu vſquequo videbis nullum amplius præſtare phlegma & ſaporem ſicut prima(N.ſemel pro ſemper accipe & intellige quòd vbicunq; vel quotieſcũq; ponit diſtillationem in prædicta forma,ſcilicet per diuerſarum aquarũ aut partium receptionem,& per indigentiam diuerſorum vaſorum: hæc & ſimilia, & omnia ſibi adiuncta ſemper ſint tibi ſuſpecta,tanquam verè mendoſa & à veritatis tramite deuia,& ad deceptionem & illuſionem incautorum poſita, quia vno vaſe & vniformi ſublimatione philoſophica hoc opus philoſophicũ perficitur.) Sequit in textu.Et non ignores quòd in diſtillatione miſceas illos duos ſpiritus ſimul ſuper terram ſuam tamdiu vſq; quo terra & ſpiritus habebunt illa ſigna ſupradicta,nempe vt terra ſit calcinata,& ſpiritus nullum faciat phlegma

Gloſſa.

Scias fili Cariſsime,quòd in iſto capitulo primo magnum ſecretum continetur,quantum ibi eſt extractio animæ à corpore,per quam ſpiritus eius viuificatur,ſicut corpus in abſentia eius mortificatur.Ergo ſubtrahe humorem mortificantem calorem naturalem:ipſe enim calor eſt cauſa generationis noſtri ſulfuris.Sic Philoſophi teſtantur,quòd noſtrum ſulfur non poterit generare ſine calore:nos enim trahimus tunc iſtum calorem de morte ad vitam,quia prius in ſulfure nigro mortuus fuit:nunc autem eſt viuus & indutus magnis virtutibus & potentijs.Et ſcias quòd iſte calor nunc debet poſſe penetrare omnes partes ſui ſpiritus mediante cauſa ſuæ acuitatis,& etiam habet coagulare ratione ſuæ ſiccitatis:quia ſcriptum eſt,quòd omne ſiccum libenter ebibit ſuum humorẽ,

Generatio unde

& conuertit ipsum sulfur, quod postea potestatem habet coagulandi totum argentum viuum.

Inspice fili charitatis: Quòd si ista cõuersio seu transmutatio inspiciatur, tũc ibi nulla est contrarietas sensus in generatione: quia omnis generatio habet fieri per diuersitatem suæ corruptionis & generationis, quæ sunt simul contrariæ: Et corruptio quę est potens in materia illa ducit eam posse deuenire in nouam generationem vitę æternæ. Et propter hoc est necessarium, quòd corruptio sit facta per elementorum separationem: post præparationem earum creatur sulfur: & de illo poteris postea conficere medicinam lapidis secreti, in quam fluxit talis virtus sulfuris, quæ habet viuificare & ligare duo contraria, scilicet corpus & spiritum, subtiliando & miscendo corpus cum spiritu, & congelando & retinendo corpus in spiritu, & spiritum in corpore, fixatione permanente. Et hoc testatur Philosophus quum dicit, Nos non possumus facere transitum de mollitie mercurij ad duritiem metalli sine dispositione media, quæ participat de vna sicut de altera, & immediatè illa participatione habet potestatem colligare simul, & facere vnionem. Quare si tu es indagator veritatis, intellige quòd tria facta sunt vnum. Et hoc testatur Philosophus in libro de Trinitate, vbi inquit, Lapis noster preciosus compositus est ex tribus, scilicet spiritu, corpore, & anima: & simul scias etiam quòd spiritus est medium, quandoque inter corpus & animam, quia spiritus attrahit animam à corpore mortificando corpus, & postea reddit sibi animã & resuscitat ipsum. De ista resurrectione loquitur Hermes ad omnes inquisitores artis, & veritatis: O fili recipe animam lapidis, & semina eam in terram foliatam nostram albam, quæ est volatilis: si enim vis quòd perdat sua magna elementa: & scias quòd anima retinet eam ita quòd nõ poterit fugere, quando ipsa ascendit in cælum, & descendit in terram, & tamen virtutẽ corporis spiritus recipit sub tali forma, scilicet quòd nihil est quod possit contra eam, nec mors etiam poterit eam iteratò mortificare, quòd scriptum sit, quòd si qua vna vitæ resuscitatur: nunquam aliàs morietur. Ideo fili potest intelligi, quòd vita æterna non potest esse in aliquo corpore, nisi prius fuerit mortuũ: quia mors est causa glorificationis ipsius corporis in vita ęterna, sicut corruptio est causa nouellæ generationis diuinæ substantiæ.

Successiuè soluitur.

Mortifica ergo corpus prius per corruptionem, antequam aliud aliquid facias, & post parum, iterum parum trahe ipsum ad vitam, donec perueniat ad tale medium corporalitatis & spiritualitatis, quod nos nominamus mediũ participans naturam duorum extremorum, scilicet inter animam & corpus: & secundum istam rationem dicimus spiritum esse vitam animæ, quando ipsa continet in se animã, & etiam ipsum spiritum nominamus corpus ratione suæ corporalitatis palpabilis & visibilis, à quo componitur, & etiam in loco locatur. & illa est ratio quare hic spiritus retinet in se de natura corporis. Et præter illas duas proprietates iam dictas, scias hoc tertium inter corpus & animam, quod nos nominamus medium, quod habet posse viuere & ligare ea adinuicem sine separatione, & postea ille spiritus continet in se animam, per quam mortuum corpus reuiuificatur. Ergo hæc est causa motiua, quòd cõiunctio inter corpus & spiritum per naturalem amorem, & per dispositionem amicabilem facta est. Ipsa enim amabilis dispositio & coniunctio amoris, est illa per quam coniũctio spiritus & corporis se facit esse natura corporis indiuidualis, in qua est spissitudo corporis, & potentia cum istis omnibus figuris, quæ intrant primò in substantiam de subtili spiritu. Etiam eius spissitudo elongata est in substantia cum subtili spiritu per talem subtilem modum, ita quòd non est oculus corporalis, quo aliquid aliud videri possit, quàm solutio spirituum, quę est in forma aquæ

& sic

& sic ipsa anima & spissitudo corporis ibi inuisibiliter simul requiescunt. Et tũc etiam apparet, quomodo anima ligata est virtute & qualitate corporis, & etiã anima est de natura & spissitudine corporis eiusdem: Ergo quando corpus est mortuum ex siti, tunc illud desiderat humectare suam sitim, & bibere pro restauratione suæ naturæ humidæ, quam excellenter & potenter perdidit in sua calcinatione: & sic tunc per restaurationem viuificatiuam trahit ad se naturam quam amisit, & intrat in naturam suam, & etiam trahit ipsum multiplicatũ de propria sua substantia, & exuberatum per naturam sui corporis, quæ effusa est per totam substantiam spiritus. Et sic illa extractio quæ facta est per supra dictam naturæ amicabilitatem, & est coniunctionis causa inter corpus & spiritũ: & de illa coniunctione Philosophus ad Filium veritatis sic dicit, Quia si coniunctio non fuerit facta intra corpus & spiritum, nunquam fit ibi conceptio: & si non fuerit conceptio, nunquam potest fieri imprægnatio: & vbi non est imprægnatio, ibi nunquam potest fieri nati generatio. Et sic isto modo potest videri potestas istius coniunctionis. Et propter hoc manifestat Philosophus, q generatio nostri lapidis assimilatur humanæ generationi ex ista ratione, quia quando infans nascitur, tunc nutriendus tamdiu est, donec bene fortis, & patiens est contra ignem seu ignis substantiam: & non æstimes quòd tunc compleueris, vbi modo primo incipere debes: quia adhuc non vidisti secretũ quod retentum est filijs veritatis demonstrandi. Et illud modò hîc incipit in secunda parte de nutrimento lapidis, quando hîc magnæ transmutationes illius lapidis secundũ posse manifestatur. De tanto magis transmutationes videbis, & multorum mirabilium secreta, & potestas naturæ manifestabitur tibi visibiliter coram oculis tuis. Et illud secretum nulli hominum carnali reuelare expedit, quia maledictus eris per tanti secreti manifestationẽ, quia nemini reuelare licet, nisi soli Deo. Ipse enim cui vult & quibus interest reuelari, illis reuelabit, & nõ alijs quia est donum Dei, & nullius mortalis hominis. Et cui Dominus Deus fecerit tantam gratiam, illi hoc secretum naturæ reuelabit, & secundum suum placitum, quod in ipsius virtute ac potestate locauit. Conceptio.

Terræ viuificatio.

SCias fili, quòd necessarium est in illa viuificatione, vt terra recuperet illud quod perdidit, & quòd suus spiritus humidus reportetur in corpus suum siccum per naturalem transmutationem. Illa autem non potest fieri per potentias seu per ingenium naturale: sed ingenium naturæ est locus nostri sulfuris, scilicet in complexione & vtilitate. Et ex his habetur causa necessaria, scilicet quòd granum spermaticale, quod est humidum & calidum hoc transmutare habet: ideo Philosophi considerauerunt dicẽdo, quòd totum illud facit vna natura, quoniam ipsa de dispositione in dispositionem conuersa est, & cõuertit, & in tali dispositione ipsa natura transmutat: & sic etiam granum tale modò transmutat: & hoc intelligendum de calido & humido spiritu (N. hîc aduerte, quòd spiritus Philosophorum differt à spiritu vulgi in calido) quia mercurius vulgi est frigidus & humidus: Philosophorum autem spiritus est iam calidus, & humidus.) Sequitur, O fili veritatis, per istam transmutationem Philosophi notant, quòd terra lapidis debet priuari de tota sua humiditate tamdiu, quousque conuersa fuerit in qualitatem siccam. Et post hoc concludunt, quòd humiditas conuersa fuit in siccum locum suum: hoc intelligendum est, id est in propriam suam terram, quia illa est proprius locus generationis nostri sulfuris. Et hoc tunc apparebit manifestè, quòd illa terra illud ante suam præparationem, & calcinationem non facit, & tamen ipsa post calcinationem hoc facere habet propter calorem ipsius naturalem, qui fuit confortatus per subtractionem hu- Glossa.

Tritio. miditatis quæ habuit eum mortificare,& totaliter ſubmergere. Et tunc terram iſtam præpara &bene calcina per rationem philoſophicam,antequàm ad eam ſementum ſeminaueris,quod nos multum diligimus.Et ergo poſt R. terram & cum ea quartam partem ponderis ſui de ſpiritu,& poſt pone ad vas tuũ, quod nos appellamus retentorium,& loca ad furnum continuando ignem lentum tamdiu donec ſpiritus omnino coaguletur in terram. Scias fili, quòd corpus quod eſt mortuum,illud induit ſe albis veſtimentis,ſicut ſi Deus voluerit,tu vi debis,quando illa prædicta experimentabis.Iſtas apparationes, fili, reiterabis tamdiu donec videas terram totaliter albam ad modum niuis:& ſic tunc terra eſt ingroſſata & impręgnata cum æterna claritate,quę habet infantem parere: ille enim partus ſinẽ imponit,ſcilicet quãdo ſpiritus congelatur in ſulfur,quod operatum erat de terra,& deſiderabat in ea ſplendidam claritatem ad finem illius,quòd ipſa eſſet pura & ſine corruptione,& quòd eſſet ſupra impurã & corruptibilem.Et ſecundum iſtum modum quando terra fuerit bene alba,tunc fili extrahe eam ex ſuo vaſe,& tere eam vt fiat puluis minutiſsimus, & hoc facſupra laminam vitream.Poſt iterum imponitur vaſi, lutando eius iuncturas bene,& ponitur vlterius ſupra furnellum, & accendatur ignis continuando per triginta horas,& inuenies in angulis & parietibus vaſis infantem natum,reſuſcitatum,per modum pulueris albiſsimi pulcherrimi,& tam clari, & in tali claritate ſicut corpus Lunæ. Cuſtodi ergo illum valde honoratum, quia ipſa eſt terra noſtra foliata,& de ſpiritu corporum ſublimãdorum conuerſo in terram foliatam:& in eandem ſemina animam,quæ eſt tinctura totius claritatis: ipſa enim eſt verum medium ſulfuris & arſenici,& noſtri lapidis, qui habet facere pacem inter inimicos mortales,quos maximè deſiderat.Et ex quo ille lapis erit corpus aureum,ſpirituale &incorruptibile:tunc propter illam rationem ipſe tenet virtutem vtranque,& de vna ſicut de alia,illo non obſtante, quòd ille ſit in tantum perfectus ſicut ſua corporalitas,non tamen ſic eſt in operatione: quia non poteſt tamdiu donec ſit nutritus,ſic quòd habebit operandi potentiam ſecundum poſſe ſuum,& hîc inuenietis fortitudinem ſui nutrimenti.Et illius propoſiti fuerunt antiqui,quos egovidi in ſocietate Regis Ruperti,qui de illo lapide proiectionem fecerunt ſtatim poſt ſuam creationem:& quum viderent quòd non eſſet nutritus in fortitudine ſua, & etiam quum non inuenerũt de perfectione ipſius,poſt hoc ingeniati fuerunt rationem & poſsibilitatẽ ſuæ operationis,& inceperunt operari de illo pulchro opere,quod eſt ipſius medicinæ comparatio,& nutrimentum lapidis:& illa eſt ſecunda & vltima pars ipſius magiſterij totius.Propter hoc,fili,potes intelligere ſecretum operis Philoſophorum diuiſum in duas partes:in prima docet informare ſulfur, in ſecunda docet conuertere ſulfur & medicinam fixam & fluentem, ſicut docet Morienus in libro ſuo dicendo, Quòd totum magiſterium noſtrum neceſſariò fieri debet in duabus creationibus,& illæ mutuæ cauſæ creationis ſunt ſibi proximæ in natura,quia quando prima creatio completa eſt,tunc incipit ſecũda pro opere medicinæ:& quãdo ſecunda eſt completa,tunc totum magiſterium eſt completum. Et fili veritatis intellige,quòd nos in prima operatione noſtræ artis purgamus & præparamus materiam pro ſui ſulfuris creatione. Qua præparata,modò in ſecunda operatione componimus & creamus medicinã, quæ habebit tantam virtutem & poſſe, vt patebit. Et ideo primò debes creare ſuũ ſulfur,quia ſine eo non poteſt facere aliquis Elixir completũ. Et quãdo creaſti ſulfur,tunc incipit opus philoſophicum.Et non habeas tædium in ipſo nutriẽdo,& ne feſtines,quia ſcriptum eſt,Qui patientiam in opere non habet,& non inſpicit in noſtris libris naturæ mutationem,ille propter feſtinantiam corrumpit

Rectificatio.

Multiplicatio.

Purgatio.

Paulatim nutriatur.

pit opus: ideo patientiam te habere oportebit, & nutrire ipsum tamdiu, donec de illo lapide facere poteris proiectionem: & tunc videbis naturæ mirabilitatem. Et illud secretum cum perfectione suâ est demonstratum filijs veritatis. Et hæc est secũda pars de creatione lapidis & præparatione materiæ illius, de qua nostra medicina creari debet. Et fili doctrinæ, si illa materia sulfuris non fuerit bene præparata, tunc ex illa nullam tibi medicinam creare poteris: quia scriptũ est de ordine naturæ, quòd materia non præparata non potest facere aut creare causam præparationis: Præpara ergo primò tuam materiam, & separa subtile à spisso, & nobile de vili: Et quando res præparatæ fuerint, tunc exibit causa præparationis, sicut de lumine exit splendor.

Secunda pars de opere Philosophorum, de confectione Medicinæ.

NVnc per secundam partem colorabit se lapis, fixatur & fermentatur: fermentum autem lapidis ad album, est argentum: & ad rubeum est aurum, sicut Philosophi demonstrant: quia sine fermento non venit Sol, neque Luna, nec aliquid aliud quod sit suæ naturæ. Coniunge ergo fermentum cum sulfure suo, & generare poterit suum simile: quia fermẽtum trahit sulfur ad suũ colorem, & etiam ad suam naturam, & ad pondus, necnon ad saporem & sonũ suum: quia quodlibet simile generat suum simile, quia fermẽtum vt Sol tingit, mutat suum sulfur in medicinam permanentem & penetrantem: ideo dicit Philosophus, Qui nouerit sulfur & arg. viu. tingere cum Sole & Luna, ille peruenit ad maximum arcanum: Et propter hoc oportet quòd Sol & Luna sint tinctura & fermentum ipsius spiritus & aquæ permanentis arg. viui, & per illam aquã aliæ naturæ debent fixari, & nutriri cum naturali calore tamdiu, vsquequo habebunt suam fixationem & fusionem perfectam. *Tinctura.*

Post hoc, fit regimen coniunctionis lapidis cum suo fermento, scilicet vsq; donec ad completum suum opus peruentum sit. Et hoc non fit vna vice simul, quia hoc de intentione naturæ non est, sed bene per copulationem, scilicet parum post parum, & etiam per coagulationem fit vera medicina vniformis. Et propter hoc illa copulatio causatur à subtilibus partibus transmutatis & alteratis in formam & essentiam spiritualem: quia scriptum est, quòd corpus crassum cum simplici, & simplex cum crasso, propter eorum contrarietatem se coniungere non possunt, nisi crassum conuertatur in subtilitatem suam, per suum simplicem spiritum, & tunc sint commiscibilia simul. Et hoc notificãt Philosophi declarando cuidam veritatis filio, & dicunt, quòd perfecta mistura est, commiscibilium alteratorum corporum per indiuisibilia sibi iunctorum vnio, quia illa hîc requiruntur per patentem rationem: quia mistio siue vnio non potest fieri sine alteratione, quæ est subtiliatio corporis, & reductio in formam spiritualẽ. Et de illa parte dicunt Philosophi, quòd iam medicina completa est ab vna materie in aliam maneriem crystallinam: & tunc apparebit quòd illa lamina composita est de subtilibus partibus naturalibus per naturale ingenium vniformiter coniuncta sine diuisione illarum partium per modicum, & iterum modicũ, quia talis causa non potest fieri sine subtiliatione & homogeneitate naturæ: & propter hoc conuenit vt veniat illa materia ita subtilis, quòd omnes partes in natura æquales sint mistæ cum aqua: & hoc videre poteris per tuum intellectũ quum factum sit vnum corpus transparens, & in vnum continuatum per coniunctionem & connexionem multarum partium sine diuisione, discontinuatione & terminatione in vnam spissitudinem & figuram transparentem per omnes partes suas. Iam fili, tu modò habes non modicum secretum. Scias nunc, coniunctionem inter sulfur & fermentum in forma homogenea (N. hîc nota, quòd spiritus Philosophorum solutus dicitur fermentum, quia de Sole venit *Mistio quid.* *Fermentatio quid*

& ſol eſt: qui ſpiritus conuertit ſulfur ſuum in homogeneitatem ſuam iteratò, & hæc eſt fermentatio vera, quæ aliàs multiplicatio dicitur:) ſequitur, Illumina primò corpus antequàm imponas animam: quia aliàs nunquam poſſet ſuſcipere aut in ſe retinere ſpiritum.

Iterum de lapide minerali.

RECipe nunc dimidiam vnciam Lunæ finatæ, & diſſolue in aqua mercurii: ipſa enim diſſoluitur in aquam viridem: & poſt ſepara aquam per rationem Philoſophorum: & ſcias quòd prima forma argenti eſt aqua: & tunc recipe terram de illa Luna, & pone ad partem: & poſtea recipe aquã, & diuide in duas partes: in vnamq; partem proijce vnam partẽ lapidis (arte argenti) puluerizati, & obſtrue bene ampullam, & pone ad Solem, & diſſolue in aquam claram: & illa eſt aqua fermentabilis, in qua fermentatur noſter lapis, & trahitur ad materiam metallorum. Illam aquam diuide in duas partes, & vnam partem pone in vitrum ad congelandum ſuper ignem: poſt recipe vnam partem argenti & amalgama ipſum in duplo cum arg. viuo: deinde recipe de lapide congelato quartam partem, & miſce ſimul cum prædicta amalgama, & contere eã ſimul tamdiu vſquequo facta ſint vnum corpus: poſt imbibe iterum aliam partẽ tuæ materiæ de aqua fermẽtabili paulatim, ſicut prędixi in Creatione lapidis: poſt mitte materiam tuam in vnum vas ad nutriendum continuando lentum ignẽ. Hîc debet intelligi, quòd vapor lapidis coniunctus cum vapore lapidis arg. viui perfectè congelat in veram medicinam albã finitam reſplẽdentem. Et quãtò plus iſtam operationem reiteraueris, tantò magis multiplicabis in patientia & virtute tuam medicinam: videlicet ſic, ſi vna pars medicinæ prima vice conuerteret centum, ſecunda vice mille, tertia decem millia, & ſic in infinitum: propter hoc non negligas iſtam operationem multiplicationis: Quia quæ medicina plus diſponitur digeſtione illa, plus perfectè agit in operatione.

Fixatio & compoſitio tincturæ.

NVnc dicam fixationem aeris, quæ portat in ſe tincturam: Accipe terram Lunæ quam prius poſuiſti ad partem & modicum aquæ, & pone totum ad diſtillandum, & ſepara aquam diſtillando igne vnius puncti tamdiu, donec amplius nil exibit per illum ignem: poſt pone aliud receptaculum ad naſum alembici, & recipies aerem, qui eſt rubei coloris, aut glauei per maiorem ignis expreſsionem æqualiter continuando, & totum quod poteſt diſtillari recipiendo. Quum autem non plus diſtillatur, tunc pone aquã ad partem bene obſtruendo: poſtea tere terram quæ remanſit in fundo vaſis, & iterum bene cõtere eam ſuper laminam vitream, & etiam modicum de lapide præſcripto cum ea, & imbibe has res cum aqua, quæ diſtillata eſt à terra tamdiu donec ſit vt paſta: poſtea pone ad diſtillandum per alembicum, & fac ignem de duobus punctis, quia magis ſtrenuè diſtillatur quàm prius: & quò tardius humor ſeparatur à ſuo corpore, tantò magis nobilior, precioſior, melior & potentior erit: & reitera vlterius iſtam diſtillationem, donec extraxeris animam à ſuo corpore, ſic vt amplius nil poſsit diſtillari: & eandem diſtillationem pone in aere, quæ rubei aut glauci coloris eſt. Deinde ſemel rectifica diſtillationem per ſe ipſam ſolam: & ſic habes aerem per quem tu tinges & fixabis tuum lapidem in illa manerie aut ſpecie. Recipe arg. viuum quòd modò congelatum eſt per vaporem lapidis & corporis, & contere ipſum ſuper laminam vitream, vel lapide marmoreo in puluerem ſubtilem, & imbibe cum aere prædicto modicum & modicum, vſquequo fiat per modum paſtæ. Illam materiam nutrias igne lento, & continuo cum vno ligmine, & tamdiu quoad aer congeletur cum lapide, ſicut feciſti cum aqua in lamina cryſtallina, reiterando illam operationem vſque

quo

quo bibat medietatem sui ponderis. Post hoc, recipe de ista lamina crystallina modicum, & pone super laminam cupri rubeam, & liquescat ad modum ceræ sine fumo: & tunc illa medicina creata est & fixa. Et reitera decoctionem tuam vsquequo habebit tale signum. Et de eadem medicina recipe, & proijce super centum partes louis albi, vel alterius cuiuscunq; metalli, & conuertetur in argẽtum, quòd melius erit minerali. Et quando vna pars medicinæ proiecta fuerit per modum prædictæ proiectionis super centum partes arg. viui, tunc congelatur in verum argentum etiam melius minerali in omnibus proprietatibus. Et quando medicina fuit semel multiplicata, tunc fac sic ex ea proiectionẽ. R. vnã partem ipsius medicinæ & proijce super centum partes mercurij calidi, & iterum conuertetur in medicinam: & vlterius faciendo proiectionem medicinæ super alium mercurium calidum, tunc vna pars istius medicinæ conuertit centum partes in verum argentum.

Si vis per alium modum facere tuum Elixir, & plus facilius, non miscendo lapidem tuum cum aqua argenti aliàs: Tunc recipe amalgama factum ex argento & mercurio, & misce illud amalgama cum tuo lapide in quarta parte sui põderis, & totum illud contere bene super laminam vitream donec fiat vnum corpus: imbibe totam medicinam cum aqua Lunæ modicum & iterum modicum sicut prædixi de creatione lapidis: post pone tuam medicinam in vas tuum nutritorium, & fac totum illud eodem modo sicut scriptum est.

Adhuc fili per alium modum poteris facere aut componere tuum Elixir: Et custodi quòd habeas perfectam temperantiam coniunctionis & proprietatis, & scias quòd recipies vnam partem, & semis de aqua argenti, & dissolue in ea vnam partem de præscripto lapide, & totum erit in dispositione aquæ claræ. Et post proijce duas partes aeris in istam aquam, & eandem pone ad congelandum, confortando virtutem lapidis, quia ille habet totum congelare & fixare: & sextam partem aquæ, aut quartam separabis cum igne per viã decoctionis de toto composito, quia magis est de aqua, per quam sulfur se posuit in distillatione, & conuertit se in naturam aquæ contra potentiam sulfuris: & sic per eam apparebit, sicut illa materia demonstrat, quòd in omni tempore fortiorem vincit minus forte, eo quòd non succurritur: Et propter hoc enim opportunũ est, quòd aqua separabit sulfur per suæ naturæ cursum, & conuertit ipsum per dissolutionem in suam naturam, propter similitudinem materiei. Etiam conueniens est, quòd sulfur habeat posse separare aquam, & eam conuertere à proprietate suæ naturæ per congelationem, & conuersio fit cum naturali ratione: nos enim demonstrauimus & per experientiam certificamus, confortando virtutem lapidis, & damus ei tale subsidium, quòd habeat posse conuertere aquã, quæ ipsum prius conuertebat in suum simile: propterea oportebit te scire illud secretum, scilicet non solùm quæ sit causa, sed etiam modum, per quem modũ poterit operari aut confortari virtus alicuius. Et talis confortatio nõ potest fieri in re vna sine debilitatione alterius, sicut manifestè apparet in dissolutiõe sulfuris. Et fili, omnis dissolutio est debilitatio sui ipsius: & ex hoc surgit illud, quòd lapis noster per solutionem debilitatur, quoniã virtus aquę ad hoc se cõfortat, vt habeat succursum confortare virtutes aquę: per quas confortationes possunt separari virtutes nostri lapidis debilitati, & cõuertere se in suã qualitatẽ & naturã: & ex tali cõuersione facta per debilitatẽ vnius, & cõfortationẽ alterius est corruptio nostri lapidis, & sicut videtur, submersũ est in profũda foueà aquæ, sicut per eandẽ naturam appositã, & per cõpetentem rationem natura sagax nobis demõstrat, quòd virtus lapidis debilitata posset cõfortari per debilitatã virtutem aquæ: confortatur tamen sub tali specie quæ habet potestatem

conuertendi aquam in ſuam naturam. Et ſciendum eſt, quòd illud quod eſt de natura humida, reduci debet in naturam ſiccam, & pariter frigida in naturam calidam. Et propterea relucet doctrina Philoſophorum, quæ dicit, quòd conuerſio lapidis in arg. viu. non eſt alia cauſa, niſi coniunctio vnius veræ naturæ in aliam. Fili doctrinæ, nónne percipis quia naturæ ſunt multiplices? & tamẽ niſi vna ſola natura diuiſa in quatuor partes, & quælibet pars in ſuum elementum: quia nullum elementũ poteſt eſſe ſine diuiſione ſuæ naturæ, eo quòd nullum elementum ipſas partes habet integraliter: & per hoc vnum elementum ſolum non poteſt corrumpi, neque generari in ſe ipſo, quia non eſt ſpiritus natura. Et ergo Philoſophi dicunt, quòd noſtrum magiſterium non poteſt perfici ſine natura quatuor elementorum ſimul: & eadem natura quæ eſt cauſa homogeneitatis ſeparat ſe de toto eterogeneo, quando poteſt mutari in omnes elementales qualitates: & illud boni artis conſideratores nolunt quòd elementa ſint de ſimplicibus qualitatibus: & per hoc habent poſſe conuertere & mutare naturam de qualitate in qualitatem, aliquando in ſiccum, aliquando in humidum, & ſic de cæteris, ſecundum quòd diuiſio naturæ eſt confortata per cõiunctionem ſuorum elementorum, vel etiam debilitata. Et fili, hoc intellige, q̃ lapis noſter non fit aliter niſi de vna ſola pura natura, quam quilibet ſapiens ſcire poterit per duos modos: primò per ſapientiam ſpeculatiuam, id eſt per moderamen intellectus, & per experientiam cum perfecta illuminatione.

Et hos modos ſpecialiter teſtificantur Philoſopni quãdo dicunt, quòd noſtra medicina eſt vna ſola natura, & illa eſt vna ſubtilis ſubſtantia, in quam qualitates elementorum intrant. Ideo illæ qualitates elemẽtorum de illa magis ad ſe trahunt, in quo plus abundat: & ſic qualitates ſunt ſicut materia elementorũ in quas ipſa ponunt ſuas formas, & in eis ſunt retentæ, ſicut eius natura demõſtrat in omni generatione. Et fili, in ſubtili ſubſtantia condenſant ſe qualitates elementorum, & propter hoc capiuntur: & per hoc elementa ſunt quæ dãt tã multas virtutes in illam ſubſtantiã, per quas ipſa poterit penetrare, tingere & facere operationẽ mirabilem, quam populus cõmunis & ignarus æſtimat pro maximo miraculo: ſic quòd putant tale factum eſſe per incãtationem magicæ artis, quũ ipſorum memoria & intellectus non valet comprehendere noſtrum magiſterium, quod per naturam & de natura, & etiam ex natura factum eſt. Fili doctrinæ, ſi iſta natura non fuiſſet de ſubtili ſubſtantia eſſentiali elementorum, tunc illa impura eſſentialitas elementorum nõ potuiſſet eſſe, & dominari in ſubſtantia: & etiam ſi quodlibet elementum ſeorſum ſecundum ſuam ſubſtãtiã eſſet minerale, tunc illa ſubſtantia non poſſet etiam penetrare, nec ingreſsũ habere, neque colorare. Ergo propter iſtã proprietatem fili nõ conuenit quòd ignis perdominetur in prædicta ſubſtantia elementorum ſecundum ſuam mineram: cuius cauſam quæras in teſtamento noſtro.

FINIS.

ARS INTELLECTIVA D. EXIMII RAYMVNDI LVLLII SVPER LAPIDEM PHILOſophorum.

SVNT plures nimis errantes per vniuerſum mundum deuiantes ab opere naturæ ex defectu ingenij, quia nõ philoſopharunt nec intellexerunt cauſas per quas procedunt effectus, quos natura demonſtrat omni bono intellectui: propterea nimis fuerunt excæcati in hoc quod ſemper vident corporaliter: quare nimis ſunt decepti, quando intuuntur cęcaliter velle aſsimilari naturæ, & ſuas ſecretas operationes

rationes conuecti mũdanis operibus mechaniter. Dicemus tunc ſicut illi, qui propriè cognouerunt naturam, ſine qua opus noſtrum, ſcilicet ſublimatio nun quam finietur, quia color eſt cauſa totius operis, qui bene percipit. Et eſt fons naturæ, qui imprimitur in re. Pauci ſunt qui ibi aliquid videant, & ibi eſt tritor, marmor, & mortarium, vbi natura mouet ſuam ſaliam nigram ſicut carbo: & ſe parat hoc quod non eſt de eſſentia ſui compoſiti, & ligat ſuas ſimilitudinarias partes vniformiter, quam rem nunquam facit ignis communis, qui ſublimat mercurium vulgariter, nec talis prę paratio eſt de ſuo eſſe, imo eſt ei omnino cõ traria, ſicut apparebit per hoc quod dicemus magiſtraliter per figuras extra-ctas de noſtro intellectu, mediãte ſpiritu agiagrapho, ſine cuius virtute nõ poſ ſumus vnquam videre nec intelligere ſenſum naturæ, tanta eſt magna ſua vis, & virtus, & ſuum ſubtile ingenium, quòd de tribus componitur inuicem adiũ-ctis infra ſuum retinaculum, quod eſt memoria: aliquorum vnitas fit in imagi-natiua, & attractiua operatione, quando in ſuo retinaculo firmiter tenetur, tũc eſt formatum philoſophiæ inſtrumentum, per virtutem totius eſſentialiter.

De materia medicinæ noſtræ, & quæ res ſit.

PRopterea oportet quòd tu cognoſcas materiam propriorem, de qua im-mediatè componitur noſtra medicina cum certa proprietate: habes etiam notabiliter intelligere poſt rationalem & naturalem conſiderationẽ, quòd materia non eſt niſi natura pura fini & puri metalli extracta per artem magiſte rij, & per operationem naturalem in actionem manifeſtam de ſubſtantia ſubti li & pura arg. viui portata ad fixationem, & ad magnam claritatem per ingeniũ naturæ, & ſuorum propriorum modorum, & poſt reducti in ſpeciem volatilẽ; per virtutem ſuæ miſtionis cum ſubtili ſubſtantia materiæ ſulfuris fixi, clari, & lucidi: quæ eſt propriè calor naturalis ligata & coniuncta cum ſuo proprio ſu-biecto radicaliter, quod eſt arg. viuum.

Doctrina intellectualis ſuper materiam & ſuam formam, & ſuper ſuam operationem.

PRimò habes ſcire & fortiter fixare in tua mente inſtrumentaliter, quòd cũ tua intentio ſit ad operandum pro aliquo fine, & formare, & venire ad illũ ad complẽdum perfectionem tuæ intentionis, neceſſe eſt primitus quòd tu cognoſcas totaliter naturam dicti finis. Et hoc in forma, materia, & ope-ratione priuſquàm te intromittas aliquid facere, quia ſecundum intentionem finis cogniti operator naturalis habet conſequi neceſſariò ſuum deſiderium. Et ſic opus vix aliquid valet ſine materia intellecta, tam modicum, aut nihil va let totum, ſi formæ ignorentur. Quia materia propriè intellecta verificat ope-rationem æquipollentem illi, & opus verificat materiam habenti clarum intel-ectum, mediante forma vnius & alterius. Quia materia non poteſt comple-ri ſine propria forma veniente à recta menſura naturæ in ſuis gradibus ſine o-peratione formali habita per ingenium artificij & intellectus, reſpectu paſſio-nis materiæ naturæ, & ſuæ propriæ formæ. Iſtam conſiderationem debes ſer-uare inſtrumentaliter in duobus membris. Vnum eſt materiale, & aliud ope-ratiuũ, & quodlibet de ſuo paſſu æquipollet alteri ſicut res propria alteri: quia nulla materia poteſt perfectionari ſine proprietate operationis, quæ eſt ei ſi-cut cauſa perfectiua Et ideo debet opus eſſe proprium, & in tali forma appro-priatum, quòd non tranſgrediatur proprietatem materiæ, quæ proprietas ma-terialis eſt cognita per proprietatem ſuæ formæ, & per ſuum effectum. Et quũ iam dictum ſit, quòd materia non eſt niſi pura natura, & natura ad conſeruan-dum ſuam proprietatem indigeat opere naturæ, & non vulgarium, declaratur quæ ſunt principia proprij generis, quæ reſpiciunt media, & fines, & per con-ſequens perfectionem, quæ eſt finis cauſæ, quem quæris, dum ipſas bene intel-

ligas, quoniam per istas consequitur perfectio quæ est finis causæ. Quū sit verum, quòd sine propria materia non possumus habere medicinam perfectam, nec etiam illam ponere in fine sine propria operatione, in tali forma, quòd proprietas operationis naturalis, æquipollet proprietati materiæ naturæ sine trāsgrediēdo totam latitudinem sui proprij generis. Vnde nos dicimus tibi, quòd quodlibet genus habet in se naturalem proprietatem secundum suam propriā speciem, & per consequens genus quodlibet illorum habet proprias operationes æquipollentes eorum proprietatibus secundum eorum exigentiam differentem vnam ab altera, & conseruationem specierum earum propriarū. Quare apparet, quòd si tu non intelligas materiam naturæ ipsius latitudinis, & operationem eius præcisè, nunquam poteris consequi finem, quem quæris. Audi quid dicat authoritas philosophicalis, & nota eam, si vis quòd ad eam dimittam cum integra doctrina. Opus est ei homini rationis volenti facere nostrum Elixir completū, quòd primitus habeat in intellectu suo veras & proprias causas, & virtutes lapidum istius latitudinis per scientiam contrariam suæ corruptionis ignis consumptiui omnino radicaliter humidi naturæ, quod est ipsius latitudinis per instrumentum contrariū, quod in chorda recta magnę latitudinis, quæ sunt magis per differentias contrarietatum, secundum proprias formas mineralitatis, sicut videre potes per præsentem figuram,

Latitudo diuersarum specierum extra metallum, argentum viuum, nitrum sal, sulfur, vapor.

Latitudo speciei metallicæ, Mercurius, Saturnus, Iupiter, Venus, Mars.

Latitudo vnius salis omnium metallorum.

Cum instrumentis per reuersionem appositionis materiæ puræ secundæ latitudinis cū illa, quę est in prima extra arg. viu. inuenies scientiam proprietatum quæ fortiter contrariantur in specie & forma numeralitatis. Et adhuc inuenies per primam latitudinem cum arg. viuo, quæ est respiciendo formam & suā corruptionem per transmutationē speciei in speciem, quæ est alterius latitudinis, videlicet, tantùm vadit arando calor comburēs de materia in materiam, quòd illas vadit domando, donec arg. viu. fit gelatum sub proprietate speciei metallorum per illum magnum transitum, quem ille facit cum arg. viu. de medio in medium. Vnde omnia corpora creantur, sicut potes sentire per propriā essentiam corporis lucentis compositi de arg. viuo per calorem cæleſtem, & nō per terrestrem: per istum modum intelliges proprietates materiæ, de qua indiges cum signis cognitis & demonstrationibus, quæ de sua propria latitudiue saltāt Et erit tibi manifestè declarata per clarum intellectum rectitudo virtuosa operationis materiæ, naturæ istius latitudinis, quia virtuosa rectitudo operationis procedit à perfecta cognitione. Et per hoc omnis artista habet tam directè operari, quàm propriè cognoscit, & non plus: ita quòd si nihil intelligat, nihil scit facere. Et ideo dico tibi, plenam cognitionem dispositionis operis habere non potes, nisi per considerationem illius respectu sui perfecti finis, quoniam sicut effectus cognoscitur per causam, sic sua causa cognoscitur per effectū suū. Et hoc sit tibi canon directiuum cognitionis naturalis, & per genus operationis naturalis, & regula propria dirigens intellectum operatoris naturalis, non solùm ad mensurandum transitus, id est temperamenti. Imò similis est regula directa ad mensurandum virtutes elementales, & similiter cæleſtes, scilicet luciditates & præparationes naturæ, & proportionem mistionis substantialis in coniunctis essentijs elementatis, quæ constituunt temperamentum in re intēperata. Et sic hoc fuit declaratum in collectione causarum supradictarū, quod tibi primo necesse est intelligere, priusquam per scientiam possis operari, quia qui

qui nõ habet cauſam non poteſt habere effectum. Patet igitur manifeſtè, quòd ſcientiam intellectualem, priuſquam aliquid facias operis, te habere oportet quia omnes Philoſophi pro regula generali hoc dixerunt. Modus ergo ad ſciendum iſtud inſtrumentum, quod ſcientia intellectualis dicitur, in forma theoricali eſt iſte.

Modus habendi inſtrumentum intellectuale.

DIximus ſupra in ſenſu philoſophali quòd plena cognitio diſpoſitionis operis nõ poteſt haberi, niſi per comparationem ipſius ad ſuum perfectũ finem, qui eſt extremitas vltima latitudinis operationis naturæ, per quã quilibet artiſta debet perſcrutando applicare totum ſuũ intellectum, ſicut apparere poreſt per iſtam figuram, quæ eſt operatiua perfectionis, & vocatur figura latitudinis, in qua includuntur extremitates & media, & perfectæ operationes naturæ.

Per intellectum iſtius figuræ poteſt cognoſcere naturalis intellector per doctrinam intellectualem, quomodo diuerſificatur in forma ad finem optatum conquirendum in operatione in tantum, quod incepit ad finem operationis naturæ.

Naturæ latitudo *Calor in materia*	*Finis intellectiuæ artis* *Latitudo, calor in materia*	*Principium operis ſecundi* *Latitudo, motus materiæ*
Intellectus naturæ *Latitudo, reſolutio mat.*	*Principiũ philoſophãdi per data à natura* *Latitudo, miſtio materiæ.*	*Finis operis ſecundum intellectũ* *Latitudo, perfectio in natura.*

Et hoc per hoc quòd non poſſet habere inſtrumentum originale habendi notitiam deſcendendi ad ſuam cauſam in vera intentione, quæ deſcenſio fit ab antecedſiua graduatione refluendo de gradu in gradum vſque ad ſuum finẽ, quæ eſt principium materiæ & operationis, per quem effectus demõſtratur, nec aliàs niſi per effectum deſcendentem à cauſa. Quoniam natura nobis monſtrauit finẽ cauſæ ſicut per Solem, & alia quæ ipſa creauit, quæ ſunt effectus & terminationes cauſarum, ſecundum meritum ſuæ latitudinis, immediatè intellectus conſiderat, & inueſtigat primò cauſam præcedentem & immediatam illius, de qua & per quam ſucceſsiuè cadunt ſine alio medio. Et ita de medio in medium cum reſolutione graduata, & cum inſtrumento præuiſo, quod excitat intellectum non tranſeundi vltimam iſtam latitudinem, donec ſit ad finẽ ſuum quæ eſt principium materiæ & operis, vt ſupradictum eſt, & principium latitudinis reſpectu materiæ & operis, & finis dictæ latitudinis reſpectu habẽdi pro priam notitiam doctrinę intellectualis, ad ſatisfaciendum operibus naturæ. Et quando per talem inueſtigationem intellectus inuenit per inſtrumentum demonſtratiuum accõmodatum corruptioni, quæ corruptio firmat & roborat intellectum in actualitate, per vera & infallibilia ſigna, quæ falli non poſſunt per cauſas deſideratas, tunc veniunt effectus. Totum hoc rotatur & vertitur ſimul per rotam circulatam, quia ſic tranſit medium ſicut principium, & etiam principium ſicut finis. Tunc ſcit principia per cauſas cognitas, de quibus poſtea poteſt homo operari, qui hoc cognoſcit, & conquirere effectum ſuæ cauſæ, quæ eſt ſuæ naturæ verum principiũ & operatio naturalis, & ita declaratur modus, quomodo habemus notitiam per artem intellectiuã, per proprium inſtrumentum, nõ tantummodò de principijs, ſcilicet materiali operatiuo naturæ, ſed de tota iſta latitudine incluſiuè ſine tranſgrediẽdo illam: cuius inueſtigationis nobis pateret demõſtratio, ſicut patet per hoc quod dictum eſt ſupra, quòd opus naturæ non tranſit de extremo in extremum niſi per media, nec per conſequẽs opus cum intentione, niſi per ſucceſsionem operationis. Et vt ſit verum im-

mediatè demonstratur per formam intellectualem & intellectiuam, quæ figuratur ab operatiua vniuersaliter. Per istam figuram demonstratur quomodo intellectus inuestigat spiritualiter, quod natura monstrat corporaliter, & in quo loco incipit perscrutatio ad intelligendum essentiam operationis, vnde nos docuerunt omnes Philosophi per magnum excitamentum.

Figura intellectualis.

Principium inuestigationis	*Finis inuestigationis*	*Perfectio in auro.*	*Vniformitas in auro*
Mistio in igne	*Resolutio in aere*	*Motus in uapore*	*Calor in aqua.*

Aurum in loco instrumenti finalis, & perfectionis quod creatum est per naturam exemplariter: quum ergo aurum, quod est nobilior lapis omnium pretiosorum sit finis, & perfectio operis naturæ per suum complementum in latitudine mineralitatis, citò venit actio intelligentiæ perscrutando pet scientiam propinquam sensibilitati causæ immediatę, quę præcedens est istius perfectionis. Et sic dat nobis intelligere sensus sensibilitatis per directum signum tam in materia, quàm in operatione. Et scito quòd in perscrutatione incipit moueri spiritus rationis, qui rectum est instrumentum nostri intellectus, citò facit videre vniformitatem, quæ propria causa perfectionis suæ, scilicet auri, sicut ipsa confirmat per proprios effectus suarum experientiarum: Vnde exemplum contrarium viuè demonstrat per verba, vel loquelas viceuersaliter, quòd materia contraria vniformitati est causa quæ resistit suæ perfectioni. Ergo materia difformis non est tam completa inquantũ contradicit causæ, quæ est propria perfectionis: quoniã de suo vero contrario, quod est vniformitas est propriè causata. Et sicut vera vnitas est causa immediata magnæ perfectionis, sic succesiuè per retrogradationem vides nostrum spiritum esse veram mistionem, quæ est antecedens & causa immediata vniformitatis. Ergo tu potes bene cognoscere magistraliter, si in te est spiritus agiographus, quòd secundum naturam præcedentem generis veniet suus succedens per directam homogeneitatem. Et postquàm mistio causatur de vnitate, sic solutiò est vera causa propriæ mistionis: quæ solutio est magnum principale, perfectũ & secretum coniunctiuũ in omni natura de pluribus partibus in vnitate. Et sic maioratur quãdo est pauciuè subtiliata & minuta. Et quum talis solutio sit causa mistionis, sic motus subtilis æqualis solutionis. Quare si motus sit nimis fortis, æqualis subtilitas discordatur, quæ est causa notabilis resolutionis: sicut motus continuus subtilis, & bene continuatus, est causa in sua materia subtilis motus: Et ita reperit noster intellectus medium & principium operis naturæ per rationem finis philosophicaliter.

Cognitio rationis factæ per reuolutionem contrariorum inueniendo practicam respectu naturæ.

SI ergo calor de quo causatur prima actio operis naturæ, est subtiliter temperatus & bene continuatus sine additione aut diminutione, sed secundũ quòd intellectum est intendendo ad aspectum naturæ: motus illius, qui est sua actio per suam vniformitatem nobilitatur. Et postquàm iste motus sic erit sublimatus, nunquam videbis resolutionem exaltatã. Et si solutio est sic appropriata, mistio inde saltabit, quæ est fortiter illuminata. Et si mistio est in tali forma facta causabit vnitatem, quæ est natura mouens, cuius proprietas causat perfectionem, quæ est finis & conclusio operationis. Quare patet, quòd quũ omnes istæ perfectiones descendant à calore temperato, quæ est prima operatio respectu subtilis vniformitatis materiæ naturæ, quæ est spiritualis: cuius actio refluit & respicit suos fines: & in quãtum elongatur ab actione prædicta, scilicet

ſcilicet à motu ſubtili, in tantum ſuccedẽtia erunt diminuta à facto completo: & inquantum primi motus ſubtiles erunt meliores, in tantum meliorabuntur ſuccedentes voluntati naturæ. Si bene intelligis naturam, bene intelliges ſuas operationes, quia ei aſsimilantur per vniformitatem. Fili, natura eſt vna fortis compoſitio de materia ſubtili & vniformis, humida & viſcoſa, animata calore per ſuam claritatem, quæ eſt virtus cæleſtis: quæ natura non indiget compoſitione vel multiplicatione alicuius alterius materiæ, quia ipſa continet in ſua cõpoſitione totum illud quod indiget de quatuor elementis in ſua perfectione, & extra ipſam nihil continetur quod ſit neceſſarium ſuo compoſito: quare ſi aliam rem ibi imponas, tu non cognoſcis naturam, nec vnquam habebis perfectionem ſuæ operationis. Et ſi eam cognoſcis, tu ſcies omnia ſua opera: quia quum noſtra medicina debeat fieri de pura natura, & natura pura non ſit alia res, niſi talis compoſitio, quã ſupradixímus, neceſſaria res eſt quòd vnitas ſuæ operationis æquipolleat vniformitati ſuæ compoſitionis. Et ſic potes intellige re, quòd opera noſtræ medicinæ, quæ ipſa facit dum fuerit excitata per calorẽ extrinſecum, non ſunt niſi opera naturæ, quum dicta medicina ſit de iſtamet natura, quæ non eſt aliud niſi vera cõpoſitio puriſsimæ naturæ. Et hoc ſcimus per ſenſum experientiæ, quem nobis in ſua ſublimatione demonſtrat: quia omne illud quod non eſt de eſſentia ſui compoſiti ſegregat & ſeparat, ſicut pertinet per ſuas partes puras ſplendidè cæleſtes ſe demonſtrando ſine macula pro faciendo congelamentum, quod eſt in igne permanens. Sic oſtẽſum eſt, quòd non indiget aliqua alia natura, vt veniat ad finem ſuæ perfectionis. Et poſtquã intellectus comprehendit cauſas & opera media: & viſis omnibus illis, ſcilicet principijs & fine, non poteſt eſſe quòd homo poſsit errare, poſtquã habet principium bene continuandi ignem: idcirco omnes operationes ſuperius declaratæ per hoc quod ſequitur, ponuntur rei petitæ: Non quòd intelligas, quòd ſolutio facta per diuiſionem & per attractionem ſit per ignem cõmunem cauſata in natura per generationem vel renouationem indiuiduorum in ſimilitudine ſuæ ſpeciei, imò propriè cauſatur immediatè per calorem confortatum, qui in natura propinquè & intrinſecè illuminatur claritate cæleſti excitata, & non adhuc per calorem communem immediatè, ſed per virtutem motus cauſarum mobilium mouentium & motorum, in tantum quantum natura requirit, quia motus eſt cauſa excitationis caloris naturæ, qui calor prouenit ab igne qui eſt fortior elementorum exiſtentium in cõpoſitione naturæ. Præterea potes intelligere, quòd ignis exiſtens in compoſitione naturæ, eſt quarta pars naturæ, & alia pars quarta eſt aqua, alia terra, & alia aer: tali modo quòd debes intelligere, quòd quodlibet illorum quatuor elementorum elementatur magna puritate. Et ita de quatuor naturis puris eſt illa compoſita per talem proportionem, quam requirit forma & ſpecies noſtri arg. viui, quod eſt natura compoſita de quatuor ſine tranſgreſſu menſuræ æqualitatis, per quam reſultat nobilis proprietas quam cuſtodire debes ab omni igne combuſtibili. Quoniam ſi aliquid prædictorum elementorum, & maximè ignis diſſoluatur & ſeparetur à compoſito naturæ per aliquem ignem extraneum, forma corrumperetur cum ſuis proprietatibus. Sic etiam fiet, ſi ei admiſceas terram naturæ extraneę, quia ſua terra eſt ei proportionalis æqualitati aquę, aeris & ignis: & aer commenſuratur ei æqualitati aquę, ignis & terræ: & ignis ſimiliter ei proportionat̃ æqualitati aquæ, aeris & terræ. Quare neceſsarium eſt, quòd vnum non reſoluatur ſine alio. Et hoc ſine adiunctione rei alterius naturę: intellige ergo principium noſtræ reſolutionis factæ ſuæ merito compoſitionis, & non diſlocationis ſicut elementariæ, ſicut fit reſolutio ſophiſtica in aqua communi, ſeu vulgari:

quæ resolutio ostendit separationem sicci & humidi, quæ natura elegit per cō parationem, & per consequens demonstrat destructionem formæ per motum rerum elementarium motarum & mouentium, quæ sunt in supradicta compo sitione naturali: quia motus rerum mobilium existētium in composito, est cau sa excitationis caloris naturalis in rebus corruptibilibus & generalibus sine in flammatione, vel sine consumptione humidi radicalis. Tamen motor causarū mobilium qui est in compositione elementaria secundum plus aut minus cau satur immediatè per calorem extrinsecum proportionatum æqualitati motus omnium illorum elementorum, ne vnum resoluatur sine alio ad conseruandū suam speciem, quæ est de omnibus suis elementis in forma arg. viui, & talis ca lor est informatiuus toto composito. Sic intellige de fixo & non fixo, donec se inuicem amplexentur, quoniam volatiuum non portat in ipso causam extermi nationis, per quam possit diuidi in partes compositas, imò totaliter volat, aut totaliter manet sine aliqua resolutionè elementaria, sicut patet per suam formā quia si ignis separaretur ab humido, forma corrumperetur, quę est certa elemē taria proportio: ita quòd nullum elementorum suorum separaretur ab alijs in eorum perfectis resolutionibus sub conseruatione speciei in forma arg. viui: Quare recolligendo omnes causas, potes cognoscere quòd secundum quòd ignis communis bene fuerit informatus per sapientem intellectorem ad exigē tiam propriæ naturæ, causabitur fortiter & plenitudinariè suus motus, qui est excitatio & propriè directio ignis in natura existentis: & secundum quòd ca lor naturalis fuerit à dicto motu excitatus per omnia sua elementa cum omni bus suis motibus, quæ debes fixare in tuo intellectu, quia subiecta sunt hoc mo do, quod gentes ignorant. Ergo quum motus sit causa caloris in causis naturæ generat de illis & pullulat feruorem, quando calor extenditur, qui est de pro pria essentia materiali naturæ, sicut dictum est supra ad causandum feruorem quem causat per digestionem magnam sine hoc, quòd partes compositi natu ræ aliud mundi sentiant, aut non sentiant. Quoniam si perditionem haberent sentire in eorum mutatione, forma compositi corrumperetur. Ideo inspicias ad ignem quando eum facies ne sit nimis fortis, & non transeas metas verorum motuum existentium in informatione ignis nostri secreti (scilicet furni secreti) quia motus nimis subitaneus nimis inimicatur naturæ, vt patet per rubedinem visam ante suum terminum, qui iam declaratus est. Iste est qui dissoluit & resolu uit partes suas existentes de essentia puræ naturæ, & per vinculum amoris dul citer eas amplexatur, & alias effugat sine cremabilitate, quia non sunt de gene re sui compositi. Et per istas causas potes satis percipere, notare & intelligere, quòd si ignis est nimis fortis vel acutus motus spirituum fortiter decipietur. Et si fuerit nimis fortis calor naturalis non resolutus sentiens ignem pungentem nitetur seruare partes sui compositi sine resolutione nunquam facienda: quo niam viles partes cum puris in proprio mercurio obuiabit ignis naturalis for titer defendens, & omne resolutum in spiritum sentiens ignem supradictū non intendit vnquā operari ad corruptionem generationis, imò fit cum corruptio ne destructionis, per quā actus & renouatio specierum manet corruptus per subitum actum ignis ardentis comburentis causam fixam, scilicet thelon, qui prius demonstratur sine resolutione, eo quòd spiritus recedit, qui deberet diss soluere eum, & defendere contra magnum Draconem totum deuorante. Ideo cognoscas & directè scias, quòd quum volatile non sit de se fixum, non potest expectare ignem intrantem in materiam per extraneum motum, nec cum sua causa fixa consequenter potest esse fixum, quum habeat fugere. Quæ fixatio in diget fieri de materia tenui tàm ignis quàm materiæ essentialiter. Et sic debes intel-

intelligere calorem naturæ venientem à motu veniente de calore cõmuni (vel contrarij) vt videre potes per præsentem figuram practicaliter.

Figura practicalis operis naturæ.

Initium motus	Calor Resolutio subtilis	Resolutio — Indiuidualis	Mistio Calor subtilis	Perfectio Motus subtilis	Finis operis Calor naturalis

Recapitulatio artis intellectualis cum diuisione suorum membrorum.

SI cupis habere & consequi perfectionem, quæ est perfectio operis & totius istius artis, oportet sapienter considerare primò naturam & formam, per quas materia portata est ad perfectionem: & quum hoc sit necessariũ scire in causa petita & requisita, quæ superat totum naturæ cursum, nec eã possis habere, nec realiter possidere in forma aut materia sine operatione: tamen ipsam potes scire & satis bene intelligere per virtutem spiritus agiographi recurrendo fini naturæ, qui portauit suam materiam ad perfectionem aureã, per certas experientias demonstratiuas regulatas à doctrina intellectuali acquisita per dictam virtutem. Quoniam talis doctrina facit videre causas inuisibiles per sensibilitatem, & hoc secundum quòd magis aut minus est regulatum, tam per sensum rationis, quàm per instrumentum demonstratiuum cognitę experientiæ super materiam naturæ, per talem intellectum sic acquisitũ poteris habere totam scientiam operationis naturæ istius latitudinis: Quare per talẽ sciẽtiam poteris in posteris multum bene te custodire & dirigere, vel dirigi per instrumenta demonstratiua, quæ habebis in mente tua in omni opere artis cum paruo adiutorio. Modus recurrendi ad opus naturæ est duplex: Primus est, quòd tu habes considerare compositionẽ auri, quod natura creauit tam in forma & in materia, quàm in perfectione. Et hoc fiat, vt quando habebis notitiam dictæ compositionis possis assimilari naturæ, & ipsam sequi in quantum possibile est sine transgrediendo latitudinem, quando eris in nostro magisterio. Secundus est, quòd habeas perscrutari compositionem aliorum metallorum, & causas eorum tam in forma, quàm in materia conuenienti, & nihilominus moueuti quantum ad operationem: quæ perscrutatio completur per differentiã contrarietatis sicut demonstratur per propriam naturam eorum remotã à perfectione omni homini clarè intuenti. Iste modus datus est ad cognoscendum euitationem erroris in operibus artis: sed primus inquantum est perfectiuus, datus est ad bene intelligendum, cognoscendum, sciendum & continuandum opus philosophale respectu perfectionis naturæ, & ad supplendum & corrigendum causas erratas per casum fortunæ. Vnde dicimus post patres nostros quòd nisi cognoscas corpora omnium metallorum cum natura principiorum illorum tam occultè quàm manifestè, & nisi hæc scieris, nũquam scies causam quæ est superans in superatis, nec quæ est diminuens in diminutis. Et qui per istum modum non procedit inuestigare causas naturæ, nunquã erit in suo processu verus philosophus, imò potius constringet eum vtilitas ignorantiæ per causam necessariam ignoratam per obfuscationẽ & tenebrositatẽ magnæ confusionis, nec vnquam poterit peruenire ad perfectionem transmutationis prę dictorum metallorum. Forma igitur artis intellectiuæ ad habendum notitiã per veram doctrinam desupradictis, est perscrutandi per directum instrumentum naturam causarum, de quibus dicta corpora immediatè & gradualiter descendunt vsque ad eorum principium, quod dicitur prima materia composi-

tionis eorum in natura radicata: Et est primus gradus & principium istius latitudinis. Et secundum quòd tu cognoscis gradus, succesiuè tu debes intelligere sine transgressu naturæ eorum actiones æquipollentes caloris eorum informatiuorum continuè, quia omnes æquipollent vna alteri tali modo quòd natura cuiuscunque gradus requirit actionem proprię proprietati suæ tolerabilitatis. Et sic quum tu habueris notitiam supradictam per inuestigationē propriam artis intellectiuæ sine transgressione metarum rationis cooperantis sub istis instrumentis demonstratiuis (vel diuinis) quæ regulant sensum & totum intellectum, per quæ erunt eorum causæ patefactæ & demonstratæ per realē cognitionem, quæ cognitio est directè nota per proprietates graduum, quæ sunt in scala philosophali, scilicet per doctrinam mediorum eorum, & eorum propriorū extremorū sicut immediatè dependent ab eorum propinquis naturis, vt supra dictum est, & satis demonstratum per figuram perfectionis intellectiuam, & per figuram operatiuam perfectionis, per quas potest haberi cognitio intellectiua naturæ omnium corporum diminutorum à perfectione per instrumentum contrarium respectum habentem in oppositū dictæ figuræ intellectiuæ, quæ est perfectionis, vel suorū instrumentorum perfectiuorū, quę per rationem elongantur ab eorum causa contraria, sicut apparere potest per præsentem figuram, quæ est perfectiua & imperfectiua ad finē, quòd tu intēdas & videas defectus eorum per contraria vincula formata cum differentijs.



Per hanc figuram patet, quòd difformitas est instrumentum contrariū vniformitati, & quantū plus est sibi contrarium, tantū elongatur à perfectione, & magis participat imperfectionem, quæ est corruptio & instrumentum contrarium perfectioni, quoniam omnis causa demonstrat suū effectum magis propinquum secundū proprietatem suæ naturæ & concordantiæ, vel contrarietatem per alias differentias causatas secundum plus vel minus: quare quū natura sua sit difformis, vult & requirit sua improprietas imperfecta per potestatem suæ naturæ scilicet imperfectam, quòd materia sua perueniat in causam imperfectam. Veruntamen debet intelligere hoc esse ex parte fragilitatis naturæ, & non ex parte formæ proprietariæ: sed per formā cognoscitur perfectio vel imperfectio materiæ in quantum forma recipit determinationem suæ materiæ: quoniam sicut eam recipit, ita eam demonstrat, & per illa intrauit instrumentaliter sua materia in esse perfecto vel imperfecto: Quare concluditur, quòd si tu cognoscis naturam formæ, iam verò cognosces meritū materiæ, si sit perfectionis vel imperfectionis: Ergo considera formā respectu materiæ, quia forma de qua fit proprietas est summū instrumentum, & per hoc instrumentum potes acquirere multas artes reales, quæ secretæ & occultatæ sunt in natura: & inquantum difformitas elongatur à perfectione, & appropinquat in perfectionem, in tantū potest sentire tuus spiritus, quòd summa vniformitas appropinquat magnæ perfectioni, & elongatur à magna corruptione, & tanquam confusæ appropinquatur difformitati, & ab vniformitate elongatur: sic mistio appropinquatur vniformitati, & elongatur à magna difformitate per virtutem proprietatis auri causatæ à perfectione. Sed quum omnes causæ cognoscātur per radicem suæ formæ, & sine ipsa cognosci nō possunt, ideo loco exempli in capitulo sequenti dicemus, quid sit forma.

De for

De forma & eius consequentia.

TV primò debes intelligere & realiter notare leuando spiritum per sublimationẽ habendo intellectum, quòd quũ velis habere realem perfectionem, oportet te euitare omnes casus, qui sunt contra naturam, & eligere, ac accipere omnes naturales, de quib. prima hæc est præcessiua, quæ est perfectionis & materiæ verè vnitæ, vel vnitatis quatuor elementorum, quæ dicuntur arg. viuũ cum proportione formali, quæ est species realis cum forma mercurij, per quam resultat magna proprietas, quæ perficit eum in esse naturali, & in specie cõmuni nobili & generali, per quam conseruantur ab eorũ corruptione omnia septẽ metalla. Quapropter si vis scire instrumenta huius nobilis speciei, ipsa sunt omnia complexionalia, quorum in generali est propria operatio per nobile instrumentum vi proportionis in esse naturali istius latitudinis, hoc est dicere secundum suam speciem, in qua propriè omnia continentur. Quapropter si hęc species destruatur, vt patet in resolutione Sophisticorum, qui nituntur dissoluere in aquam nubium destruentem naturam, & totam suam compositionem, forma corrumpitur, & sua proprietas, & dissoluitur vera virtus in alia latitudine, & omne illud, quod in eis continetur, sicut nobis demonstrãt instrumenta magnæ latitudinis, quæ est superius descripta. Vnde dicimus quòd in sequendo filios doctrinæ, quomodo debeat fieri dissolutio indiuiduorum, scilicet quòd fiat sub conseruatione earum specierum, in qua & per quam conseruatur nobilis proprietas, quæ facit ligamentum & vnionem rerum miscibilium per amorem assimilantem eorum proprietati, quæ iam alterata sunt sub conseruatione earum propriarum formarum. Vis adhuc scire plus quæ sit virtus formæ? Est illa per quam materia est contenta, sicut res diuina & digna, nõ quòd forma virtuosa contineatur per materiam, quia in natura non est desiderata materialis forma, quũ de ea non indigeat in esse diuino vel diuinali, sed tantũmodò ad esse diuidui: quapropter indiuidualitas prouenit à proprietate materiæ, quæ desiderat perfectionem, sicut causa imperfecta. Et à proprietate formæ venit dignitas diuinalis, quæ est causa perfecta, & perfectio nata dictæ materię in esse completo secundum quòd summus dedit naturæ istius latitudinis. Propterea tibi demonstratum est, quòd materia corrumpi habet sub sua forma prima scilicet aurea, & gubernari & regi sub sua potestate, quia sic se habet, q̃ dat pro restauratione suæ materiæ propriam speciem, ideo consequitur formã quæ portat eum ad perfectionem: propterea sulfur nostrum quod sit, non est aliud quàm arg. viuũ, in quo est forma continens materiam totius de quo indiges. Si hoc potes intelligere per magnam realitatem, tu intelliges omnes alias causas per naturam factas sub conseruatione earum specierum in corruptione indiuiduorum: Ideo custodias spiritum ne euolet in corruptione aut resolutione suæ proprię materiæ cum omnibus suis elementis: quia ille est qui reformat aut restaurat vitam euntem contra mortem omnino rem destruentem, nisi forma sua eam custodiat per suam perfectionem.

De materia & eius diuersitate.

DIctum est superius & realiter demonstratum, quòd vniformitas in materia est causa immediata magnæ perfectionis, & diuersitas in substantia, est causa corruptionis. Per ista duo contraria instrumẽta demonstrãtur opera sulfuris & arg. viui omni filio doctrinæ scire volenti naturam corporum attingentem perfectioni vel imperfectioni, per quę manifestè cognouimns opera sulfuris & arg. viui media siue instrumenta claræ experiẽtiæ, quæ vidimus per regimen earum fixationum: quoniam quum sit res notabilis, quòd sulfur nõ possit fixari sine euolatione, nisi prius calcinetur, illud calcinabimus, & in-

ueniemus in calcinatione, quòd tota sua humiditas radicalis exterminabitur, ita quòd in fine per nullum artificium fundere non potuit, quanuis per imbibitionem suæ terræ cum secundo suo spiritu non fixo inflammabili habuisset aliquoties fundere per virtutem sui spiritus motiui imbibiti in partibus suæ terræ cũ magna ignitione. Sed in fine quũ non fuisset fixum omni tempore in sua operatione portabat nigredinem vel cremabilitatem per exaltationem & resolutionem suæ substantiæ non fixæ & inflãmabilis. Et hoc tibi demonstrat natura cupri, si suas causas scis inuestigare. Adhuc quũ fixamus istam secundam substantiam, videmus humiditatem illius radicalẽ totaliter exterminari & falli in flammam in sua calcinatione, & in substãtiam terrestrem realiter reuerti sine aliqua fusione, nec sine qualicunque ingressu. Et hæc experientia satis tibi monstrat naturam ferri, quia cognoscimus quòd portat sulfur fixũ, cuius proprietas est non posse fundi ratione exterminationis suæ humiditatis: nec sua humiditas non fixa potest eum in confusione seruare, quin debeat cremari vsque ad finẽ suæ exterminationis in terram turbat[illegible]m omnino effectiuam contrarietatis, quæ est instrumentum oppositum, & [illegible]trarium vniformitati. Vnde nos concludimus quòd proprietas sulfuris est co[illegible]fusio in substantia: quæ confusio est contra veram mistionem: & adhuc magis habet proprietatem sulfuris difformitas in substantia, quæ est contra vniformitatem: & non tantùm non portat corruptionem in se ipso, sed in omni alio, quæ est perfectionis. Quare declaratum est, quòd tenet ambiendo & amplexando omnes operationes, quæ sunt contra naturam, & quæ sunt corruptionis. Totum contrarium istius videmus

Duplex arg. vi: fixatio

in fixatione arg. viui, quod fixauimus duobus modis sine exterminatione suæ radicalis humiditatis: Primò fixauimus eum per conseruationẽ suæ innatæ humiditatis complexionatæ in sua propria terra, in proprio igne per moram temporis, vel per cautelam bene conseruatam: deinde fixauimus eum cum festinatione ad videndum exterminationem sui humidi in terram & ad tentandum suæ fixationis virturem per præcipitationem, quòd reuertitur in terram ponderosam mortuam sine viua luciditate: sed postea per sublimationem successiuam dictæ terræ fixæ viscosę, & densę in radice suæ naturę cum vita imbibitionis & mistionis suę secundę substantię non inflammabilis, inexterminabilis, vidimus quòd fuit fixum, & in veram fusionem conuersum, & pugnam ignis superauit in eo quiescendo sine operatione: Et hic modus passus est ignitionem & primus est sine ignitione. Intellige secundum gradus medicinales, & nõ corporales: quia ignitiones medicinales sunt sine ignitionibus corporalibus, & cum ignitionibus corporalibus. Et sic declaratur, quòd argentum viuum est sufficiens dandæ perfectioni cuilibet gradui, scilicet, aut cum ignitione, vel sine ignitione. Vnde potes intelligere, quòd substantia argenti viui fixa est causa retardationis suæ fusionis. Sed substantia fixa cum volatili per vniformitatem, est causa fusionis sine ignitione. Causa perfectionis istarum fixionum sunt proprietates arg: viui, de quibus prima est viscosa in substantia subtili sine separatione: Et per hunc intellectum dimiserunt Philosophi in scriptis ad finẽ, quòd filij doctrinæ habuissent perscrutari dictã compositionem lapidis in [illegible]orma: Quia arg. viu. per nullas causas exterminationis se in partes diuidi pe[illegible]tit, quia aut cum tota substantia sua ab igne recedit, aut cum tota sua substantia in igne remanet stans: & hoc est notum in præcedentibus. Et ideo tibi datum est intelligere, quòd quum tu fixas vnum elemẽtorum, tu fixas omnia alia cum tali proportione, qualem natura requirit, vt supra diximus: Vnde resultat forma, per quam omnes sapientes dixerunt, quòd cum rota circulari lapis debet fieri de omnibus suis elementis. Alia proprietas [illegible]t densitas in substãtia subtili adhæ-

adhærenti humiditati radicali sine terminatione cremabilitatis, & per istã cau-
sam fixatur sine cõsumptione suę humiditatis, scilicet proportionabilis ad for-
mã, & accipit requiem in igne ratione suæ magnæ densitatis, & sui nobilis pon
deris. Alia proprietas est compositio fortis & vniformis à natura, & per hoc nõ
dimittit se in suis operibus separari, nec diuidi per partes, sicut facit sulfur, quin
indigeat per suam proprietatẽ, aut totaliter exhalare, aut totaliter manere: quũ
sit substantia exceptiua totius operationis, & per consequens totius combu-
stionis, quam ignis non potest superare, imò superatur: Quare quum aliæ res
sint combustibiles, & in fine exterminentur, & in flammã deficiãt dempto arg.
viuo per suas proprietates, quæ sunt causæ naturales perfectionis: Quum ergo
arg. viuũ sit de substantia vniformi: est igitur manifestum, quòd ipse est causa
magnæ perfectionis: quam vniformitatem sequimur assimilando suæ naturæ
per commistionem sui sulfuris factam in loco decoctionis naturalis. Si ergo ar
gentum viuũ ratione suę vniformitatis est causa perfectionis, sulfur per suã dif-
formitatẽ est causa corruptionis in omnibus proprietatibus: & sic in omni ge-
nere caloris sicut ostensum est per rotam finientem metallorum imperfectorũ
cuius contrarietas docebit te proprietatem arg. viui in sua fixatione: per quas
causas docuerunt Philosophi ad finem, quòd filij doctrinę per ignorantiã pro
prietatum sulfuris non caderent in errorem: Quòd quum arg. viuum, quod est
caput & fundamentum, & radix operis, non possit fixari sine vapore alicuius
sulfuris in natura calentis, præceperunt, quòd illud acciperent de sua propria
substantia appropriata naturæ terræ per subtractionem suæ fęcundæ humidi
tatis cum fixatione & calcinatione: quia substantia sulfuris non est aliud, quàm
appropriatio ipsius in materia terrę subtilis per congelationem: quoniam quũ
sulfur sit actiuum principium congelandi suum mercurium, cogitare potes ꝙ
indiget calore temperato, cum quo possit digeri substantia arg. viui. Adhuc ad
complendum dictam congelationem, oportet quòd habeat penetrare totam
substantiam mercurij: Vnde oportet, & est causa necessaria, quòd dictus calor
sit de temperata acuitate: & ideo opus est illam humiditatem ingrossantem ca-
lorem separari cum cautelis per industriam, & per ignem appropriatæ calcina
tionis ad euidentiam & respectum suarum causarum iam primitus cognitarũ
per operationem. Vnde dicunt, quòd arg. viu. conuertitur in purum sulfur, quã
do congelatum est, & quantò plus calcinatur, tantò melius appropriatur natu
rę terrę, & elongatur à proprietate arg. viui, per quam elongationem acquirit
proprietatem sulfuris.

Obseruatio, aliàs conseruatio, naturæ mediæ perfectiuæ & homogeneæ.

ET quia sulfuris proprietas fixi, terrestris, cuiuscunque generis fuerit, impe
dit ingressum & fusionem, quamuis non sit inflammabile, tamen habet in
se proprietates prædictas contra arg. viu. acquisitas ratione perduratio-
nis suæ primę naturę, quę est de pura vnione primę compositionis: quia sulfur
terrestre non est de homogeneitate mercurij. Et quamuis talis substantia sulfu
ris sit de compositione mercurij, non tamẽ de tali proportione, quin oporteat
ipsum separari à misto proportionabili tam per artem, quàm per naturam: quã
separationem appellamus calcinationem philosophicam, quę ducit nos ad ve
ram proportionem & puram naturam: quia illud quod est verè proportionatũ
non portat in se aliquam superfluitatem: quare cum substantia terrę sit differ-
mis respectu purę proportionis naturę intrinsecę ratione suę grossitatis extre
mę, ipsa impedit & resistit vniformitati suæ aquæ viscosæ, quæ est ex composi-
tione proportionabili intrinseca euacuata cum natura perfectionis. Ad eui-

tandum iſtum errorem omnibus filijs veritatis reuelauerunt Philoſophi duas veras & claras doctrinas ad attingendum ſecretum naturæ. Prima doctrina eſt quòd quum habeant accipere, niſi ſubſtantiam mediam, quæ participat inter groſſum & ſimplum, quia non tenet aliquam ſuperfluitatem, imò eſt pura natura & homogenea proportio groſſo & ſimplici: groſſum deponimus per ſublimationem, quũ non ſit tranſitus de extremo ad extremum, niſi per ſua media. Iſta authoritas habet locum in multis alijs locis ſecundum naturam cuiuslibet elementi. Cauſa perfectionis totius noſtri magiſterij, eſt iſta ſubſtantia media facta de duabus proprietatibus, ſcilicet ſulfuris incombuſtibilis, & arg. viui inexterminabilis per artem magiſterij, cum adiutorio concordantiæ naturæ homogeneæ & proportionalis: quæ ſubſtantia per ſuam ſubtilitatem nunquam turbat ingreſſum, imò potius cauſat bonã fuſionem, quum ratione ſubtilitatis ſibi depoſita ſit forma & impreſsio cauſa ſuæ figuræ. Iſta eſt minor pars fæcum de qua indiges in ſublimatione mercurij, qui debet ſuperari ab arg. viu. in quãtitate. Et ideo dicit Geber, quòd minima pars illorum ſufficit cuilibet experto: Nam quantò minoris quantitatis fuerint fæces, tantò maioris exuberationis mercurij neceſſe eſt eſſe: quia quantò minus eſt de corpore & plus de arg. viuo tantò plus nobilitatum eſt arg. viuum & exuberatum in potentia perfecta. Si verò è conuerſo, tunc è conuerſo. Quare adhuc non cogites quòd iſta ſubſtantia media ſit corporum, vel arg. viui immediata perfectio, quanuis ſit principiũ perfectum, inquantum participat cum natura media. Et non erit finalis perfectio, donec primitus coniungatur cum perfectione ſuæ fixationis, quæ eſt ei operatio propria ſecundum exigẽtiam ſuæ propriæ naturæ: quæ fixatio fit ſeruando ſuam volatilitatem, confortando naturam fixam ſuper cauſam volatilẽ, per nutrimentum dictæ ſubſtantiæ cum ſuo proprio arg. viuo in igne, in quo ſimiliter retinetur natura dicti mercurij. Propterea ſcias, quòd quum dicta ſubſtantia non ſit fixa ſine iſta operatione, quæ eſt ei pura, propria & finalis, licet propterea non perdat actum faciendi nobilem impreſsionem: quia hoc ſcit cõſequi: tamen faciliter cum corporibus non firmatur perdurabiliter. Alia doctrina eſt, quòd quum arg. viuũ ſit tantæ perfectionis, quòd habeat ſuperare ſulfur per menſuram rationis in ſua commiſtione, & illum multum bene decoquí donec ſit congelatum, ſed non propterea fixum, tamen fixatur congelando ſecũdum proportionem, vel cum tali nutrimento quod ſit cum igne proprio: dictũ congelamentum in ſuis cameris vel cauernis fixatur armoniacè, quia quũ mercurius contineat ſuum verum ſulfur in terra multum ſubtili, quæ eſt prima cauſa ſuæ fixationis, paruum additamentum ſulfuris naturalis ſufficit ei in adiutorium ſuæ inſpiſſationis. Propterea ſi ſubſtantia primi ſulfuris in quantitate ſuperabit ſubſtantiam arg. viui, proprietas corruptiua ſuperaret in ſuis actionibus proprietatem perfectiuam, & tunc mollities metalli iſtius medicinæ eſſet ceſsiua, & non extenſiua: Et ita per rationem proprietatis ſulfuris viſa eſt proprietas arg. viui, quæ dicitur extenſiua in ſua commiſtione. Quapropter declaratum eſt, quare talis operatio non eſt naturalis, nec ſimilatur naturæ, quia natura in ſua decoctione facit ſuperare arg. viuum in ſua miſtione, quum ipſa ſit cauſa perfectionis: ſicut patet in auro quod datum eſt nobis in exemplum. Vnde dico vobis, quòd quum ſit inter alia corpora compoſitum de minori quantitate ſulfuris, & maiori ſubſtantia arg. viui, propterea inter alia corpora mineralia præſeruatur à combuſtione & inflammatione, quæ eſt proprietas arg. viui perfecti, ſicut demonſtratur per aliud ſignum proprium, quia quando aurũ ponitur in puro mercurio, talis amplexus fit de vno in aliud, quòd per dulcem amorem naſcentem ab eorum natura vnum copulatur cum alio ſine ſeparatione, ſi

ne:ſicut vidimus per prę̃paratorium fermentationis,quia de corpore fixo miſcetur cum cauſa non fixa,quæ poſtea fixatur per virtutem fixi,dum ſeruata fuerit eorum virtus media,quæ debet exuberari & confortari per ſcire autentitũ ſenſibilitatis. Quare ſcire valeas,& cum forti notitia figas in tuo animo ad vidẽdum, quid ſit perfectio & cauſa illius: Quoniam ſi corpus alteratum nõ recipit leuiter arg.viu.quodcunque ſit,vel ſuam propriam ſubſtantiã,iudica illud certè eſſe multum elongatum à magna perfectione.

Iſta figura eſt de metallis imperfectis,in quibus eſt corruptio ſulfuris & arg.uiui ſecundum diuerſas menſuras,ut per actiones circuli,quæ eſt de Generatione Veneris & Martis cum ignitione, & ſtanni,& plumbi,& è conuerſo.

Excellens Calor diminutus 1.actio	Nimis fortis motus diminutus Secũdaactio	Cõbuſtio & perditio Reſolutio cruditas ſine diuiſiõe Tertia actio	Parũ puri cũ minimo impuro Confuſio minimũ puri cũ modico imp. Quarta actio	groſſũ cũ ſimp.creata Differmitas groſſũ cũ ſimpl.cruda Vltima actio.

Poſtquàm declaratũ eſt,quòd arg.viu.eſt cauſa magnæ perfectionis, vt patet in auro & argento,de quibus fac medicinam ſicut tibi diximus, ſed nõ vulgariter. Vnde dico tibi quòd intelligere velis cum iſto præambulo, quòd de arg.viuo non fixo nõ poteſt fieri,nec etiam de fixo:imò fit de certis mediis cognitis caris in natura,vocatis & nominatis arg. viu. quæ media non ſunt in toto fixa,nec omnino volatilia:& ſecundum menſuram eorum fixationis & volatilitatis poteris inuenire groſsitiem ignis appropriati per ſigna coniuncta cũ adiutorio ſimplicium:quoniam aliqua media ſunt talis naturę,quòd groſsities fixa patitur ignem fortiorem,quàm ſimplicitas,quia magis de natura fixa,ideo plus ſuperat ignem quàm volatile,vt pertinet. Vis ſcire propriè,quæ res ſit media,& totum effectum? Eſt vna ſubſtantia realis cõpoſita vaporabiliter de duobus contrarijs ſimpliciter differentibus ſpecie & non genere. Tamen nõ intelligas,quòd contrarietas ſit tam magna,quòd per eam corrũpatur formalis ſpecies generis:imò eſt cauſata ſub tali menſura,quòd forma conſeruatur in corruptione eorum vel indiuiduorum ad voluntatem naturæ in certa proportione, quæ proportio oſtendi non poſſet niſi per figuram & per operationem magiſtri. Intellige ergo menſuram contrarietatis,quia corruptio indiuiduorum cauſatur per eam,& in eamet fluit latitudo ſine permutatione propriarum ſpecierum,aut deturbatione,& ſine fallacia proportionis,ſicut fit in ſoſa(vel ſoda)& ſilice in vitro,quæ de vna latitudine in aliam permutatur,quando tota natura herbæ perdit ſuam figuram,& in vitrum terminatur,quod eſt de natura lapidis:Ergo tu potes bene percipere,quòd talis corruptio tranſit proprias metas generationis,per quam natura mutat ſuas proprias partes ad ſimilitudinẽ ſuæ ſpeciei ſine tranſgreſſu ſuæ latitudinis,ſicut videre potes de metallo ad metallum. Vnde dicimus pro certo,& clarè videre poſſumus,quòd tunc ſpecies mutatur,quando genus vnius in aliud tranſmutatur,& proportio tranſcendit ſuã menſuram per magnam deſtructionem innatæ naturæ:quia corruptio fortis, quę deuorat ſpeciem ſui primi generis,ſimiliter conuertit materiam mortuam in aliam renouationem:quia intantum non poteſt corrumpere, nec mutare, quin ſub aliqua forma habeat terminare:ita quòd multo melius eſt,q̃ in planta tranſmutatur in aliqua figura exiſtenti in poteſtate ſui proprij generis ſine trãgreſſu metarũ propriæ latitudinis. Quapropter cognoſcere potes, quòd quando corruptio infra terminos ſuos ſine tranſgreſſu figurarum ſui proprij generis fit,tunc renouatur bene cũ ſuis indiuiduis per ſpeciem conſeruatam cũ cor

ruptione similis generis: & hoc omni tempore aduenire per propriam corruptionem, secundum quòd mensurata est per artem Geometrię: tamen si per eã solùm vis eam mensurare, & credas hoc modo bene facere, nullo tempore poteris consequi hoc, quod natura habet facere, quia est iuris (vel vis) naturæ & non artis ponentis suam curam similia opera facere, sed eam non potest attingere, nisi sagax natura per vim suam ingeniosum ei adiutorium tribuerit: ideo require naturam, quãdo ars tibi deficiet, quòd te velit succurrere per proprias mensuras, quæ arte cognitæ sunt per proprias formas causatæ solùm per solam naturam, & nunquam per artem: & intellige media & eorum propriam naturã: Quia magnum secretum & nobilissima scientia est in rebus confusis diuersæ naturæ, quæ sunt omnes vnius generis positæ per mediocritatẽ in vnitate, per quam causatur fortitudo metallorum de omnibus virtutibus existentibus, vel quæ possunt existere in ista latitudine mineralitatis. Quoniam extrema sunt secũdum formas confusas in propriis mediis per naturam compositis cum adiutorio artis, quorum natura ad voluntatem artistæ, facit vertere suam substantiam totam fixam vel fugitiuam: Et hoc fit sine dubio secundum quòd vnũ contrariorum superat aliud: Vnde vnum dicitur propria causa volatilis, & aliud dicitur causa fixa per substantias diuisas contrarietate. Quare tibi patere potest, quòd de vno, nec de reliquo, lapis fit, sed de duobus simul, quum in alium modum non possimus de volatili in fixum, nec de fixo in volatilem, nisi per media teneantur eorum naturæ in vnitate compositionis perfectæ. Et quando dicta media sunt completa & fixa, tunc volatile tenetur & ligatur per fixum, quẽ fortiter tenet concatenatum, ita quòd postea ignis eum non superat, sed superatur: tam magna est colligantia quam solutio fecit illorum inuicem in concordantia facta per catenam nobilis mistionis. Iam incipe tuam corruptionem, quæ est proprium instrumentum dissolutionis ad habendum media, quæ tibi supradiximus, quia illa sunt principia artis philosophalis ad habendum finem, & complementum tui desiderij: & bene intellige formas eorum, quia de aere & terra quod nos appellamus aquam, est verus mercurius Philosophorum: sine quo nunquam potes aliquid finire. Duo extrema aquæ quam nuper tibi descripsimus, sunt arg. viu. vulgi quod est totum aereum, & terra mineralis, quæ est fixa & permanens: de quibus separatur alius aer fortior in natura. Deinde quando aqua est facta, quæ computata est pro extremitate aeris, qui tenet medium inter aquam & ignem, videas perfectè omnium elementorum intrinsecationem & amplexionem: quoniam si illa intelligas, tu intelliges magnum lapidem & perfectum ipsius. Et non sis festinus quando eris in opere, sed suauis ad principiandum seu incipiendum: quoniam virtus in isto opere est habere patientiam, postquam opus est inceptũ cum continuatione. Ergo sublima cor tuum ad omnipotentem Deum.

Explicit Theorica huius Artis intellectiuæ.

Quamuis iste liber hic intituletur Ars intellectiua, tamen Raymundus in suo Vademecum, siue clausula testamenti in tertio principio practicali in capitulo, Quòd terra debet esse ex duobus corporibus, in fine ante capitulum, Quæ sit materia lapidis, & quæ requiruntur & c. uocat librum istum, Tractatum de intentione Alchymistarum, quia ibi remittit pro mensura reductionis ad capitulum Practicæ congelationis per uiam reductionis, quod sequitur in secundo libro.

PRA-

CORRVPTIO & depuratio fiunt simul subtrahẽdo partem causæ (vel essentiæ) corruptæ. Qui hoc scit facere cum notitia habita per verum intellectum. R. ergo de volatili, & pone fixum in eo per formam bene cognitam, quam dicam tibi: & ita pone in tempe rato calore, donec fixum sit sublimatum mediante volatilis adiuto rio. Sed primò debes intelligere, quòd sublimatio aliquoties accipitur pro depuratione cum sua corruptione sine congelatione. Per hæc tibi dico quòd cõprehendas per vnitatem intellectiuam operationũ omnia capitula primæ partis. Accipe ergo septies tantum de corpore volatili quod fixum superet, & pone fixum in eo per nouem dies cum continuatione ignis appropriati, qui facit motum talem, qualẽ vult natura: Et vas in quo ponitur supradicta materia ponatur ad disrumpendum qualitates ignis in balneo Mariæ pleno aquæ, quia illud est quod conseruat per suum nobilissimum calorem tincturas placabiles à sua cremabilitate: deinde habebis duo filtra, vnum subtilius altero, deinde facies tuam materiam transire per grossum filtrum in tali diuisione, quòd totum volatile non separes à corpore per nimiam expressionem: sed illud debes colare inclinando filtrum vt tota substantia corporis dissoluti mista cum arg. viuo transeat per dictum filtrum. Caueas tamen bene inclinando filtrum, quòd nihil de grositudine corporis transeat nisi subtiliter colando: Deinde recipe filtrum subtile, & totum illud quod per grossum colauit, fac per subtile trãsire, do nec sentíes corpus quod est inter simplum & grossum, quod pones infra vnũ vas rotundum cum collo longo cum quinque partibus arg. viui. Deinde recolliges terram quam reperies dissolutam ab vniformitate totius cõpositi cũ cautela cognita, quam dicemus in præsenti.

Processus Practicæ, & prima rota corruptionis.

TV recipies corpus grossum à simplici separatum, & in ipsum pones de volatili per filtrum transacto, vt dictum est, quinquies tantum sicut de fixo: Deinde de volatili dimitte in subtiliori filtro ad separandum terram, quam pone per se, & interdum grossum corpus cum suo arg. viuo sibi addito pone infra mortarium factum de ligno, de quo fundum sit magis planũ quàm rotundum, nec multum profundum: Deinde gira & verte totum in circuitu cõpositum per mortarium: collige illas terras, quæ sunt omnino terrestres & plenas corpore ponderoso cum conchillis, & pone cum corpore dissoluto facto simplici infra suum vas rotundum cum collo longo: & hoc totiens reiterabis, donec in composito nõ sit plus de tali terra quam colligere possis: Deinde R. filtrum subtile in quo est volatile, & illud fac colare per inclinationem ad longitudinẽ tudinem filtri: & sint venæ ipsius bene stratæ plicando filtrum per longitudinẽ super quam transit supradictum arg. viuum bene vniformiter: & quãdo veniet ad finem dicti colamenti, scilicet depurationis, videbis vnam magnam caudã plenam terra mortua arg. viui sublimati, quam terram recollige, vt dictum est supra, & pone in alio vase de vitro cũ collo longo: Deinde recipe corpus grossum, & cola subtile non per expressionem, sed per inclinationem in filtro magis grosso, & simplum dissolutum iunge cum toto volatili, & pone grossum ad partem: post fac transire per filtrum subtile volatile, & primitus infunde in grosso subtiliato, quod erit infra filtrum ponderoso: deinde ponendo cum arg. viuo in vase, in quo terra est: post misce grossum cum subtili volatili transacto

per filtrum ſubtile,ſed primò ſubtrahes tantum quòd non maneant niſi quinquies plus de ſubtili volatili, quàm de groſſo corpore ad ſeparandum terram, ſicut dictum,reiterando actionem omnium præſcriptorum, donec videris eũ mundum à terrea immunditia in viſibili figura per proptietatem primæ decoctionis. Decoctionem oportet te reiterare in ſupradictis operibus donec groſſum corpus fiat ſubtile. Et ſic completur rota prima pro conſeruatione tincturarum omnium elementorum.

De corruptione per ſecundam rotam.

DEinde fac ſecundam rotam circularem ſuper corpus gracile tranſactum per ſubtile filtrum in digeſtione conſimili primæ,quæ eſt digeſtio perfectionis. Et hæc ſunt opera quæ Philoſophi dicunt quatuor, contritio,imbibitio,decoctio,ſolutio,facta per ignem naturæ,non per viã humanã, niſi in ſeparando groſſum à ſubtili,& terram à compoſitis ad citius expediendum:quoniam quando res plena implet vnam vacuam impedit conſequi actũ perfectum:Propterea ſubtiliamus cum leuigatione,& ſeparamus leue à ponderoſo,& è conuerſo ſine tranſgreſſu termini propriæ latitudinis, ſed ſecundũ exigentiam quam natura requirit,& rectum ordinẽ operationis cuiuslibet regiminis volumus inclinando perfectioni naturæ.

Putrefactio compoſiti.

POſt dictorum complementum,pones in fimo totum compoſitum diſſolutum,quem fimum prius poſueris in quodam vaſe terreo perforato in circumferẽtia, quod intret balneum:Et ſit balneum continuè plenum aqua: Et hoc dicitur propriè furnus ſecretus Philoſophorum,in quo cauſabitur cauſa ſupradicta,ſeu materia diſſoluta,& cõtinues ignem per modum ſupradictũ quadraginta dierum ſpacio,quia ſic ſtabilitum eſt,vt melius poſsit eſſentia perfecta ſeparari à putrido,& leuari ſuperius in altum per ſublimationem,quæ poſtea portatur in fermentum completum.

Separatio aquæ.

POſt dictum terminum recipies compoſitum,& inde ſeparabis aquam,quę proprlè fit de raritate terræ,& de ſpiſsitudine aeris per diſtillationẽ in balneo Mariæ,& guberna ignem vniformiter donec videas aquam diſtillari per virtutem dicti caloris. Et hoc tibi ſcire facimus,quòd humor qui diſtillatur per calorem balnei,eſt aqua pura per proprietatem ſuæ frigidæ naturæ,& ſui effectus.

Separatio ſui aeris.

QVando videbis quòd nihil aquæ poterit plus haberi per calorem balnei hoc ſit in ſignum quòd in igne actiuiori debes ſeparare aerem qui eſt vapor magis calidus,& maioris perfectionis, quia aliquid de fixo tenet ligatũ per vniformitatem diſſolutionis. Vnde patitur ignem reſpondentẽ ſui puncto:ſepara ergo aerem per ignem appropriatum factum per cineres, ſicut aliàs tibi declarauimus. Hic eſt fermẽtum ſuperius nominatum factum de duabus naturis,de quibus componitur virtus media,quæ eſt inter extrema fixa & volatilis,de quibus vnum ſal cauſabitur artificialiter.

Separatio ignis. Elementorum extractio.

AEre ſeparato, deinde ſeparandum eſt elementum ignis cum ſimili igne cineris ſicut aer,licet modicum fortiori per hunc modum,quòd aqua per balneum diſtillata reducatur ſuper fæces,& inhumetur per triduum, deinde per cineres diſtilletur,ignem vniformiter continuando,donec nihil perilum calorem percipiatur diſtillari:hoc facto,ponatur aqua per ſe ad diſtillandũ in balneo,& ibi reſidebit poſt aquæ diſtillationem ignis inferius cum modico

aere

aere immisto, quem supra cineres exiccabis aerem recipiendo cum alio prædicto (Nota hîc quomodo post inhumationẽ distillatur primò per cineres, quod tamen alibi primò fit per balneum: sed hoc fit hîc, vt à terra per medium aquæ extrahatur aer, qui in se etiam continet ignem: ideo summè nota.)

Rectificatio Elementorum.

ELementis sic separatis, ipsa nobiliter rubificabis: quia rectificando per septenam distillationem, digeruntur cum magna appropriatione. Et nota, quòd de elementis humidis separantur partes, quę non sunt de specie suę compositionis, (de qua separatur terra, de aere ignis.) quia in ventre humidorum vel vere aquaticorum portantur species nostrorum spirituum, quę per virtutem ignis à corpore soluuntur, & in aquam ambiguntur: Deinde bene mundantur & lauantur in magna digestione sicut aliàs tibi reuelauimus, & adhuc parati sumus tibi plus reuelare & dicere donec intelligas, dum terminum suæ moræ pati possis: quia in scriptis nolo tradere in longa summa negotiũ quod rotundum est ut pomũ: quoniam in circulo rotundo habetur totus intellectus præsentis artis.

Introductio reductionis faciendæ per intentionem alterius digestionis per Theoricam.

QVando elementa fuerint rectificata, adiunge partes fixi, (scilicet terræ vel ignis) comminuti per calcinationem cum humido volatili ad dissoluendum. Propterea tibi dicimus, vt aspicias & intelligas doctrinas nostras, quas per Theoricam tibi dedimus, scilicet quòd sulfur nõ superet magnam perfectionem vniformitatis, quæ venit ab arg. viuo: Et intellige principium tuæ reductionis, quam natura facit per dispositionem tui nobilis intellectus: quia vnus fumus subleuatur à supradicta terra, quæ est prima causa tui cõgelamenti. Vnde aliquæ partes sunt quæ sunt coniunctiuæ & aliæ diuisiuæ: purę coniunctiuæ sunt de pura essentia veri compositi: sed quia aliæ non sunt de simili causa, ideo diuidimus eas adiungendo puras naturaliter. Et hoc solummodo facit natura quæ trahit per virtutem attractiuam illud quod est de sua essentia, & dimittit eijciendo per virtutem expulsiuam totum illud quod non est de suo composito: quę separatio nunquam posset fieri manualiter, vt plures gentes credunt sine natura cum modo debito & propriè cognito per magnũ intellectum: quia partes puræ & etiam impuræ quæ per ignem cremantur, & in terram vertuntur, sunt ita simpliciter subtiliatæ, quòd non posset fieri separatio, nisi natura ibi esset, quæ in suo ventre trahit illud quod est de sua essentia, & extraneum renuit. Tene certitudinaliter, quòd sic vult natura ad perueniendum suæ perfectioni: & quando conceperit fumum fixũ in suo ventre conuertit eum volatilem, quãdo postea totum separatur à causa obscura (cinere vili) quæ inferius remansit, & debet residere per sublimationem.

Practica congelationis per uiam reductionis.

SI intelligis causas prædictas, tu purè poteris cõgelare ad velle tuũ: quoniã sicut soluitur, sic congelatur cum obseruatione actionis contrariæ. R. ergo de aqua separata, & de illa imbibe tuam terram secundum proportionem suæ virtutis (scilicet nec parum, nec multum) & post continua decoctionem in furno secreto donec eam videas congelari: & talem imbibitionem, decoctionem & congelationem reitera, donec videas tuam terram albam post multos colores. Mensuram istius congelationis & dissolutionis factam per reductionem non possumus aliquo modo facere quòd sit cognita naturæ operanti, nisi per scitum sensibilitatis, per quem habemus proportionem existentem inter

duas propinquas menſuras: quæ proportio non recedit à ſua ſpecie: & quia nõ ſeparatur à ſua ſpecie, citius adiungitur in ſua potiſsima complexione, quæ eſt calida & humida: & ideo conſeruata eſt per certam & cognitam manerie congelandi & deinde reſoluendi reſpectu proportionis cognitæ, in quantum eſt poſsibile. Ergo roga Deum omnipotentem gubernatorem omnium, vt te adiuuet veniendi per menſuram ad dictam proportionem: quia ille qui propinquus eſt, maiorẽ partẽ habet in opere: Quare debes intelligere quòd dicta cõgelatio eſt media & non extrema: Quoniam ſi eſſet extrema, ſubſtantia gelata ſpiritus in humido volatili non maneret. Iterum ſimiliter ſi diſſolutio quę eſt eius oppoſitum opus participaret in ſua extremitate, generatio actionis ſulfuris totaliter corrumperetur, & de facto ſubmergeretur in gurgite fatalię, quia generaretur calor & ſiccitas per appoſitionem ſubſtantiæ humidę in menſura nõ ſeruata per artem Geometriæ. Propterea caueas ne nimia ſiccitas vel nimia humiditas per appoſitionem improuiſæ factam, vel exceſsiua adminiſtratio non corrumpat magiſterium. Forma conſeruandi prædictam menſuram propinquiorem naturæ ad perueniendum dictæ proportioni in quantũ eſt poſsibile, eſt quòd tantum debet continuari dicta decoctio ſuper compoſitum, quãtum ſua diſſolutio requirit, & tantum per imbibitionem diſſoluere, quantũ optat per decoctionem: De hoc dabimus exemplum vt melius intelligas nos in graduatione per ſignum demonſtrabile: fiat vna figura de ſeptem literis conſiderando contraria & extrema ibi exiſtentia, quæ ſunt calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas, congelatio & diſſolutio, vt patet in figura hîc inſcripta, quam omiſi quòd eſſet manca & inintelligibilis cum aliquot lineis, donec melius eẽxplar nactus, apponatur à me vel ab alio.

Et ita patet, quomodo omnia extrema tranſmutantur in eorũ propriis mediis gradualiter in tanta concordantia, quòd nullus credere poſſet: nec aliquis homo intelligere poteſt niſi per ſcientiam ſenſibilitatis, quæ non poteſt acquiri niſi per intellectum quem dat nobis ſpiritus agiographus: Vnde aliquã partem ſuæ propriæ eſſentiæ in noſtra mente habemus per propria inſtrumenta bene concatenata cum fortiſsimo ligamine, quæ fecerunt nos intelligere & ſentire magnam nobilitatem tranſitus mediorum, quia inquantum approximantur eorum perfectioni, intantnm elongantur ab eorum corruptione. Habes ergo ſcientiam & claram artem infallibilem nobiliter, menſura nuncupatã, in certis gradibus propriæ Geometriæ quam tibi dedi, ſi tibi fuerit conceſſa per illũ, qui dat omnia, vel ſubtrahit ad ſuum placitum. Quare reſpicias in te, ſi te voluerit inſpirare perſcrutando formam quæ eſt propria rota ipſius graduationis. Quia nunquam fuit homo nec philoſophus qui præſentem regulam in tanta amplitudine tradiderit per artem ſicut nos facimus. Et ſi bene notaueris intrinſecationes prædictorum, bene intelliges totum actum noſtræ imbibitionis in opere completo. Adhuc intelliges hoc quod inuenimus in ſcriptis per Iohel Prophetam ſuper iſtam menſurã, & ſuper omnes cauſas profundabiles in certis gradibus formarum cum arte quam tibi dedimus in ſumma breui facta cum proprio puncto extremitatum ad contraria concordandum. Secretius omniũ regiminum eſt forma imbibitionum omnium. Audias quid dicit Bonellus doctor probus: In iſta aqua eſt odor maximus: Et ſcias pro certo quòd totus intellectus Philoſophorum eſt in imbibitionibus: Quoniã ſi cum aqua ſcias imbibere, & cum certa menſura menſurare, quia opus noſtrum eſt in aqua ſapientiã, & regimen operis: Quia aqua noſtra facit diſſolui, coniungi corpora, & gratioſè depurari. In aqua eſt totum noſtrum ſcire & ſecretum & finis deſideratus. Vnde pro ſcientia ſic tibi dedimus artem menſuræ cum bona voluntate, quam tranſtu-

transtulimus ab arte Geometriæ,&vt bene intentum cõpleas,tibi nunciamus.
O mensura omnium imbibitionum quantum facis corpus placabile.
O mensura aquæ cælestis toto mundo es substantialis.
O mensura quantum facis temperatum corpus. O mensura quomodo id alligas.
O mensura quomodo coniungis mundum,& elongas cum à corruptione.
O mensura quomodo facis corpora perpetua,& ponis in aurum omnia metalla.
O mensura bene scis mundum regere & conseruare,facere mori & uiuere.
Cum mensura natura regit mundum,& totum quod est per naturam compositum.
O mensura quomodo facis congelare hoc quod dissoluisti & bene coniungere.

Quare dico,si mensura non esset,nunquam profectus à lapide saltare posset. Quando volueris ergo lapidem benedictum,de electis medijs accipias ipsum: Quia mediũ & omnes eorũ naturæ, non sunt aliud quàm puræ mensuræ.

De sublimatione sulfuris, reductione completa.

QVando habebis H naturaliter congelatum in G, & colores omnes fuerint transacti,tu recipies totum congelatum & pones infra vnum forte fundum de terra qui sustineat ignem fortem: & fundum illud collocabis supra furnellum sine adhærendo parietibus furni sine alutello alio, ita quòd subintret furnum dempta superficie,& sit bene lutatum contra fundum, & bene adæquatum furno:post pone supradictum fundum de terra vnam magnam cucurbitam de vitro,cuius fundũ sit apertum,quod sit sine fundo in tanta apertione,sicut est latitudo & amplitudo fundi de terra,ita quòd iustè adhæreat vniformiter dicto fundo terreo dum fuerit superposita:& bene inuicẽ sint ista vasa lutata & vnita cum cappa posita super orificium vasis vitri habentis duos alembicos:Post incipe ignẽ de carbonibus in circuitu lutaturæ vasis per superius donec vas vitreum temperatè calescat. (Hoc puto fieri ad siccandum lutaturam,& ad calefaciendum primò vitrum,ne per ignem cum flamma quæ fieri debet in furno vas quod esset frigidum,vbi ille ignis desupra fieret,frangeretur)Post fac ignem in furno cum flamma:& in hoc sis cautus, quia opus est vt facias tam fortem & magnum ignem sicut potes facere,quia non sublimabitur nisi per fortissimum ignem,quia est inter fixum & volatile.Et scias pro certo quòd est inter fixum & volatile,sed cum fortissimo igne sublimabitur: Vnde magis fixum remanebit semper magis bassum,tamen separatum à suis fæcibus,& magis volatile semper altius ascendet secundũ punctum ignis graduati correspondentis suæ propriæ naturæ.R.ergo illud quod inuenies sublimatum & per certos gradus super D,G,congelatum,quia hæc est propriè substantia mercurij sublimata in conseruatione suæ humiditatis conuersi in purum sulfur non vrens factum & creatũ de substantia inexterminabili.Ista est substãtia media,ista est virtus ponderosa,ista est forma mensurata quam tibi supradiximus in capitulo de Nobili materia,quæ est causa magnæ perfectionis. Fæces quas in fundo reperies de natura B & C, & separata à D quæ sunt contra naturam: ideo proijce eas tanquam iuutiles,quia non sunt nisi turbatio & confusio. Aliqui sunt qui ad melius simpliciandum & vniendum dictam substantiam clarã sublimant altera vice:quare si volueris sublimare,sublima sine fæcibus cũ igne appropriato secundum exigentiam suæ proprietatis.

Fixatio aquæ & aeris.

POstquàm habueris subtilem substantiam & mundissimam mercurij per sublimationem in certa mensura,illam debes fixare per operationem correspondentem suæ proprietati,quia sic oportet fieri priusquam omnium corporum permutabilium sit perfectio completa,Quando ergo volueris eam fi-

xare,hoc facies per exuberationem corporalem.R.ergo vnciam vnam argenti puri & amalgama cum duabus partibus arg.viui depurati per ſublimationē, quam appellamus rectificationem(credo eſſe diſtillationem per alembicū,aut lauacrum eius cum ſale & aceto)& cum iſta amalgama adde decimam partem ſulfuris ſublimati,& pone totum in vna cucurbita cum vna parte ſuæ aquæ, & pone ad coquendum in balneo Mariæ donec fuerit congelatum:poſtea pone ſuper cineres ignem vigorādo gradatim, donec fuerit ſubleuatum illud quod fuerit volatile:Poſt permitte vas frigeſcere,&totum illud quod fuerit ſublimatum reduc ſuper fæces,quæ ſunt claræ &pulchræ cum altera parte ſimilis aquę prædictæ,deinde coque totū in balneo Mariæ donec congelatum fuerit:poſt pone ad ſublimandum in cineribus vt ſupra. Et ſic reitera, ſcilicet ſolutionem mediam & congelationem,deinde ſublimationem:vigorando ſemper ignem donec fixata ſit de aqua ad duplum terræ.Quia ſcias pro certo, quòd in qualibet reiteratione dictæ congelationis omni tempore fixatur aliquid de re, quæ magis propinqua eſt fixationi:quia in dicta materia eſt ligata cauſa volatilis, quæ retenta eſt in baſſo per talem proprietatem ſcilicet quando fixum ſuperat volatile ſemper per puncturam ignis credit fugere.Sed cum cauſa fixa in ſuis proprijs interioribus teneat volatile concatenatum, nunquam poſtea poteſt velle ſuum complere.Et ſi velis ſcire propriam differentiam quæ eſt inter fixationem & congelationem,diſcrepantia talis eſt:quia eſt actio propriæ differētiæ quæ dat inſtrumentum quod bonus artiſta incipit in forma operandi in ignē bene graduato,quia ſine igne cineris non poteſt totaliter fixari. Et ſi non fuerit per eum materia ſeparata,quod fit in ſublimando aliquid cauſæ volatilis ad abbreuiandum opus fixationis. Sed dūmodò non te tædeat in magna mora temporis,cuius natura indiget ad opus ſuū,poteris fixare de dicta aqua quātum volueris:ſed nūquam in fine penitus erit fixa,imò percipies quòd ſemper vltima congelata minus fixabitur quàm præcedens.

Quia ſi velis in I. H. quod eſt ſulfur fixare,oportebit ibi ipſum cōgelare per ignē magnæ mutationis, quē tibi ſupradixímus in reductione.Et quādo aqua gelata fuerit in forma menſurata,poſtea pones L ſuper k ſimiliter congelari: quia ſicut in I,H per k fixatur,ſic in I per H,totum k congelatur,quando perſolutionem H,I fluunt in k,ſic per illos tres,L congelatur poſtea:& ſicut L congelatur,ſic k fixatur in tali proportione,quòd magis reſiſtit igni quàm ante faciebat in ſua congelatione. Et quando L gelatur,M ponitur ſuper L, & ſic M gelatur: L confixatur poſt ſuum gelamentum,& k fortius quàm L: & deinde ſimiliter L fixatur,quoniam M non fit niſi congelari. Et ſic tranſit opus iſtius fixationis vſque de G. Quare potes in te ipſo ſentire,quòd poſtquàm L congelatur,fixatur per virtutem decoctionum & imbibitionū.Et ſicut dictum eſt de k, ſic intellige de alijs literis.Hæc fixatio non poſſet fieri per ſolam aſſationem,niſi eſſet opus diſſolutionis.Quia per cauſam earum imbibitionum facit natura in cauſa humida omnes ſuos motus,tali modo,quòd tantum facit ei pati quòd ſuum humidum facit ſequeſtrari cum adiutorio noſtræ aſſationis: Et ſunt cauſa proxima mortificationū,& per aſſationes ſunt mortificationes, quæ tranſierunt per veras pauſationes.Et ad intelligendum præſcriptam figurā reperies quòd k eſt magis fixum quàm L,& L magis quàm M.Et ſic de alijs potes intelligere clarè.Sed inueni aliam practicam,quoniā aliquando volatile eſt ita ſubtile quòd portat fixum ſecum niſi bene cuſtodiatur,quia totū fit per calorem ignis appropriari:& ſic ſine igne cineris potes bene fixare,ſed cum longiori tempore & cum patientia,quoniā per hoc opus melioratur,quia per cōgelationem totius ſublimati aqua exiſtens in ſuo ventre facit armoniam ſuę fi-

xa-

xationis & armatur à natura fixa ad debellandum sæpe in igne ardenti. Et quã do per quem volueris de duobus modis fixaueris aquam tuã, similiter fixabis duas patres aeris. Et quãdo hoc fixatum fuerit & bene inceratum, proijce vnã partem super mille (aliàs centum) mercurij, aut cuius volueris corporis, & habebis argentum purum melius quàm de minera si volueris illud probare per rationes præcedentes à sua proprietate secundum cursum naturæ. Et nota quòd virtus multiplicationis venit per exuberantiam naturæ mediorum (scilicet fermentorum) quia natura boni medij (seu sulfuris) in natura melioris cõuertitur (seu fermenti) per reiterationem solutionis & congelationis. Considera ergo super naturam mediorum sicut reuelatum est. Item cõsidera causam fixationis per contrarietatem: Et nota quòd fixum semper retinet plus, & attrahit naturã fixi quàm volatilis, & conseruat contra ignem. Et ideo Geber in vltima præparatione lapidis præcipit, quòd post seperationem vel sublimationem fixetur, & postea dissoluatur, & post præcipit calcinari illud quod non potest dissolui, quia talis est vltima præparatio. Causatur differentia inter corpus & spiritum, scilicet inter volatile & fixum: Hęc differentia habet locum tam in metallo, quã in corpore calcinato totius fixi, quanuis calcinatum magis retineat quàm metallum. Fiat ergo vna parua latitudo istorum duorum contrariorũ generum, vt simul repræsentata lucidius & melius possint influi in tuo intellectu: quia causam vnius contrarij non potest aliàs demonstrare vel discooperire nisi in præsentia sui contrarij: quia sic vult ratio philosophiæ data per authoritatem sic discentem: Oppositа iuxta se posita, magis eluescunt: & quia inuicem sunt contraria, sunt operationes contrariæ: Quia vltimus terminus consequentis & immediatæ operationis fixi est volatilitas, & volatilis est propriè fixatio. Faciamus ergo concordantiam contrarietatis per operationem artificialem sic, quòniam de pluralitate fit vera vnitas per mistionem naturæ confortando mediũ naturæ: Deinde intellige causam, quia interdum in terra fixatur: Volatile corpus fit volatile ambobus correspondentibus ad vnum certum terminum: quia inquantum spiritus fixabitur per rectam naturam, in tantum corpus fit volatile per suam naturam, quę volatilitas correspondet mensuræ fixationis spiritus, & fixatio spiritus correspondet mensuræ volatilitatis corporum: tali modo quòd totum est fixum, & totum volatile. Sic vides per virtutem diuersarum mensurarum quòd Philosophi faciunt corpus magis fixum quàm prius erat existendo in sui natura per naturam volatilem quam recipit à spiritu. Et sic habes scientiã Philosophorum ad inueniendum mensuras quas cognoscunt per proprias latitudines punctuatas ad exigentiam certorum punctorum venientiũ à contrarijs operationibus fixi & volatilis: Et ita tali modo facimus de contrarietate veram concordantiam.

Miscibilium forma.

FOrma mistionis quæ fit in prima mistione disponit miscibilia ad suscipiendum formam Elixiris, quę fit per differentiam specialem: Et hæc forma specifica, vnde meliori iudicio dicimus quantum ex parte habilis materiæ lapidis præparati, & fermẽti præparati, aquæ inspissatæ, & olei terminati: Ex parte quidem vltimæ mistionis constat in modo faciendi per differentiam specialẽ. Nam terra, aqua & oleum in vnica reductione insimul non ligantur, quia non solùm siccitas terræ mortificaret oleum, sed phlegma aquosum, frigidum eius mortificaret, calidum aut siccum euolaret in fumum. Ideo eleganter præceperunt Philosophi, vt aqua prius figatur & inspissetur per reductionem illius ad naturam olei quod est corpus liquidum: Et vt illud postea post reductionem vltimam submergatur in oleum suum, & ipsum similiter terminetur in Elixir

Hæc quatuor cõstituunt Elixir.

perfectum. Ista est mistio naturæ, quia natura facit eam & nō ars, licet hoc fiat per modum sibi datum cum calore communi temperato respectu essentiæ naturæ. Per rationem istius mistionis dicebant Philosophi quòd nostrum magisterium nō est opus mechanicum vulgare, imò est opus naturæ sicut patet per suam mistionem naturalem. Et intellige, quòd per virtutes mistionum supradictas exiuit causa mediorum huius artis, per quæ natura transit ad complementum per causam propriam mediorum naturæ: nec est alia causa nisi per mistionem factam vaporaliter de duobus extremis materialibus existentibus in generatione naturæ metallicæ liquabilis cum proprio & necessario motu facto per excitationem caloris mensurati ad exigentiam essentiæ virtuosæ naturæ metallicæ. Et sunt ista duo extremitates, sulfur & arg. viuū, vnde saltant humores & vapores, à quibus vaporabiliter cum successiua & continuata operatione creantur metalla nostri magisterij per naturam transeundo de vno in aliud successiuè. Quia natura quæ per aptitudinem materiæ suæ habet compleri, per suam magnam sapientiam & diligentiam vniuersalem non transit de extremo ad extremum sine complemento omnium suorum mediorum, sicut declarauit in philosophia huius artis: quorum naturam supremè habes notare in isto magisterio, si de corporibus metallicis volueris facere perfectam transmutationē: Dicimus, inquam, quòd multa scientia naturali indiges, qui de dictis medijs in intellectu omnium qui nituntur conuertere essentiam vnius metalli in essentiā alterius, de quibus non est aliquis nisi fuerit philosophus, qui perscrutatur causas à quibus effectus condescendunt.

Coniunctio terrarum Solis & Lunæ.

MAgister Arnoldus de Nouauilla reuelauit in suo Rosario post alios philosophos, quòd aurū & argentum per symbolum naturę, quod in eis est notabiliter inter se conueniunt, & in magna participatione vnum cum altero in natura metallina, sicut homo & mulier in natura humana: Hoc intellige in prima mistione quæ debet fieri inter ipsa & per viam reductionis. Cum qua re Philosophi reuelauerunt hanc conueniētiam & affinitatem, & ad euitandū difficultatem coniunctionis quam spiritus debet facere cum corpore. Quia si corpore argenti vis tantūmodò facere tuā copulationē per modū reductionis, natura esset nimis remota in affinitate, & per consequens erit nimis difficilis copulatio corporis lunaris cum spiritu per rationem grossæ substantiæ terrestris per dissolutionem euacuatæ cum sua substantia corruptibili respectu Solis, & nimis elongata & separata à natura arg. viui: Quia vnum corpus quantò plus separatur à natura sui arg. viui, tardius cum illo adhæret: quia per amorosam affinitatē medij spiritualis, qui debet colligi cum corpore in vnitate fixæ & attractiuæ compositionis fit coniunctio arg. viu. cum corpore. Et per hoc quòd maior quantitas arg. viui est in compositione auri, & per consequens minor corruptio, qnū tota sua materia sit purè essentialis & incorruptibilis, Philosophi posuerunt loco virtutis agentis & masculi: quia propinquius adhæret naturæ arg. viui ratione contenti in ipso scilicet sui arg. quod portat symbolum & affinitatem in concordantia amorosa cum natura sua similis quæ appellatur arg. viuū, quia aurum non potest pati tam fortem corruptionem, quin in sua substantia terrestri, quæ appellatur grossities ignis sit plus de compositione arg. viui incorruptibilis, quàm de sulfure corrupto, quia sulfur suum est tota pura materia essentialis respectu substantiæ argenti, quæ est grossior & impurior & minus fixa, & per consequens magis corruptibilis. Et per hoc arg. viu. habet minorē adhærentiam cum substantia argenti, quàm cum substantia auri, ratione maioris contenti naturalis existentis inter aurum & argentum: quia substantia auri

non

non mistionatur mistione grossa respectu corporis lunaris, imò potius fit mistione minima, ratione partium essentialium minus subtilium, in tantum quòd quando ipsum aurum solum est vel cum societate submergitur in mercurio, & in profunditate sui verticis absconditur tanquam ignis & calor naturæ: Et per hoc fixatur mercurius, quòd illud est quod digerit substantiam mercurij, & indurat cum adiutorio temperãtiæ receptæ à substantia corporis lunaris, quod est proprium & proximum principium originis omnium ad indurandum spiritum digestum per ignem naturæ. Et per has rationes ad citius expediendum & meliorandum cõmistionem, & quòd præparatio non confundatur, & quòd vnum ab alio recipiat temperantiam cum maiori propinquitate in natura & affinitate, dixerunt honorabiles Philosophi, quòd arg. viu. cum Sole & Luna leuius mistionatur, quia arg. viuũ cum arg. viuo citius miscetur, quia in illo recipit facilius amicabilitatem, deinde cum auro immediatè & postea cum argento, quia melius participant cum natura sua, vt patet in eorũ reductione: & per hoc percipe secretum quòd aurum super omnia alia corpora penitus submergitur in mercurio sicut prius dixi, quia mercurius nimis libenter recipit illud quod est de sua pura natura, quia in illa recipit tantam alleuiationem quòd inseparabiliter vniuntur: & ita econuerso renuit causam remotam. Intellige per causas iam dictas quòd in principio tuæ reductionis quę est principium compositionis lapidis, aurum & argentum naturaliter conueniunt ad preparandũ principia, scilicet sulfura album & rubeum, mediante aqua alba & rubea cũ suis propriis fermentis: Et sic fit prima pars: sed in secunda parte scilicet in compositione Elixiris & fermentationis disconueniunt: quia in Elixiri argenti nihil intrat nisi argentum purum cum suis principijs albis: nec in Elixiri auri, nisi aurum purum cum suis principijs rubeis: Et sic multiplicata est tinctura per fermentum.

Recapitulatio Magisterij in summa abbreuiata.

TV debes in te recolligere, quòd virtus formatiua existens in materia seminali, est influxa in calore & spiritu, sicut in materia simplici. Et calor cum dicta virtute est anima non sicut actus corporis organici physici portãs in ipsa potentiam vitæ: sed est tanquam faber in sua fabrica fabricans suum clauum vel rem aliam secundum formam sui intellectus: Et per hoc vocatur fabricatrix & formatrix sui humidi passiui per hoc quia fabricando inducitur per stillationem, & facit venire in mutatione diuersorum colorum conuenientium secundum suum sensũ & intellectum suis actibus & propriis operationibus, digerendo, terminando & condensando secundum naturam suam: Deinde habebis in notitia suos colores cum omnibus suis causis: & tu scies per indagationem naturalem proprios motus suæ naturæ cum administratione scientifica ignis communis gubernati per artem ad exigentiam essentiæ naturæ sine trãsgressu supradictæ virtutis informatiuæ, quæ dirigit calorem secretum ad digerendum suum humidum spirituale cum quo miscetur per mutationem coloris in colore misto: & deinde in colore albo, & vltimo in colore rubeo. Et hoc tibi sufficiat de dispositione tuæ materiæ, quia natura in ipsa mirabiliter operatur ad suam perfectionem; cuius motus sibiipsi ita adhærent vni viæ & ordini, quòd in meliori manerie & certiori nullus homo mundi posset excogitare.

Practica totius magisterij in generali recepta: & est capitulum optimum & practicum.

PRima causa quam debes habere in tuo intellectu, est habendi magnã quãtitatem arg. viui: & in illo debes lauare corpora, quodlibet per se conterendo, imbibendo, & decoquendo in balneo Mariæ: & qualibet vice distillando per filtrum (aut pannum) & separãdo nigrum innaturale, quod est eorum pri-

mum coopertorium. Ista operatio reiteratur totiens, donec corpus Lunare in toto separetur dicto suo coopertorio, ita quòd sit album ad modum terræ albæ, siue luciditate metallina. Ista terra bibit & recipit nimis libenter arg. viuum quia est sibi humidum radicale in tota sua natura. Et per hoc debet dissolui per digestionem continuatam, sicut dicemus postea, scilicet post separationem dicti sui coopertorij: quam separationem cognosces per suã calcinationem, vel inde parum & modicum ponendo super carbonem (vel super laminam ignitã si nigrefaciat illam) & nisi conuertatur in album, adhuc tenet de dicto suo coopertorio, quod prohibet receptionem arg. viui tanquam extraneum à sua propria natura. Et si fuerit album, illud recipies & reiterabis totiens prædictum regimen donec trãsierit per filtrum grossum cum reiteratione calcinationis: Tũc videbis arg. viuum dissolui in colore cæleſti: & pones qualibet vice illud quod fuerit dissolutum in tua calcinatione in vno vase ad partem: & sic sublima, siue distilla aquositatem mercurij à substantia terrestri, vt creari possit nitor & fulgor in lapide nostro, pro vt nobis natura demonstrat in auro & argento, quorum splendor non constat nisi de subtili aqua mercuriali terminata & considerata in ipsa. Et per hæc metalla habentia subtiliorem humiditatem, & puriorem & magis densam sunt plus fulgentia & magis resplendentia. Et per hanc causam aurum resplendet super omnia metalla, deinde argentum. Item albedo in materia metallorum constat & causatur ab humido mercuriali causato & terminato per siccum terrestre multum subtile & fortiter digestum. Caueas ergo, & bene inspicias quòd habeas terram bene subtilem & bene digestam: quia vbi fuerit bene digesta, bene simpla, & bene subtilis facta per digestionem caloris complexionalis, tantò plus desiccabit suum humidum mercuriale, & subtilius penetrabit in profundo, quàm faciant calces vulgariter factæ & ignoranter deductæ per ignem cõmunem. Et quando sic omnia fuerint facta in materia simplici, recipe totum dissolutum separando puluerem, & fac transire totam istam dissolutionem altera vice per filtrum ad melius mundandum. Et si pro prima vice transierit per grossum filtrum, recipe eam & fac transire per subtile & magis simplũ filtrũ, & sic separabis subtile à grosso: deinde recipe grossũ corpus, & illud calcina tantũmodò vna vice si volueris, & post reduc eum ad suum regimen faciẽdo eum transire per grossum filtrum donec totum transierit. Et sic poteris reiterare quoties volueris, donec totum fuerit dissolutũ: quia qualibet vice resoluitur magna quantitas, sicut potes percipere in recto pondere libræ. Tamen sunt quàmplures qui ad abbreuiandum istud regimẽ, postquàm terra alba fuerit semel, vel bis resoluta, ponunt totum ad putrefaciendum sub intentione separando substantias per sublimationem: sed postea habent maiorem pœnã in secundo regimine, quando venit in separatione animarũ. Quare dico tibi, quòd quantò plus reiterabis primũ regimen dum fuerit notabiliter & bene factum sine combustione tincturæ, in tanto plus abbreuiatur secundum regimen cum leuiori separatione ratione essentiarum putrefactarum & subtiliatarum in primo regimine, & quanto minus, minus. Item dico quòd ad purificationem elementorum distillationes sunt nimis longæ propter viscositatẽ aquę & aeris. Et ideo si volueris abbreuiare tuas distillationes, pone in plures partes (id est vasa & cucurbitas) & quamlibet partem pone in suo alembico, & distilla quamlibet per se in suo balneo & habebis abbreuiatum opus: Et possunt poni omnia elementa in vno balneo longo.

De tri

De tribus humoribus in compositione arg.uiui repertis.

RAtione proprietatis cuiuslibet dictarum substantiarum Philosophi realiter demonstrant, quòd in cõpositione arg.viui sicut reperitur in sua propria minera habentur proprij humores: primus est frigidus & phlegmaticus participans cum prima terra, quæ tantũmodò eam humectat materiam totam: Et ista amplificatur in larga dissolutione. Tertius est in ipsa subtiliter vnctuosus participando cum tertia substantia terrestri: & iste est qui causat subtilitatem in substantia, in qua est sine inflammatione: Secundus est mediocris humor radicalis, & cultus, & imbutus in essentialibus partibus secũdæ terræ, quæ nunquam separatur ab ipsa. Et de istis duabus medijs substantijs constat proxima natura mercuriosa in sua pura radicalitate, & nostrum arg. viuum volatile, incombustibile & aereum, à quo omnis causa germinandi & oriẽdi habet crescere & multiplicari cum sua pura materia, & natura: & humida radicalis composita de duabus substantijs, scilicet de terra mediocri, & de aqua media inuicẽ symbolizantibus in natura, & continentibus quatuor elementa, de quibus indiget pro forma suæ proportionis, & sunt sulfur & arg. viu. in eorum proprijs radicalitatibus creatis in vase naturæ proximæ ab vno latere vitrioli & sale: sed in alio latere constat principaliter cum metallo imperfecto, id est præparato, vel mercurio sublimato. Separa ergo hanc preciosam substantiam à vitriolo & sale, & ab omnibus humoribus cum illis participantibus, & intellige reducẽdo aeri sicut natura tibi demonstrat. Quia quum dictæ substantiæ radicales arg. viui iam dicti concurrant in sua compositione per quatuor elementa, repertũ est, quòd partes terrestres mediæ in natura calidæ & aereæ symbolizantes per igneitatem simplicem sunt vi subtilitatis in tantum ligatæ & coniunctæ, quòd nulla illarum partium potest resolui ab alia, imò quælibet resoluitur in qualibet sibi simili in compositione homogeneitatis: vel quælibet fixatur cum qualibet per fortem vnionem aut colligationem, quam habent ab inuicem virtute partium minimarũ ad inuicem coniunctarum & ligatarum cum calore æquali cõculcato multiplicata inæqualitate in vasis mineralibus secundum naturæ debitum ad exigentiam suæ propriæ essentiæ: Et ratione dictarum substantiarum aquaticarum potes causare per te ipsum vnam aliã latitudinem. Et nota, quòd tertius humor vnctuosus per sublimationem naturalem exterminatur in terrã nigram extra speciem naturæ metallicæ: sed phlegma innaturale opportunum illius aliquotiens per accidens conuertitur in humidum radicale, quod postea terminatur in speciem metalli fulgentissimi.

De compositione mercurij, & de sua natura reali, & de suis partibus extremis, separabilibus.

PRimò fili tu debes intelligere & ponere in tuo intellectu, quòd in ista arte reali non debes inquirere per suam proprietatẽ nisi de causis magis (vel magisterij) quæ sunt in latitudine naturæ metallicæ. Scire facimus tuo intellectui quòd arg.viu. est illud tanquam principale liquabile, & primũ elemẽtum metallicum. Et ad melius intelligendum differentiam sulfuris & arg.viui, per substantias separatas respectu suarum compositionum, facimus tibi scire, quòd arg.viu. continet suum propriũ sulfur calidũ & acutũ: Et deinde sulfur continet suum arg.viu. quod est sicut aer & epulum ignis: quoniam dictũ arg. viuum in sua propria radice est per ingenium naturæ primò compositum de terra alba subtili sulfurea calida & aerea mista & collecta in aqua clara, donec facta est vna substantia homogenea in natura merallica cum mensura verę proportionis clara elementaria cooperante influentia stellifica, quæ est virtus for-

mæ metallificæ per magnam concordantiam dictæ materiæ ſicut cauſa diuina & digna per quã cõpleta eſt indiuidualitas argenti viui, in quo eſt primò pauſata forma naturæ metallicæ tali modo quòd ſiccum eſt contemperatum per humidum, & humidum per ſiccum ſine ſeperatione vnius & alterius. Et per hanc diffinitionem potes comprehendere quòd eſt fortis compoſitionis ratione fortis miſtionis humidi & ſicci in ſua radice, ſicut dicemus tibi de iſtis duabus ſubſtantijs ſeparatis ſcilicet de terra & aqua, per quas tibi datum eſt intelligere quòd quando dicimus ſulfur vel argentum viuum, turbatur tunc intellectus quum totum ſit de vna cõpoſitione: Sed quando dicimus ſulfur exterminabile, intellige hoc per proprietatem elementi terreſtris: ſed quando dicimus arg. v. vulgare, intellige aquã ſuæ viuacitatis (extracta à vitriolo & ſale petrę) ſecundum virtutem & rationem quam ſuum ſubiectum requirit per extrema & media cum ſubſtantijs ſeparatis per ſublimationem naturalem concordantem & in naturam ſymbolizantẽ, licet ſulfur ſit in omnibus elementis, tamẽ illud nunquam eſt exterminabile, quũ non ſit niſi vapor & actio aeris & ignis. Et ab iſto dependet noſtrum magnum ſecretum per quod ſublimatur omne humidum radicale, dum fuerit abſtractum à radice ſuæ terræ ſine exterminatione vel combuſtione ſuæ caræ tincturę: quam exteminationem recipit per virtutem elementi terreſtris. Sed quando iterũ reuertitur non eſt exterminabile ratione proprietatis quam recipit à ſua humiditate: ergo quũ volueris illud venari à terra habes recipere cum proprio receptaculo ſcilicet in aqua ſua, quæ eſt argentum viuum & proprium conſeruatorium ſuæ combuſtionis. Deinde dicimus tibi quòd in ſupradicta terra per virtutem elementalem reperiuntur tres ſuſtantiæ terræ: prima eſt ſubtilis ab humana ſenſibilitate, (vitrioli) ſed per experientiam reperta eſt groſſa, grauis, fuſca, & tenebroſa, impediens ingreſſũ & claritatem luminoſam: Et iſta eſt inqualitate ſicca & frigida, de natura vitri. Secunda (ſalis petræ) eſt valde ſubtilis humanæ ſenſibilitati, ſed per experientiã reperta eſt fuliginoſa, remota à perfectione ratione ſuę extremæ qualitatis, quæ eſt calida & ſicca in magna crematione: Et iſta ſubſtantia participat cum ſulfuribus, quæ cremantur in aliquo latere: Et ſunt iſtæ duę ſubſtantiæ propria vaſa inter quæ argentum viuum procreatur, ſcilicet illud de quo intẽdimus in opere naturę: & eſt ſicut fœtus in matrice. Tertia ſubſtantia terrea eſt terra media calida & humida aere & ſubtilis, & in mediocritate humanæ ſenſibilitati, (non eſt propriè terra, ſed vapor extractus ab illis. 2, ſupra) & per experientiã reperta eſt magnæ perfectionis, quia eſt pura natura & humidum radicale, de quo lapis noſter recipit gradualiter ſuam naſcentiam immaculatam in proprietate metallica. per hoc dixerũt Philoſophi quòd iſtam ſubſtantiã habes ſeparare per ſublimationem à dictis duabus ſubſtantijs, quæ ſunt vitriolum & ſal. Morienus apertè tibi dicit, quòd ſi vis facere rem perfectionis, quòd tu extrahas puram ſubſtantiam mercurij à ventre vaſorum vitreantium, (hæc eſt ſublimatio mercurij) quia de iſta ſubſtantia conſtat lapis noſter.

Mercurius ſublimatus.

Intellige ergo verum idioma Philoſophorum affectum ſuper proprietates ſubſtantiarum naturæ: niſi ergo ipſas intellexeris per ſubſtantias ſeparatas, nunquam realiter intelliges proprietates eorum veri idiomatis: Quia ipſi clarè loquuntur in philoſophia eorũ, imò naturæ: cũ philoſophia nõ ſit alia res niſi reuelatio ſecretorũ naturę in idiomate proprio naturali, ſine quo ſubſtantiæ naturæ non poſſent notificari nõ plus ſicut alia cauſaſiue beſtia vel planta, niſi portauerit nomen, & effectũ, quod in generalitate dat notitiã habitus cauſæ: Et ideo diuerſa fuerunt idiomata inuenta in naturaper diuerſos philoſophos. Vnde quilibet locutus eſt in ſua philoſophia clarius quã potuit ſecundũ curſum naturæ, ſaluando

ſaluando proprietatem ſuarum figurarum, licet vnum idioma ſit magis clarum & magis proprium quàm aliud, inquantum actor fuerit melior expoſitor reſpectu propietatum quarum natura demoſtrat effectus omni bono naturali intelligenti cum magna realitate: Nec credere debes quòd ſãcti & boni philoſophi in ſua philoſophia tibi occultauerint ſenſum eorum, quia non eſſet factũ veræ philoſophię: quum ſua proprietas & requeſta cum clara intentione velit reuelationem propriam, & claritatem radioſam cauſę occultæ, & manefeſtaionem puram ſine occultatione: cuius intrinſecum in perfecta locutione reducunt ad purum intellectum factum & immiſſum à Deo cœleſti, in quo examinatur & depuratur virtus contrarij, ſicut facit aurum in ſua propria fornace.

Finis Practicæ Alchimiæ Raymundi.

LIBER RAYMVNDI, VT PVTO, DE INTENTIONE ALCHIMISTARVM, ET TOTVM CONTINENS: EX *Gallico in Latinum verſus, relictis aliquot verbis Gallicis, ex tuto, vt erant.*

POSTEAQVAM per valde longum tempus noſtrã vitã exercuimus quęrendo & inquirendo per orbem vt cognoſcerem & ſcirem veritatẽ iſtius ſcientiæ, habendo multa quæſita & collationes cum multis doctis, quærendo ſcientiã per regiones, oppida, & ciuitates: aſſociauimus inuicem & vniti ſumus tres ſocij ex magno & fido amore & ſinceritate: ex quibus vnus erat Theologiæ doctor, alius eques & doctor in legibus, alius erat mercator & ciuis clarus & ſufficiens. Ex qua cõgregatione nos reportauimus ex firma & fida legalitate vnius cũ alio omnes intẽtiones noſtrorũ deſideriorum in quærẽdo mundũ. Et benedicta altiſſima & æterna Trinitas quæ donat ſuas gratias quibuſcũque illi cõplacitũ eſt: & quæ nouit cogitationes hominũ, illuminauit noſtras intentiones & clarificauit noſtras intelligentias, ita quòd ſciuerimus & cognouerimus veritatẽ fallaciarum, & cõmorauimus ſimul ex ma. ſinceritate in vna ciuitate õnes, & operati ſumus ſimul eadẽ cõcordia, vno ordine, & vno voto, & vna diſpoſitiõe veritatis exercẽdo & abbreuiando dictas collationes & operas noſtrorũ quæſitorũ, & repertorũ in diuerſis regionibus. Et ex illis pro meliori noſtri facti declaratione expoſuimus aliqua quæ manifeſtè videbantur nobis locum habere & veritatẽ. Nam de rebus fruſtratorijs & non validis nos nihil loqui volumus: quandoquidem admodum pauci philoſophantiũ & quęrentium à nobis viſorum in orbe, agnoſcant veritatem: & nihilominus exiſtunt aliqui admodum ſufficientes, ſed pauci ſunt cogniti. Ideo nos hunc paruum librum per 8, capita exponemus: ex quibus primum erit de intentionibus operantium à nobis per mundum viſorum: ſecundum erit qualis intentio quærentium eſſe debeat; Tertium erit, in quibus, & ex quibus rebus operari debeatur in iſta ſcientia. Et quatuor ſequẽtia capita erunt de quatuor principalibus regiminibus totius noſtri operis. Vn de primum eſt de diſſolutione, putrefatione & mortificatione: Secundum de ſeparatione, diſtillatione & ſublimatione: Tertium eſt reducere & circulare; Quartum eſt fixare & proijcere: Octauum erit de ali quibus abbreuiationibus totius noſtrę artis,

CAPVT PRIMVM EST DE INTENTIONE OPERANTIVM, QVOS VIDIMVS *per mundum.*

MODESTE fili intentiones operantiũ in mundo sunt diuersæ & exstraneæ. aliqui enim operãtur cum sale, cum alumine, cum sulfure, aut cum arsenico. alij calcinant corpora, & soluũt ac congelant: alij faciunt amalgama & illud fixare volunt: Alij congelare volunt & fixare mercurium festinanter extra cursũ naturæ: Alij volunt fixare & colorare Lunam sub speciebus & materijs extraneis. Et omnes hi qui in hoc ponunt ipsorum tẽpus, decipiuntur, & abutuntur seipsis & alijs: quoniam omnes hæ operationes non sunt ex naturę intentione: Et eorum species sunt crassę & fœdæ, nec possũt simul vniri aut perfectè misceri, atque ita eorum operationes sunt nullius effectus. Sed nos reperimus alios qui ratione naturali sequebantur cursum in suis operibus, ideò illis fides adhibui debuit. Et præcipuè vnum vidimus, qui ex solo mercurio voluit operari per tenuem ignem, & vas, & graduationem digestionum: Et hoc approbat Arist. & omnes alij philosophi dicentes: Mercurium in se continere suum proprium sulfur, à quo congelatur partim in aurum & partim in argentum: & non solùm in aurum & in argentum, sed in perfectã & veram medicinam. Alios vidimus qui cum mercurio voluerunt soluere aurum aut lunam in ambobus vt facerent eorũ matrimonium, quæ res est inutilis nisi eorum copora sint ex subtiliatione facta spiritualia sicut est mercurius, & post coniungere & tenere ad ignem graduatum, vt superius est dictum. Et hęc non seruiunt tantùm solùm quàm ad celerandum eorum operas, aut ad habendum fortiorem & firmiorem colorem, sed hæc omnia opera talia sunt longa in eorum labore. Item nos vidimus alios qui ex vno solo mercurio benè sublimato & mundificato faciebant ipsorum operationes separando quintam essentiam, & creando 4. elementa, & postea per subtilem circulationem & fixationem faciebant eorum operationes per stabilem digestionem: & hæc fuere opera mirabilia & nobilis pretij. Alios insuper vidimus qui mercurium sublimabant & fixabant per calcem ouorum & per salem armoniacum, postea soluebant & trahebant elementa, & postea per subtilem viam congelabant & fixabant, & fuit Elixir pretiosum. Et omnes has vias tenebant aliqui subtiliter laborantes à nobis cogniti aut visi eundo per mundum. Sed alios postea vidimus, qui aquã mercurij faciebant, & in ea dissoluebãt corpora & putrefaciebãt & postea per alembicum distillabant, & ex ea materia faciebant & creabant eorum sulfur, de quo & per quod creabant & faciebant eorum medicinam aut Elixir, & complebant id quod volebant. Etiam vidimus qui corpora soluebãt per aquas dicti mercurij, & pariter soluebant tantundem dicti mercurij & cõiugebant, & post putrefaciebant, & ex his separabant elementa, postea rectificabant & reducebant aquam super terram paulatim & quando congelata erant, sublimarunt: & de sulfure quod inde habebant, faciebant medicinam cũ mercurio & Luna solutis in dicta aqua mercuriali. Et si volebant vti ad rubeũ est idem opus, quia tantùm oportet ponere solem pro luna, aut facere quodlibet cõpositum per se. Postea cum elementa sunt separata & præparata debent coniungere duas terras simul, & super eas reducere aquam albam & creare suũ sulfur album, postea rubificare dictum sulfur cum aqua rubea & postea facere Elixir, id est album & rubeum quodlibet per se post separationem sulfuris albi facti ex sulfure rubeo.

Item

Item nonnulli alij dissoluerunt corpora seorsim, scilicet Solem & Lunam & pariter soluerunt eorum rectum pondus salis petræ præparati pro Luna: & sal armoniacum aut sal commune bene præparatum pro Sole: & coniunxerunt simul quodlibet ad partem suam: postea putrefecerunt & fecerunt & cõpleuerunt eorum operationem omnem, ita vt superius diximus. Et omnes hæ suprascriptæ operationes sunt notoriæ & nobilis effectus: & eas satis cognouimus. Sed nihilominus non sunt adhuc de nostra intentione: non idcirco quòd nos dicere velimus eas non esse nobiles & sufficientes: sed pro labore ac tempore nos quærimus & petimus terminum magis abbreuiatum nostræ intentionis. Et istę sunt intentiones operantium quas per mundum & regiones vidimus, scilicet facere operationem notoriam cum qua possent purgare & sanare corpora infirma tam creaturarũ rationalium quàm corporum metallicorum, & dare ac restituere defectum naturæ, aut corruptionem in perfectam sanitatem & claritatem luminosam omnis perfectionis.

Qualis debeat esse intentio quærentium in hac scientia. CAP. II.

PAlam omnibus esse debet in genere, qui hac scientia vti volunt & eam scire, quòd haud nitantur vel intendant solùm velle facere frustum metalli sed velint tantùm ac tam altè transcendere naturam, vt ipsi possint semel facere rem vnam aut decies aut centies aut millies plusquam perfectam. Quoniã quoties perfectior erit aut in triplo aut in quadruplo aut centuplo illa producet è seipsa, & hoc modo superabit naturam: quoniam natura non potest in suo naturali cursu facere res nisi indiuiduas & in singula frusta aut partes perfectas aut imperfectas aut neutras, ita vt quotidie videri potest in auro quod est perfectum, & amplius non est. Et postea in alijs corporibus metallorum quæ sunt neutra, & post in omnibus alijs rebus, vt sal alumina, airemes (ęramenta) vitriolum, sulfur, arsenicum, sal armoniacum, mercurius, qui duo in se continet, nempe neutralitatem & imperfectionẽ, quæ aliàs dicuntur res naturales, non naturales, & contra naturam. Quoniam igitur notum est, quòd nisi hæ res ad perfectissimam & magnam simplicitatem & subtilitatem reducantur, in his non potest paulatim augeri nec indui tam altus gradus & exaltatio supra naturam: ideo consulimus omnibus qui hac scientia frui volunt, vt bene animaduertant, in quo ponant suam intentionem, ne tempore abutantur & vita propria in rebus crassis & extraneis aut sophisticis, quia istud nil aliud foret quàm tempus amittere & abuti. Sed firment suas intentiones & cogitationes in rebus firmis & stabilibus, sequendo naturam per amabilem viam vt ea ijs donare velit de suis gratijs, & se superari patiatur per ordinem & viam, id est, ascẽdere ad Cælum, & se gubernari permittere per amicabilem concordiam, id est pacificè reuerti de Cælo, & concordare firmam rem ac stabilem.

De quibus & in quibus rebus operandum sit in hac scientia. CAP. III.

CHarissime & perfecte amice notum est apud omnes Philosophos, quòd lapis philosophicus est in omnibus rebus in quibus nutritur. Et iam probatum est per omnes sectas generationum, quòd omnia generant similia sibiipsis: nam ex equo equus, & ex homine generatur homo: quale igitur semen seminaueris, tale semen colliges: quoniam auri semen deaurat, & argenti semen argentat. Et nihilominus iudicium est omnium Philosophorum, quòd aurum & argentum Philosophorum, & illorum met mercurius, non sunt

ex vulgaribus: quoniam vulgaria sunt mortua, & illa Philosophorũ sunt viua, id est operantur vt viua. Sed iam probatum est quòd viua descenderunt à mortuis, quia in omnibus rebus quæ quatuor elementa continent potest reperiri aurum & argentum, & argentum viuum potentia, & non actu siue visibiliter quousque ob ingenium & operationem operis artis & regiminis humanarum manuũ & cum digestione sit res ostensa, quæ fuit amplè occultata & sepultata sed propinquius & proximius est in vna re quã in alia. Chare fili, argentũ viuũ creatum est ex purissima & leui terra subtili alba aerea, & aliquãdo sulfurea, & ex rore cæli purissimo & incorruptili tali modo vnitum & digestum, quòd vnum ab alio separari non potest, & naturaliter ita vnita quòd ad talem finem propter quem factum est vnum, etiam aliud sit factũ. Et est prima materia mineralium, quæ dicta est à Philosophis aqua viua & sicca: ex qua quando incaluernis est & pullulat à terra coniũcta & digesta per calorem sulfureum purissimum & clarum, album aut rubeum & incombustibilem ex termino digestionis sit ignem sufferens, & ex millibus ouorum generatur aurum vel argentum, aliàue res prout coniungitur vni vel alij rei. Quoniam sæpius est sublimata, & sæpius resoluta & congelata in tantum vt acquisierit virtutem sulfuream in se. nam iam est probatum & dictum quòd habeat & contineat in se suum proprũ sulfur, ꝓpter quod in aurũ vel argentum conuersũ est. Vnde iam probatum & iudicatũ est, quòd ex omnibus mundi rebus, vnde poteris & scieris quatuor elementa extrahere, nempe talem terram subtilem albam purissimam & claram & aquam albam claram limpidam & leuem, & oleum album aut rubeum, & ignem clarum lucidum & rubeum: & ea optimè rectificare & subtiliare, & postea coniungere simile cum suo simili, idest terram & aquã simul & facere vnitatem aeream, vt facit natura, & postea coniungere aerem cum igne, seu sulfur quod ex his creaueris duobus primis elementis cum oleo, & totum simul conjungere. Et quod volueris rubificare, rubifica cum igne. Et si scis coniungere proportionaliter & non diuisè, ita vt in illis non sit diuisio vel repugnãtia, nihil erit in hoc mũdo quod non possis & scias benefacere. Scias ergo quòd ex omnibus rebus à quibus seperare potueris terram, aquam, aerem, & ignem, poteris securè dicere quòd in illis aut ex illis rebus potest creari lapis Philosophorum aut sit ex diuisione elementari aut per conuersionem elementarem: sed benè credimus quod citius & securius possis extrahere & debeas extrahere ab auro & ab argento & ab argento viuo vulgari, quàm vt possit formari aut fieri artificialiter: quanuis artificium subtiliter & debitè intellectum & in opus positum sit incomprehensibilis precij. Quoniam natura depurata & simplex reddita, & debitè administrata, facit in momento temporis opera mirabilia. Et ideo ne desperes de rebus quæ arte & ingenio humano assimilantur naturæ operibus sed perseuera & inquire subtilitates earum: & nil erit quod non possis & scias facere. Ergo apparet quòd & in salibus & in aluminibus, in vitriolo, in sulfure in arsenico, in airemens, in marchasita, in tutia, in plumbo, in stanno, in ferro, in aere, in argento viuo, in aqua & in liquoribus, & in omnibus hisce rebus vniuersaliter & diuisim potentia & non actu, quoad per hominis artificium sint reducta & conuersa in aurum & argentũ plusquam perfectum, aut ad duplum, aut triplum, aut sextuplum, aut centuplũ. Et propter hoc dico & probo quòd propriè non sit nisi in auro & argento & argento viuo: Et ex eorum morte generantur & procreantur ea quæ nos quærimus & petimus in nostra arte.

De

De primo regimine noſtri operis id eſt diſſolutione. CAP. IIII.

CAriſſime & perfecte amice debes honorare ſuper omnes alias res rē quæ aperit portam ſolutionis. Quia ſolutio eſt clauis principalis omniū noſtrarum operationum. Et quia iam probatū eſt quòd omnia genita ſunt ſimilia, Ergo ex germine corporis liquidi generatur corpus liquidum. Vtere ergo iſtis nobilibus materijs in quibus iacent perfecta & radiantia quæ omnia alia illuminant: quia ſine iſtis non potes habere opus perfectu. Et fac vt illa nutriantur lacte arboris eorum principalis & primordialis naturæ: quoniam naturanon conſentit (ſeſioit) niſi cum ſua natura: & fac vt deducantur ad ſimplicitatem: quoniam res vlla quæcūque illa ſit non eſt præparata, niſi reducta ſit ad ſuam primam naturam & materiam, ideſt ad aquam, & niſi ex toto & per totum dempta ſit & extra proiecta de ſua prima ſpecie, id eſt vt diſtilletur per alembicum, & ex toto eiecta & poſita extra ſuam primam formam, id eſt vt ex ſua indiuiduitate ſit ex toto corrupta & extra poſita & de nouo genita: quoniam nunquam aliter verum aurum nec verum argentum fiet, niſi in omnibus formis & ſpeciebus ſint depurata intus & foris & in eorum recta propagine & linea conſeruata & cuſtodita ſint, quoniam ſi ponantur in eorū diſſolutione & corruptione extra rectam lineam primæ ipſorum generationis, opus erit tunc ex toto vituperatum & damnatum. Diſſoluite ergo has duas naturas aut materias aut luminaria, & reducite in primam formam & naturam aut ſpeciem, in quibus erant antequam fierent corpora, id eſt in aquam mineralem: quæ proprie eſt aqua mercurij, & mercurius Philoſophorum: Quoniam craſſities & treſtreitas materiæ corporum non tingit, ſed tenuis & ſubtilis anima & ſubſtantia quæ eſt in eis, illa tingit & colorat: Et ideo dicit Ariſt. quòd in corporibus inueniuntur animæ de quibus in Alchimia fit mentio, & ſunt corpora manſiones animarum. Et ideo deſcendentes ad hanc præſentem praxim, diuidemus duas in partes caput iſtud, ideſt in præparationem & corruptionem corporū perfectorum, & in præparationem corporum imperfectorum, & primò perfectorum.

Nos ergo capiemus libras tres vitrioli fini de Hiſpania aut Romani, & libras duas ſalispetræ: quoniam bene ſcis, quòd vitriolum eſt formatum & creatum per naturam ex propria ſpecie & natura mercurij, ideſt ex quatuor elemētis mineralibus, ita vt eſt mercurius: & omnino ita eſt de ſalepetra, & non ſolùm de ſalepetra ſed etiam de omnibus alijs generibus ſalium. Et propterea ſpiritus ab his ſeparatus & extractus & in corporibus metallorum colligatus & coniunctus dicitur propriè mercurius. Et ideò ſeparemus ab illis ſpiritum, qui eſt valde tumidus, qui eſt de natura cæli & ignis, & ſpiritus quintæ eſſentiæ qui omnia corpora diſſoluit & corrumpit, & facit volare & aſcendere in aerem in materiam & ſubſtantiam fumi & aquæ ob ſuam magnam vim & naturam quam tenet à cælo vnde creatus & genitus eſt in natura & ſpecie minerali, & ex forti dracone calido & toleranter (ſouffreux) compreſſus (emprait) & alluminatus per quem omne corpus metallicum, & ſpiritus corrumpuntur & diſſoluuntur, & digeruntur & ſubtiliantur.

Sint ergo primitus bene præparata & mūdata, & quodlibet per ſe bene pulueriza tū, poſtea miſce ſimul & pone in cucurbita, & deſuper pone alembicū, & bene luta & ſigilla luto ſapientię facto ex argilla & pilo, vel farina & albumine oui. Et vas ſit ex duabus partibus vacuum, & tertia plenum: Poſtea ſituetur in furnello in cineribus circum circa ad ſpiſſitudinē duorum digitorū, & facias

distillare aquã cum igne ad eam conueniẽti ad computationem, 8. vel 9. aut x. horarũ vsque ad 14. cum phiala vel receptorio ad nasum distillatorij. Et quũ dicta cappa vel alembicus incipit distillare (a gannir) aut quod dictę guttæ aquæ impressionem faciunt & bulliunt fortiter super lamina veneris, tunc appone aliam phialam & recipe totam aquam continuo cursu & in mensura vt guttæ aclarient (rarescant) ab eorum numero, aut accelerent, auge aut minue ignem donec tota aqua & fumus transierint & distillauerint in dictam aquam, eam educendo cum bene forti igne. Et bene caue ne amittas ex mala firmatione aut sigillatione tuos fumos & spiritus dicti vasis: quoniam est tota vis tuæ aquæ & virtus tui lapidis & tu i operis. fac ex hac aqua tantum vt satis habeas.

De dissolutione tuæ Lunæ & Solis.

CAre fili, quemadmodum ex resplendenti natura & proprietate naturæ luminaris & claritatis Solis & Lunæ, cæli sunt omnes orbes & circuli cælestes & elementales cæli & terræ illuminati & confortati in valore & augumento: ita prorsus ex natura, anima & claritate, quæ iacet & recondítur in corporibus Solis & Lunæ, quæ tam magna est & inestimabilis cum dissoluta est, extensa & subtiliata, vt homo nequeat æstimare: sunt enim ab his corpora imperfecta omnia & spiritus illuminata & perfecta ab eorum corruptione & reducta in perfectam luminositatem & claritatem, & ita in bonitatem perfectam: & non solùm omnia illa corpora, sed etiam corpora humana reducuntur ab eorum infirmitatibus & ægritudinibus ad perfectam sanitatem.

Capias ergo quod tibi placuerit ex his duobus luminarijs, & quod sinum sit ex cementi aut copellæ examine, & pone in phiala longi colli, & fundi rotũdi super cineribus tepidis, & pro qualibet vncia dicti corporis cape vncias 6 dictæ aquæ in phiala bene clausa cum cera quoad totum vertatur in aquam claram viridem aut auream. Et amborũ est idem labor: præterquã quòd pro qualibet vncia Lunæ pones simul vnciam salis petræ optimè & purissimè purificati & desiccati. Aut dissolue quodlibet per se, postea coniunge cum erunt frigida. Et pariter pones ad Solem vnciã salisarmoniaci optimè sublimati & præparati cõtra vnciam dicti Solis: quoniam quum sit fortioris compositionis, indiget etiam fortioris & asperioris corruptionis. Et quãdo totum erit in aquam conuersum, tenebis per horas vigintiquatuor in dulci igne seu calore temperato, postea pone in alembico vitreo in balneo Mariæ ad distillandũ donec sint congelata vas & phiala bene clausa & lutata, pone phlegma per se adpartẽ: Et fortiorẽ quæ post phlegma veniet cõserua, quoniã potes (dictũ phlegma) fortius facere superponendo vitriolo nouo exiccato à sua simplici humiditate ad ignem in patella plumbea, & facere vestram compositionem vt superius dictũ est, & hanc aquam ponere simul quando fuerint bene puluerizata & posita in dicto vase, in quo conseruabis talem qualis erit vsque ad necessitatem vel exigentiam. Et ita facies de omnibus alijs. Et ita congela quodlibet per se, & deinde dissolue & super proiice de aqua noua vt supra, & resolue & cõgela, & denuo solue & cõgela per aquã nouã: Et ita fac toties donec creuerint in pondere suo ex spiritibus dictæ aquæ quantum ponderant, id est, quòd si dictus Sol vel Luna ponderat duas vncias, vt alias duas crescant ex dictis spiritibus: & maneant in loco calido post dictam distillationem dicti balnei liquefacta & fusa vt oleũ. Et tunc ponantur quodlibet in phiala colli longi & fundi rotundi, aut in cucurbita conuenienti & tecta, & teneas in dicto balneo dictam Lunã per nouem aut decem dies: Solem autem per viginti vnũ aut donec nigra deuenerint

rint intus & extra vt materia corruptissima, quæ dicitut oleum gloriæ, & materia nigra, & tenebrosa, vt gumma fusa: tunc ponatur ad dissoluendū in aliquo loco frigido super laminis vitreis, collige mundè & purè & bene depurata: & si fæces habuerint, nihil valent. Et ita erit tua materia dissoluta & liquefacta.

Solutio tui Mercurij.

TAli modo & prorsus eodem vt fecisti de Luna, facies etiam de mercurio qui erit purissimus & optimæ mineræ tam ad album quàm ad rubeum. ita pariter custodies aquam bene sigillatam quousque distillabitur per alembicum, & erit dictus mercurius conueniens pro omnibus sulfuribus tam ex corporibus perfectis quàm imperfectis, ideſt ad coniungēdum ad creationem omnium sulfurum nostræ Lunæ. Sed statim postea faciemus aquam mercurij quæ seruiet ad creandum Elixir.

Secunda pars huius regiminis quæ est de corporibus imperfectis.

CAre, & perfecte amice, ita & tali modo vt docuimus supra de corporibus Lunæ facies de corpore veneris & martis: quoniam operari possunt & fundi eodē modo, præterquam quòd forsan erit aliquod vitium in eorum solutione, & præcipuè in marte. Et ideo consulo tibi ne facias aquas tam fortes, quia si opponis lib. 2. vitrioli solùm libram vnam salispetræ & ita habebis aquam sulfuris & mercurij.

De duobus corporibus mollibus.

CAre fili, duo corpora mollia fundi non possunt aut in opus poni vt dura & ideo oportet vt prius calcines tali modo vt factū est de medicina plūbi, excepto quòd stannum calcinatur igne fortiori quàm plumbum: & debes mouere (ducere) inter calcinandum vt factum estin minera plumbi cum spatula vel cocleari ferreo donec amplius non faciat oculos aut scintillas ignis. Et postea solue in bona qualitate aceti distillati; postea depura per filtrum, & congela per alembicum in balneo Mariæ. Ea cum fuerint congelata in modū gummi, capias, & ad quoduis eorum adde suum rectum pondus dictæ gūmæ mercurij antequam illa soluantur, & bene simul incorpora & teneas in lento calore per quatuor aut quinquies dies: & postea pone ad fundendum super lamina vitri donec totum soluatur. Et si fæces supersint aut remaneant, adiunge de mercurio vt antea, & iuxta suum pondus: postea pone ad fundendū vt antea, & sic toties facias donec totum soluatur in aquam. Ita habebis aquam allegorisiq; ex viridi, quæ est aqua mercurij & sulfuris, quam ad partem custodi.

Secundum regimen quod est de separatione aut diuisione & sublimatione.

REgimen secundum huius mysterij, est diuisio aut separatio aut sublimatio, quod est vnum tātùm regimen. Nam sublimatio est nomē generale, quod capitur pro omnibus operibus huius artis. Et hoc est quod dicit Hermes quòd oportet te magno ingenio separare crassum à simplici, & subtile à spisso: & facere ex crasso exile vel gracile & simplex, & de sicco humidum, & ex graui leue, ex duro molli: & hoc est, vt facias ascendere per alembicum: & hoc totum fit vno solo ordine & via vt tibi aperiam nunc, per dissolutionem aut reso-

lutionem, congelationem & distillationem hac via.

Cape alterutrum ex duobus corporibus aut spiritibus, quod tibi magis placet, quoniam idem est quo ad operationem, & pone quum solutū fuerit in suo alembico siue in curcurbita conuenienti, cum alembico desuper bene & conuenienter clauso, sigillato, & lutato: & cucurbita sit breuis & larga, & implemi nus quàm medietatē, & non plus: & postea colloca & accomoda super furnello in cineribus parū plus quàm materia contenta: & ignem adhibe & distilla tā illā dissolutionem ad ignē. x. aut ab 8. vsque ad 12. punta quoad non amplius distillet. phiala sit ad rostrum alembici bene sigillata. Et ne facias dictę materię nimium ignem & fortem, sed dulcē, ratione, & debita mensura: & cum frigidum fuerit, capiatur dicta materia relicta in dicta cucurbita, & pulueriza, & pone in loco humido frigido ad resoluendum sicut prima vice feciſti, postea ad distillandum, vt supra dictū est. Et ita toties dissolue & distilla vt omnes dictæ materiæ transeant & distillentur per alembicum. Et omnes distillationes pone simul in vase vitreo conuenienti bene clauso cum cera, & fæces nigras in vasere lictas quæ nullius sunt valoris abijce, nihilominus si aliquid ex corpore insolubile manet, reiteretur solutio vt per primam aquam in principio dictum est donec totum corpus aut spiritus distillata sint, & per alēbicum transierint ex virtute & vi spiritus qui moratur in nostra aqua, quæ dicta est aqua vitæ, velviua. Et scias quòd quando tuum corpus aut spiritus prorsus per alembicum trā sijt, tunc habebis aquam præcisam, quam sapienter custodi: Nam si eius valorē scires, custodires perinde vt tuum oculum: Quoniam tunc compleuisti verbū Hermetis, quia feciſti ascendere à terra ad cælum, & deduxisti crassitiem corporis ad simplicitatem & ad naturam spiritus: nam aliter non esset præparata nec sublimata, nec intus mundificata & foris. Et tunc etiam bis aut ter distilla per alembicum, & debitè sit præparata. Nam quo plus subtiliabis aut mundificabis, tanto plus valebit. Et ita sunt omnia corpora & spiritus ad æqualitatem deducta, & pręparata vt simul ponantur, & fiat matrimonium aut coniunctio, quia aliter nullo modo fieri potest, nisi corpora & spiritus quæ coniungere vis sint reducta ad vnicam essentiam, & vnam naturam: tunc enim miscentur & coiunguntur vt aqua cum aqua fit: Et ideò stulti decipiuntur, qui putant posse cōiungere spiritus cum corporibus in eorum crassitie & diuersitate naturæ & deceptisunt: quoniam hoc nec ficum valet: quoniam fieri non potest, donec deducantur in vnam æqualitatem formæ. Vide si non fit per nostrum supremum sulfur aut per simile factum per hanc artem, quòd omnes virtutes minerales habent colligantiam in concauitate suarum sphęrarū, & de quo nos dabimus doctrinam & modum faciendi hîc prope in nostro tertio regimine Reductionis, quod sequitur.

Tertium Regimen Reductionis.

OPtime fili, Reductio tantum significat, quantum reducere aut reponere vnam rem trāsportatam aut disseparatā à suo proprio loco, aut corruptā de suo proprio esse & natura, vt sit reducta & reddita suæ propriæ formæ & naturę, aut in melius. Nutrias ergo lapidem de bono in melius: quoniā si nutrias in simili nihil acquirit. Si nutrias in peiori, patietur dānum. Si nutrias in meliori, accipiet acquisitionem. Si nutris in suo indiuiduali, nutris in suo simili. Si nutris in alijs commistis, nutris in peius. Vt vitentur hæc omnia dubia faciamus nostra corpora aut spiritus sublimare & ascendere, & eleuare extra suam terram aut indiuiduum, id est ex frustis & partibus suis terrestribus, & conuertamus in naturam cælestem: Et postea per hoc notabile regimen reductionis

nis nos in eorum essentias recipiemus nouum indiuiduum, id est noua corpora depurata intus & foris per nostram secretam circulationẽ, quam hoc modo faciemus.

Fili honeste, ego te admoneo quòd potes facere vnam aut plures diuersas cõpositiones corporũ aut spirituũ per se solos, aut ex corporibus & spiritibus simul. Capias ergo quod tibi placuerit, ita vt superius nos præparauimus, & ponatur in vase circulationis bene clauso & sigillato, vt nil possit intrare vel exire, neque aer possit corrũpere: & sint duæ partes vasis vacuæ & tertia plena: & situetur & aptetur super furnello ad hoc conuenienti in cineribus parũ plus quã materia contineat: & reguletur cum igne vnico die ac nocte, & æquali vsque ad quadraginta dies, aliquando vsque ad octoginta, aliquando vsque ad centũ, aliquando breuiori tempore. Et scire debes quòd citius res aliqua cõuertitur in illudqu od antea fuit, quàm in id quod nunc̃ antea fuit. ergo citius aqua corporũ circulabitur & inspissabitur quàm aqua spirituũ: & postea illa corporum & spirituũ, quàm illa spirituum. Cum igitur videris illas virtute nostræ circulationis esse cõuersas vt gummi, aut vt spissitudo mellis, aut olei, bene spissas seu densas & concoctas, bene citrinatas, scias illas esse sufficiẽter circulatas. Et propterea notare debes, quòd circulatio corporũ per illas fieri potest à quadraginta in quinquaginta aut sexaginta dies: & illa corporum & spirituum ex sexaginta ad septuaginta vel vsque ad octoginta: & illa spirituum ab octoginta ad nonaginta, vel vsque ad centum: quoniam isti sunt iusti termini circulationum: Tamen vt vas circulatorium sit in cappa aut alembico talis caloris erga palmam, vt tepidi, aut parum plus. Et ita Deus & natura disposuerũt vt in suis operibus. Materia ergo facta spiritualis, continuanda est eodem calore vsquequo elementa sint coniuncta ex eorũ modo & industria bone Deus quàm admirabile secretũ huius capituli de circulatione. Bone fili illud est quod à vili terra se spoliat, & valde nobilem aliam induit. Tam nobile est corpus hîc intus genitum. Optime fili, corpus est naturæ cælestis, quod ex omnibus elemẽtis est hîc genitum. Dilecte fili, quemadmodum lac coagulatur in calore ob virtutem coaguli, ita etiam sacrata anima & virtuosa natura corporum & elementorum quæ quietè iacet & quiescit in virtute istius aquæ aut materiæ, coagulatur & congelatur ex nutritura caloris in nostro vase intus in aqua dicta & materia: quanquam aliquando ob suã magnam puritatem & simplicitatẽ non videatur tibi ad oculum nisi per signa superius ostensa. Nam quemadmodũ totum lac non coagulatur, sed solum illud quod conueniens est ad caseũ faciendum, ita tota nostra aqua vel materia non coagulatur, sed nisi pars illa quæ conueniens est ad opus nostrum. Et propter hæc signa visa, nos ponemus nostram materiam tota in vna cucurbita cum suo alembico bene sigillato & clauso ad congelandũ per balneũ, donec non amplius distillare possit, & postea pone super furnello in cineribus. & sit ignis conueniens, non nimis asper, sed cum ratione administratus, vt illud quod distillari potest distilletur, quod erit tanquam oleum, aut si nihil venit, bene est: nam aliquando materia tam bene vnita est in sua circulatione quòd nulla res separatur nisi aqua non valens: nihilominus in aqua ab eo ter distillata, dissoluere debes & depurare & per alembicũ congelare vt dictum est: & aliquoties coquere aut sublimare vt dictum est: & si nihil sublimat, tanto melior est & magis digesta. Tunc tantũ opus est nutrire in igne aut furno philophorum, donec recuperauerit suum liquorem aut liquefactionem, & peruenerit ad suum principalem colorem: aut incerare oleũ, aut de tinctura tantùm & quoties fundatur, & intret, & tingat. Tamen si vis vt fluat & fundatur ex se, tanto melius valet, & est melioris effectus vel maioris

ad creandum Elixir magnum. Tamen notare debes quòd sulfura creata ex corporibus imperfectis debẽt esse illuminata per tincturam Solis aut Lunæ, id est ex eorũ oleo, quia alterius non habent opus (glossula. hîc veritatẽ dicit, & secretũ maximum: nã docet ex corporibus imperfectis cõficere sulfur, ex quo cum altero fermentorum perficitur medicina secundum illud fermentum.) Item si videres quòd tuum sulfur esset volatile & fumigans super lamina ardenti, aut super carbone, pone in cucurbita conuenienti ad sublimandum cum optimo & forti igne toto vno die, quoad totum tuum sulfur sit sublimatum album vt nix: nam quo plus sublimatum est, erit etiam maioris effectus: nam est sulfur & arsenicum Philosophorum, quod nec ardet, nec fœtet, nec comburitur. Et potes creare tuum sulfur ex quolibet corpore per se prẽterquam ex Saturno & Ioue qui habeẽt suam rectam portionem mercurij, & illud quod eis conuenit aut opus est. Sed si vis creare de Luna & mercurio, aut de Sole & mercurio, aut de Venere & mercurio, vel de marte & mercurio, poteris facere & per pondera æqualia. Sed magnum sulfur Philosophorum creatũ est de corpore Solis & Lunæ cum illorum pondere mercurij. (Et hîc nota ex quibus cõponitur magnus lapis Philosophicus, & verum dicit: hunc docet facere Raymundus in suo Codicillo seu vade mecum, per eum transmisso ad Regem Angliæ Eduardũ, vt in suo proœmio dicit.) Et quando congelata sunt, tunc debes ponere ad sublimandum vt dictum est, & tunc sublimabitur & ascendet altè ad summum sulfur album Philosophorum, & rubeum manebit deorsum, iacens demissum ad fundum vasis, fixum, & fusum, totum vermilium tanquam rubeum vitrum. id est, quòd quando sulfur Lunæ est circulatum, debes imbibere de aqua corporis Solis paulatim, & coquere de octo in octo dies, donec habuerit suũ põdus vt dictũ est. Itẽ aut ambo circulabis quodlibet per se, postea coniunge aut congela quod melius est: postea fac sublimare vt dictum est. Et sic ita bene compleueris caput istud de circulatione vel reductione. Nam videndo omnes inquisitores huius artis, habebis sulfur album & rubeum ambo in vno vase, & compleueris verbum Hermetis dicentis, quòd oportet descendere à cælo in terram, & possidere magnas & altas geuerationes: Et ita feceris de aqua aerem & de aere ignem & terram: quæ tamen non dicitur terra, sed lapis cælestis & alti pretij. Et ideò dicit Philosophus, lunge elementa quodlibet suo simili, nempe terram aquę, & fac ex aqua aerem: & postea iunge aerem cum aere, id est oleũ cum sulfure & igne, si vis rubificare: quia ex oleo & sulfure fit totum secretum, quod omnia metalla tingit in aurum vel argentum.

Modus faciendi oleum & tincturam.

BOne fili scias non opus esset vt te molestes in extrahendo oleũ nec tincturã nisi ex duobus corporibus perfectis: quia vt superius diximus, in illis est liquor vnus, qui est vnum oleum, vna anima, vna tinctura, quæ propriè dicitur lux & lumen illorum corporum, aut in album aut in rubeũ: ex qua propriè nostrum sulfur fit aut album aut rubeum. Et ideò est durabile & liquidũ, quia descendit à germine corporum liquentium, vt superius ostendimus. Et ita parter ex ea met anima sicca, oleo vel tinctura, generatur nostrum oleum vel tinctura nostra per dissolutionem & putrefactionem, vt nunc dicemus. Sciendũ est quòd prius nostra corpora dissoluemus aut alba aut rubea, omne autẽ in tali modo & forma vt supradiximus in capitulo primi Regiminis, & per eandẽ met aquam omnia in tali forma & modo vt dictum est. Postea congela & conuerte in vnum gummi nigrum vt dictum est: (supra per duo folia vel circiter.)

Quæ

Quæ nigredo apparens nunquam est dicta prę terquam calcinatio: quia corpora nequeunt resolui nisi prius dissoluantur & aperiantur per calcinationem ignis. Sed istud non est ex cõmuni, sed ignis nõ naturalis qui moratur in nostra aqua, quæ ex temperantia nutritiuæ operationis per suauem digestionem & per solennem resolutionem in alembico mammillari conuersa est in purum sanguinem & in lac virginis, id est in tincturam rubicundiorem sanguine, & in tincturam albiorem lacte, qui habent tam grandem tincturam & tam admirabilẽ quòd aliquis homo nesciret numerare. Et ideò bene caueant operantes Sophistæ, qui per species extraneas volunt suum aurum & argentũ alienissimè colorare: quia nulla vera tinctura generatur nisi ex nostra confectione, aut ex simili, facta per nostram artem, per debitam administrationẽ, id est ex Sole & Luna & mercurio: quia in his tribus iacet corona regalis. Igitur capias vnum illorum quod tibi placebit ita præparatũ, & pro qualibet vncia corporis perfecti ita parati pone duodecim vncias aquæ mercurialis factæ hîc post quartum regimen Elixiris in phiala longi colli & fundi rotũdi super cineres tepidas aut in balneo Mariæ per duos vel tres dies & tunc conuertetur in aquã diuersorum colorum (Nota in hoc passu coniunctionem corporis dissoluti per mercuriũ primi regiminis cum mercurio quarti regiminis, vt corpus in hoc putrefiat, & inde oleum extrahatur ab illo corpore). Tunc pone in vno putrefactorio clauso & sigillato in fimo ad putrefiendum per quadraginta dies in nostro furno secreto in calore febrili, quia in hoc temporis spatio natura disponet in tuo opere, & natura digeret & coniunget corpus spiritui, & spiritũ corpori, & fiẽt vnum & idem. Postea pone in alembico bene firmato cum sua cucurbita ad distillandum per balneum Mariæ, & sufficit vt aqua bulliat: sic accipe aquam viuam & delbantem per se, & phlegma idest primam aquam seorsum, & tantum collige quantum veniet. Postea transfer tuum vas super furno in cineribus & ad ignem conuenientem recipe oleum & tincturam. Quòd si totum ascenderit, & nihil in fundo remanserit, bene est: sin minus, repone desuper primam aquam, & dissolue, depura, & pariter vt antea distilla: & recipe bonam aquam & bonũ oleũ seorsim, & pone cũ suis similibus quodlibet in sua phiala. Et ita toties facias vt in dicto vase nihil relinquatur quã vna terra nigra sine vllo bono. Et si de tua aqua deficeret ad extrahendũ tua elementa, cape de aqua mercuria li noua. Postea distilla quodlibet tuorũ elementorũ quinquies vel septies quolibet vice bene sigillatum, & conserua seorsim bene firmata: quoniam ex istis aquis & ex istis oleis debes perficere omnes magnos Elixires: nam oleum tingit, & colorat, & fixat tuum Elixir & tuos spiritus, & donat ingressum: & si cõ tingeret (nota magnum secretum) vt quando ponis tuam materiam dictam ad distillandũ post suã putrefactionem, totum transiret per alembicum per balneum, tũc cape totam tuam aquam, & pone in vno vase circulatorio ad circulãdũ intus in calido fimo in nostro furno secreto per spatiũ quadraginta dierũ, scias quòd digeretur & inspissabitur in modum olei citrini, quam postea pone ad distillandum per balneum, & oleũ per cineres: quoniã scias quòd per balneum non distillabitur, quia quod natura & ignis concoxerunt morabitur aut manebit in dicto vase vel cucurbita post distillationẽ aquæ, & ideò oportet te distillare per cineres. Et si non satis habes pone etiam aquam ad digerendum vt antea: & ita totum aut toties facias vt satis habeas, rectifica & custodi vt dictũ est. De tuis corporibus & spiritibus, quæ per alembicum transierunt potes oleum facere (secretum nota) per digestionem, eo modo vt iam diximus.

De quarto regimine quæ est fixatio.

BEate fili, nos habemus duo Elixir ad coniungedum, nempe vnum corporeum & vnum spirituale: vnum corporeum, id est illud corpus in quo oportet sequi naturam: quoniam oportet super vnum corpus fixum fixare vnū spirituale, id est aquam, oleum, & sulfur: per quæ totum completur mysteriū, & de quibus prouenit tota dicta tinctura: Quandoquidem sine dicta coniunctione & vnione illorum non possit mysterium compleri. Et quia omnia debēt ordine fieri & mensura, nos ordinabimus in omnibus illis rebus ponderа & mensuras, & coniungemus quamlibet speciem cum suo simili & cum ordine suo. nam si nos ponimus oleum cum terra, aut ignem cum aqua, nos corrumperemus mysterium. Coniungito ergo & pone aquam cum terra, vt illam reddat leuem, & conuertat in natura aeris, & postea coniungemus oleum: quoniam oleum tingit & colorat aquam & terram, & facit eas fluere & fundi. Et si est ad rubeum, adiunge ignem super oleum, quoniam illum colorat & digerit vsq; ad quartum gradum: sed ad album nō est opus igne, quoniam est completum per tria elementa, quorum quartū complet totum mysterium: sed quia sulfur non potest intrare intus in corpora, nisi mediāte aqua, quoniā facit matrimonium intra corpus & animam, id est inter sulfur & corpus, pones elementa per ordinem vt hîc superius diximus: quia si plus terræ haberet quàm debeat, materia non fundi posset nec tingere, & si nimis aquæ haberet, faceret spirituale, & si parum, durū, & brunum. Et si nimium aeris haberet, nimis colorаret, si parum, non haberet colorem. Si nimium ignis haberet, comburet misturam vel mysterium, si parum, non desiccaret bene omnes misturas. Diuide ergo tuum opus per quatuor elementa, vt componas res tuas mensura & ordine: Quoniam ad album pondus in genere est terræ pondera tria minus quarta: aquæ duo, & vnum pondus cum dimidio aeris. Sed pōdera rubei sūt terræ duo pondera, & tres aquæ, totidem aeris, & vnum pondus cum dimidio ignis: quoniam est calidior quàm Elixir ad album. Et quia in eorum natura inuicem nomina vsurpant, quoniam quando sulfur est coniunctum cum fermento, appellatur terra, cuius post aquam in hoc nomen gerit spiritus, qui est medium inter corpus & animam, id est inter corpus & oleum. Amplius dico tibi, quòd nisi sublimes omne illud quod ponis in Elixir, neque aurum neq; argentum quod inde fiet, erit perfectum integrè. Et nisi corpus ponatur in Elixir, iam corpus non diliget spiritum vt debet. Et nisi præpares corpus quod ponis in Elixir, nunquam aurum vel argētum quod inde fiet, erit habile ad opus. Et ideò oportet vt calx quæ ponetur in Elixir, sublimetur, vt omnino sit simplex & singularis. Sed vt hæc res debito modo fiat, opus est vt in omni fermentatione, summa seu potestas rei aut corpus fixum excedat volatile, aliàs compositio rediret in fugam: quia dicit Philosophus, Si proijciatur parum sulfuris super multum corporis, ita vt super illud habeat potestatē cito conuertet eum in puluerē talis coloris quale fuit corpus super quo proiectus est spirirus.

De modo & compositione magni Elixiris.

PRimò capies vitriolum, sal commune præparatum, & mercurium mundum & purum, & incorporabis & sublimabis optimè bis, vel ter, vel quater, qualibet vice nouam materiam, sed non tantum vt prima vice propedimidium (alij non diminuunt qualibet vice quàm quintam partem fæcum)

&

& cape ſuum pondus ſalis armoniaci optimè ſnblimati cum ſale communi prę parato ſemel vel bis vel ter: & incorpora optimè ſimul, & ter ſublima, qualibet vice incorporando quod ſuperius eſt cum eo quod inferius, & aufer ſal armoniacum in ſuo pondere quod ſuperius aſcendit, & cape dictum mercurium nigrum qui inferius relictus eſt vel ſubſidit, & pone ad fundendum in balneo Mariæ, & ſerua aquam ſeorſim bene depuratam: Poſtea cape Solem vel Lunã optimam, & ſolue in aquã vitrioli & ſalis petræ Lunam, ſed ſalis armoniaci & ſalis petræ Solem: poſtea congela per balneum, & imbibe cum hac aqua mercuriali reſeruata, paulatim imbibendo & deſiccando quoad ſufficienter (but) biberit & creuerit Luna ad duplum, & Sol ad triplum, coquendo & ſiccando ſingula vice: poſtea ſublima bis vel ter cum armoniaco dicti mercurij ad partẽ ſeu ſeorſim ſeruato &c. poſtea ſepone ſal armoniacum, & pone materiam tuam vt fundatur in balneo Mariæ, vel in loco frigido: & poſtea ſi hæc omnis materia ſoluta eſt, bene eſt: ſin minus, reitera ſuper non ſolutam, ſolutam, vt antea dictum eſt, quoad tota ſoluatur: tunc depuretur per filtrum ſi opus eſt, & pona tur in alembico ad congelandum per balneum Mariæ: poſtea transfer tuũ vas in cineres, & vaſe bene ſigillato ſublima ad fortiſſimum ignem toto vno die: tunc ſine infrigidari, & aperi tuum vas, & collige ſapienter tuum corpus & mercuriũ ſimul ſublimata & in altum conſcenſa: terra nigra quæ infundo remanſit nihil valet, quam proijce. Item cape hoc corpus & ſpiritum ſimul coniuncta & vnita, & diſſolue in elemẽto aquæ ſupradictę in capitulo de Oleo, & pariter diſſolue de tuo dicto ſulfure parum antea hîc facto fuſibili & fluibili & fixo ad tertium materiæ ſupradictæ, id eſt ad album, album, ad rubeum, rubeũ: coniunge ſimul, & poſtea pone in alembico vitreo lutato, (de ſoulde) bene clauſo & ſigillato pone ſuper furnello in cineribus ad diſtillandum lentiſsimo igne donec ſiccum ſit: Poſtea paululum auge ignem & continua per dies quindecim: Poſtea fortitet auge, vt ſi ali quid ſublimari debeat ſublimetur: Poſtea diſſolue, ſublima, & reimbibe corpus fixum effundendo ſuam aquam deſuper & cõgelando & ſublimando: & ita toties reitera, vt totum ſit fixũ ob virtutẽ noſtri ſulphuris fixi, & imbiberit duplum ſui ſuæ aquæ: Poſtea diſſolue & imbibe ex ſuo oleo tantum aut toties imbibendo & decoquendo vt imbiberit vnũ pondus cum dimidio: Et cum nil amplius ſublimare voluerit auge ignẽ primo die fortẽ, ſecundo fortiorem, tertio fortiſſimum, vt ad fuſionem metalli. Et ita factum erit fluidum, fixum, iracundum, deſes vel pigrum aut firmum & fixum ex potentia noſtri ſulfuris fixi, poſtea permitte fundere: cape laminam cryſtalli, aut cryſtallinã & pone in vno crucibulo ſuper lento igne deguttãdo deſuper de oleo ſuo guttã poſt aliam donec fundatur vt cera. Et tunc proijce vnũ põdus ſuper decem & vnum ex his decem ſuper alios decem, & vnum ex his decem ſuper decem mercurij puri: & ita infinitè, quoad inuenis illum Solem aut Lunam perfectam: quia eodem modo fit Elixir ad album vt ad rubeum: & nõ eſt differentia, prẽterquam quòd loco cuiuslibet rei albę pones rem rubeam, id eſt pro Luna ſiue loco Lunæ, Solem, & pro mercurio albo, mercurium rubeũ, pro aqua & oleo albo, aquam & oleum qui dicitur ignis rubens: & ita erit completum noſtrũ Elixir magnum & album & rubeum: hoc eſt enim primum opus perfectum, & Elixir completum.

De alio Elixiri per aliam viam.

BOne fili, aliud maius Elixir poſtea eſt, vt capias de mercurio ſublimato & facias inde aquam, & poſtea, vt ſuperius dictum eſt, diſſolue tuum corpus album, & ſublima totum per modum, vt dictum eſt ſupra, vnum pondus

corporis contra duo dicti mercurij: postea dissolue in aqua dicti mercurij parū antea facta vt supra, & pariter de dicto sulfure albo & fixo tertiam patem dicti mercurij & corporis: postea congela & contine in lento igne vel furno Philosophorum, paulatim ignem augendo, vsque ad sex dies, & septimo da illis optimum ignem: & si totum erit fixum, bonum est: sin minus, reitera solutionem & inceration em & sublimationem rei non fixæ super fixa, donec totum fuerit fixum. Postea totum in aquam rubeam dissolue, & postea congela: & per tres vices dissolue & congela, postea imbibe paulatim donec biberit suum pondus aquæ rubeæ, & sit fixata cum eo. Et pro eo tali modo & forma imbibe ex oleo rubeo aut ex igne Solis dissoluto in oleo rubeo, imbibendo & coquēdo donec biberit vnum pondus & dimidium sui, & fundatur vt cera sine fumo: & facias proiectionem ea forma & modo vt superius diximus: Et ita habebis Elixir album aut rubeum: quia si tu imbibis ex aqua & oleo & igne ad rubeum, erit Elixir ad rubeum: Si imbibis solùm ex aqua & oleo ad album, erit Elixir ad album.

Tertium Elixir.

CApies mercurium communem vulgarem, & dissolues in aqua in qua dissoluebas tuam Lunam aut Solem in primo regimine, quam iussimus seruari seorsum ad congelationem dicti balnei Solis vel Lunæ tuæ: & pariter dissolue in alia parte de Sole aut Luna in hac simili & propria aqua, & in alia parte de tuo sulfure: & cum hæc tria fuerint soluta, sic coniunges, vnum pondus corporis, duo mercurij, & vnum dicti sulfuris. Postea teneas simul in lento calore id est in balneo per tres dies: postea cōgela per alembicum in balneo, & pone in phiala longi colli pro tanto temporis spatio vt sit fermentatum & fixum, sepelias in cineribus calidis super furnello, aut pone in ouo philosophico aut furno secreto Philosophorū: & nisi habuerit leuem aut facilem fusionē & tinctura, incera & imbibe ex oleo & tinctura Philosophicis superius factis, quoad fundatur & intret ac tingat: ita habebis Elixir aut ad album aut rubeum iuxta illud quod pro fermento posueris & sulfure. Et si volueris album Elixir rubificare, rubifica illud cum igne Solis & sua aqua & oleo vt dictum est hic superius: & ita habebis Elixir album & rubeum: (glossula. si hæc tria supradicta fixētur per vas circulationis, aut in duplici vase videtur esse optima medicina & solennis.)

Quartum regimen Elixiris. de alio Elixiri in genere.

FIli & amice, tu potes facere Elixir ex sulfure cuiuscunque corporis volueris aut ad album aut rubeum, hoc modo: Accipe tuum dictum sulfur ad album vel rubeum, & incera ac imbibe ex oleo corporis Solis aut Lunæ iuxta album vel rubeum quod facere vis. Et quando biberit dimidiū eius quod ponderat, pone in vno ouo philosophico in furno secreto philosophico, tantū augmentando ignem paulatim vt videas eam fluere ac fundi: postea fac tuam proiectionem super corpus vnde creasti dictum sulfur, aut super Iouē vel Lunam. Et sciēdum est quòd Elixir Iouis est totus albus, & non potest seruire nisi ad albū, nisi sit rubificatum cum igne Solis: nec pariter Lunæ Elixir: Et ideo debent proijci super Iouem aut Venerem. Et illi Solis & Martis pariter sunt toti rubei, & propterea debent proijci super Luna. Item ex Venere & Saturno potes tu facere Elixir ad album aut rubeum iuxta suum fermentum. Et ideo proijciantur aut super Saturnum, aut super Venerem, aut super Lunam, iuxta

iuxta eorũ colorẽ. Et nota quòd omnes hi parui Elixires proiici possunt pro albo vel rubeo super mercurio congelato cum odore plumbi aut sulfuris communis, cinabrio posito in crucibulo (en claueaulx) & in horis sex erit fina Luna aut Sol, vnum pondus super decem aut viginti aut triginta vel quadraginta aut quinquaginta iuxta gradum aur marcham Elixiris.

De aqua Mercuriali huius capituli.

BEnigne fili super omnes aquas mundi, aqua mercurij necessaria est: Quoniam si haberes omnes aquas mundi non potes cum illis transire, quia ista claudit & aperit nostram artem, & secum portat clauem & seram: ideò claram habes & secretam, & nulli reueles, quia esses excommunicatus à Deo & maledictus, quia arcanũ est & donum Dei: & Deus qui cognoscit & scit corda creaturarum, donat illud quibus illi placet. Facias ergo in nomine sãcti Spiritus ita: Recipe libram vnam boni & fini vitrioli, & dimidiam libram boni & fini salis petræ, & tres quartas mercurij bonæ mineræ: tere & incorpora bene omnia simul, postea pone in cucurbita cum suo alembico bene firmato & luto ad distillandũ super furnello in cineribus quoad omnis aqua & spiritus distillauerit & transierit bene spiritus custodiendo: postea sepone phialam quando erit frigida & bene sigillata sine aere: quia sic erit distillata aqua & anima mercurij spiritualis. Postea recipe mercurium qui erit in vase sublimatus tanquã pinguedo (groas) diuersorum colorum, postea recipe libras tres boni fini aceti (acetum testamenti Raymundi) aut aquæ vitæ, & intus pone libram vnã vitrioli & tantundem salispetræ in cucurbita cum alembico bene clauso & sigillato ad distillandũ, quoad fumus & vis materierum transeat & distilletur in dicta aqua vel aceto. Et in ea dissolue mercuriũ dictum superius sublimatum & dicta aqua portabit secum gummam & spiritum dicti mercurij, quem depura, postea pone totum purum qui est dissolutus & depuratus ad congelandum per alembicũ in balneo Mariæ: postea desicca in suaui calore in sicco hypocausto: postea dissolue in anima dicti mercurij similiter ab ipso superius distillata. Et pone ad distillandum lento igne super cineribus calidis: & quando bona aqua venit quę laminã dealbabit, recipe seorsim per se, & bene sigilla: & postea proijce desuper primã aquã, & solue, & depura vt supra, & distilla: & interim pone bonam aquam seorsim. Et ita fac de hac aqua tantum, vt satis habeas: postea distilla per se ter, qualibet vice bene sigillando, & per alembicum in cineribus. De hac vel cum hac aqua potes soluere omnia corpora & spiritus, vt diximus in capitulo de Tincturis. (glossula. Hîc est mercurij exuberatio ita adnutriendum infantem nostrum, scilicet sulphur aut terram.)

De nonnullis abbreuiationibus Artis.

CArissime & perfecte amice, omnis abbreuiatio quæ est in ista arte, est, vt soluas corpora in aqua mercurij post eorum calcinationem, & postea distilla per alembicum. Fili, corpora soluta & coniuncta cum dicta aqua mercurij, sunt conuersa in propriam aquam mercurij, quæ est magna aqua aut alba aut rubea, quæ dicta est aqua permanens, de qua potes fixare mercurium aut ad album aut ad rubeum in Elixir perfectum, ita: Recipe vnam vel duas vncias corporis calcinati, vt superius diximus in capite de Elixir, & per illam-met aquam mercurij ibi dictam dissolue tuam Lunam, & sublima, vt ibi nos monstrauimus, ita vt vnum pondus Lunæ habeat in sua coniunctio-

ne cũ ipſa tota ſubilmata tria pondera mercurij, aut duo ſi citius fixare vis. Poſtea habeas vnum poudus arſenici ſublimati cum aceto & limatura veneris poſt bullitionẽ (purgationẽ) poſtea cum ſale cõmuni, & coniunge ſimul tuum corpus & mercurium ſimul coniũctum cum tantundem dicti arſenici & bene incorpora & imbibe ex aqua ſuperius dicta aut ex aqua alicuius alterius corporis ſoluti: & ſingula vice imbibe, & incera, & ſublima, ſemper reddendo fixum ſuper corpus fixum: & toties reitera operationem vt totum ſit fixum humile manẽs, & fundens: quod fiet breui temporis ſpatio. Et ſi tu fixas per aquam corporis imperfecti, incera cum oleo Lunæ aut Solis, ut faciat Lunam perfectam aut Solem: ſed ſi fixas per aquam corporis perfecti, ſufficit modò vt fundatur. Et ſi vis leuioris fuſionis, incera cum oleo corporis perfecti: poſtea facias proiectionem vt ſuperius tetigimus. Quòd ſi rubificare velis aut mercurium aut aliquem album Elixir aut ſimiliter aquam albam mercurij, diſſolue tuum corpus ſolare calcinatum in aqua mercurij ſuperius facta, aut in aqua magna mercurij albi: & poſt ſuam putrefactionẽ diſtilla aquã per balneum & oleum & tincturam ſuper cineres. Et quando omnia extraxiſti & ſeparaſti cape totam tincturã quæ ibi erit, quia eſt magni ruboris, & diſtilla per balneum & in fundo vaſis morabitur ignis in modum gummi valde rubei, quam per diſcretionem deſicca in cera, & imbibe cum ſua aqua paulatim & cum ſuaui calore toties donec valde rubeſcat & luceat: & diſſolue vnum pondus contra ſex ſuę aquæ, & imbibe illud quod vis rubificare ad ſuam quartam partem per inceration em, imbibitionem & decoctionem, donec ſit rubicundiſsimum: poſtea pone ad ſublimandum, & quod digeſtum non erit neque tinctrm, per virtutem illius ignis Solis eleuabitur in altum & ſublimabitur: & quod erit rubificatũ morabitur in fundo totum humile, fuſum in maſſam vermiliam ſeu rubeam & fixã ex virtute magna & potenti quæ eſt in igne Solis, quando eſt elixatum, ſolutum & præparatum.

De multiplicatione.

QVotieſcunque multiplicare vis, debes diſſoluere vnam partẽ tui Elixiris quęcunque ſit, & dus partas mercurij ſublimati cum copore perfecto, ſiue ad album ſiue ad nigrum ſecundum tuum Elixir, in aquã mercurij ſimplicis aut compoſitæ: poſtea coniunge & congela per balneũ, poſtea pone ſuper igne ſicco per ſeptem dies: duos paruo, duos forti, duos fortiori, ſeptimum fortiſsimo, poſtea incera cum ſuo oleo albo aut rubeo: & tuum Elixir erit multiplicatum in tali forma, quòd ſi vnum pondus conuertebat decẽ nunc conuertet viginti, & ex vna vncia habebis tres vel quatuor. Vide ergo gratiam Dei & mirabilia naturæ.

De furnis & vaſis.

FVrni & vaſa ſint facta per diſcretionem operantis, omnia ad vnius ſimilitudinem. Et debet furnus intus habere vnum bonum pedem & dimidium latitudinis & palmũ magnum ſpiſſitudinis, factus ex lateribus & argilla aut luto. Et aliquando habebit vnum allutel ad laborandum cum cineribus: aliquãdo vas aquarium pro balneo vtendo, aliquando vas pro fimo ad putrefaciendum, aliquando fundum ſuper cruce ferrea: & erit tectum deſuper tintinnabulo ad calcinandum, aut vſum pro ſtuba ſiue hypocauſto ſicco: & eleuata ſint in altitudinẽ ſecundũ diſcretionem operantis: & ſint rotũda & retro habeãt duo foramina vt

vt ignis habeat aerẽ, vt melius ardeat, & anterius habeat portam conuenientẽ ad ignem faciendũ: & habeat ad minus paruum pedem altitudinis, vt ignis habeat suam distantiam ad ardendũ quando vas intus sedebit. Et debes habere cucurbitas, alembicos, & phialas omnia ex vitro Veneto, quod ex soda factũ est, ad hoc ne corrodantur ob vim salium materiæ. Et sint omnia vitra densa & fortia & bene recocta, vt securius possit mysteriũ compleri. Et ita cõpletus est noster paruus liber, vnde nomen Dei sit laudatum, qui donat quibus illi placet & subtrahit: in cuius manus nos illũ reddimus & committimus in presentem custodiam.

Explicit totum Continens.

SVMMARIA LAPIDIS CONSIDERATIO ET EIVS ABBREVIATIONES.

Libellus è Gallico in Latinum versus fideliter.

CVm ita sit quòd natura per suum continuum cursum in multis eius annis inter mineras diuersa generet metalla, idcirco notandum est quòd si operaretur continuè per suum regimen sine cessatione, illa posset multum abbreuiare de suo tempore. Sed aliquando & sæpe natura deficit à suo regimine, aut ob calorem & frigus temporis, aut ob nimiũ humorem aut siccitatem temporis. Quum igitur ingenium & artificium humanum procurans & sequens artem & regimen naturæ, possit multum supplere, cõplere, & abbreuiare illius regimen: quúmque verum sit quod omnis mercurius est sulphur, sed omne sulphur non sit mercurius: & in suo extrinseco vel aperto sit frigidum & siccum, declinans ad humiditatem: ergo suum occultum est calidum & humidum declinãs ad siccum: ergo suum occultum est sol, & plusquam sol, suũ apertum est album, ergo suum occultum est rubeum. Est igitur seipsum concipiens & generans, sicut coagulum in lacte factum, & in eodem die parit. Et sicut fermentũ in pasta, & nuit in odore. seruus est fugitiuus & seruus rubicundissimus, qui nigram vxorem accipit, id est continet elementa quando in fouea posita sunt, id est nutritur per ignem moderatum, & ex eorũ morte generatur nouus fructus. Vnde apparet quòd seruus fugitiuus est noster lapis procurans nigrescere per suam mortem aut regimen ignis, cum quo omnia sua elementa conuertuntur in eorum contrariũ, & inde procedit noster Sol in vna solari reuolutione. Operare igitur cum illo vt natura operatur. Bone fili, Quando natura ingreditur mineras vt creet Solem aut Lunam, non habet in suo initio Solem vel Lunam: sed tantũmodo habet sulfur & viuum argentũ Et etiam iuxta sapientes doctores & bonos Philosophos, suum proprium sulfur est creatũ ex se ipso, & ex eadẽ materia illa, & ex calore seu igne cæli, & incaceratione minerarum ex cursu Solis & stellarum, & ex influxu & coniunctione cæli & elementorũ sunt omnes mineræ genitæ. Et etiam pro certo scias, quòd si dicta materia mineralis non esset intus firmata & clausa ne dictus calor eam nudam cõtingat, nullum opus à natura intentum in suis mineris veniret ad perfectionẽ. Et ideo fuit admonitio Alchimistarũ vt furnos seu fornaces facerent quæ significant firmamentum, & vasa significãt mineras, in quibus est materia mineralis. Et ex hac propria materia operatur natura intus in mineris. hæc propria materia est omnium quatuor elementorum, & non ita vt quis possit dicere quòd sit terra vel aqua vel aer aut ignis, sed vna materia composita à natura ex voluntate Dei qui in se continet quatuor elementa: & ideò dicit Arist. Oportet te elementa leuia, pura & munda miscere super leui igne, & cauere maliciam ignis donec sint coniuncta ex eorum concordia vel sententia. Fiet ergo furnus ex argilla, pilis, & fimo equino cum aqua dissoluto & fabricatur ex lateribus, aut ex terra forti, & spissus, dimidij pedis & sufferens ignem ollæ (soufflant le feu de potte) terræ, rotundus & eleuatus, sesquipede latus intus, & habebit ab igne vsque ad vas pedem paruum: & habebit vnum spatiũ vnius tripodis ferri, aut fortis terræ per vnam tegulam perforatam circulorum vel quatuor coronarum situatarũ vna in aliam æquali mensura, ad faciendos quatuor gradus ignis. Vnde ignis primi gradus erit magnus vt anseris ouum magnũ & alij augescentes iuxta mensuram, & secundus sicut ouum struthiocameli, & ita alij iuxta hanc mensuram aucti: & maior erit magis quàm semipes aut ferè vt paruus pes. cogita in corde tuo intelligentiam. Et hoc est quod dicunt Philosophi

losophi quòd Sol feriat rectè in oculũ, id est, vt ignis feriat rectè per totũ. Et su perius erit furnus eleuatus ita vt habeat tripedẽ super quo dicta materia erit in proprio vase: & desuper tectus erit capitio (chappe) quod circuibit totum furnum, in summitate cuius erit foramen quod capiat tres digitos, vt fumus & ignis melius ascendant ad digerendum dictam materiam quando transibit: & habebit portulam iustè factam, vt aperiat & claudat quando volet sentire calorem intus ignis, quæ habebit distantiam palmi inter parietes furni & vas vbi est dicta materia: & subtus erit alia rotunda in modum patellæ, vt melius fiat ignis carbonum toto die bis, & singula vice bene circundare cum cinere, ita vt pro singulo igne pro primo gradu habeat libram vnam carbonũ, & debet ille ignis durare per spatium centum dierum in tali dispositione vt manus in calore suo naturali, & calor furni vbi est dicta materia inuicem correspondeant, & in tali spatio temporis dicta materia debet nigra fieri intus & foris, præterquã quòd fortasse videbitur circumcirca aut foris extra materiam vna pellicula tãquam si adesset mercurius, sed intus est tota nigra: & sunt elementa sua tota liquefacta & simul corrupta & dissoluta ob ignis æqualitatem, qui non potest ascendere nisi mensurate vbi est dicta materia, in qua calorẽ habet æqualẽ ab omni parte. Et secundus ignis tamdiu durabit tantum tẽporis vt primus in tali dispositione vt possis vas tangere vbi est dicta materia, & non plus. Et ideo si feceris primum ignem vnius libræ carbonum singula vice, facias istum ex duabus libris, id est ex quatuor libris in die naturali: quia si vis facere in quatuor vicibus, id est de sex in sex horas, & qualibet vice vnam libram, potes facere. Et in tali temporis spatio dicta materia congelabitur in puluerem rubeum aut nigrum. Etsi in termino octoginta dierum aut circiter audias tuã materiam defluere ac bullire bene est, & illam conuerti vt lapillos de iayet nigros: tamen bene credo quòd non faciet vsquam circa primos quinquaginta dies tertij termini qui tunc similiter fieri debet. Et ideo ignis tertij gradus durabit per centũ dies vt alij cum libris tribus carbonũ singulo igne, sic sunt sex libræ singulo die naturali, ideo fac ex tua discretione, quia dictus calor est vt possis manum ponere vbi est dicta materia, & non plus. nihilominus vt ad singulum gradum ignis debes prohibere vnam ex dictis coronis dictæ tegulæ furnelli, vt dictus calor habilius ascendat in altum ad concoquendũ dictam materiam. Et cum dies quinquaginta erunt elapsi, dicta materia per suam digestionem conuertetur & redibit ad albedinẽ margaritarum lucidarum & vt pinguedo fusa, quæ tunc dicitur lapis pretiosus ad albũ. Sed si vis rubificare, oportet te vltra quartum gradum transire, qui est ex quatuor libris carbonum singulo igne. Sed melius est ignem facere ex truncis lignorum siccorum & leuium, vt dicta materia sit rubea absque eo quòd vitrum fundatur: & ideo tunc debet esse in dicta capa furnelli foramen in ascensu seu in sũmo detectũ, vt melius & fortius dictus calor ascendat altius vt digerat dictam materiam, qui durare debet à quinquaginta in quinquaginta quinque dies: ergo est istud sulfur rubeum, & Sol Philosophorum.

Nota quatuor gradus operationis ignis per hos versus.

Primus dicatur quòd sensus ei dominetur:
Sensibus æquato gaudet natura secundo:
Destructo sensu nescit procedere quartus.
Hic non sufficiat quia nimis prorogat opus.
Tertius excedit, cuius tolerantia lædit.

CApias igitur mercurium veræ mineræ qui per corium transierit leporis aut similis, & postea per duplicem linteolum, postea denuo per corium leporis, & postea pone in ouo vitreo philosophali pleno parũ minus quã medietas bene clauso & lutato ex luto facto ex sagimine vitri & cineribus &

argilla bene simul contusis, & cum aqua distemperatis. Postea defodias in vase terreo forti, & lutato in medio loci cinerum bene cribellatarum circumcirca ad spissitudinem duorum digitorum, aut plus, postea bene tegas cum suo cooperculo, & luta, & pone ad fornacem, vt superius est dictum. Et hoc est quod Philosophi dicunt, Ignis & Azoth sufficiunt, id est, quòd ignis & mercurius debent sufficere veraci & perfecto artis inquisitori.

Sunt ergo tria inquirenda de mercurio, id est suum nutrimentum, id est sua dissolutio seu putrefactio, & sua congelatio, quæ est suum nutrimentum, & sua mortificatio per primum & secundum gradum: Secundario debet sua dealbatio considerari, quæ est sua fixatio per tertium ordinem: Tertiò, sua rubificatio, quæ fit per quartum gradum, qui est suus calor vltimus. Et tunc dicitur alkasel, id est quinta essentia genita. Quia ergo humiditas illius mercurij mista est cum sua subtili terrestreitate: quia si corpus non est alteratum, & subtilissimè tritum & purificatum & conuersum in suam spiritualem substantiam, sua virtus quieta non potest extrahi & misceri cum sua subtili terrestreitate, nec coqui per hunc quartum gradum, quoad sit aurum super firmam petram sine extranea mistione. Est ergo hæc medicina: De qua proijce vnum pondus super tres partes Solis fusi, & totum erit conuersum in medicinam: de qua proijce vnum pondus super centum partes mercurij bene mundi, & totum in purum Solem conuertetur. Et potes infinitè conuertere hoc modo: Proijce vnum pondus tuæ medicinæ cum duobus ponderibus puri mercurij, & postea pone ad furnum modo consueto per ignem tertij gradus ad album, & ad rubeum per ignem quarti gradus per spacium quinque dierum, & totum erit conuersum in medicinam talem, quòd pro vna vncia medicinæ tres habebis. Et si conuertet vnumpondus decem in prima vice in præsentia vnum pondus ibit super viginti, & secunda vice super quadraginta, tertia super octoginta, & ita in infinitum potes multiplicare & meliorare de sua bonitate, vt rem mirabilem & gratiam Dei.

Quomodo potes abbreuiare de uno anno ad dimidium in fermentatione æquali.

SCias care fili certissimè, quòd potes ex dimidio abbreuiare sui temporis per fermentationem: sed non ad meliorandum in sua bonitate: quoniam mercurius solus tenet in se omne illud quod necessarium est illi præterquàm ignem & vas. Sed vt abbreuiemus de suo tempore, nos ita faciemus.

Primò Solem habebimus, aut Lunam finissimam, & amalgabimus cum viuo mercurio puro & mundo, & bonæ mineræ: postea extrahemus nostrum mercurium extra dictum Solem per corium leporis quanto magis poterimus: postea ponemus dictam materiam inter duas paropsides terreas factas in modum duorum craterorum argenteorum aptando scutellas vel paropsides, vt vna super aliam coniungantur intrando vna in aliam per vnam lineam: postea lutabis iuncturas, & pone super furnello ad hoc conuenienti per dimidiam horam, postea extrahe & tere bene, & repone vt antea, & ita toties facias, quòd tuus Sol aut Luna sit subtilis sine tactu: postea pasce cum tantillo mercurij puri & mundi, incorporando & conterendo, & aliquoties molendo cum aqua & sale: & qualibet vice seponendo quod ascendit, & reincorporando de nouo mercurio, & sublimando per dimidiam horam, & ne nimis calido vtaris, & qualibet vice tali igne, quem possis sufferre ponendo ma-

num

num ad fundum vasis per superius (par deseure). Et ita toties facias, quòd totum corpus ascenderit & conuersum sit in spiritus. Et si apparet vt filum dacher (chalybis puto) in sublimatione, reincorpora denuo cum infimo, aliter totum corrumperetur. Et nihilominus pone & incorpora cum tuo corpore parum petræ sanguineæ, quæ facit corpora ascendere. Et quando totum tuum corpus ascenderit, & conuersum fuerit in spiritum, ponatur in ouo Philosophali, & ad furnum supra nominatum per tres gradus, id est duos menses pro putrefactione, & duos menses pro congelatione, & duos menses pro dealbatione: quia in opere rubei non opus est dealbatione, præterquam quòd in vltimo termino facies vnum mensem ignem tertij gradus, & vltimum mensem ignem quarti gradus: & ita opus tuum erit completum, quotiescunque feceris vt dictum est, tam ad rubeum quàm ad album: sed tamen ne misceas vnum opus cum alio, sed fac quodcunque per se: Et fac tuam proiectionem & multiplicationem, vt superius dictum est & c.

Quomodo opus abbreuiari possit ex sex mensibus, & quindecim diebus, in tres menses & quindecim dies, per copulationem & matrimonium.

CArissime & perfecte amice, nos tibi diximus & dicimus, quòd potes opus abbreuiare per fermentationem, vt hîc superius nos tibi ostendimus. Et etiam potes tu plus abbreuiare per copulam, & matrimonium. Quoniam si coniunxisti fermentum cum suo spiritu, nondum tamen est facta vnitas, neque stabilitas vnde illorum fructus procedit vsque ad hoc quòd natura pro tempore limitauit opus & secretum illorum interiorum per regimen ignis: sed natura ex voluntate Dei ex suo secreto regimine aliquas res creauit viles, quæ in eorum apparentia vel apparatu deueniunt multum nobiles. Et illorum opus est ita acceleratum in tribus diebus, vt esset in tribus mensibus aliàs. Et istud est fulfur & arsenicum, id est zarnec vulgare, & sal armoniacum vendibile: Quum ita sit, quòd hi duo sint vnius naturæ satis similis: sed vnum est album, & aliud rubeum.

Capiatur ergo vrina cocta & despumata, postea per alembicum distillata, & cum calce viua facias vnum capitellum, & cum cineribus clauellatis, aut tartaro calcinato, quod melius valet & alumine plumæ calcinato: & per ebullitionem trahe totum ruborem & colorem dicti sulfuris intus mouendo cum spatula lignea, aut suspendendo cum panno lineo. Et quum habueris totum ruborem, traxeris & depuraueris, congela per alembicum in balneo. Et postea habeas patellam latam, (vel sartaginem) plumbatam, & infundatus pone bonam quantitatem aceti distillati super lento igne diutius, in quo aceto ponatur tuum sulfur congelatum, & omnes materiæ dissoluentur, & tuum sulfur petet fundum, & proiciet pinguedinem nigram desuper, quam colliges cum penna: & quando erit bene purgatum à sua nigredine natante, permitte residere, & cola totum liquorem: & tuum sulfur erit in fundo, quod etiam purga si non satis est mundum, vt superius: postea fac siccari. Et erit magis vermilium, aut rubeum quàm Sol, cui nullum aurum est conferendum in suo valore, quoniam est incombustibile, & magni precij.

Sed auripigmentum præparatur per ebullitionem & sublimationem, vt dictum est alibi in nostro libro. Capiatur ergo vnum pondus illius sulfuris rubei, puri, mundi, & clari, & duo pondera mercurij coronati, id est, cui

Sol sit coniunctus, & factus spiritus, vt superius nos diximus, per sublimationem: quia nos coniungimus in hunc finem, vt mercurius ad se capiat, & attrahat omnem tincturam & naturam corporis, & deueniat de natura corporis: Et ad hoc etiam vt dictum corpus sit attenuatum, & subtile factum vt spiritus: & aliud, vt misceantur vnum in alio per vnam æqualitatem, & naturam, sicut si aqua cum aqua poneretur: & amalgama simul in sartagine plumbea super igne mouendo, & totum fiet puluis niger, quem pone ád vas, vt superius dictum est, per tres menses: Et primo mense da ignem primi gradus, aut parum fortioris, & secundo mense ignem secundi gradus quindecim dies, aut plus, & residuum temporis da ignem tertij gradus. Et primos quindecim dies tertij regiminis, ignem tertij gradus, & alios ignem quarti gradus. Et ne te chaille (puto cures, vel ne mireris) de coloribus qui appareant, quoad sit materia fusa in suo vase rubea, vt gramma, aut alba vt superius dictum est. Si facias proiectionem vnius ponderis super ducentos & quinquaginta saturni amalgamati cum mercurio, erit medicina: Proijce adhuc, & tertia proiectione erit purus Sol. Et si est ad album, facias super Ioue, & Mercurio: Et multiplicari potest, vt superius dictum est: id est, vt consideres multiplicationem esse completam per ignem sui vltimi termini.

Opus pulchrum, quomodo opus potest abbreuiari ex tribus mensibus in sex septimanas.

CAre & perfecte amice, nos tibi dicimus, quòd citius vna res conuertitur in aliud, quod aliàs fuit, quàm in illud quod nunquam fuit. Vnde apparet quòd valde citius argentum viuum auri & argenti per se conuertatur in corpus fixum, in quo aliàs fuit, quàm viuum argentum, quod nunquam fuit corpus. Et vt veniatur ad hunc gradum festinum, & breuissimum, oportet nos habere argentum viuum illorum corporum, vt citius perueniatur ad nostram intentionem.

Et est intentio Philosophorum dicentium, qui argentum viuum corporum non extraxerit, & illud congelauerit in sulfur album aut rubeum, iuxta suum ordinem, iam nullam viam tenebit perueniendi ad veritatem artis. Ita ergo faciamus: Capiamus de corpore Solis aut Lunæ sublimatorum, & in spiritum redactorum, vt superius ostendimus, cum mercurio, & ponamus in vase vitreo tecto cum suo cooperculo vitreo situato in cineribus lentissimo igne vel calore, pro tanto spacio, vt videatis desuper venire rem in modum telæ (toye) coloris auri aut argenti, quam collige cum penna, & cum cochleari ferreo paruo bene subtili: & ita continua, & toties collige, vt totum tuum corpus ascenderit, & superius venerit à dicto mercurio, & non amplius telas vel panniculos faciat: & qualibet vice pone tuum mercurium dicti corporis seorsim in modum pulueris, & si fuerit vt argentum viuum, iam non est periculum. Tunc cape de hoc mercurio duo pondera, & vnum pondus istius sulfuris rubei clari superius dicti in alio capitulo, & amalgama simul, & tere vt superius diximus, postea super vitrea mensa, aut super porphido incorpora, & incera cum oleo sulfuris iam nuper, vt supra, facto, postea pone in alembico bene firmato in cineribus super furnello cum lento igne, ac suaui primis decem diebus, secundo fortiori igne, & tertio bene forti. Postea aperias, & si aliquid ascendit, rursus in-

corpo-

corpora & incera vt antea, & erit fixum: fac ita ter, & erit fusum in vase tutum album aut rubeum. Et nisi fuerit satis leuis fusionis, incera cum dicto oleo, quoad sufficiat, & fac proiectionem super Lunam ad rubeum, aut Saturnum, vt superius dictum est: aut super Iouem, aut Venerem pro albo: Et potes multiplicare per modum, vt de alijs docuimus, id est, vt tamen multiplicationes fiant ex tali mercurio, ex quo medicina facta est.

Oleum sulfuris ita fit.

EXtrahe totam rubedinem sulfuris per eundem modum, vt superius diximus, præterquàm quòd tuum capitellum fiat ex aceto distillato, loco vrinæ. Et quum congelatum fuerit per balneum, misce & incorpora cum ipso tantundem salis armoniaci, quod totum pondera, & suam medietatem calcis viuæ, & totum pone ad distillandum per alembicum super furnello in cineribus, & descendet oleum rubeum, vt carbunculus, seu rubinus, & clarum vt lacryma auri (doril): conserua seorsum bene sigillatum. Et si vis habere pro albo, distilla cum alumine glaciei calcinato per plures vices, loco calcis & salis armoniaci. Et hoc tibi sufficiat de hoc ordine, in quo nos fuimus bene informati in dicta ciuitate Bononiæ per duos religiosos ordinis sancti Benedicti: Et Venetijs fuimus instructi de eo quod sequitur à tribus religiosis Carthusianis nobis reuelantibus, quòd fuerit ex arte Ioannis de Rupescissa.

Opus cum mercurio & oleo anthimonij.

SCiendum est primò, quòd eorum mercurius est bene sublimatus cum sale & vitriolo, & postea per aquam fortem factam ex vitriolo, & sale petra: & sit dictus mercurius solutus cum medietate sui de sale armoniaco, & tribus vicibus dissolutus & congelatus per alembicum, & qualibet vice sublimatus. Et de hoc mercurio ita depurato separa spiritum quintæ essentiæ coloris cælestis per acetum distillatum, optimè clausum: postea congela cum dulci igne separando nigredinem desuper natantem, vel apparentem cum vna pluma, & in sicco hypocausto calcina per dies octo cum dulci igne, & postea per suam aquam aut per acetum distillatum dissolue, & congela per alembicum in balneo, postea super cineribus distilla suum ruborem, quoad guttæ incipiant albificare laminam, postea dissolue, & distilla toties, quoad tinctura tota sit separata à mercurio, & fæces nigras proijce extra, & serua similiter sanguinem dicti mercurij. Postea cum aceto distillato, dissolue colorem anthimonij bene pulueriz ati in phiala super cineribus calidis per octo vel decem dies, quoad sit bene coloratum, postea cola, & depura, & congela separando acetum per balneum. Et quando omnis color extractus fuerit, & per balneum congelatus ad melis spissitudinem per furnellum cum cineribus, separa totum sanguinem rubeum, qui est precij inæstimabilis, & per pondus æquale coniunge cum illo de dicto mercurio: & ita inuicem perfice, & fac putrefieri, postea separa elementa, & rectifica, & simul coniunge hoc modo, vnum pondus ignis, quator pondera olei, & octo pondera aquæ, & congela per circulationem omnia simul: primò circula aquam, postea congela, postea labora cum oleo, postea cum igne, & in hoc nil est erroris, postea fixa.

Aliqui illa elementa circularunt, & congelarunt cum illorum quarta ponderis parte sulfuris superius descripti incombustibilis. Et sulfur fuit curatum

& confectum per elementa, & elementa per sulfur, & fuit lapis Philosophorum precij inæstimabilis, & congelauit argentum viuum sine numero. Et amplius dicebant illi, quòd diuisim fieri potest de quolibet sanguine per se, & congelare elementa, vt dictum est, aut per æs vstum, per nutritionem dulcis caloris post eorum circulationem, aut de quolibet elemento per se, aut per portionem ordinatam tam bene, atque per sulfur, per solutionem, & congelationem ad quartam aquæ partem, & est medicina inæstimabilis &c. Et etiam nobis reuelauit eorum religiosorum vnus per suam fidem, iuramentum, & per suum ordinem, vnum opus, vnde nobis fecit proiectionem super mercurium, quod ita factum fuit.

Opus cum mercurio solo, & concordat multum cum Raymundo Lullio in fine sui Vade mecum.

SIT mercurius optimè sublimatus cum sale communi & vitriolo, postea cum sale armoniaco per quatuor vices, singula vice terendo omnia simul, postea repone suum armoniacum seorsum quod ascenderit, & cape suum mercurium in fundo totum nigrum, & optimè incorpora vsque ad brachiorum lassitudinem cum tantundem calcis corticum ouorum: postea pone ad sublimandum fortissimo igne, & suus mercurius fuit bene fixus fusus in massam, postea dissolue in aceto distillato, & depura, & congela per alembicum, postea pone ad soluendum super lamina vitrea in loco frigido, vel in fimo, & separa inde quatuor elementa, nempe aquam per balneum, & ignem, & oleum per cineres: & quodlibet rectifica per suam quintam vel septimam distillationem: & terram, & ignem per calcinationem & lauationem cum sua aqua, & toties quousque sit clarè lucens: & reduc suam aquam, quoad totam ebiberit, & sit bene alba: tunc sublimetur, aut calcinetur, & laue tur per suam aquã, quoad tota sua terrestreitas sit separata, & terra clara, & lucens, quam incera & imbibe de suo aere, coquendo, assando, & sublimando de octo diebus in vlterius, donec fundatur vt cera, & rubifica per suum ignẽ. Si vis postea, fac proiectionem.

Alia regula, & modus alius operandi.

FVit quoque nobis reuelatum in ciuitate Mediolani per vnũ Theologiæ doctorem & duos notabiles ciues opus tale, seu regula operãdi, vt sequitur: Capiatur vitriolum, sal commune præparatum, & mercurius: & sint optimè sublimata quater aut quinquies, a rubricq̃, & postea separa spiritum per acetum distillatum, vt dictum est, aut per calcem (seu potius aquã) Iouis, aut Saturni, & per acetum, postea fac aquam ex sale armoniaco ita: Prius optimè sublimetur cum sale communi, postea facias aquam ita: R. sal petræ lib. semis, alumen plumæ tantũdem, dissolue omnia in vrina per alembicum distillata lib. semis, postea fac totum distillare per alembicum, & quum aqua venit clara & lucida pone aliam phialam, & recipe vsque ad consumptionẽ sui spiritus, & in hac aqua solue sal armoniacum, & fac per alembicum distillare, & bene tamen conseruare spiritus: & in illa aqua solue tuum mercurium & distilla per alembicum: & quum laminam dealbat, recipe separatim, & toties reitera, qualibet vice soluendo cum ea aqua vel simili, qualibet vice dissoluere, depurare & distillare quoad totum distillaueris bene, & fæces tui mercurij, & terram nigram proijce, & de ista aqua tantum fac, vt satis habeas. Postea habeas de corpore Solari aut Lunari ita calcinato vt diximus, aut dicemus parum post, & tantundem spiritus, id est mercurij hîc superius sublimati, & optimè incorpora, & subtiliter super lamina vitri per quatuor aut quinque dies, qualibet die octo horas, qualibet hora parum quiesce, postea tere, & imbibe

imbibe quolibet die semel tantùm bene leuiter, ne pulvis spiritualis evolet in aerem ex contritione. Et postea continuabis dictam contritionem per duodecim dies naturales, singulo die per spacium quinque horarum, imbibendo in principio cuiuslibet horæ bene parum de dicta aqua mercurij, & postea incera, continua per quinque dies dictam contritionem, quolibet die horas octo, & imbibe etiam vlterius plus in principio cuiusque horæ parum de dicta aqua mercurij &c. Reliqua scribere omisi ego Gulielmus Grataro lus ob tædium longæ iterationis.

LIBELLVS VTILISS. DE MERCVRIO SOLO.

Est lapis vnus, medicina vna, in quo magisterium consistit, cui non addimus rem extraneam, nec minuimus: nisi quòd in præparatione remouemus superflua. Quum enim arg. viuum per nostrum artificium in medicina fuerit præparatum, & in substantiam fulgidissimam fuerit redactum, & super corpora imperfecta fuerit proiectū, ipsa sua puritate illustrabit, & sua fixione perficiet. Mercurius nanque debitè præparatus in tantum subtiliatur, & acuitur per præparationem in igne, quòd tandem stat, & non fugit ignē, & erit omni subtili subtilius, omni agenti actiuius omni tingenti tingentius, omni penetranti penetrantius: & talem capit naturam, quòd quū supra corpus proiectum fuerit, propter affinitatem ad ipsum ex natura penetrat ipsum, & inducit sibi nobiliorem formam metalli secundū gradus prę parationis diuersos. Studeas ergo, sicut docet Geber, in omnibus operibus tuis argentum viuum semper in commistione superare: quia videmus quòd corpora quæ sunt plus de argento viuo continentia, sunt maioris perfectionis: & quæ minus, minoris sunt perfectionis: Quod patet ex eo, quia corpora quæ sunt maioris perfectionis, sunt argenti viui facillimè susceptiua, vt aurum & argentum. Inuenimus autem quatuor corpora, scilicet Venerem, Martem, Iouem, & Saturnum, à perfectione diminuta, & in profundo naturæ suæ fœda existere: nec aliud superflui in eis experimur, quum nihil in eis perfectius inueniatur: ideoq; arguimus aliquid diminutum in eis fuisse, quod compleri necessariò accidit, per naturam eis conuenientem, & diminutum complentem. Est autem diminutio in eis scilicet paucitas argenti viui, & non recta inspissatio eiusdem in eisdem. Complementum in illis igitur erit argenti viui multiplicatio, inspissatio bona, & fixio permanens: Hæc autem per medicinam ex illo creatam perficiuntur. Quartò videndum est de mercurij mundificatione & sublimatione: Dicit Geber, quòd mercurij duę sunt mundificationes necessariæ: vna quæ fit per sublimationem ad medicinam, alia per lauacrum ad coagulationem. Si enim volumus ex illo medicinam creare, tunc necesse est ipsum à fœtulētia suæ terrestreitatis per sublimationē mundare ne liuidum colorem in proiectione creet: & ipsius aqueitatem fugitiuam delere, ne totam medicinam in proiectione fugitiuam faciat, & medio crem substantiam saluare per medicinam, de cuius proprietate est non aduri, & ab adustione defendere, & quæ non fugit, sed fixum facit. Mercurius autē crudus super quem proiectio fieri debet, lauari debet in aceto calido ad ignē in scutella, & agitari digitis continuè, quovsque in particulas minutissimas dividatur, & totum acetum euaporet, & mercurius exiccetur. Tunc proficiatur medicina suæ coagulationis, & coagulabitur in Solificum vel Lunificum

ſecundum quòd medicina fuerit præparata. Modus autem ſublimandi mercurium verior & breuior, eſt per fæces factas de vitriolo Romano, & ſale cõmuni ana, ſimul aliquantulum ad ignem deſiccatis, & poſtea cum mercurio crudo in mortario bene tritis, quouſque de mercurio nihil penitus videatur. Quo facto, ponatur hoc totum ſimul ad ſcutellam vitream, & ſuperponatur allutel, & ponatur ad ignem: partes autem cuiuslibet horũ trium in pondere ſint æquales. (gloſſula. humiditas euaporatur quouſq; gutta albiſſima ſine fœtore quoq; appareat, poſtea claude foramen: alij tamen omnẽ humiditatem euaporant. Quintò, videndum eſt de mercurij fixione: figitur autem mercurius per ſublimandi præcipitationem, vt quũ ad ſpondilia vaſis adhæſerit, deijciatur ad ima caloris cõtinuè per alternatas vices, quouſq; figatur. Dicũt quidam moderni, quòd mercurius poſsit figi per continuationem ſublimationis cum ſale communi præparato: quo fixato ſeparatur à ſale per lotionẽ in aqua: Quia ſicut ait Vincentius in Speculo doctrinali, omne ſal & omne alumen diſſoluitur & ſeparatur à corporibus & ſpiritibus per lotionem in aqua calida: quæ tamdiu fieri debet, quouſque ſalſedo de aqua recedat: tunc enim ſal in aqua diſſoluitur, & corpus vel ſpiritus reſidet in fundo. Hermes autem in ſecretis dicit, quòd ex omnibus metallis & rebus alijs quibuſcunque combuſtis calcinatis & incineratis, & de cineribus lignorum poteſt fieri ſal, quod ratione ſubtilitatis & acuitatis ſuæ figit mercurium. Et ſi res naturaliter eſt rubea, ſal eius erit rubeum. Fit autem omne ſal huiuſmodi. Quando res perfectæ calcinata ſoluitur in aqua, ſicut cineres lignorum magis calcinati ſoluuntur in aqua, de qua ratione igneitatis quæ eſt in illis cineribus fit lixiuium. Quum autem illud lixiuium bene deſiccatum ſuper ignem in aliquo vaſe ponitur, euaporat ſucceſsiuè aqua, & remanet res ſeminigra, & dura in fundo. Hæc res in igne forti ſoluitur & liqueſcit vt metallum. (gloſſula. ex ſolutione corporis perfecti in qua calcinatur illud, oritur ſal virtutis ſummæ congelatiuæ, maximè mercurij præparati). Quum autem ſic liquefacta fuerit, conſeruanda eſt ſex vel octo diebus in igne temperato in vaſe ad hoc apto, ne pereat, & perdatur: deinde ponenda eſt ad locum aliquem humidum ſuper lapidem marmoreum, & ſucceſsiuè reſoluitur in aquam. Hæc aqua poſtea ponenda eſt ad ſcutellam vitream mundam ſuper ignem lentum, tunc euaporat aqua, & remanet ſal album in fundo. (Hîc docet fieri ſalem alkali). Si autem recipiantur cineres clauellati cum calce viua, & fiat lixiuium, & procedatur vlterius ſecundum modum iam dictum, habebitur ſal alkali, quod maximè facit ad fixionem mercurij. Ariſtoteles autem in libro Perfecti magiſterij dicit ſic, Sicut actiua non poſſunt ſuas virtutem demonſtrare, niſi cum paſsiuis fuerint maritata: ſic nec ſpiritus minerales niſi corporibus coniungantur. Corpus verò & ſpiritus non recipiunt ſe adinuicem, ita quòd ſpirituale fiat corporeum, & è contrà, niſi vtraque ſint ab omni ſorde perfectiſsimè defæcata. Quum verò ſic fuerint, eriguntur corpora à ſpiritibus, & ſpiritus tenentur & ligantur à corporibus ſuper ignem. Recipiatur igitur vna pars corporis perfectè defæcati, Solis vel Lunæ calcinati, vel minutiſsimè puluerizati, & tantum de ſale alkali vel de alio ſale prædicto præparato: quib. duabus partibus addãtur duæ aliæ partes de mercurio ſublimato optimè purificato, & miſceãtur ſimul in aliquo vaſe ad hoc apto, & ponantur ad ignẽ lentũ ita quòd mercurius nõ aſcendat: & habebitur mercurius veraciter tandem fixus. Tempus tamen determinatum fixionis nullibi expreſsè inuenitur. Quum autem, vt ait Geber, Mercurius

rius fixus est propter bonam partium adhærentiam, & fortitudinem suæ commistionis, quocunque etiam modo partes ipsius inspissentur per ignem: vlterius non permittit se corrumpi, nec eleuari etiam per ingressionem flammæ, quia aut cum tota sua substantia remanet, aut recedit. Hanc autem fixionem oportet fieri, vt dictum est, per ignem temperatum, quia calor temperatus est humiditatis inspissatiuus & commistionis perfectiuus. Ignis autem vehemens est humiditatis consumptiuus, & fusionis turbatiuus. Et quia ignis non est res, quæ bene mensurari possit, ideo contingit in illo errare sæpissime eum qui non est exercitatus.

Sextò, videndum est de mercurij calcinatione. Quum autem mercurius fixus fuerit, ponatur, vt docet Geber, primò ad ignem temperatum, deinde ad fortiorem & fortiorem, & calcinetur quousque soluatur in aqua, deinde coaguletur, & iterum calcinetur, & hoc modo fac tribus vicibus, antequam ad commistionem lapidis philosophici procedatur: quod tamen non videtur necessarium, nisi forte propter medicinæ maiorem efficaciam, & ignei tatis intentionem. Dicit autem Vincentius in Speculo doctrinali, quòd corpora calcinare, nihil aliud est quàm extrahere humiditatem corrumpentem, & intromittere humiditatem igneam rectificantem, per quam est vita eorum, & essentia postmodum stans in igne examinationum. Humiditas autem quæ à corporibus per calcinationem extrahitur, eis postmodum cum mercurio reddenda est. Quanto enim magis res aliqua sicca est & calida, tanto magis bibit de frigido & humido.

Causa autem quare res quasdam calcinamus, est, vt scilicet melius soluantur: & propter hoc soluuntur, vt melius ab eis corpora inspissationem suscipiant in proiectione medicinæ. Vnde dicit Geber: Calcinatio est rei per ignem puluerizatio, cum priuatione humiditatis partes corporum consolidantis. Necesse est enim continuationem partium corporis abinuicem separari, vt ignis possit liberius ad quancunque partem eius minimam peruenire. Causa calcinationis spirituum est, vt ipsi melius figantur, & soluantur in aquam: quia partes calcinatæ magis subtiliatæ per ignem, facilius cum aquis commiscentur, & in aquam conuertuntur.

Modus autem calcinationis spirituum est, vt eis ad fixionem approximantibus administretur ignis successiuè, & paulatiuè augendo ne fugiant, quousque maximum ignem tolerare queant. Signum verò perfectæ calcinationis est, quando res calcinata in aqua calefacta soluitur, & soluta, post euaporationem aquæ coagulatur, & post coagulationem in igne funditur, & iteratò coagulatur.

Septimò, videndum est de lapidis philosophici vera compositione: Morienus ad Calid Regem sic dicit: Omnis huius magisterij perfectio in capturа corporum coniunctorum & concordantium constat. Nam & hæc corpora naturali artificio substantialiter adinuicem coniunguntur, & concordant, & funduntur, & adinuicem recipiuntur, calidum cum frigido, humidum cum sicco, si tamen purum inueniat purum. Et si aqua in terra non inueniat aliquod admistum, per quod prohibeatur corpus ingredi in suum contrarium: vbi dicit glossa, Vera coniunctio est necessaria, vt corpus nostrum incombustibile permaneat: quod non fit, nisi debita coniunctione elementorum quatuor. Elementa autem verò commista remanent incombustibilia: si non verè coniungantur, comburuntur, nec vnum defendit aliud.

Vnde Hermes in fine secreti sui provt eum allegat Aristoteles in libro Perfecti magisterij, bene scripsit, dicens: Sicut enim hic mundus sensibilis, in quo

ſumus,ex grauibus & leuibus,mollibus & duris,calidis & frigidis, humidis & ſiccis, inter ſe adinuicem à natura concordiæ pace ligatis, perpetuus factus eſt:ita lapis quem prædixi omnem rem vincens & penetrans ſubtilem & ſolidam ex eiſdem in idipſum à philoſophia,nexu amicabili ſtante ſuper ignem perpetuus eſt creatus.Sicut enim non poſſunt grauia niſi leuium, nec leuia niſi grauium conſortio,ſuperius vel inferius retineri:Sic non poterit calidum niſi frigidi,nec humidum niſi ſicci admiſtione, quomodolibet temperari, & è conuerſo. Quum verò alternatim congruè deſponſantur, fit ex eis ſubſtantia temperata, quam non poteſt ignis violentia ſuperare, nec terræ fœtulentia vitiare,nec aquæ limoſitas condenſare,nec tactus aeris obumbrare. Calor enim & humor, frigus & ſiccitas, provt dicit idem Ariſtoteles in Lumine luminum,ſunt radix & fundamentum omnium compoſitorum. In quocunque ergo compoſito iſta quatuor magis concorditer ſunt ligata, quòd vnum non multum prædominatur alteri,illud compoſitum fortius, ſanius, durabilius, & efficacius reperitur, vt patet in auro, & in quacunque alia re bene complexionata. Similiter contingit in lapide noſtro philoſophico: Vnde in Turba Philoſophorum dicitur, Conuerte elementa, & quod quæris inuenies.Conuertere autem elementa, eſt facere humidum fixum, & fugiens fixum. Quum autem humidum & ſiccum continuè pertingant ſe ad inuicem, adipiſcetur ſiccum ab humido facilem impreſsionem, & acquiret humidum à ſicco,vt firmiter retineat impreſsionem,omnem ſuſtinens ignem. Vnde propter humidum prohibetur ſiccum à ſua ſeparatione: & propter ſiccum prohibetur humidum à ſua fluxibilitate:Subiectum nanque liquefactionis, vbi ſupra, eſt humiditas currens, permiſta partibus terreis ſiccis, in quibus moratur,quum reſoluit eas ignis, nec moueri poteſt propter vehementiam coniunctionis. Cauſa autem euaporationis eſt humiditas non vehementer terreo commiſta. Fiat ergo vehemens commiſtio humidi cum ſicco, alioquí humidum euaporabit,& ſiccum permanebit non currens. Sed ſi bene miſceantur in humidum,facit currere ſiccum, & ab eo non euaporabit, & ſubdit, Permiſtio fit inter corpora, quæ adinuicem proportionantur in humiditate & ponderoſitate. Hoc ſemper verum eſt, niſi quando humidum cum ſicco, & calidum cum frigido miſcentur in compoſitione Elixir. Sed inter Elixir,& illud ſupra quod proíjcitur,debet eſſe ſimilitudo,aliàs non coniungerentur.

Elixir Arabicè,ſignificat quintam eſſentiam,Latinè. Ex præmiſsis igitur apparere poteſt, quòd compoſitio lapidis philoſophici conſiſtit in debita proportione frigidi & humidi, calidi & ſicci. Conſtat autem, quòd mercurius calcinatus eſt calidus,& ſiccus,mercurius verò ſublimatus tantùm qui dicitur aqua permanens, frigidus eſt & humidus. Fiat ergo commiſtio iſtorum adinuicem in debita proportione: quia ſicut in Turba Philoſophorum, ſi conficias abſque pondere,mora eueniet:qua eueniente,malum putabitur. Vnde & Ariſtoteles in libro Perfecti magiſterij ſic dicit: Caueas ne ad componendum procedas,antequàm inuenias componentium pondera completa quia ſecundū compoſitionem partiū componentiū eſt perfectio corporis cōpoſiti.Et licet de proportione huiuſmodi partium componentium doctores huius artis diuerſimodè & valde obſcurè ſint locuti:vna tamen proportio videtur eſſe quam omnes intendunt:Quandoq; enim videtur loqui de partiū proportione componentium facienda in opere primo ad album: quandoque de proportione facienda in opere ſecundo ad rubeum,quādoq; de vtroq; ſimul. In al-

In allegoria sapientum dantur duæ regulæ generales, in quibus vera proportio innuitur, vt videtur: nam scribitur ibidem, Si camelorum tuorum tertiã partem consumas duabus tertijs reseruatis, iam ad propositum perueniſti. Item, Si medicinas æqualiter sumas, non sentis errorem. Senior enim dicit, Recipiantur permistiones in principio operis æqualiter & terantur, deinde desponsentur. In Turba autem Philosophorum sic dicitur: Coquite & imbuite terrã cum tertia parte aquæ permanentis, quã ad imbuendum reseruastis: quam desiccatam imbibite septies de residuo, donec aliæ duę tertię finiantur: Deinde ipsam calido imponite igni, donec terra extrahat suum florem. Quoties autem cineres imbuitis, toties per vices desiccetur, & humectetur, donec eius color ad illud quod quæris conuertatur. Iubeo autem vos non simul aquam fundere, ne Elixir submergatur. (Hîc est opus.) Accipiantur ergo in nomen Domini pro toto opere quatuor partes æquales mercurij sublimati, bene purificati: figatur vna illarum partiũ & calcinetur, quousque totaliter solubilis fiat in aqua: cuius veritas probari poterit in aliqua eius parte: quæ si sic soluatur, calcinata est satis. Et idem poterit de alijs partibns calcinatis præsumi.

Expedit tamen ad maiorem cautelam, quod mercurius sic perfectè calcinatus adhuc in igne forti per dies aliquot teneatur, vt maiorem intentionem caloris acquirat. Huic toti parti perfectè calcinatæ, addatur vna pars de tribus partibus residuis mercurij sublimati non fixi, & imbuatur cum ea successiuè tribus vicibus de septimo die in septimum in vase vitreo, vel alio ad hoc apto clauso, in calore lento: ne videlicet mercurius non fixus ascendat. Postea facta tali commistione, quæ fit circa diem quadragesimũ secundum, putrefit & denigratur: deinde in alijs quadraginta duobus diebus successiuè dealbatur, & tandem generabitur lapis albus. Qui si fusionẽ præstat facilem cum ignitione, perfectus est: si verò non præstat fusionẽ huiusmodi, & forsan summa volatilis mercurij, quæ fusionem præstat, vicerit summam fixi, tunc de summa fixi ingenietur addi, & è conuerso: & fiat fixũ volatile, vel volatile fixum, quousque fusionem præstat facilem, vt dictum est, cum ignitione. Hæc medicina coagulat mercurium crudum in Lunam perfectam, & dicitur fermentum ad album: sed fermentum fermenti ad rubeum. Transmutat etiam hæc medicina alia corpora metallica imperfecta, purificata prius, & liquefacta, in Lunam perfectam. Et opus ad album est in hoc completum. Et quia, vt ait Senior, opus ad album est initium operis ad rubeum, & est vnum opus, licet plerique alij dixerint esse duo. Procedendo igitur ad rubeum, recipiatur lapis ille albus, & ponatur ad ignem successiuè fortiorem, quousque primò citrinum, deinde rubeum, deinde quasi sanguinis adusti calorem acquirat: Quo viso, recipiantur residuæ partes duæ mercurij sublimati non fixi, & teratur & imbuatur hic lapis rubicundissimus cum eis successiuè sex vel septem vicibus de septimo die in septimum in vase vitreo, vel alio ad hoc apto bene clauso in calore lento, & conseruetur quousque fortiorem ignem possit pati, & lapis rubicundissimus generetur: qui si fusionem præstet facilem cum ignitione, hic lapis omne corpus metallicũ fusum, vel arg. viu. & signanter verum argentum fusum, vt ait Morienus, in purissimũ aurũ tingit. Rubor namque in illa lapidis albedine continetur. De ista autem medicina ad rubeum loquitur Geber sic: Solaris, inquit, medicinæ præparatio est cũ maiori sagacitatis industria, diuturnioris laboris instantia. Accipe ergo partem lapidis tibi noti, & partem lapidis non fixi perfectissimè per sublimationẽ mũdati, & cum ingenio coniunge per minima, quousque eleuetur cum ea (hoc est dissoluendo in aquam) & iteratò cum illa figatur, & stet: Dehinc fixum volati-

le fiat, & iteratò volatile fixum: & totiens fiat fixum volatile, & volatile fixum, quousque fusionem præstet facilem cum ignitione. In hoc ordine completur arcanum precioſiſsimum, quod est super omne huiusmodi scientiarum arcanum, & thesaurus incomparabilis. Et quanto huiusmodi complementi ordo reiteratur pluries, tanto medicinæ huiusmodi exuberantia magis multiplicatur. Ex reiteratione autem præparationis medicinæ huiusmodi, resultat bonitas alterationis, multiplicatio: ex diuersitate reiterationis operationis super lapidem in gradibus suis, resultat multiplicationis bonitas, alterationis diuersitas: vt ex medicinis quædam sui duplum, quædam verò decuplum, quædã centuplum, & quædam millecuplum, & sic in infinitum, Solificum verum & Lunificum, transmutet corpus metallicum vel arg. viu. præparatum. Hanc artem cũ maxima laboris industria, & diuturnitate meditationis immensæ, inuenies: & sine illa non. Nos autem ista cum laboris instantia perquisiuimus, & oculo vidimus, & manu tetigimus: benedictus sit Deus glorioſus. Docet autem Geber hanc medicinam fieri per additamentum sulfuris fixi, sublimati, calcinati, & perfectiſsimè purificati, & omni aduſtione priuati: quod tamen non credo de vera intentione ipsius fuisse: quia de intrinseca natura mercurij est, vt idem Geber dicit, quòd confert tincturam exuberantiſsimæ rubedinis, & fulgidi splẽdoris. Et dicit etiam, vt superius dictum est, quòd inprofunditate argenti viui sulfureitas quædam inaduſtibilis concluſa est, quæ ab ipso, nullo artificio vel ingenio tolli potest. Igitur additio sulfuris non videtur ad hanc medicinam necessaria. Si verò aliquid addendum foret ad intẽdendum tincturam rubedinis, crederem ad hoc magis valere aurum calcinatum, quàm sulfur. Octauò videndum est de medicinæ proiectione: vbi sciẽdum quòd medicina debitè præparata, quando supra corpus metallicum fusum, vel supra arg. viuum calefactum proijcitur, ratione subtilitatis & igneitatis metalli figit & decoquit, inspiſſat & coadunat. Inspiſſando autem & condensando pondus præstat: partes verò terreas magis crassas pro scoria relinquit. Cuius ratio est: quia quum medicina ista sit ex subtiliſsimis partibus mercurij, ipsa quærit in metalla suum comparem & sibi similem propter affinitatem & amicitiam naturalem. Vnde quantò plus illud metallum examinatur, funditur & probatur, tantò purius & lucidius efficitur. Quia per talem probationem abijcit sordes non coctas, neq; omnino trãsformatas, quę propter nimiam terreſtreitatem non erant aptæ transformari. Nam sicut venenum aliquod ratione actiuitatis suæ inficit & immutat, & penetrat totum corpus per intima sui in quod mittitur, ita hæc medicina ratione actiuitatis suæ igneæ, & ratione conuenientiæ naturalis, quam inuenit in corpore supra quod proijcitur, cum natura naturæ congaudeat suæ, modo quo prædictum est, penetrabit. Et inde est, quòd materia huius medicinę in Turba Philoſophorum venenum à Philoſophis nuncupatur. Si verò medicina aliqua in proiectione ingreſſum non habuerit, tingatur in aqua mercurij, & habebit ingreſſum. Hoc autem lapide vtebantur Philoſophi, cuius beneficio longiori tempore viuebant. Præseruat enim corpora ab infirmitate, & reddit hominem semper hilarem, & præstat ei faciem iuuenilem, vt scribitur in libro Pietatis.

Laudetur ergo Deus in æternum, super omnia benedictus, exaltatus in seculà seculorum.

Huc Epilogi breuis loco referri possunt illa 17 carmina: soluere, purgare, &c,

Laua-

LAuacrum mercurij secundum Geberem: Sumatur patella vitrea vel terrea & in ea mittatur arg. viu. super quod fundatur aceti parua quantitas, vel alterius rei consimilis, quæ sufficiat ad illud cooperiendum: postea mittatur ad lentum ignem ne ferueat, & agitetur continuè cum digitis super fundum patellæ, vt diuidatur arg. viu. in similitudinem puluerís subtilissimí albi donec totum acetum euaporauerit, vel arg. viuum recedat: postea verò quod fæculentum vel nigrum videris ex illo emanasse, laua & abijce: & hoc iterata vice multiplica, quousque videris colorem terreitatis suæ in clarum, mistum albo & cæleſtino colore perfici.

Alibi vidi sic: Tere mercurium cum sale communi in mortario vitreo, lapideo, vel ligneo, donec sal denigretur: postea separa salem cum aqua calida.

VLterior doctrina de mercurio siue argento viuo: cuius primò ablutio & calcinatio & sublimatio ponenda est. Ipsum enim sic abluitur: Coque argentum viuum in oleo per diem, & ablue ipsum cum aceto distillato, & cum alumine, & cum sale armoniaco, & erit bonum. Si coxeris eum cum vrina erit bonum & album vt speculum: quòd si illud quod cum ipso volueris præparare non fuerit sublimatum, sublima ipsum. ablue ergo ipsum hoc modo, & est bonum: & hoc est vt mortifices ipsum argentum viu. cum atramento & sale, & sublima ipsum in aludel, cuius caput sit amplũ & fundum angustũ: deinde fiat aqua vehementer feruens, & proijciatur arg. viu. in ipsam, viuificabitur enim: proijce ab eo aquam, & operare cum eo: & si vis, sublima ipsum iterum: & sinõ, vtere eo viuo sic: neque bonum est operari in aliqua re, nisi hoc modo. Rasis in libro 61. de 70.

Sublimatur autem secundum Socratem sic: Sume ex mercurio libram vnam salis armoniaci sublimati semel vncias decem, aluminis albi vncias decem, drachmam gypsi ad pondus omnium. Hæc omnia super tabulam vitream posita mista conterantur: deinde in panno posita cum calce super prædictam tabulã fortiter exprimantur, donec particulatim cadant: & postea optimè conterantur super grandem tabulam, & desuper fundatur acetum rubeum distillatum, & misceatur cum eis donec rubeum fiat sicut cinis. Hæc omnia sublimabis cũ salegemma & talco bene tritis: aut si volueris, appone limaturam ferri: proluet enim eius sublimationem. Deinde, postquàm acceperis eius humores, sublima ipsum iterum, aut cum spongia sursum in capite, aut cum foraminibus in capite, quod melius est: sintq; foramina tantæ magnitudinis, quorum capacitatem repleat digitus medicus. Quumq; puluis egredietur, fac ignem vehementem, qui sit in medio: sublimabitur enim: cum puluis cessauerit, remoue ignem, & cum infrigidatum fuerit, aperi: & quod in scutum adunatum fuerit, sume. Quòd si fuerit eius pondus cuius est sal armoniacus, vel parum minus, iã completum est. Et si imminutum fuerit, quantum est tertia pars vel media, reduc ad sublimationem, donec consumas totum salem armoniacum. Impossibile est enim quin aliquãtulum arg. viu. cum eo sublimetur, reconde ergò ipsum. Hic est enim eius sal armoniacus sublimatus. Reduc ergo vas illud ad ignem, & claude caput optimè, & fac ignem maiorem, & sic dimitte per totum residuũ diei, post permitte infrigidari, & aperi, & accipe illud quod sublimatum fuerit, & pondera. Et si est tantum quantum arg. viu. scias quòd illud quod remansit est fæx: ipsum sume quod sublimatum est ex eo & repone, deinde tere fæces illas & reduc ad ignem ad sublimandum, & quod sublimatur ex eis sume & coniunge alij: hoc enim est arg. viu. sublimatum. Hoc facter: cuius hæc est probatio, vt ex hoc arg. viuo vncias quatuor sumas & salis armoniaci sublimati vncĩa

vnam,& optimè tere,deinde in crucibulo tenui funde. quòd si se soluerit & fusum fuerit,massam quasi albi plumbi factam esse scias:& si non,reduc ad opus: & hoc est argentum viu. completum. Quum in eo est hoc signum ante septem sublimationes:non est tale argentum super terram.

Sublimatur sic secundum Platonem. Sume de arg.viu. cum oleo abluto lib. vnam,& cum vrina & cum aceto in quo solutus sit sal armoniacus,postea sume de alumine & atramento tantundem,& extingue cum istis,& vnciam vnam salis armoniaci, & proijce super acetum,deinde tere bene cum limatura & talco & auripigmento,& merdesenz idest calce viua,quorum vnũquodque sit tantũ quantum ipsum est:postea sparge sal in fundo aludel,& sublima cum igne debili donec remoueatur eius humiditas,deinde vigora ignem per dies, & noctes duas,& permitte infrigidari, & sume quod sublimatum est ex eo, & itera medicinas & operationes tribus vicibus,& ipsum sursum,aut si volueris fundetur. Secretum est in omni re quæ sublimatur vt fundatur: hoc enim signum est quòd perfectum est,deinde repone fæces donec præcipiã quod de eis facies. Et si ita iteraueris super arg.viu.sublimationem,fiet bonum Elixir in quarta: & in tribus reliquis fiet fixum, vel affirmabitur tibi affirmo. Deinde sume fæces, & tere & sublima eas,& sume quod remanet ex eis arg.viu. Et hæc est vna de bonitatibus eius. Alia verò est,quòd si proiectum fuerit baurac parum super ipsum,& feceris ipsum descendere,descendet argentum fixum. Vel secundum alios laua ipsum septem sublimationibus cum septem coloribus, cum oleo, cũ vrina,cum sale distillato,cum aceto sublimato,postea cum oleo,deinde cum vrina,postea cũ aceto,deinde cum aqua. Postea sume de alumine, quantum est medietas arg.viu.& atramenti Aegyptij tantundem,& tere totum in tabula vitrea terendo cum aceto sublimato,cũ sale armoniaco, & super ipsum quotiescunque roras proijce vnciã vnam (alibi drachmã vnam) salis armoniaci,hoc fac donec totũ fiat sicut puluis. Dein sume calcecumenon,tale, limaturã plũbi, limaturã ferri,limaturã æris rubei omniũ ana quartã libræ partem : tere omnia cũ argento viuo mortificato vel extincto,& rora ipsum cũ aceto in Sole, donec siccetur:& quũ siccatum fuerit,ipsum bene tere,deinde sparge super ipsum in fundo alludel libram vnam salis gẽmæ:& postquàm remoueris humorem, sublima ipsum cum igne per duos dies & noctes,aut per duas noctes & vnum diẽ, si fuerit fortis. Deinde sume quod sublimatũ est de eo,& tere & itera operationem super ipsum,donec assumas:deinde itera operationẽ super ipsum cum aliis medicinis septies:sublimabitur enim fusibilis massa ita alba vt lac:fac ipsum descendere. descendet enim argentum bonum.

Congelatio mercurij. R. salis alkali,salis gẽmæ,salis nitri,salis cõmunis præparati: tere insimul:de hoc puluere pone in crucibulo ad spissitudinem digiti, aut plus,postea de mercurio,deinde de puluere illo,& claude crucibulum plenum,luta & exicca lento calore, deinde pone intra quatuor carbones accensos:& quando erunt extincti,accende alios quatuor,& ita fac per diẽ naturalẽ, & inuenies congelatum.

Congelatio arg.viui cum sublimatione & mortificatione sub fimo. Accipe arg.viui quantũ vis,& tere cũ aceto acerrimo parum vt non mortificetur,& pone sub fimo decem diebus,vt melius subtiliẽtur omnes eius partes propter humiditatem fimi,deinde extrahe & distilla in cinere semel humiditatẽ aquosam quantũ potes:postea iterum tere cum aceto acerrimo sicut prius,& dimitte sub fimo nouem diebus:deinde distilla ipsum quantũ poteris distillare de humiditate aquosa & adustiua,id est separa illam humiditatẽ aquosam, & acetum corrodit partem humiditatis aquosæ,& corrodit partem adustiuam totam. Iterum

facile

fac sic tertia vice: & imbibe vt prius de aceto acerrimo, & dimitte sub fimo 5. diebus, quia melius separantur per humiditatem fimi humiditates aquosæ ab arg. viuo, & acetum corrodit magis. Deinde ipsum distilla quantū poteris tertia vice. In ista tertia vice erit mortificatū & congelatum quasi coagulū ab humiditate sua, quæ est deleta beneficio aceti & humiditate fimi & distillationis. Postea iterum tere cum sale cōmuni resoluto in aqua & sicca in cinere duodecim vicibus, quia si de humiditate aquosa aut adustiua aliquid remāserit, aqua salis corrodit & desiccat ipsum & attrahit, dum teritur & imbibitur & desiccatur cum aqua salis, & pondus diminuitur grauedinis suæ, quia sal est constricti uus, & desiccatiuus. Siccando pondus arg. viui, & diminuendo, se congelat & constringit beneficio aquæ salis, quæ constrictiua est, donec habeat duritiem argenti boni mineralis. Pars vna de eo, multas partes æris dealbati & mollificati in Lunam purissimam conuertit.

Modus congelandi ipsum absque medicina est, vt impleatur ex eo vas forte vsque ad summum, cuius caput cooperiatur cum sale & calce, & albumine oui, & permittatur siccari, & sub eo accendatur ignis à manè vsque ad noctē: postea considera ipsum, & si inueneris ipsum fluxibilem, accende ignem sub eo per alium diem, deinde extrahe ipsum, & inuenies ipsum lapidem qui funditur sicut funditur plumbum, & est albus sicut argentum: nec est differentia inter ea, nisi quia citò funditur. Funde ipsum & proijce in salem solutum, donec durescat & fiet argentum. Hîc debes notare, quòd non debes lutare vas, nisi quatuor digitos eius, quia per vitrum potes considerare à parte extrinseca, & debet firmare caput, ne à loco suo moueatur.

Congelatio ipsius sine sublimatione sic fit, Accipe de eo quantum vis, & mortifica ipsum cum rebus adurentibus perijs, id est cum sale cōmuni & alumine iameni & atramento & sale armoniaco & aceto acerrimo, & aceto mali granati, & sorbarum & mali siluestris si erit ad Solem: Et si erit ad Lunam, cū sale cōmuni & alumine iameni & aceto acerrimo, vt adiuuent ad mortem suā & limatura ferri; quia hæc omnia supradicta sunt desiccatiua & constrictiua, quia desiccant & constringunt ipsum vsque in finem sui complementi, scilicet sublimationis, solutionis, & congelationis. Et quum mortificatum fuerit pone & imple cannucum de canna, id est cannucum de ferro, id est de acerio (seu chalybe) & imple eum & pone in foueam, id est in ollam factam ad modū cannuci de ferro longā, & imple eam de plūbo, & funde donec cooperiat cannucum, & dimitte per quatuor dies in igne cineris, semper proijciēdo vna hora post aliam de sulfure viuo quando minuitur sulfur, & semper cooperiendo vas cum aliquo coopertorio, donec fumus, qui dicitur odor sulfuris, vel oleū sulfuris viui, quod est subtile & penetratiuū per poros ferri extrahat secum odorem plumbi penetrando ferrum & claudendo, id est oppilando poros ferri vt non possit exire argentum viuū, & necat ipsum in cannuco intus deurendo & desiccando humiditatem aquosam vel adustiuam donec nihil remaneat in cannuco nisi substantia arg. viui. Et istud opus congelationis arg. viu. est melius quod sit. Deinde extrahe frustum rubicundum si erit ad Solē: & si est ad Lunam, facias cum odore stanni, & cum odore arsenici citrini, & reconde hūc mercurium ad horam necessitatis componendi Elixir albi vel rubei. Postea soluatur & misceatur cum aqua calcis Lunæ: distilletur & congeletur, & erit Elixir.

Mercurius sic calcinatur, Accipe calcem corticum ouorum partem vnam, aceti partes decē, & coque sicut aquā alkali, & coque intus argentū & efficietur calx: quomodo valet magis laboratum. Sanguis humanus puluerizatus

tenet vcharic ſuper ígnem. Fumus Lunæ congelat mercuriũ. Idem videtur de fumo cuiuslibet metalli, quũ eorum fumus ſit ex natura ſulfuris. Fumus marchaſitæ congelat arg: viu. quod ſic fit; R. marchaſitæ aureæ, mercurij, ſalis, ana: ea fac ſtare ad ignẽ lentum: deinde vigora ignem, & hoc fac per tres dies naturales. Marchaſita dicitur apud Gallos glace de ſtaing, apud Germanos, Viſſemacq. Plumbum ſolo odore congelat mercurium, quod ſic fit: Accipe vas vitreum & pone intus de mercurio quantum vis, quod vas bene ſit lutatum cum forti collo, & pone in vaſe terreo, in quo bulliat plumbum ſuper ignem carbonum à mane vſque ad mediam noctem, & in hagozo pone de ſale armoniaco cum hirco (puto cũ ſepo) quantũ vis, quoniam tantum inuenies, vt ſit mercurius pone drachmas quinque de puro, de quantitate plumbi curandũ non eſt (gloſſa. plumbum de affidez id eſt ceruſſa, & plumbum de alcofol, quod dicitur anthymonium, & plumbũ de lithargyrio, & plumbũ de ſerenez & almarchaſita, hæc congelant ipſum ſubito. Et res bonæ eum deſiccantes ſunt ſal & alumen, & gallæ, & cortices granatorũ, hæc ſubito ſtringunt ipſum), Calcantus optimè congelat mercuriũ, inquit Bacon Rogerius. Milium Solis bene tritũ ſparge ſuper mercuriũ, nam tenet ipſum ſuper ignem. Si vis coagulatum durũ facere, accipe de puluere pumicis & ſalis gẽmæ, ſalis armon, ana, & fac quòd ſuper ignẽ recipiat mercurius fumũ eorum, & fiet durus vt ſtet malleo: & fortè hoc faciet ipſo prius mortificato & non mortificato. Item mercurius reſtringatur ſic, Accipe de ſcillis (ſiue thecis) fabarũ cum frõdibus & floribus, & extrahe ſuccum, & cum eo laua mercuriũ in vaſe vitreo multum, & ita fiet mortuũ.

Modus bonus congelationis mercurij cum odore ſtanni: Fundatur ſtannũ vt depuretur: poſt in ipſo fuſo ponatur forma ligni rotunda ſcilicet in modum piſtatorij, & quaſi plani, & ponatur vſque quaſi apprimendo ad fundum vaſis in quo ſit ſtannum infuſum, & quãdo eſt prope congelatum extrahatur forma, & remanebit ibi concauitas formæ, in qua ſubito ponatur arg. viu. quod primò ſit colatum per pannum lineum, & ligatum in panno lineo ponatur in formula, illa cooperiatur & infrigidetur: quo facto extrahatur & iterum fundatur ſtannum, & fiat vt ſupra, ſed non mittatur in concauitatem cum panno, ſed ſine, & tunc cooperiatur donec frigeſcat, & ipſo infrigidato ſeparatur cum digitis & vnguibus pollicis à ſtanno, & iſto modo fiet eius congelatio, ſed hoc eſt pro albo. Aliqui poſt congelationem in ſtanno cum calce corticum aut cineribus interpoſita fundunt in crucibulo ſuper ignem, & proijciunt in aqua ſalis communis & vrina & aceto, & eſt pulchrum. Sed alij poſt congelationẽ ponunt in canna longa ferrea mercuriũ cum calce ouorum & tartaro calcinato & ſale cõmuni, & bene claudunt vas cum ſuo cooperculo ferreo: & bene luta cum bono luto circa vas & pone in forti igne, & ita fac intus fundere, deinde proijce in aquam ſalis communis & vrinæ & aceti, & erit albus clarus, & poteris inde facere vaſa.

Malleabile ſic fit arg. viu. Ponatur ſtratus ſalis combuſti vt ſupra: præparetur ſal in croſolo, & imponatur mercurius vt ſupra, & circũfiat ſtratus ſalis præparati, & ponatur in forti igne per vnam horam vel minus, & extrahe, & erit malleabile.

Calcinatur poſtea ſic, Fundatur in tegula & ſemper agitetur, & ſic dum erit calcinatum totum, & longam poſtea faciat moram in fornace donee fiat albi coloris. Itera igitur ſic, & omne complementum habebit: Accipe puluerẽ lithargyrij & calcecumenon ana partẽ vnã, dictæ calcis mercurij partes octo, macerentur cum prædicta aqua vitrioli & pone in croſolo ſuper fortem ignẽ per vnam horam & plus, & erit perfectum. Soluitur autem ſic: Fac capitellum tale

tale, accipe magna ossa animalium & combure, & partes solidas accipe, & spongiosas proijce, & de ipsis partibus solidis fac calcem ad modum calcis corticum ouorum: & accipe calcem & clauellorum tritorum ana partem vnam, & super his puluerizatis fundantur tres partes aceti fortissimi & distillentur, in quo mercurius malleabilis fundatur in crosolo, & erit clarissimus.

Accipe puluerem plumbi, puluerem stanni, vrinam pueri, acetum fortissimum, salem gemmam, salem nitrum, salem armoniacum, atramentum, oleum amigdalarum amararū, & simul omnia misce ad modum vnguenti, & pone libram vnam argenti viui cum vncia vna aluminis, & hæc omnia in olla posita per septem dies dimitte, & in octaua extrahe, & argentum viuū super lentum ignem pone donec congeletur. *Congelatio.*

Præcipitatio mercurij: Accipe argentum viuum sine sublimatione & pone in canna ferrea vel vitreata longitudinis vnius brachij vel plus, quia tanto melius, & etiam melior est ferrea quàm cānea: pone in fornace carbonum. Quum recesserit ex argento viuo humiditas, discooperies os cannæ, & cum virga ferrea remouebis intus à canna id quod ei adhærebit per sublimationem in fundo cannæ demergendo, semper augmentando ignem, & ita faciendo donec plus non ascendat, quod frigefactum extrahe, & cum ipso mitte aliquantulum crystalli igniti & puluerizati: Et postea accipe calcem viuam albam ex marmore quam impasta cum aqua communi, & pone in crosolo, in cuius medio fac foueam in qua prædicta pone, & mitte in fornace vitreariorum & dimitte diebus decem donec videas vitrum factum: post extrahe, in eo videbis vesicas aereas (acans) deinde fac aliud vas de calcina duplex, & pone in crosolo, & luta cum terra de Valentia in qua sit medicina, sic coopertum & lutatum pone in fornace vitreariorum, ibiq; sit diebus viginti, post extrahe, nam inuenies carbunculum.

Argentum viuum soluitur sic: R. salis armoniaci & spumæ maris partes æquales, tere bene & conspergè de eis in cucurbita vna, & pone argentum viuum desuper, & quod ex eo remanserit inuolue ipsum, & distilla cum igne debili, & distillabitur in primis aqua alba in qua non est vtilitas, postea vigora parumper ignem, & distillabitur aqua argenti viui, licet in principio fuerit viuum aut sublimatum.

De modo cibandi argentum viuum cum limaturis, scilicet stanni & plumbi tam ad Solem quàm ad Lunam. Accipe argenti viui quantum vis, funde plumbum, & postquàm erit fusum, proijce super ipsum tertiam partem de argento viuo & tere, quia bene teritur, postea tere cum sale communi optimè præparato & in aqua soluto, & sicca septem vicibus terendo & imbibendo & desiccando: postea tere cum aceto & sicca alijs septem vicibus, quia per sic citatem salis & aceti humiditas aquosa & adustiua deletur perfectè. Deinde cera cum aqua salis soluti in aqua aluminis iameni: de hac aqua cibata ista cerantur, & pone sub fimo quinque diebus: ipsum enim soluitur & mutatur in aquam: postea distilla cum amplo alembico quatuor vicibus aquam claram subtilissimam & odoriferam, & iam mortificatum est argentum viuum cum plumbo: Et sic poteris sublimare cum limaturis omnium corporum. Et si erit ad Lunam cibatur cum limatura stanni (seu gelatur) & soluitur cum sale communi & distillatur eodem modo sicut superius dictum est: Deinde solue atramentum rubificatum cum vrina pueri duodecim annorum & distillata quatuor vicibus: postea pondera libram vnam de aqua ista, & misce cum tanta aqua argenti viui cibati cum plumbo, & dimitte sub fimo per tres dies, vt bene incorporentur: postea distilla semel preciosissimam aquam argenti viui cla-

ram rubeam cum citrinatione,&ad Solis calorem congela.vna vncia,septuaginta vncias æris præparati mutat in Solem obrizum. Et si rubificetur argentum viuum melius est quàm alio modo. Eodem modo facimus ad Lunam cum alumine iameni, & sale communi: Et vna vncia mutat æris, vel stanni quinquaginta.

De crucibulo quomodo fiat,Accipe acerium:fac fieri crucibulum ad modum crucibuli terrei absque vlla diuersitate, nisi quòd habeat caudam longam,per quam teneatur,duarum palmarum,vt possit teneri super ignem ad bulliendum res in opere alchymico, & habeat cooperculum vt ingrediatur vnum in aliud hoc modo: Primùm habeat cingulam vnam in circuitu rotundam,vt possit ingredi aliud cooperculum, Hæc bona sunt ad congelandum argentum viuum.

Liber experimentorum, qui est de 25 de 70 libris Rasis:Et est optimum capitulum,sed oportet alia primò uidisse.

IN hoc libro dicam capitula composita ex elementis quæ præmissa sunt.Sume in primis de sulfure extracto à specie quam tu vis,albificato vel rubificato,& tere ipsum bene in tabula vitrea die vno aut duobus, & imbibe ipsũ ex oleo illius speciei distillato &albificato quatuor diebus,quinque quum desiccabitur,tere & imbibe ipsum,& assa inter duo vasa:& ita facias donec fiat sicut cera.Deinde sume ipsum sicut ceratum, & pone super omnes duas partes eius & mediã,quatuor partes argenti viui de lapide,ex quo extraxisti sulfur,& fac vnamquanque speciem cum sua specie,& quodcunque genus cum suo genere,neque diuersifices ea,quoniam errabis.Tuum quoque argentum viuum sit congelatum cum aqua lapidis: Ambo verò cerata simul iunge, & tere bene & imbibe bene ex oleo & diu tere, & assa ea cum igne parum fortiori:fient enim dura.Deinde tere ea bene, & pone super ea salem armoniacum qui fuit rubificatus cum igne lapidis, & imbibe postea bene, & renouaquaque die stercus inhumando, soluetur enim & fiet aqua rubicunda, sicut sanguis:fac ipsum cogelari in vase vitreo cum tenui igne:& quum congelabitur tere ipsum bene & imbibe ipsum ex aqua sedine & dissolue ipsum, & postea congela ipsum,et ita facias ter:proueniet enim tibi ceratum. Quod super Lunam proijce,quoniã ipsa fiet Sol,aut proijce super duo plumba aut super ferrum & conuertet ea in Solem. Et hæc quidem est via quod colorat rubificando . Scias ipsum. Via autem eius quod albificando colorat est huius conuersa: Et hoc est vt sumas de eius argento viuo albo sublimato quatuor partes,& de sulfure albo partes tres,& tere eas bene,& pone super eas de sale armoniaco albo extracto ex lapide partes duas, & tere hoc totum bene & imbibe ex aqua salis armoniaci soluti bene,& assa ipsum leui assatione,& hoc facter,sed qualibet vice sit assatio vehemẽtior.Deinde post hæc tere ipsum bene & imbibe ex aqua salis armoniaci, & dimitte stare cum suo humore, & pone in vase vitreo,post & inhuma et muta stercus quaque die,et fac sic donec soluatur:Postea tere ipsum et congela:ignis verò sit tenuis donec congeletur et fiat album siue cineritij coloris: Et si color ille fuerit in eo, redi ad terendum, ad assandum et congelandum donec congeletur,et sit album: prius tamen ipsum solue vt fiat aqua currens,& non sit massa neque turbidum, & egredietur ceratum & multum album.Cuius vnam partem super decem millia Veneris rubeæ proijce,& fit Luna. Hæc est sententia eorum qui operati sunt cum argento viuo et sulfure: Eorum verò qui cum argento viuo solùm operantur,operatio talis est vt sequitur. Sume de argento viuo sublimato fixo, et de argento viuo soluto partes æquales,fixum verò tere et imbibe ipsum ex so-

luto

luto et tere ipſum bene et aſſa leuiter: hoc fac donec bibat illud ſolutum tum: deinde tere ipſum, et imbibe ex ſoluto terendo donec fiat ſicut medulla et tamdiu imbibas ipſum donec tantum bibat quantum ipſe eſt, et aſſa ipſum inter duo vaſa cum igne forti: et ſi emiſerit fumum, redi ad terendum ipſum et reduc ipſum ad opus ſublimationis, donec fundatur in vaſe inferiori: fiet enim rectum, & non emittet fumum: Ex ipſo proijce, quoniam colorem bonum efficiet: poſtea imbibe ipſum etiam ex ſua aqua & tere bene & ſolue: Soluetur paruo tempore, poſtea congela ipſum, & proijce ex ipſo ſuper quodcunque corpus volueris: faciet enim mirabilia, & præcipue ſuper ferrum: ipſum enim mollificabit & conuertet in Lunam rectam.

Eorum verò qui cum ſolo ſulfure operantur, operatio eſt talis: Sume de albificato & ſublimato quatuor partes & imbibe ipſum ex ſua aqua, aut ex aqua argenti viui. Quòd ſi volueris vt ipſum ſolum ſit ex ſua aqua ſolummodo: & fac de ipſo ſicut feciſti & non diuerſifices: ipſum enim faciet plumbum & ſtannum & es, Lunam, & ipſum ſimiliter facit arg. viu. Lunam in ſua hora. Scias autem quòd arg. viuum congelatur in duobus plumbis, videlicet congelatur ſulfur præparatum in ferro. Scias ergo quomodo, quia eſt magnum arcanum.

Modus autem operandi cum ſolo ſale armoniaco eſt, vt ſumas ex eo diſtillato & cerato partem vnam, & imbibe ipſum ex ſua aqua fortiter terendo, ſolue ipſum, & ſi eius ſolutio difficilis fuerit, imbibe ipſum ex ſua aqua, & tere bene: ſoluetur enim: & quum factum fuerit aqua clara, fac ipſum congelari in vaſe vitreo cum igne debili in Sole aut in cinere calido, & hoc eſt maximum ſecretum: Et iſti ſunt quatuor modi albificandi. Quòd ſi rubificare volueris, pones pro quaqua re alba rem rubeam: terere verò & imbibere & aſſare & ſolue re & congelare eſt in hoc vnum vt in alio. Et ſi coniunxeris argentum viuum & ſulfur & præparaueris ea cum ſale armoniaco, erit optimum. Et ſi coniunxeris argentum viuum & ſulfur & ſalem armoniacum. & præparaueris cum ſuis aquis, erit bonum: Lauda ergo Deum. Hæc Raſis in libro Experimentorum, Quodlibet nanque corporum & ſpirituum ſi perfecta præparatione fuerit præparatum, facit Elixir, vt dicit Ariſt. in libro de Perfecto magiſterio.

Pulcherrimum opus de tranſmutatione metallorum.

AD honorem & laudem Dei tractetur hoc quod ſequitur in hoc paruo libro de aliquibus metallorũ tranſmutationibus. Et primò dicimus quòd Luna de ſe eſt verum Sol, & illi aliud non conuenit quàm perfecta decoctio. Et ideo fac vt habeas vncias tres Lunæ fineꝫ, & fiat cineritium ex duabus partibus cineris vitis aut lignorum bene recoctæ & lotæ, & vna parte oſsium equi vel bouis bene combuſtorum vt alba ſint & in puluerem redacta ſubtilẽ & miſce cum dictis cineribus & irrorentur aqua: poſt fac tuum cineritium in patella terrea forti, aut in fouea in terra iuxta quod debet eſſe magna bene æqualis & bene leuigata & bene exiccata. Poſtea fundatur tua Luna in dicto cineritio, & ſit bene purgata & affinata, ita vt tua Luna ſit vt copellata. Poſtea cape tuã Lunam ita mundificatam & percute in lamínas tenues ſpiſsitudinis albi duplicis vel circa. Poſtea habeas de ſale communi præparato per modũ qui ſequitur. Capies poculum terreum & impleas ſalẽ, poſtea detine in tuo hypocauſto & facies circumcirca & vſque deſuper fortem ignem carbonum per ſpaciũ 4 aut 5 horarum. Et cum terminus dictus prꝫterierit, permitte quiẽſcere quantũ vis vel coagulari extinguendo tuum ignem. Poſtea cape tuũ ſalẽ quando eſt bene albus, & pone in vno alio vaſe cũ aquꝫ mundæ magna quãtitate, & permitte totũ liqueſcere circiter per diẽ vnũ, & moue ſæpius, vt citius fundatur. Poſtea cape linguas filtri & diſtilla paulatim dictã diſſolutionem in

aliud vas, postea cape patellam terream plumbatam, & intus pone aquam di
stillatam superius dictam,& pone super paruum ignem & coagula paulatim:
postea habeas palettam stanneam planam, & mundissimam, cum qua colli-
ges tuum salem ea mensura qua congelabitur, & serua tuum salem, quoniam
est præparatus. Postea cape tuam Lunam ita purgatam et percussam, vt supe-
Vasa sunt rius dictum est,et habeas duos gliodes de barbier (Gallicè) et in vno fac vnũ
stratum tui salis,postea vnum laminarum,postea salis, et ita alternatim donec
duo tua vasa sint plena:postea coniunge vnum alteri et luta iuncturas. Postea
habeas furnellum ventosum factum ad tuam discretionem, qui habeat craticu
lam ferream super quam pones tuum vas infossum in bonum ignem carbo-
num ita vt sit semper vt rubeum per spacium quinque horarum.Et supra tuam
fornacem erit cappa vel tegumentum terreum quod tuum furnellum totũ te
get,& in fundo (aut superius) habebit vnum paruum spiraculum.Et quum ter
minus tuæ materiæ transierit, remoue vas & permitte frigescere. Postea ca-
pe tuam materiam & pone tuum sal ad siccandum & cape tuas laminas & vi-
debis quòd erunt ex imperfectione sua nigrefactæ. Ergo frica eas bene de
tuo posse(paulx)vt prohibeas eorum obscuritatem. Postea repone in nouo
sale in tuo vase vt antea fecisti,postea in tuo furno vt supra:& ita toties fac vt
inuenias quòd tua Luna nil plus nigredinis teneat.Et tunc habebis tuam Lu
nam præparatam vt facias opus tuum.Tunc ergo funde & facias virgam re-
ctam et politam et pondera,vt scias iustè quãtum habeas.Et facias inde sexa-
ginta partes æquales:postea habeas de fino auro quantum de Luna,et purga
per modum qui sequitur.

Cementum Solis.

CApe de crasso sale aliquantum sicco ad ignem,sed non nimis: postea cu
ra vt habeas mortarium æris aut aliud bene leuigatum, & intus tere dic-
tum salem ad extenuandum:postea habeas ex magis vetustis tegulis,
& magis rubeis quàm sit possibile:& tere bene minutim & cribra optimè, &
mundè. Postea cape duas partes tuarum tegularum ita præparatarum, & vi-
nam partem tui salis antedicti & bene simul misce:postea cape aurum supe-
rius dictum & percute in laminas tenues vt fecisti de Luna, & cape duo va-
sa vt fecisti cum Luna, & intus facies stratum tui cementi, & postea stratum
tuarum laminarum &c. quousque totum sit plenum vtrunque vas: postea
iunge simul & luta, postea pone in tuo furno ardente cum bono & forti i-
gne per spacium vigintiquatuor horarum. Et in octo primis horis dimittes
tuum ignem tectum suo coopertorio,vt moderetur calor ignis: et alijs octo
horis remouebis cooperculum: et vltimis octo horis facies ignem fortissi-
mum,qui fieri possit. Et in omnibus supradictis terminis tenebis tua vasa
rubefacta vt de Luna fecisti: Postea cape tuum aurum quoniam est præpa-
ratum,& pondera, & fac vt tantum habeas quantum de Luna æqualiter.
Postea habeas vas factum ex optima terra bene politum, & funde tuum
aurum intus,postea da illi ad comedendum peciam vnam vel frustum argen-
ti tui supradicti. Et ad primum frustum quod dabis, habebis peciam nigri
smalti vel encaustri(esmail)latitudinis tui crucibuli,quam pones intus tenen-
do tuam materiam in fundo,& statim fundetur & custodiet tuam materiam
vt nihil diminuatur: Postea habebit tuum vas vnum cooperculum quod
teget,& tegumentũ pyxidis:Et in fundo dicti cooperculi erit foramẽ(buhot)
paruũ quod superabit aut supereminebit igni,per quod scies nũ tua materia
sit fusa,& per quod tu illi dabis quotidie, id est singulis vigintiquatuor horis
frustũ tuæ Lunæ,postea claude vel obtura cum paruo cuneo vel obturaculo
terreo.Et

Et non est obliuioni tradendum, quòd oportet vt tua materia semper sit fusa die noctuq;. Et scias, quòd tota Luna præparata, vt dictum est, quam intus proijcies, conuertetur in purum Solem. Et ita potes proijcere vsque ad numerum infinitum, & probatum est. Et ne obliuiscaris quòd sub tuo vase oportet ponere sub cratícula tui furni paropsidem siue scutellam terream, ne si tuum vas frangeretur, tua materia nimis amitteretur.

Alio modo subtilius.

CApiatur Luna affinata vt supradictum est, & limetur limatura bene mundè, postea misceatur cum sui ponderis sale cõmuni præparato vt supra, postea pone in crucíbulo clauso & lutato in vno furno, vt superius dictum est, per quatuor dies (fortasse horas): postea extrahatur aqua & lauetur cum dulci aqua calida: fundetur sal, & ita toties lauetur vt aqua exeat dulcis & clara: & singula vice permitte tuam Lunam residere, antequàm aquam extrahas & salem, postea exicca: postea iterum misce cum sui ponderis noui salis præparati, vt supra, & coque per terminum vt supra, postea laua vt dictum est. Et ita habebis tuam Lunam præparatam & albam: quam pone in vno perot (vas est) bene polito ad furnum tanquam ad minium faciendum, & calcina per spacium septem dierum per modum faciendi minium ex plumbo & octodecim horas pro quolibet die, faciendo ignem cum flamma bene clara desubtus sine fumo. Et sæpius conuerte dictam calcem Lunæ cum cochlea ferreo paruo, & qualibet vice claude & obtura os tui vasis cum suo cooperculo bene iustè, et quolibet die irrora tuam calcem Lunæ cum aqua sequenti: Et ita tua calx fiet admodũ pulchra & naturæ Solis: Et tunc habeas tuum fermẽtum ex fino Sole, & imbibe & coque in furno venti vt dictum est superius præterquàm quòd istud nutritur ad trigesimum, et aliud ad sexagesimum. Et nota quòd super tuo fermento fuso ad furnellum ponatur parum vitri aut nigri smalti (esmail) vt superius dictum est, & non decrescet aliquid. Et reuersio seu recursus tui operis est quòd quando conuerteris tantum pondus Lunæ in Solem, vt tuum fermentum ponderat, capiatur tua massa, & funde pro marcha v. estrelins (Gallicè) finissimi eris cum tua massa, postea fac accudere in tenues laminas, & pone in cemento stratum supra stratum alternatim per placentulas crassas sicut panis denarij vel oboli (in Picardia vel Gallia) & nutrias in igne rubeum vt esse potest sine fusione, & per integrum diem, & ita erit finum, & ad modum bonum: postea permitte frigere & aperi. Et cementum ita fiat. R. partem salis communis præparati partes duas tegularum veterum, & magis rubearum quàm inueniri possint: postea terantur in mortario æneo cum pistello ferreo, & fac tanquam lutum cum aceto fino, & vtere vt vis. Et tua crucibula sint fortia bene polita, & ex forti terra macinata ex alijs crucibulis aut similibus, & ossibus vstis, albis, tritis in tenuem puluerem: (Cementum Solis aliter etiam sic fit vt in margine erat) Duæ partes tegularũ sarracenicarum, tertia salis mista in fundo crucibuli positæ, auri tenues laminas superpone, iterum pulueremsupraponens, sic donec fuerit crucibulum plenum, pone super tripodẽ in olla perforata, & imple ollam carbonibus prius in loco vbi non sit ventus: & sic affinabit aurum. Additio.

Vt æs sit dulce vt argentum finum, Recipe æs vstum & funde cum borace in crucibulo: postea extingue in oleo de pointre (Gallicè) & ponatur super incude & sensim & lento modo planetur aut lamínetur, & iterum coquat in crucibulo et extinguatur in oleo de pointre, et ita fac quater vel quinquies, ita vt

sit dulce satis: & illud æs vstum est finum æs ad alligandum aurum, & poni potest medietas plusquàm alterius æris, & erit inde aurum pulchrius quàm alterius æris.

Crocus ferri. Coloratio Lunæ.

RAuiax est ciuitas ubi fiunt fortia uasa, quæ sũt nota Parisijs.

REcipe acetum bonum factum ex vino rubeo, & habeas limaturam ferri, & pone in vase terreo de Rauiax: Postea habeas acetum in quo sit soluta sua sexta pars salis armoniaci, postea pone super dicta limatura vt super emineat vnum aut duos digitos: Postea obtura tuũ vas, & pone super cineres tenues per spatium octo dierum, & moue quotidie bis aut ter cum virgula ignea, & fiet totum rubeum aut vermilium vt sanguis, postea cola & munda bene, & adijce acetum nouum pariter vt supra: & ita toties fac vt de hoc aceto satis habeas, & antequàm hoc facias, vel hoc facto, habeas libram arg. viui sublimati & libram salis armoniaci & tere in puluerem & misce simul, & ter sublima simul, & qualibet vice misce quod ascenderit cum eo quod in fundo remanet, & tuus mercurius manebit niger in fundo tui vasis: & tuum sal armoniacũ ascẽdet altè ad vas. Postea misce tuum dictum mercurium cum tantundẽ sui ponderis limaturæ ferri, & pone super marmor & fundentur in aquam: quam materiam ita fusam proijce totam in acetum ita rubeum in vase clauso & posito per tres dies super calore tenui. Postea purum distilletur per filtrum, & ponatur in alembico, & per balneum Mariæ separetur humiditas. Postea super cineribus in fornace recipe in alia phiala per modum aquæ fortis oleum vel aquã exeuntem vermiliam, & serua seorsum: & super fæces ponatur de aceto nouo & soluantur, postea distillentur per filtrum, & congelentur per balneum, postea per cineres separa oleum rubeũ, & postea pone cum alio, & ita fac toties vt totũ habeas separatũ, postea reseruetur. Et ne obliuiscaris quòd hoc facto misceatur tuum sal armoniacum cum tantũdem calcis viuæ, & ponatur super marmor, & fundetur in aquam, quam recipe & pone cum sua quarta parte aut tertia salis petræ. Sic facias aquam fortẽ, & per alembicum in cineribus super furnello distilla aquam: in qua aqua forti solue purissimũ Solem in folijs, quantum soluí poterit. Postea cape tuum oleum rubeum, & si est libra vna, pone libram semis tuæ aquæ solaris simul. Et pone in phiala super cineribus tenuibus 24 horas, postea per alembicum in balneo congeletur, & postea pone ad putrefaciendum in fimo equino calido in phiala vitrea bene firmata & clausa per quindecim dies: postea congela vt sit tanquam mel. Et habeas Lunam finam albam & cementatam, & vnge hoc vnguento ab vtroque latere, & pone in vno crucibulo stratum super stratum quoad sit plenum, & ad decem vncias sit huius vnguinis vncia vna & clauso & lutato tuo crucibulo pone in calore quatuor dierum: post fac ignem fusionis vt totum fundatur, & habebis Solem ad 24 caratos, quí si tibi no placet, recude tenuiter in laminas & vnge vt supra, Et si nimium colorem habebit, noli tantum apponere, & ita erit tua Luna perfecta. (additio in margine) R. vnam quantitatem auri in puluerem redacti, & vnam quantitatem limaturæ ferri, & vnam æris vsti & bene loti: & cape de sale armoniaco ad quantitatem omnium dictarum rerum, & fac omnia simul bene bullire, postea desicca super cineribus calidis, aut super prunis, vel ad Solẽ, & fac puluerem, & proijce vnum estrelin illius pulueris super tres estrelins argenti fini fusi, & hoc videbitur Sol. Item vna fini auri, vna fini argenti, vna fini æris fusi simul faciunt aurum 18 carati cum vna æris vsti fasi.

AEs vstum sic fit: Limaturæ cupri vnum pondus, & quartam partem ponderis sulfuris viui & misce, deinde pone hoc in crucibulo, & cooperi cum tegula & luta cum luto sapientiæ ne aliquid vaporis inde possit exire. Deinde

pone

pone os crucibuli inferius,& cooperi ipsum cum carbonibus, & ita dimitte per aliquas horas,deinde extrahe ab igne,& inuenies æs vstum;quod laua vt decet. Fit autem optimum secundum Geberem in libro Fornacum ex præparata Venere &c.

Saturnus & Iupiter ita transmutantur.

PRimò fundatur in crucibulo,& superpone tantum mercurij viui quantũ ponderat,& erit tanquam puluis. Postea bene lauetur cum sale & aceto, postea cum aqua quoad nigredo sit tota remota,postea exicca &misce cũ suo sale cõmuni arso & calcina per quatuor dies & noctes ad ignem cum clara flamma,postea laua vt antea cũ illis,ita vt nigredo tota remoueatur. Postea funde & deduc in corpus per descensorium,sic sunt purgata ab eorum sordicie. Post ad hunc Saturnum ita purgatum debes addere ad marchã quinque estrelins fini Solis:& ad Iouem duo cum dimidio finæ Lunæ. Et opus est vt istud fermentum sit amalgamatum cum viuo argento,& factum ita subtile vt queat transire per medium panni duplicis. Postea pone super igne in crucibulo,& calefac paulatim,& illi dona Saturnum paulatim donec totum receperit Postea pone in vno thes (vas puto) ad bonum ignem mouendo cum virga ferrea quoad viuum argentum discedat & Saturnus maneat: calcinetur ita vt sit ita vermilium vt scarlatum,aut album,& tunc est robousſez:postea habeas pro libra Saturni vnum quartum vitrioli rubificati,dimidium quartum ocreæ (doccre) vnciam vnam tutiæ Alexandrinæ, & dimidiam libram calcis viuæ, &omnia simul puluerizentur terendo tenuiter. Postea calcina septem dies ad flammam,postea reduc in corpus cum sale petra,& euphorbio & raffina,& cape quod finum erit:ita Solem aut Lunam habebis. Et pro Ioue cape dimidiã libram calcis,vnum quartum calaminæ albæ,alumen (aereum) vnum quartũ fac vt dictum est antea,& erit perfectum. Item nota quòd fieri potest specialiter Saturnus sine leuamento vel fermento Solis: Et ita fit. Capiuntur laminæ ferreæ subtiliter cusæ vel fabricatæ,& toties calefac rubeas & extingue in aceto rubeo & in vino,semel in vno,& semel in alio,vt relinquat suas squammas & mundetur vt venus & vermilium. Postea amalgama cum arg. viuo,& fac vt dictum est antea de Sole,& perfectum est.

Coloratio Lunæ:& est eius fixatio ad coniungẽdum cum Sole vt supra ostenditur. R. vitriolum(airement)vncias duas &pulueriza,& pone in crucibulo ad ignem vt rubescat,ita vt instar carbonis accensi rubescat: Postea tere super marmor cum forti aceto,& hoc modo fac per sex vel septem vices,idest igniendo & extinguendo:& hoc simili modo facies de limatura ferri Hispani ci. Et hoc facto cape vnciam vnam dictæ scobis seu limaturæ, & vncias duas dicti vitrioli seu airement(Gallicè)&tere bene simul:postea habeas finam lunam de copella per tenues laminas,postea pone in crucibulo cum tuo dicto puluere stratum super stratum,& cooperi cum alio crucibulo & bene luta, & dicto luto siccato,pone in igne cementi(de chient)per vigintiquatuor horas & ita per tres vices,& qualibet vice renouando puluerem,& tunc tua Luna erit fixa manens in cemento reali(prescе)vt recipiat tincturam,&erit ponderosior quàm antea.

Fixatio Lunæ alia. R. cinabri tres partes & vnã partem sulfuris, tere in puluerem insimul,deinde habeas Lunam mundam laminatam tenuiter, & pone in crucibulo stratum ad stratum quovsque crucibulum sit plenum ad modum cementationis:deinde cooperi & luta bene & pone in igne per quatuor dies vnde in primis duobus diebus facies ignem debilem,sed tertia die fortiorem,

quarta die fortissimum: postea R. materiam tuam qualis est, & tere subtiliter, postea repone in crucibulo & reluta & repone in forti igne per quatuor dies integros, deinde extrahe & recipe boracem, sal petram, sal armoniacum, tere bene insimul & pone cum Luna sic calcinata & reduc in corpus per cineritiū & erit fixa habens pondus & sonum surdum sicut Sol & c.

Alia fixatio Lunæ. Fac aquam fortem ex salepetra & vitriolo, recipe vltimam aquam, & in ista aqua dissolue vncias quinque Lunæ, & vncias sex mercurij (credo sublimati) & quando erunt simul dissoluti congela in vna phiala vitrea, deinde reduc in corpus cum borace & sale armoniaco, & habebis Lunam fixam, & sustinebit cementum, et erit dulcis, & habebit pondus Solis.

Fixatio Lunæ alia. R. Lunæ finæ de cineritio extractæ vncias duodecim, funde in crucibulo, fusum imbibe cum sulfure præparato, donec in puluerem nigrum conuertatur, tunc infrigidetur & ponatur in cineritio & reducatur in corpus: Post iterum fundatur, & iterum cum prædicto sulfure imbibatur, vt primò feciſti, & iterum in corpus reducatur, & sic fiat ter, & habebis corpus mundum quod est aurum album habens pondus suum & molliciem, fusionē & malleationem Solis, & sustinebit omne iudicium et examen Solis, & est parata ad recipiendum tincturam. Præparatio sulfuris. R. sulfuris libram vnā ceruſſæ, salis communis præparati, vitrioli Romani, croci ferri ana vncias quatuor, misceantur simul & sublimentur, & rubeum ascendet, quod pone in vase vitreo, & serua. Et nota, quòd de isto sulfure oportet vnciam vnam pro marcha Lunæ.

Alia fixatio. Dicitur quòd sal commune multis vicibus præparatum, puta quinque vel septem vna libra proiecta super libras quatuor Lunæ fusæ fixat Lunam & dat pondus. Sed puto maius esse si sal illud esset fixatum cum aqua ardenti (vel cum calce viua).

Capitulum valde magnum in albedine, & omnibus nobilius, ex libro qui dicitur Philosophus mirabilis. Accipe de arsenico pallido foliato aliquā partem, & de limatura cupri, aut de azimar tertiam partem prædictæ, & de sale alkali dealbato tantum quantum est illud totum prædictum, & illud totum cōmisces postquàm per se vnumquodque fuerit bene tritum, & postea totū cōmoletur & dabitur ei bibere acetum acutissimum, & assabitur aliquoties, & postea moletur & ponatur in allutel & incendatur sub eo ignis temperatus, donec ascendat, & colliges quicquid ascenderit, quod moles cum fecibus, postea facies vt prædiximus, id est exaltabis donec dealbetur: ergo quū dealbatum fuerit coagulabis (vel fixabis) eum cum ruscaten, id est cum ære vsto. Si verò volueris, hoc modo operaberis absque coagulatione: sed quod coagulatum est prævalet. Et opus eius est quòd eum molas, & quòd eū in bilance ponderes. Accipies quantum quartam partem sui ponderis de ruscaten, quæ pariter pones in vase quod prædiximus, & incendas à manè vsque ad vesperam, & leui igne: & postea frange illud vas per medium postquàm infrigidatū fuerit, tunc inuenies ea sicut lapidem clarum vt crystallum: tunc illud separatim pone. ergo hoc est angulus magnus. Nunc ergo accipe secundum angulum: Exalta arg. viu. per atramentum: accipias de arg. viuo aliquam partem, & de atramento bono viridi aliquam partem, & de sale alkali dealbato aliquam partem: quæ omnia pariter molas, & potabis ea aceto potatione lenta vel leui, ne amasſetur, & moraberis in ea molatione de viuo arg. donec nihil appareat: & postea assabis in furno panis per vnam noctem, & sic facies aliquoties: & postea moles & exaltabis in alutel donec dealbetur: & hic est adhuc angulus secundus. Et sit angulus tertius Alocaph: accipiam ex eo aliquam partem, & de

altae

altac aliquam partem calefactam,& ponentur in allutel & exaltabitur ter:hoc est angulus tertius.Et ecce est angulus quartus, vt accipiatur argentum & limetur limatione subtili,& adiungatur ei arg.viu.lotum: sed opus est ei quòd arg.viu.coquatur in aceto semel & bis donec exeat nigredo ab eo, & cum oleo semel & bis & cum vrina semel & bis,& ter & ter:& si vrina fuerit seruata, melior erit:tunc ergo mundabitur,& ita adiunges cum argento, & omnia simul misces(aut moles)donec fiat sicut butyrum,& donec non percipies argẽtum inter digitos etiam fricando:ergo cum sic factum fuerit completi sunt anguli,tunc cõiunge omnia.Et hoc est vt accipias de arsenico condito albato vnciam vnam,& de arg.viu. condito vncias duas,& de arg.cibato cum arg. viu. & condito tres partes.Postea hęc omnia conuolue & mole cum sale armoniaco &cum sale alkali soluto in aqua,& assa in leui igne,& sæpe molas & assa donec super linguam dissoluatur:& hoc est eius complementum.Et condimentum salis armoniaci & alkali est,quòd accipias de alkali libram vnam &pones super eam quatuor libras aceti acutissimi,quæ pariter bulliant, donec partes duæ minuantur,& pars tertia remaneat:tunc cum ea coagules ad Solem, aut leui igne,& postea accipe de eo coagulato aliquam partem, & de sale armoniaco exaltato tantundem,quæ pariter molentur,& in aqua ponantur donec dissoluantur:& quum soluta fuerint, ex eis imbibes Elixir sicut prædiximus, donec dissoluantur super linguam,et pone eum ad soluendum.

Modus optimus inhumationis ad dissoluendum. Fama(vel forma)verò dissolutionis est quod ponatur in vase,quod Arabicè dicitur carora, & ponatur super trabem quæ perforata fuerit, ita quòd carora bene ibi stet quasi cornu in scriptorio, quia carora est similis cornu:& fiant in circuitu illius foraminis quatuor foramina circum caroram existentia, vt carora sit bene suffulta in humatione illa, ne vacillare aut titubare valeat,ne medicina à carora effundatur.Et postea accipies ollam vel caldariam æneam vel æream quam implebis aceto bono,& in illud truncum perforatum in medio pones cum sua carora. Caldariæ verò os tegatur disco ore ad os,ne vapor exeat à caldaria,& in fundo disci foramẽ habeatur,per quod suffundes acetũ cùm minuetur,& ignis leuis ponatur sub caldaria tribus diebus naturalibus:tunc medicina soluetur, & fiet sicut aqua. Postea illam coagula in olla plena cinere,sed non omninò plena:Et tunc coagulabitur duobus diebus aut pluribus:& cum coagulata fuerit, illã incerabis. Forma verò huius inceration is(seu oleum inceratiuũ Elixir ad faciendum fusibile) est quòd accipias de aqua alkali acuta, quæ quindecies fuerit iterata, duas partes,& de oleo abluto seu dealbato(albuminis ouorum) quod non incendatur,vnam partem,quæ coquas donec fiant vnum corpus quasi cera.Postea pone parum huius corporis super medicinam quam coagulasti & assabis leui igne donec fluat quasi cera à facie ignis. Tunc absconde tuum Elixir: pone drachmam vnã super triginta cupri,& veniet tibi argentum bonum Deo volente.

Alibi sic habetur: Verum Elixir componitur ex quatuor angulis, quorum vnus est arsenicum sublimatum fixum,ita quòd non denigret laminam argentam ignitam quando ponitur super eam:& hic angulus appellatur anima. Secundus angulus est mercurius sublimatus fixus,ita quòd fundatur per se in modum metalli,& cum aliquantulo nitri vel boracis:& iste angulus appellatur spiritus. Tertius angulus est calx optimæ Lunæ: & hic angulus dicitur corpus supradictorum, scilicet animæ & spiritus:& etiam fermentum. Quartus angulus est aqua dissoluens & coniungens prædicta tria,quæ dicitur aqui la facta ex salibus acutissimis,in qua pluries debent coagulari & dissolui:& il-

lud Elixir conuertit Venerem purgatam in Lunam: Alij dicunt, quòd omne metallum purgatum, aliud non. Ad rubeum autem sint omnia rubificata. Istud concordat cum vltimo capitulo tractatus magistri Alberti.

Auripigmentum sublimatum cuprum in argenti speciem dealbat: quo in loco nulla insunt latibula. Nanque super salgēmæ partes quatuor duabus almizadir, id est salis armoniaci appositis, superius inferiori superpone. His itaque tertiò cōmutatis, videbis quod optas: tamen æstimo illud prius debere esse mundum & sublimatum.

Aqua lithargyrij opus lactis virginis sic fit: Cooperies lithargyrium postquàm tritum fuerit cum boni aceto vini, & eum coquas bene: sint de aceto partes quatuor, & de lithargyrio vna pars, & bulliat ad consumptionem medietatis, & postea sumas pondus suum de sale alkali, & cooperies aqua clara & bona & coques eam donec bulliat multoties, & postea quamlibet separatim cola: postea R. de aqua alkali aliquam partem: & si posueris super aquam lithargyrij tota dealbabitur tunc, cum mista fuerit bene inuoluendo cum baculo, & dimittetur donec pausetur existens corpus album, & colorabitur inde aqua supernatans, & dimittetur corpus donec siccetur, & postea suspendatur in vase vitreo donec totum resoluatur: postea dealbabitur cum eo arsenicum dealbatum per molationem & Solis calidi siccationem, vel cineris calidi paulatim ita tamen ne fumum sentiat. Sed vsurub quum solutum est, multo præstabilius isto est. Et in argento viuo coagulato habentur opera mirabilia.

Secundum Albertū in de Mineralibus in tractatu tertio, capite 2. lib. 2. sic fit lac virginis, quando lithargyrium fortissimè lauatur cum aceto, & colatur sæpius per ipsum donec sit optimè translucens. Et iterum vetus alumen scissile & plumosum fortissimè lauatur in aqua, & sæpius colatur per ipsam quousque sit sicut lacryma: & istæ duæ aquæ permisceantur. Est enim certissimè hæc aqua coagulans, & videbitur lapis qui per eam coagulatus est.

Alibi lac virginis sic fit, Lithargyrium tere in puluerem subtilissimum, quē cribra: quo cribrato pone in patella terrea plumbata cum aceto, & coquatur parum ad lentum ignem, quousque bulliat parum: tunc coletur per filtrum album, aut distilletur per filtrum, & recipiatur in vase mundo, & ita distilletur ter vel quater donec sit bene clarum. Postea accipe sagimen vitri & contere ipsum vt lithargyrium & cribra similiter: & pone puluerem in lixiuio forti (vel aceto) vel in aquam, & fac eodem modo ivt de lithargyrio: & quando velis lac ex eo fieri, misceantur adinuicem aquæ prędictæ, & vertentur in lac albissimū atq; spissum. Sagimen vitri & spuma vitri, idem: Lac virginis valet ad salsum phlegma, & ad guttam rosaceam.

Aqua lithargyrij dealbat per se, aqua salis alkali denigrat per se: quas quum miscueris, adde arsenicum fixum & operare ad albedinem.

Chalcanthi siue vitrioli multæ sunt species: quarū vna quæ est rubea est colcotar, & vocatur chalcanthū Babylonicū & cerdonis, cuius sapor calidior sentitur cum stipticitate, vnde etiam linguam incīdit. Quod autē ex eo electum est, quod non est vetus, carens lapidibus, cuius etiam partes longæ sunt & radiosæ. Alia verò species est quod dicitur Syrum, eo quòd de terra Syriæ videlicet de terra Ierusalem asportatur, cuius color est niger citrinitati attinēs. Aliud verò quod de Aegypto affertur & de Cabrit. Est etiam eius alia species quæ dicitur calcatidis (vel fortasse calcytis) & ipsum est chalcanthū, cuius color est viridis, quod est omnibus alijs fortius, atque calidius existit & asportatur de Cypro, vocatur Romanum: Ipsius enim color parum per attinet colori azuri, & est solidum & clarum. Aliqui tamen dicunt quòd Romanum primò

positum

positum ad ignem funditur, sed Cyprinum non.

Tutiæ tres sunt species: vna nanque est Inda, quæ est lapis subtilis: cuius color licet sit fuscus, albedine tamen magis participat. Hæc verò gustata, frigida sentitur, & post paululum desiccat, & defertur à litoribus maris Indiæ. Et ipse est lapis albus & subtilis, ac si parum salis ibi esset suppositus. Est et eius alia species, que Tutia vocatur marina, & ipsa viridis lapis & asper atque perforatus, & asportatur à regione quæ vocatur Agni. Alia quoque eius est species quæ de Syria adfertur & Aphrica, atque à Tunicio & ab Hispania, quæ est lapis albus, depictus atque grauis, per quam æs rubeum tinctum in citrinum mutatur.

Arsenici duæ sunt species: vna crocei coloris, alia verò rubei: croceo vtuntur mulieres pro psilotro. Quidam Sophistæ accipiunt vnciam vnam Solis limati, & lib. media arsenici nõinati, terunt ipsum fortiter, & balneãt ipsum in vrina pueri, & ponunt in sacculo corij & constringunt ipsum bene, & dimittunt ita stare vsque ad mensem, & tunc videbitur Arabicum &c. Ex arsenico autẽ fit realgar: de arsenico tractatur Hermetis decimo capitulo.

Qui autem harum & aliarum specierum mineralium ampliorem exquirit tractationem, videat Matthiolum in vltima aut penultima editione Commentariorum in Dioscoridem.

LIBER MERCVRIORVM RAYMVNDI.

TIBI oportet vt intelligas operationes, per quas creatur natura argenti viui, & postea si scis vel habes notitiam ad cognoscendum no ltrum arg. viu. habebis artem integram: Quia operationes omnium non sunt pluſquam vna sola, quæ fit per modum quẽ tibi dicemus: Tu accipe de liquore lunariæ quantum volueris (per lunariam intelligo arg. viu.) & de illo per distillationem diuidas elementa: sed primò separabis aquã phlegmaticam, in qua stat mortificatus spiritus, & continua in balneo tuam distillationem quousque videas distillari aquam animatam, quæ incipit comburere, & illam distilla ad partem. Et quando illud quod poterit distillari per illum calorem receperis, & phlegma fuerit extra, sicut manifestat signum aduſtionis, illam diuidas in duas partes: & vnam partem seruabis ad creandũ mercurium, vt cum eo terram lapidis sublimes. Et de secunda parte trahes elemẽta sine omni combustione sub conseruatione proprietatis sulfuris & arg. viui per istum modum: Ponas partem aquæ animatæ super fæces, quæ erunt in similitudinem picis fusæ vel liquefactæ in fundo vasis, & statim pone alembicũ cum suo receptaculo & incende ignem ferraturarum & luta cum pasta, & illũ ignem continua quousque quicquid poterit distillari distilletur per æqualitatem dicti ignis: postea pone in igne sicco cineritio, & illum continua de serratura seu ramentis lignorum, distilla oleum, & ad finem suæ distillationis dimitte infrigidari materiam cum toto vase: Postea reduc suum liquorem primum, qui est aqua & non oleum, super fæces: & reitera tuam distillationem, sicut iã dictum est, quousque fæces maneant siccæ & combustæ: & quòd humidum vnctuosum sit totum sublimatum sicut anima in substantia spiritus. Et fili, natura nostri spiritus operatur in omnibus rebus, & omnem rem excedit: & per illum fit nigredo, albedo rubedo, siquãdo scies bene miscere. Mistio illarum fit sicut tibi diximus, quia vnum intrat in aliud & figit illud, & rarefactum impletur condensato: & condensatum subtiliatur per rarefactũ: & totũ illud fit per solutionem & calefactionem & leui igne. Et iste ignis debet continuari,

quovsque elementa sint inuicem amplexa cum terminatione suæ humiditatis, & sua terminatio est quòd omne modicum comburatur, quovsque lento igne desiccetur. Et scias fili, quòd vnum comburit aliud, & confortat, & docet pugnare contra ignem. Et sic fili in coquendo persequens elementa ad lentum ignem lætantur & conuertuntur in extremas naturas, quia liquefactum totaliter cõminuitur, & fit non liquefactum, & humidum fit spissum. Et per istum modũ fit corpus spiritus, & fit tenuis & fortis pugnans contra ignẽ. Et fili, proprietas cuiuslibet mercurij est dissoluere & dealbare suum sulfur. Et proprietas sulfuris sui est congelare et depurare suũ arg. viu. Et fili, iste vapor qui congelat arg. viu. est de natura suæ propriæ substantiæ mediæ, quæ stat in terra sicca subtili aerea mista et digesta et cocta cum lento igne secũ continuãdo. Propter hoc igitur reducitur arg. viu. dissolutũ super suam terrã siccã paulatim, non autẽ semel seu simul: quia virtus sulfuris draconici citius conuertit modicum diuisum, quàm multum indiuisum. Obserua igitur quòd virtus draconis (id est lapidis philosophici) non regitur pelago de Satalia: Quia hoc tu debes facere per intentionẽ congelandi & nõ soluẽdi. Sic fili, arg. viu. regnat prius contra sulfur, sicut patet per virtutem præcedentis capituli. Continua igitur suam operationẽ, assationem, & imbibitionẽ, quovsque prima aqua habeat totum dealbatum, & sit congelata per vaporẽ sulfuris. Aliud nõ oportet te facere per contrariã operationẽ, quia sicut arg. viu. vincit sulfur per totũ: sic per contrarium, sulfur siccũ vincit arg. viu. per congelationem, & per reiterationem sublimationis talis sicut diximus. Et quando per iam dictam sublimationem & frequentem assationem videris quòd maior pars mercurij quantitatis fuerit deleta, reitera cum forti igne sublimationem super illũ, quovsq; plus de sua aqueitate purgaueris ex toto: & quando videris, quòd totũ fuerit eleuatũ siccum ad modũ pulueris mortui albioris niue contra spondilia valis, reitera iterum sublimationẽ solùm per se sine fęcibus suis: tunc enim erit perfectè mũdificatus & sublimatus ad efficiendam tincturã ad album, cui non potest similis inueniri. Quando sublimaueris et repereris dictam purã substantiam mercurij, tunc fixabis vnã partem illius, & nos tibi dicemus modũ fixationis in lapide maiori. Et quando illa pars fuerit fixata, fixabis postmodũ alia m. Igitur reitera sublimationẽ partis non fixæ super rem fixam, quovsque illa similiter sit fixa, cum experiẽtia probando si bonam fusionẽ tibi præstiterit super ignẽ: Et si sic, factum est: si non, coniunge sibi de arg. viu. exuberato, reiterando suã sublimationẽ, quovsq; sit fusibile. Et modum exuberationis cuiuslibet arg. viu. tibi dedimus, si nos intellexisti in practica lapidis maioris, in cap. quod incipit, Fili exuberatio nutritiua non est aliud & c. Et in ista practica, in cap. quod incipit, Tu accipias & c. sed illa illud facit de suomet arg. viuo. Et ideo ipsa est simplex: si vis illam magis compositã, & vis eam de mercurio, dissolue eam in aqua prima quæ est exuberata ex anima dicti mercurij de quo fit tinctura, postea separa aquã per distillationem super fæces, quovsque aqua biberit & traxerit ad se humiditatem fæcum mercurij. Ista est humiditas creatiua quę super omnes alias manet super pugnam ignis. Et sic per solã substãtiam mercurij facimus excellentẽ medicinã albedinis. Et sicut dicimus de vno, sic intelligenos dicere de omnibus: non expellimus aliquem nec vulgarẽ nec communem. Et quando dicimus cõmunem, dicimus de illo quem Philosophi intelligunt: Et quando dicimus vulgarem, loquimur de illo quem rusticus intelligit, qui venditur in apothecis. Sed bene intellige, quòd vbi ipse est communis, ponitur sicut scimus nos, qui illum cognoscimus in propria virtute & c.

Intem-

Repertorium, valde vtilis ad intelligentiam Testamenti, codicilli, & aliorum librorum Raymundi Lullij.

AQVA nostra philosophica tribus naturis componitur b, e, & h. & aqua mineræ consimilis, in qua lapis noster dissoluitur, & in ipsa terminatur, dealbatur, & rubificatur: non enim operi coniungitur nisi essentialiter humefaciendo partes lapidis resoluti, tanquã phlegma præseruans totum opus à combustione, industria artificis mediante: Veruntamen noueritis totam eius substantiam, scilicet phlegma in decoctione à toto composito separari. Est enim phlegma nostrum substãtia media, & aqua mercurij prima, in qua principiũ lapidis est, scilicet dissolutio eius, nec intrat cum eo, quanuis viscera eius implentur naturæ sensu ablato, nisi tanquã phlegmatica humectans partes rerum, & non generans vel augens. Vnde radicales humores sunt essentiales lapidis partes sibi ipsis rebus imbibitæ, à quibus constant partes rerum duntaxat: per istud vtique augetur & nutritur quodcũque augetur & nutritur, per exuberationem illius humoris radicalis nutritur & augetur lapis noster, de quo loquitur in suo codicillo in cap. de Virtutibus & doctrina, quibus corrigitur error & c. & de illius exuberatione loquit in sua practica. Est autem istud verè natura germinata, quæ quanto magis in suo vase per ignem exigentem suo phlegmate decoquitur, tanto eius magis insita virtus cum singulis partibus amplius decoratur & aptior redditur, vt ex ipsa fructus multiplex generetur. Hoc enim dicitur natura, mediũ, & lapis, & mercurius, arsenicum & spiritus subtilis, duabus participans extremitatibus, & sulfur album & rubeum, stringens mercurium, & conuertens ipsum in argentum melius quàm de minera. Phlegma enim in quo decoquitur sulfur nostrũ quod dicitur aurum istud est, vt recipiatur spiritualiter aer humidus in mercurij substantia, donec ipsius media pars in aquam condensetur actione caloris corporis mediante: nanque corpus metallicum velut virtus agens operatur tanquã masculus. Et istud ideo quoniam de proprietate sui est quòd calor ipsius in humido includitur aereo, qui quum intrat poros mercurij frigidi, patitur & alteratur paulatim & paulatim: vt illud quod digeritur per calidum naturale, id resoluatur in aquam per minima: quoniam de proprietate cuiuslibet elementi est habere in se contrarietatem & agere in suum contrariũ: partes verò quæ in aquam resoluuntur, sunt in forma argẽti viui amalgamati cum corpore, qui resolui nequeunt, nisi magis & magis subtilientur. Et ideo si arg. viui volueris frigiditatem dissoluere, magis ipsam coagulas. Calor corporis quidem digerit & resoluit mercurium quantum deportatur in aquã cum suis partibus mercurialibus dissolutis: & sic phlegma nostrum ex tribus constat substantijs essentialibus, quæ quidem essentiæ elementorum sic ligantur adinuicem, quòd plurimum vniuscuiusque cum plurimo alterius est adiunctum qualitatibus ipsorum: vnde Alexander Peripateticus dicit, quòd commistio elementorum facit mirabilia: eo quòd elementa quosdam effectus melius operantur in misto quàm in simplici. Et illud ideo quoniam in tali misto remanent propriæ essentiæ elementorum, quæ sunt propriæ virtutes operatiuæ, vt patet per aquã nostram philosophicam, quæ dicitur Metallina, eo quòd ex solo genere metallico generatur. In hac enim aqua saluatur dispositio media, quæ est inter mollitiem & duritiem, mediante qua fit transitus à mollitie argenti viui ad duritiem metalli perfectissimam. Vnde nunquam fit transitus de extremo ad extremum, seu de contrario ad contrarium nisi per dispositionem determinatã,

quæ participat de duobus contrarijs. Nec est ista dispositio essentialis, arg. vi. in sua natura, nec sulfur in sui substantia seu natura, sed solùm pars illorum: ex quorum alteratione partium essentialium ad terream substãtiam mediã vnanimiter peruenerũt: ideoq; fixationẽ quandã suscipit tanquam spiritus fixionis pronus ad requiem, qui cũ fixatur, separatur phlegma eius per desiccationem à toto cõposito generato. Ad suscipiendũ ergo phlegma, condensa aerẽ per calidum & siccũ, & siccũ rectifica per calidum & humidum (inhumando) & habebis aerem in vaporẽ: quoniam aer spiritualiter intercipitur in auri materia, & aliorum mistorũ. Aqua verò nostra cõposita post eius separationẽ alẽbici est in colore clara sicut aqua cõmunis, & in principio suę separationis per filtrum, est in colore pallido, habẽs albedinẽ sicut albedo palearũ tritici: cuius causa est digestio (seu concoctio) conuertens corpus ad citrinitatẽ. Et anteq; separetur per filtrũ est nigra: cuius causa est corruptio terrestreitatis corporis tenebrosi, lucidiores partes corporis detegens in forma corrupta, quãuis ita non sit. Et post eius decoctionem completam quæ fit per rarefactionem est candida in occulto: qui quidem candor nil aliud est quàm spiritus à corpore resolutus, deportatus in phlegmate suo. Phlegma verò variatur in colore, quotiescunque enim suum continens variatur, & toties phlegma: quoniam phlegma non variatur nisi propter formam spiritus. Nam spiritus in aliqua decoctione variatur in colore, & certè etiam tenetur in pondere, & augmentatur in virtute & potentia. Quum verò terra imbibitur cum aqua post separationẽ per filtrum, albescit materia nigra super Porfidum: sed statim cum materia conuertitur, albedo occultatur in materia: & ita facit donec virtus aquæ vincit virtutem terræ. Attamẽ anteq; ad eius terminũ verum in colore terra peruenerit, multi vel quasi infiniti colores apparebunt, de quib. incertissimè sciret aliquis dare intelligẽtiã. Facit enim terra in decoctione sua cũ aqua sua multas glãdulositates siue gibbositates ad modum ampullarũ, in quibus apparent omnes colores mundi ita resplendentes, quòd rarò crederet quis, nisi qui videt & expertus est. Substantia verò huius aquæ est spiritus corporis lucidans atq; illuminãs: qui in radice naturæ, metallo erat vnitus & coagulatus, nõ igne, sed virtute mirabili: sed dum coagulatus est, inuenitur participans duabus extremitatibus: & est partim fixus & partim volatilis: & ideo dicitur mediũ, in quo est virtus fixatiua: sed dum figitur, sequitur propriam naturam metalli, eo quòd materia est natura metalli. Hoc enim vocatur sulfur, & est liquor dulcis, ad modum spiritus in puluerem sublimatus: nunquam enim potest creari liquabilitas in materia aliqua nisi mediante isto spiritu liquoroso. Iste enim spiritus generatur ex humore seminali duorum contrariorum quo ad caliditatem & frigiditatem: & vnius generis, quo ad suam naturam, quorum vnus est Sol, & aliud arg. viu. in vno gradu, in alio verò gradu est Luna & arg. viu. Veruntamẽ hoc arg. viu. in certo gradu, quãdo cum Sole coniungitur, cum nõ sit arg. viu. in natura sua, quia alias fortiores vires acquisiuit caliditatis. Arg. verò viu. tanquam materia patiens iungitur Soli: Sol verò tanquã agens. Non autẽ Sol iungitur arg. viuo, nec masculus cum femella, nec è conuerso: quoniam realiter natura media viui arg. dominatur in auri materia & corrumpit ipsum, ac si ageret in ea sicut masculus. Non autẽ solùm corrumpit ipsum, sed vlterius ingredi tur humiditatem fixam & calidã Solis, & cum suo iungitur spiritu, & hoc mediante illo in quo deportatur vtriusque genus. Vnde Sol non iungitur cũ arg. viuo, nec arg. viu. cũ Sole nisi per substantiã mediã. Nec vnum diligeret aliud nisi per talem dispositionem naturæ affinem, quorum substantia vna, scilicet arg. viu. supereminet substantiam Solis in quadrupla sui parte, & Luna in du-

pla

pla sui parte, eo quòd frigidior Sole: quia magis vigent virtutes actiuæ in Sole quàm in Luna in principio confectionis lapidis. Veruntamen quãtitas materiæ Solis non excedit precium in veritate vnius aurei. Plus autem excedit in valore materia Lunaris, eo quòd terrestrioris naturæ & fragilioris virtutis est. Et ideo cum auri virtute confortatur, & sine ipso debilitatur: Nam Luna quamuis frigida sit apud omnes in secundo, tamen est in tertio gradu: sed non habet tantam virtutem quòd possit agere in materiam passiuam arg. viui, nisi succurratur per materiam magis actiuam: & ideo terra sulfuris præparatur cũ arsenico nostro, sicut arsenicum cum sulfure nostro. (arsenicum nostrum, terra Lunæ: sulfur, terra auri). Sulfuris autem cõpositio est, quòd si decoquatur oleo suo (id est aere) cum modico fermenti infra octo dies reuertitur totũ in puluerem rubicundissimum tingens argentum in aurum.

Vbi seruetur materia quæsita.

PRæparatio autem aquarum, & an debeat poni in opere, & quid de ipsis fieri debeat, iam enarratum est in libris Philosophorũ. Et iam dixi, quòd materia quæsita reseruatur in humido balneo Mariæ, phlegmatico cõseruatiuo & putrefactiuo cum sua spissitudine in furno secreto Philosophorum.

Qualiter fiat distillatio.

DIstillatio autem fit per venas vitri absque separatione materialium: imò coniunctione in furno nostro secreto est nostra sublimatio. Et iã de mediorum naturis est satis declaratum.

Quomodo corpora nutriantur.

COrpora autem non nutriuntur, sed solum germen eorum in se ipsis cum igne variæ decoctionis, circa quam est hîc aspicienda practica. Nam & corpora non sunt nisi germinis eorum pabula: quoniam hoc certum est quòd corpora mutantur, & alterantur, & reducuntur ad naturã germinis spiritualis: ipsum enim germen augmentatur congelando, & nutrit se ipsum dilatando sicut puer cum lacte virginis: ita quòd corpora tanquam fercula eius resoluuntur, & in ipsum conuertuntur: sic quòd dissolutio corporũ fit, cùm spiritus congelatur & nutritur. Et congelatio spiritus fit, cùm corpora dissoluuntur, & in aliam naturam reducuntur. Et ita congelatio vnius nõ fit absq; dissolutione alterius, nec è conuerso. Et generatio formæ aduenientis non potest fieri absq; corruptione præcedẽtis. Forma quidem corporum propter formã spiritus aduenientem, & tota substantia corporis cedit in alimentũ, & formã substantialem spiritus: sic quòd omnis solutio est mortifera (corpori) sicut omnis congelatio viuificatiua, & causa vitæ propinquissima.

De forma uasis, & qualis sit.

FOrma vasis quidem artificialis in quo dictum opus perficitur, talis est qualis est forma vasis naturalis cũ suis longis venis, in quibus fit separatio puri ab impuro: nec est alterius formæ, & est vnicum vas cum duabus cãnis. Nam ad hoc præcipuè debemus naturam imitari.

Quando fiat fermentatio.

FErmentatio autem fit post originem infantis (id est post sublimationẽ sulfuris) vt sibi administretur optimũ ferculũ existens cum tota sui substãtia, vt corpus debile magis ac magis substẽtetur & reducatur ad naturam fortiorem. Nam fermentatio nil aliud est, q̃ cibus spiritualis conuertibilis in essẽtiã infantis: & vt totũ efficiatur opus vnius naturæ: verũtamen in tali cibo præcedit ipsius præparatio. Nã hæc fermentatio cibalis, debet esse de sua propria natura, & sibi assimilanti, quoniam nisi assimilaretur ei, nunquã in eorum naturam incorporaretur, vel conuerteretur in naturam sulfuris.

Quare fermentum præparatur.

PRæparatur quidem & ſubtiliatur vt puræ ſit nutrimentalis conuerſionis & tunc talis eſt natura noſtri lapidis quòd eſt conſeruatiuus & confortatiuus: quantò enim magis præparaueris fermentum, tantò magis habilius erit ad conuertendum & dirigendum.

Quot modis fiat præparatio fermenti.

FIt autem præparatio fermenti multis modis: vno modo per diſſolutionẽ in aquam lapidis, & per reductionem: alio modo per calcinationem & laſationem cum arg. viuo, & eleuationem eius ſubſtantiæ mediæ: & deinde per diſſolutionem in aquam lapidis & aquarum coniunctionem, & per iſtum modum eſt facilius conuerſiuus: Alio modo per inceratione calcis, & diſſolutionem eius: Alio etiam modo per vacuitatem ſuæ naturę terreſtris duræ & compactæ. Lapis enim noſter eſt ſicut corpus ſimplex, quod recipit cuiuſcunque rei formam quæ ſibi adiungatur.

Quomodo fiat coniunctio Solis & Lunæ.

CVm verò lapis ad album perficitur, fit coniunctio Solis & Lunæ, donec Sol traxerit Lunæ ſubſtantiam ad eius naturæ colorem: hoc verò fit cum igne lapidis: deinde continuetur, quouſque patiatur cum rebus ſui generis.

Quomodo medicina habeat ingreſſum.

Medicinæ autem tam albæ quàm rubeæ cadere poſſunt & impreſsionem habere in omni quod ſibi per minima iungitur.

Ad dandum ingreßionem medicinæ.

SI autem volueris facere proiectionem ſuper corpus, pone de eius ſpiritu in Elixir, & per talem artificium in illud habebit ingreſſum medicina: Et in hoc latet Practica apud plures.

ARISTOTELES DE PERFECTO MAGISTERIO.

CVm ſolerti indagine vniuerſarum rerum artificia philoſophia comperierit ſedulitate, tũ cariſsime fili, exquiſitionis ſagacia Alchymiæ artis magiſterium adinuenit: quod eatenus reliquarum rerum præpollet argumentis, quatenus ipſum de ſecretioribus naturæ abditis reperitur. Ratio enim ſufficit huius artis operandarum rerum apparẽtes & manifeſtas virtutes vel naturas tantùm cognoſcere: Nihil enim in arte hac perficeret niſi earũdem interiores vel occultas naturas abſque errore quis cognoſceret. Ars enim hæc de Philoſophia, eſt occulta, & eſt de illa parte Philoſophiæ, quæ Meteora nuncupatur. Loquitur enim ars hæc non ſolùm de eleuatione & depreſsione elementorum, ſed etiam elementatorũ: Scias hoc quia magnum ſecretum eſt. Scias præterea hanc artem vocari inferiorem Aſtronomiam, & ſuperiori primæ eſt comparatiua. Loquitur enim ſuperior Aſtronomia de ſtellis fixis in firmamento igneo, & de ſeptẽ erraticis quæ planetæ nũcupantur, quia motu contrario firmamenti feruntur: Hæc autem ars loquitur de lapidibus fixis in igne, & de his quæ ab igne fugiũt: Lapides verò quæ ſtellæ dicuntur, ſunt Sol, Luna, Mars, Saturnus, Iupiter, Venus, nitrum, calx, carbunculus, ſmaragdus, & reliqui lapides, qui ab igne non fugiunt. Lapides verò qui planetæ vocantur, ſunt arg. viu. ſulfur, arſenicum, ſal armoniacum, tũtia, magneſia, & marchaſita. Iſti enim ſuper ignem non perſeuerãt, ſed ſeorſum & paulatim ab eo fugiunt & euolant, niſi ad ipſum ſuſtinendum quibuſdã inenoda-

enodabilibus vinculis & artificiosis nexibus indissolubiliter constringantur: quæ diutina constantia & subtili meditatione instantiq; simul operatione nõ festina, post multorum laborum fallacias & operationum diuersa sophismata philosophia perfectissimè est consecuta, & eorum arcana suis reliquit filijs. Si enim alius, quàm eius filius hoc attentare præsumpserit, vt indignus penitus repulsam patietur: & se, opus, & expẽsas amississe meritò deplorabit: scias hoc quia magnum secretum est. Vocantur autem prætacti lapides fusi super ignẽ corpora & animalia, & fugientes ab igne, spiritus. Sicut enim corpus siue anima nõ viuit nec erigitur nisi prius spiritetur, sic & prędicta corpora quasi mortua iacent, nisi cum prædictis spiritibus viuificentur & erigãtur, seu opere naturæ in mineris suis fiat in millibus annorum, seu opere philosophiæ cum sint effossa de suis mineris, & hoc fit in die vna respectu operis naturæ: imò vt verius fateatur in hora vna: fit tamen cum medicamine, cuius compositio multi temporis spacium anticipauit. Dicuntur etiã lapides fixi super ignem substantiæ, & fugientes ab igne: quia sicut substantiæ per se stant, nec alterius naturæ beneficio reguntur, sic lapides fixi super ignem sua potestate perseuerant: & sicut accidẽtia non possunt suas qualitates ostendere nisi cùm fuerint substantijs sociata, sic lapides fugientes ab igne non possunt suas demonstrare virtutes nisi cum fixis fuerint maritati: Scias hoc, quia magnum secretum est. Scias quoque quòd prędicta non bene ad inuicem se recipiunt, nisi prius fuerint vtraque munda: non enim recipit corpus spiritũ, nec spiritus corpus, ita quòd fiat spirituale corporeum, & corporeũ spirituale, nisi sint ab omni sorde prius perfectissimè defœdata vel defæcata: cum verò sint sic, complectũtur corpus & spiritum, & spiritus corpus, & prouenit ex eis operatio perfecta. Et erigun-tur corpora in examinatione, & spiritus tenentur à corporibus super ignem: Scias hoc quia est magnum secretum. Quicunque igitur hoc ignorat secretũ, ab opere manum suspendat, donec ipsum sciat: Dum enim hoc ignorauerit, nõ gaudebit operis sui perfectione: & cum hoc sciuerit, gratulabitur sibi operationẽ ad vota cõpleri. Rogo itaq; te fili, vt incessabili lectione philosophiæ libros scruteris, vt & eius filius & huius arcani magisterij habere sagacia mearis. Qui enim in legendis libris deses extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit: quia non potest de leui eius in Practica manus crescere cuius in Theorica intellectus desudare renuerit. Ille nanq; ad operationẽ securius accedit, in cuius mentis ænigmate plures operationum imagines variæq; resultant. Ne autem tu fili carissime omnia philosophię volumina ad inueniendum prælibata secreta quasi errabundus percurreres, hunc librũ tuo conscripsi nomini: in quo omnia ea cum suis præparationibus per sermonẽ completum redegi, quæ in prænominatis nominibus propinquiora, faciliora & notiora reperi ad componendum album & rubeum Elixir, vt tibi ad operandũ facilis esset aditus.

Est autem Elixir compositum ex speciebus limpidis antidotũ, medicina & purgamentum omnium corporum curandorum & purgandorum, & attorniandorum in Lunificum & Solificum verum. Caueas ergo ne ad condendũ, vel componendum procedas, antequàm inueneris componentium pondera completa. Quia secundum componentium ponderum perfectionem, erit cõpositionis operatio. Scias hoc quia est magnum secretum. Scias etiam quòd non poteris perfectè mundificare, nisi prius mundificandorũ naturas omnes & ægritudines bene cognoueris. Sunt etiam in prælibatis corporibus quędã ægritudines, quas partim à mineris suis, & partim ab elementis suis contrahũt qualitatibus. Omnis etiam elemẽtata res quatuor in se retinet qualitates acti-

Elixir quid

uas & passiuas, exterius siue interius, mollitiem siue duritiem & horum medij verbi gratia, res si exterius est calida & humida & mollis, interius est frigida & sicca & dura: Quia omnis rei manifestum, suo contrarium occulto: Scias, quia est multũ secretum. Vnde si perfectè cognoueris exteriorũ rerũ consistentias & interiores de leui tu cognosceres, & è conuerso. Et si occulta manifestare scit ueris, scies & manifesta occultare: Sed in quibusdam rebus, vt in plumbo, totum manifestatum occultari, & totum occultum manifestari. Et in quibusdam medium occultum manifestari tantùm, vt in ære, & medium occultum manifestari vt aurum, vt ad sanitatem perfectam perueniant, vel saltem ad neutralitatis officium perducantur. Scias hoc, quia est maximũ secretum. Scias etiã, quòd rerum quædam sunt sanæ, quædam sunt ægræ: Sanæ dicũtur in quibus quatuor qualitates cum mollitie & duritie ita æqualiter existunt, quòd nulla earum vincitur à sua contraria, sicut in auro perfecto: In ipso nanque sunt ita æquatæ, quòd neutra superfluit alteri: Ægræ dicuntur illæ, in quibus est huiusmodi contrarium: Neutræ verò dicuntur illæ, in quibus species æqua proportione terminatæ sunt, tamen vna parum vincit alteram, ita quòd leui artificio & pauco medicamine sanantur, vt est aurum album & argentum purum in quibus sola tinctura fixa incolumitas restauratur. Scias hoc quia &c. Vt autem hoc facere scias, totis viribus enitaris, & tu labora vt intelligas quę dicam & Deus alleuiet te: Scias quoq; q̃ res ita subtili artificio, & mystica cõiunctione adinuicem sunt æqualiter commistæ, quòd in qualibet re omnis res existit per potentiam, etiam si per visum in ipsa non comprehendatur, sed in rebus liquefactis clarius quàm in aliqua re discernitur: Sunt enim auri interiora argentea, & argenti aurea, & è conuerso. Et in ære sunt similiter aurum & argentum potentialiter, licet non visibiliter: & in eisdem sunt plumbum potentialiter & stannum: & in istis sunt è conuerso aurum & arg. in potentia: quod totũ tibi patebit cum eorum præparationem & substantiarum ipsorum transformationem, & ipsorum commutationem secundum naturæ actionem scies. Scias etiam quòd non conuenit cum lapidibus non præparatis aliquid operari. Est enim operatio thesaurus rei & hospitium complementi. Si ergo cõpleta & perfecta præcesserit operatio, perfectum & completum aderit complementum: Et si diminuta, diminutum. Et quantũ decrescit perfectionis in præparatione, tantum expectetur diminutionis in operis proiectione. Semper tamen oppositiones vis aliqua proculdubio præstolatur. Præcedit autem operationem perfectæ operationis quædam rerum purificatio, quæ à quibusdam mundificatio, & à quibusdam administratio, à quibusdam rectificatio, à quibusdam ablutio, & à quibusdam separatio nuncupatur. Ipsa enim puriores rerum partes disgregat ab impuris, vt grauioribus abiectis partibus, cum leuioribus opus compleatur: Et hoc dedit Hermes intelligere in suo secreto, quod de hoc opere composuit: dixit, Separabis terrã ab igne, & subtile à spisso, Scias hoc quia magnum &c. Scias quoq; quòd perfectæ præparationis negocium non solùm contra superfluorum remotionem, verùm etiam contra deficientium adiectionem versatur, secundum quòd in quodam opere meo habetur, quod Lumen luminum inscribitur. In eo nãque inter cætera quæ de huius magisterij subtilitate reseruaui, dilucidè dixi, Quòd perfectè præparare, est superflua demere, & deficientia supplere: quia non possunt grauia nisi cum leuium superius, nec grauia nisi cum grauium inferius consortio detrudi: nec posset calidum nisi frigidi, nec frigidum nisi calidi: nec humidum nisi sicci, nec siccũ nisi humidi: nec durum nisi mollis, nec molle nisi duri adiunctione aliquo modo temperari vel præparari. Quum verò alternatim congruè desponsantur,

generatur ex eis substantia temperata, quam non potest ignis violentia superare, nec terræ fœtulentia vitiare, nec aquæ limositas condensare, nec contractus omnes obumbrare. Et Hermes huius doctrinæ princeps in fine sui prænominati secreti, volens quomodo, & ex quibus lapis, quem prædixerat omnem rem subtilem vincere, & omnem rem solidam penetrare, compositus esset, ostendere, hoc idem insinuat, cùm dixit, Sicut hic mundus creatus est, ita lapis quẽ dixi est creatus, id est factus: hoc est, sicut hic mundus sensilis ex gra uibus & leuibus, mollibus & duris, calidis & frigidis, humidis & siccis inter se inuicem à natura cõcordiæ pace ligatis perpetuus est effectus, ita & lapis quẽ prædixi, omnem rem subtilem, & omnem rem solidam penetrare, ex eisdem in id ipsum per philosophiam verò ex amicabili fœderatis super ignem perpetuus est creatus. Scias hoc: Perfecta verò corporum & spirituum præparatio per superfluí remotionem & absentis additionem, exercitio quatuor regiminum adimpletur: Primum eorum est ad naturam ignis reductio: secũdum est in aqua resolutio: tertium est in aere leuigatio: quartum est ad terram compressio. Primum fit calcinando, secundum soluendo, tertium per alembicum distillando, quartum verò igne leui coagulando vel congelando. Et hoc est eorum integra præparatio: & hoc innuit Hermes in suo secreto prænominato, cùm dixit. Suauiter cum magno ingenio ascendit à terra in cælum, & iterum descendit in terram: per hæc enim dedit intelligere, corporum calcinationem, & spirituum cum sublimatione fixionem: quia hoc est eorum calcinatio. Et solutio nem ostendere volens, ait. Nutrix est eius terra, id est inhumatio: nutrix eius, & reuiuificatrix est: per ipsam enim res, quæ fuerant prius cum calcinatione mortificatæ, nutriuntur & reuiuificantur cum in liquorem in mundatione religuntur. Item vt ostenderet distillationem per alembicum, ait, Portauit illud ventus in ventre suo: cùm enim aquam per alembicum distillatur, tunc prius per ventum, id est fumum in aere leuigatur, & ab inferiori parte vasis ad alembici verticem deportatur, licet propter conclusionem iterum in aquam reuertatur. Hanc autem distillationem quidam in rebus liquorosis loco sublimationis habuerunt, & ipsam sublimationem nomine vocauerunt. Item vt ostenderet coagulationem, in quas vis eius integra est, si versa fuerit in terrã, id est ad fixionem, vt ostenderet generaliter quidquid per partes prius expresserat, dixit, Et recipiet vim superiorem & inferiorem, id est naturam superiorum & inferiorum elementorum: quia licet à leuioribus exordium sortiatur, debent tamen in grauia terminari, ad hoc vt super ignem perpetuam habeat perseuerãtiam. Hic enim loquens de præparatione vnius illorum tantùm quæ ad comuis fieret, in vnoquoque singulorum præparationem integram denotat, quia ponendum lapidem philosophicum requirit, exemplificando de vno, vt breuiter eorum peracta præparatio, cùm versa sunt in terram, id est ad fixionẽ tunc est super ignem, & fusionem faciunt sine fumigatione: & tunc vincent omnem rẽ subtilem, & omnem rem solidam penetrabunt. Scias hoc & c. Scias præterea, quòd propter difficultatem & longitudinem integræ præparationis, quidam in agendo omittunt vnum quatuor prædictorum regiminum, quidam duo, quidam tria: & cum vno tantùm procedunt ad componendum: quia quidam calcinant tantùm, & componunt: quidam calcinant & soluunt & componunt, & ita de reliquis. Vnde scias quòd prędictorum multiplices manauerũt compositiones secundum varios diuersorumq; Philosophorũ processus, tum cum igne, tum cum solutione, tum cum vtroque.

Quidam enim dixerunt, quòd prædictorum non potest fieri totalis & perfecta commistio, nisi cum igne: Et quidam quòd non nisi cum solutio-

ne: & quídam quòd non níſi cum vtroque. Illorum autem qui cum ſolo igne operabantur, duplex erat proceſſus: Quídam enim accipiebant prædicta tantùm ſeparata, & conterebant in vnum fortiter & ſublimabant ſubtile à ſpiſſo, ſemper reducẽdo id quod erat ſuperius ſuper id quod erat inferius, donec totum inferius remaneret, & in ſpiſsi naturam per ignis officium tranſmeabat. Et dicebant quòd hoc modo fiebat Elixír firmum ſuper ignem apud Arabes. Quídam verò ſpíritus prælibatos cum ſublimatione figebant, & poſtea ſociabant eos corporíbus calcinatis vel ablutis, & ex eis vnum corpus cum fuſione faciebant: & dicebant quòd erat Elixír firmum ſuper ignem: Et ſunt viæ illorũ qui cum ſolo igne operabantur. Illorum verò qui cum ſolutione tantùm operabantur, duplex erat vía: Quídam enim vnumquodque prædictorum ſeparatorum per ſe ſoluebãt, & eorum aquas ſecundum iuſta pondera permiſcebãt, & congelabant in lapidem, & dicebant quòd hoc erat perfectum Elixír. Alíj verò huius ſectæ Philoſophí accipiebant prædicta abluta, & componebãt omnia ſimul & ſoluebant inſimul, & poſtea coagulabant: Verumtamen quidã ſolutione facta, aquas ſolutorum diſtillabant per alembícum, dícentes, quòd hoc erat complementum claritatís ipſorũ & ſplendorís, & tincturæ ex aggregato proueníebant inde. Nam aqua clariſsima quam poſtea in aquam coagulabant, dícebant quòd íllud erat veriſsímum Elixír. Illorum verò qui cum vtroque procedebant, ſeptuplex erãt ſemíta: Quídam enim ſoluebant corpora calcínata, & inde imbíbebant ſpíritus ſublímatos, & inde imbíbebant corpora calcínata: Sed tamen hoc debílius eſt primo. Quídam autem cibabant arg. viu. cum corporíbus, & ſoluebant, & ex huius aqua imbíbebant ſulfur & arſenícum ſublímatum, & iterum ſoluebant totum hoc, & congelabant, & dícebant quòd hoc erat Elxír perfectum. Quídam verò cum ſulfure & arſenico ſeparatís, cibabant corpora ſublímanda cum pondere ſui, & poſtea ſoluebant & potabant inde duplum arg. víui ſeparati, & iterum ſoluebant & coagulabãt & dícebãt quòd hoc erat Elíxír rectum & bonum. Quídam verò cum corporíbus cíbatís cum ſulfure & arſenico, vt dictum eſt, cíbabant arg. viu. & coagulabant, & dícebant quòd hoc erat rectum & bonum Elíxír. Quídam autẽ dícentes verè veriſsímum Elíxír ex quatuor rebus debere conſtare eiuſdem generis, non díuerſi, & non ex pluríbus nec paucioríbus, quía tunc corrumpere tur corpus, componebant Elíxír ex quatuor ſpíritibus príncipalíbus, ſcílicet arg. víuo, ſulfure, arſenico, & ſale armoníaco: íta tamen quòd arg. víu. príus ſublímando figebant, & poſtea ſoluebant ípſum cum ſale armoníaco præparato, diſſoluto & díſtillato per alembícum: & tunc arg. viu. ſic diſſolutum diſtillabant per alembícum, & poſt ípſum coagulabant, & dícebãt quòd ípſum ſic præparatum eſt, vera huius artís medícina, & lapis non lapís, & corpus ſpírituale, & ſpírituale corporeum, & íd quod retínet omne volatíle à fuga, & fermentum, & tínctura duorum Elíxírum, & arg. viu. accidentale quod prætulit ſe auro, & vincit ípſum, & illud quoque occídit & víuere facit, & verum arg. víu. coagulatum, & pater omnium mirabílium huíus magíſterij. Poſtquàm verò ípſum coagulauerant, vt dictum eſt, ípſum cum aqua ſalis armoníaci præparatí & fixí, iterum ſoluebant, & inde imbíbebant arg. viu. ſublímatũ & ſulfur, & arſenícum præparata, & tunc ſoluebant omnia ſimul, & poſt diſtillabant & coagulabant, & hæc coagulatíone vltíma cerabant, & dícebãt quòd hoc erat verè veriſsímum Elíxír: Ego autem noui veriſsímè quòd quodlíbet prædíctorum corporum & ſpírituum, ſi perfecta præparatíone fuerit præparatum, album & rubeum eſt Elíxír per ſe ſolum: Scías hoc & c. Licet autem quàm plures fuerint adhuc modi ex prædictis corporíbus & ſpíritíbus Elíxír compo-

nendi

nendi ex obscurissimis verbis Hermetis à diuersis Philosophis enucleatis scri
pti, laudabiliores tamen & & eos qui veraciores existunt secundum huius rei
proprium euentum semper cum Dei auxilio sum secutus. Itaque tu fili carís-
sime operare secundum quem volueris prædictorum sex modorum, neq; ad
alios modos tua declinet intentio: quia si secundum ipsos fueris operatus, in-
ceptum opus cum Dei auxilio fine concludes congruo, & exinde laboris mer
cedem recipies.

Secunda huius artis ratio.

OMnia quidem corpora quæ à Lunari globo inferius à summo condita sunt opifice, quatuor participant elementis, & quatuor naturis, & quà- *Secunda ratio.*
tuor naturarum complexionibus,, & quatuor principalibus coloribus
& quatuor saporibus, & quatuor odoribus, & duobus sexubus. Elemẽta qua-
tuor sunt, ignis, aer, aqua, & terra: quatuor humores naturales, sunt sanguis, bi
lis flaua, phlegma, melãcholia. Naturæ sunt quatuor, caliditas, frigiditas, humi
ditas & siccitas. Quatuor naturarum complexiones sunt, caliditas & siccitas,
caliditas & humiditas, frigiditas & siccitas, frigiditas & humiditas. Quatuor
principales colores sunt, albus, niger, citrinus, rubeus. Quatuor sapores sunt,
insipidum, acidum, dulce, & amarum. Quatuor odores sunt, bonus, fœtidus,
acutus, remissus, id est non multum acutus. Sexus duo sunt masculus & fœmi-
na. Altitudo corporis est eius manifestum. Profunditas corporis est eius oc-
cultum. Et latitudo est eius medium. Participant ergo omnia prædicta corpo
ra secundum has tres dimensiones omnibus prædictis hoc modo: Corpus si
in altitudine sua est terreum, in eadem est frigidum & siccum, melãcholicum
nigrum, acidum, fœtidum, fœmineum: Et idem in suo profundo est aereum
calidum & humidum, sanguineum, citrinum, dulce, odoriferum, masculinum:
idem in latitudine sua in vno latere est aqueũ, frigidum & humidum, phlegma
ticum, album, insipidum, remissum, fœmineum: In alio latere est igneum, cali-
dum et siccum, cholericum, rubeum, amarum, acutũ, masculinum. Et hæc sunt
ligamenta quibus corpora omnia adinuicem colligãtur, quod in corporibus
congelatis clarissimè deprehenditur.

De plumbo.

INcipiam igitur tibi id ostendere, vt perfectius meditari mente, & sermonẽ
apertius recitare potero, à plumbo sumpta origine, vt completis & dimínu
tis congelatorum partibus cognitis, & etiam cognitò, in qua eorum parte
diminutiones sunt completæ, & in qua diminutæ, expeditè & absque confra-
ctionibus rectè ad operandum procedas. Voco autem hîc completas quas in
præcedenti parte vocaui sanas, ægras & neutras: Sanitas enim perfecta res est.
Aegritudo & neutralitas diminuta. Perfectius ergo magisterium est corpora
ad sanitatem, quàm ad neutralitatem ducere, cùm scienti vtrunque facile sit &
possibile. Quidam verò Sophistæ naturarum rerum inscij, & secretum philo
sophiæ ignorantes, & regimentorum eius improuidi inuenientes scripturas
eius de his rebus, easq; non intelligentes, cùm post opus nihil in manibus suis
inueniant, errorem imperitiæ suæ philosophiæ adscribentes, hoc opus non so
lùm difficile, verumetiam impossibile prædicant: de quibus philosophia non
curat: non enim omnes ad hoc epulum conuocat, sed illos tantùm qui huius
mensæ accubitus digni, & istius miri refectione epuli sunt inuẽti: Satage ergo
fili, vt non sis Sophista, sed sis Philosophus: vt rerum virtutes non solùm me-
ditatione, verumetiã medicatione & experientia cognoscas: Meditatio enim
sine experientia nihil prodest: sed experientia sine meditatione proficit. Vn-
de plus est experientia quàm meditatio perquirẽda. Quicunque igitur expe-

rientiam huius artis fuerit assecutus, erit in hac arte philosophus, & inter mensæ prædictæ conuiuas meritò numerandus, & ex ferculis quæ exuperant rei omnis mundanæ precium dulcedine & affectu perpetuo satiandus. Verùm cùm de huius rei experientia nemo possit prima fronte esse discretus, tibi suadendum prouidi vt operatione incepta non cesses, si prima vice non fueris operatus, sed bis vel ter & etiam amplius si necesse fuerit reitera, quousq; quod appetis perfectissimè deprehendas: neq; ab hac re labor inanis inanium rerũ, nec expensæ rerum te amoueant: quia cum instantia vinces, & cum sapientia superabis, & ad id, Deo duce, deuenies quod optasti: & de manuum labore mercedem & lucrum de rerum sumptibus rehabebis: neque indigebis, huius operis reiteratione, ex quo semel ipsum perfectè peregeris. Quod si prima vel secunda vice labore fatigatus vel expensis perterritus cessaueris, inde detrimentum & non augmentum te scias incursurum. Igitur antequàm incipias delibera, nec inchoes, nisi cõsũmare disponas. Sed ne propter hoc nimia suspensione animum tuum arguam, quod tibi sum pollicitus, accipe.

De plumbo rursus.

PLumbum in sua altitudine frigidum & siccum est, argentum nigrum, mole in actu, & argentum in potentia, nigrum, terreum, melancholicum, acidum, fœtidum, fœmineũ: in suo profundo est aurum, calidum & humidũ aereum, sanguineum, citrinum, dulce, odoriferum, masculinum: in vno latere est frigidum & humidum, stannum & arg. viu. aqueum, phlegmaticum, albũ, insipidum, remissum, fœmineum: & in alio latere est calidum & siccum, id est ferrum, vel æs, igneum, cholericum, rubeum, amarum, acutũ, masculinum. Cõuertitur igitur plumbum facilius in argentum quàm in aliud corpus, quia facilius est altitudinem corporum detegere, quàm latera eorum vel profunda: Et similiter leuius est manifestare latera eorum quàm profunda.

De stanno.

STannum in altitudine sua est frigidum & humidum, id est secundum stannum & arg. viu. aqueum, phlegmaticum, album, insipidum, remissum, fœmineum. In suo profundo est calidum, & siccum, id est ferrum, igneum, cholericum, rubeum, amarum, acutum, masculinum: in vno latere est frigidum & siccum, id est plumbum & arg. nigrũ, terreum, melancholicum, acidum, fœtidum, fœmineum: in alio latere est calidum & humidum, id est aurum, aereũ, sanguineum, croceum, dulce, odoriferum, masculinum: Conuertitur ergo facilius stannum in arg. vel aurũ quàm in aliquod aliud corpus, quia facilius est ad latera corporum, quàm ad ipsorum profunda peruenire.

De ferro.

FErrum in altitudine sua est calidum & siccum, id est ferrum & æs, igneum, cholericum, rubeum, amarum, acutum, masculinũ. In suo profundo est frigidum, & humidum, id est stannum & arg. viu. aqueum, phlegmaticum, album, insipidum, remissum, fœmineum. In vno latere est calidum & humidũ, id est aurũ, aereum, sanguineũ, croceum, dulce, odoriferum, masculinũ: in alio latere est frigidum & siccum, id est plumbũ & arg. nigrum, terreũ, melãcholicũ nigrum, acidum, fœtidum, fœmineum.

De ære.

ÆS in sua altitudine est calidum & siccum, id est æs & ferrum, igneũ, cholericum, rubeũ, amarum, acutũ, masculinũ: in suo profundo est frigidũ, & humidum, id est stannũ, arg. viu. aqueum, phlegmaticum, album, insipidum, remissum, fœmineum: In vno latere est calidũ & humidum, id est aurum, aereũ, sanguineũ, croceum, dulce, odoriferum, masculinum: In alio latere est

eſt frigidū & ſiccum, id eſt plūbum & arg. nigrū, terreū, melancholicū, nigrū, acidum, fœtidum, fœmineum.

De argento uiuo

ARgentum viu. in ſua altitudine eſt frigidum & humidum, id eſt arg. viuū & ſtannū, aqueū, phlegmaticum, album, inſipidum, remiſſum, fœmineū: In ſuo profundo eſt calidū & ſiccū, id eſt æs & ferrum, igneū, cholericū, rubeum, amarum, acutū, maſculinū: In vno latere eſt frigidū & ſiccū, ideſt plūbum & arg. nigrū, terreum, melancholicū, nigrum, acidū, fœtidum, fœmineū. In alio latere calidum & humidum, id eſt aurū aereum, ſanguineū, croceū, dulce, odoriferum, maſculnum.

De argento.

ARgentum in ſua altitudine frigidum eſt & ſiccū, id eſt arg. & plumbū, terreū, melācholicū, nigrum, acidū, fœtidum, fœmineū: In ſuo profundo eſt calidum & humidū, id eſt aurum, aereū, ſanguineū, croceum, dulce, odoriferum, maſculinū: In vno latere eſt frigidum & humidum, ideſt ſtannū & arg. viu. aqueum, phlegmaticum, album, inſipidū, remiſſum, fœmineū: In alio latere eſt calidum & ſiccū, id eſt æs & ferrū, igneum, cholericū, rubeum, amarum, acutum, maſculinum.

De auro.

AVrum in ſua altitudine eſt calidum & humidum, id eſt aurū, aereum, ſanguineum, croceum, dulce, odoriferum, maſculinū. In ſuo profundo frigidū & ſiccum, id eſt plumbū & arg. nigrum, terreū, melācholicum, acidū, fœtidum, fœmineū. In vno latere eſt frigidum & humidū, id eſt ſtannū & arg. viu. aqueum, phlegmaticū, album, inſipidum, remiſſum, fœmineum: in alio latere eſt calidum & ſiccū, ideſt ferrum & æs, igneum, cholericū, rubeum, amarū acutum, maſculinum. Hæc eſt enim omnium corporū adinuicē conuenientia, quam videntes Philoſophi æſtimarunt vnum poſſe in aliud transformari, & eorum æſtimationem confirmauit actus. Conuerterunt enim argentum in aurum. vel è conuerſo, & ſic de reliquis ſecundum generationem & corruptionem. Nolo autem vt mireris ſi Sol in quacunque dimenſione fuerit corporeum, & ſolus obtineat ne cum eo aliquod aliorum corporum habeat ſocietatem: hoc enim ſuæ naturæ temperantia, & ſuæ ſubſtantiæ puritas & nobilitas meruerunt: Et propter hoc etiam inter omnia corpora obtineat principatum. Nolo etiā vt mireris, ſi arg. viu. inter corpora nunc & inter ſpiritus in prę cedentibus numeretur: ſuæ nanque naturæ conuertibilitas exigit, vt nunc corporibus nunc ſpiritibus ſocietur. Spiritibus enim ſociatur rationabiliter propter fugacitatem ab igne, quam habet antequàm corrigatur, & quia exaltat in examinatione corpora, cùm eſt correctum. Corporibus quoque de iure ſociatur, quòd in ipſum omnia corpora verti poſſunt, & ipſum ab omnibus corporibus poteſt reduci, vel quia per admiſtionem ſulfuris cum eo, ex ipſo omnia corpora originem ſortiuntur, quod patet in generatione omnium metallorū.

Auri generatio.

AVrum generatur ex arg. viuo claro, miſto cum ſulfure rubeo claro, & in corde terræ longo tempore excoquitur calore modico. Et quia per longa tempora calore modico aurū decoctum eſt, & ipſius natura clara fuit, ideo cohęſerunt partes ſuæ adinuicem, quoad ſolidum graueq; fieret: ideo neque ſub terra putreſcit, nec ab igne facile comburitur.

Argenti generatio.

ARgentum generatur ex arg. viu. claro, miſto cum ſulfure claro, albo, & aliquantulum rubeo: & quia parum rubei ſulfuris affluit, ideo non admodum auri ſubrufum fuit.

Cupri generatio.

CVprum vel æs constructur ex arg. viuo turbido & spisso, & sulfure turbido rubeo mistis adinuicem, & diutius etiam quàm aurũ excoquitur calore maximo: & quia multum est in decoquendo combustum, ideo multum roboris obtinet: laxi etiam est corporis propter eandẽ causam, quod perpenditur, quia vapor aceti subintrat corpus eius, & ipsum in colorem viridem dissoluit, qui flos æris nuncupatur.

Ferri generatio.

FErrum oritur ex arg. viuo turbido misto cum sulfure citrino turbido, & cupro vel ære diutius excoquitur calore modico, vnde solidius est ipso, & ad virtutem ignis tardius ære fluit: quia calore modico longo tempore decoquitur, ideo constringunt se bene partes, nec est laxi corporis vt æs.

Stanni generatio.

STannum oritur ex arg. viuo claro misto cum sulfure albo claro, sed tamen paruo tempore decoquitur calore modico: vnde si diu decoqueretur, in optimum argentum transiret.

Plumbi generatio.

PLumbum constructur ex arg. viuo grosso misto cum sulfure albo grosso, & parumper rubeo: quòd autem ex sulfure albo factũ sit, percipitur, quia aceto adhibito dealbatur. Et quia parum sulfuris vis rubeo affuerit declaratur in plumbo cùm cõburitur: tunc enim coloris rubei efficitur, quod à magistris Sericon appellatur.

Tertia pars huius artis.

Pars tertia. COnsequentis sermonis eloquio, corporum mineralium hactenus explicitis infirmitatibus, & complexionibus mineralibus quoad subtilius excogitare potui: Deinceps ad eorum practicam perspicaciter intimandã cum Dei auxilio proficiscar. Cùm igitur sales & alumina præparata & aquę penetrantes & serenantes ex eis compositæ secundum huius artis complexionẽ vltima reperiantur, secundum tamen actionem eiusdem prima existunt, vtpote quia sunt radix & fundamentum omnium purgandorum, ideo ab eis tertiã quam de huius artis practica instituam, exordior rationem.

Separatio salis communis & salis gemmei.

ACcipe de quocunque horum volueris partem vnam, & in quatuor partes aquæ pluuialis claræ ipsum dissolue, & distilla per filtrũ, & decoque in vase vitreo cum igne leui donec aqua consumatur, & sal in fundo vasis coaguletur: hoc facto, desicca ipsum cum igne leui vel ad Solem, & tunc cõtere ipsum, & imple ollam vitream vel vitreatam, & exclude os eius cum cooperculo lutato luto sapientiæ, ita vt non respiret, & tunc mitte ipsum in furno panis calefacto per noctem, & in mane extrahe, & aperi ollam, & salẽ qui est in illa dissolue iterum in quadruplo sui aquæ prædictæ, & distilla per filtrum, & congela vt dictum est: & hoc reitera donec strepitus vel crepitus sint sopiti, quod fit post tertiam reiterationem: & tunc erit optimè separatum.

Additiones. Salem sic separa ex alio libro: Funde in aqua calida, cola & congela.

Præparatio salis communis ex libro Emanuelis.

SAl commune album quantum vis frica inter manus cum aceto acerrimo facto de vuis acerrimis, & sicca ad Solem, hoc faciendo septem vicibus. Et quod erit clarum & limpidum inter duos linteolos pone, & caue à pulueres vsque in finem huius regiminis: Deinde exiccatum tere & cribra cũ cribro. Accipe subtiliores illius partes, sicca in furno vt melius soluantur, & solue in du-

in duplo sui de aqua dulci, scilicet aqua putei & tepida donec soluatur parum & parum in cacia ferrea, & coletur per duos sacculos lineos, & claude in cucurbita magna cæca, id est clausa: pone in fimo equino per septem dies: post septimũ diem extrahe à fimo, cola per sacculos lineos in caldario optimè stagnato habente decem foramina ampla ad modum trium digitorum in summitate cooperculi, deinde pone in loco congelationis decoquẽdo ipsum lento igne de lignis salicis per diem vnũ donec congeletur & aqua euanescat: deinde accipe de duobus salibus, scilicet de albo & viridi, & tere separatim, & desicca in furno per vnum diem extracto pane, deinde solue in duplo sui de aqua dulci tepida, & cola in cucurbita & dimitte per sex dies: post extrahe & cola in caldario coagulationis, donec aquà consumetur per foramina in fumũ & sal erit coagulatum: Tunc aperi ista duo caldaria, & in vnoquoque inuenies saporem sapientum albi coloris, & saporem viridem à viriditate æris. Tunc accipe separatim & desicca in furno, & separatim solue, & separatim in fimo ponne, & separatim congela donec perueniant ad hunc ordinẽ in septem diebus: Et quando erit factum, probetur super carbones vtrum fumet vel non, vel in lingua liquescat, vel in manu. Solutio eius est, vt ponas in viscere, id est ampulla de vitro albo, & suspende super fumum qui exit de ventre equi, & per diem vnum soluetur & mutabitur in aquam crystallinã, deinde distilla per alembicũ cum amplo foramine ad modum vnius digiti, & totum cum lento igne in balneo aquæ, quia in cinere sine humore congelaretur: deinde fundetur super carbones in crucibulo donec fundatur & vertatur in naturam corporis, deinde dimitte infrigidari: Et quando erit frigidum, conuertetur in naturam salis, quem postea bene tere & solue in aqua.

Salis alkali separatio.

ACcipe de alumine allofor, id est alkali bene trito partem vnã, & super ipsam proijce aquæ pluuialis partes sex, & dimitte eam incerare in ea aqua tribus diebus, & moue quotidie bis vel ter cum baculo, vt melius fiat dissolutio, tunc distilla per filtrum, prius tamen bullìat in caldaria stagnata, donec sexta pars aquæ cõsumetur: tunc huiusmodi aquam congela, vt prædictũ est. Deinceps fiat vt dictum est in sale communi: hoc est dissolue ipsum in quadruplo sui tantum de aqua pluuiali, & distilla per filtrum, & congela, & hoc reitera, donec inuenias ipsum super ignem sine strepitu, & tunc erit optimè separatum.

Aluminis separatio.

ACcipe de ipso albo plumoso partem vnam & dissolue ipsum in quadruplo sui vrinæ puerilis antiquatæ, & prius decoctæ ad tertiam sui partem, & tunc distilla per filtrum, & mutetur de vase in vas, donec nihil fæcis inueniatur in fundo vasis, vel distilla eam post sui decoctionem per alembicum, quod melius est: facta dissolutione distilla per filtrum, & tunc decoque cum igne leui vsque ad consumptionem vrinæ, & erit optimè separatum.

Atramenti separatio.

Fac per omnia de ipso vt fecisti de alumine iameni, & erit optimè separatũ.

Nitri separatio.

TEre ipsum fortiter cum aqua salis cõmunis bis vel ter, & tũc ablue ipsum cum aqua dulci donec sapor salis omnino recedat: postea funde ipsum, & erit optimè separatum.

Additiones. Regimen salis nitri: Accipe de eo, ablue in aceto acerrimo mali granati duabus vicibus, & sicca ad Solem: deinde solue in duplo sui de aqua putei, & cola & dimitte in fimo per diem vnum ad magis subtiliandum,

deinde cola & congela in cinere in cucurbita habente tria foramina ad modū vnius digiti, deinde solue sub fimo in ampulla, postea distilla semel & reconde aquam perfectam.

Regimen salis Atincar.

REcipe salem armoniacum, salem nitri hoc est alkali, salem cōmunem ana de vno quoque lib. semis, & de melle cocto & despumato vncias quinq; & de sero acetoso quinque vicibus distillato per pannū vncias decē, & de vrina puerorum duodecim annorū vncias quindecim, omnia misce simul, & solue & pone sub fimo duobus diebus, deinde congela in cinere per diem vnum apertis foraminibus cucurbitæ: postea solue in viscere (siue cucurbita) sub fimo, & reconde aquam perfectā. Ista est aqua cū qua congelatur arg. viu. sine sublimatione & mortificatione: quoniam si posueris ipsum in crucibulo, & calefeceris parum, & proieceris desuper tres guttas de hac aqua, congelatur, & mutat æs in infinitum, & cum eo soluis omnia corpora & spiritus: & valet ad Solē & Lunam secundum quòd corpus fuerit præparatū ad alterutrū.

Regimen nitri Indici, tere & ablue cum aceto de vino rubeo & mali grana ti quinq; vicibus, deinde funde & extingue ipsum in aqua salis cōmunis & armoniaci de vnoquoque ana vncias duodecim. In his quinque vicibus erit calcinatum in subtilem puluerem, cui non est par ad Solem. Regimen nitri violacei, tere & ablue cum aceto sorbarum & mali granati septem vicibus, & sicca ad Solem vel in cinere, deinde funde in fortissimo crucibulo ferreo, & extingue in aqua salis cōmunis & armoniaci. Regimen nitri rubei, tere & ablue in aceto mali sylvestris & citoniorum & in aceto prunellorum de spinis decem vicibus, deinde funde his decem vicibus, & extingue in aqua omnīū salium, id est aqua atincar, & erit calcinatum in calcem Solis, quæ dicitur Calx Soldani Babylonis. Regimen nitri albi, tere nitrum, & ablue cum aceto acerrimo albo viginti vicibus vna die, & sicca ad Solem post ablutionem, deinde funde viginti vicibus in cacia ferrea, & viginti vicibus extingue in aqua salis communis & alkali: erit calcinatum in calcem Lunæ cui non est par, videlicet ad Lunam.

Talci separatio.

ACcipe de eo quantum vis, & contere ipsum in pelle ouina vel vaccina & lapillis crystallinis vel similibus sicut scis: & tunc ignias ipsum in cacia ferrea septies, omni vice extinguendo ipsum in aqua salis armoniaci & alkali & nitri salium præparatorum ana commistis, & erit optimè præparatum.

Plumborum duorum separatio.

Funde de quocunque horum volueris quantum vis, & tunc ipsum colatū, & calidum extingue septies in aqua salis armoniaci, & erit optimè separatum.

Ferri & æris separatio.

LAminas cuiuscunque horum volueris ignitas extingue in aqua hac. R. salis armoniaci, baurac, nitri, atramenti, alumīnis iamenī omnium ana vncias quatuor, salis cōmunis, salis gēmæ ana vncias duas, & proijce super ipsa aceti vini albi lib. vnā & semis, pone ad Solem diebus septem, donec in ea dissoluantur, & quanto plus steterit, melius erit.

Argenti separatio.

ACcipe de eo quantum vis & funde eum in cineritio examinationis cum plumbo, postea fac ex eo laminas ad grossitiē tui vnguis, & cementa eas cum limatura chalybis pertenui, quæ prius aceto & sale fuerit fortiter incerata (sale & aqua prius abluta, & per noctem in duplo sui de aceto forti fuerit macerata) & fac eas morari in furno panis optimè calefacto per noctem v-

nam

nam,& in mane extrahe & dimitte infrigidari,& separa laminas à limatura,& funde eas & erit arg. optimè separatum.

Sulfuris solutio.

TEre ipsum super tabulam vitream donec sit vt medulla: cum quo teras quantum est ipsius quarta de sale armoniaco,deinde in aere desicca:postea imbibe ipsum ex aqua salis armoniaci sublimati,quæ sit tanta quantum est eius pondus aut parum plus:deinde pone ipsum in vas super quod sit aliud vas:Postea inhuma ipsum in fimo quatuordecim diebus,& muta fimum seu stercus singulis tribus diebus:Resudabit enim vel soluetur si stercus fuerit calidum:& si non,tere ipsum bene cum aqua salis armoniaci,quanuis in eo remanserit aliquid ex ea ne cures inde,& inhuma ipsum donec soluatur. Quòd si ante quatuordecim dies soluatur,non tamen extrahas donec dies compleãtur:Stercus verò singulo triduo muta,& scias pondus sulfuris & aquæ, & cũ soluetur,pondera ipsum. Quòd si fuerit eius pondus cuius erat prius,bene erit:si fuerit minus,tanto erit melius:Et si fuerit plus,scias quòd augmentũ salis armoniaci est in ipso: Quod extrahes aut calefaciendo ipsum in vase aliquo, aut sublimãdo donec redeat ad pondus sulfuris:Deinde distilla ipsum:& quàlis fuerit claritas,talis erit eius tinctura:si enim fuerit rubea,erit rubea: & si fuerit alba,erit alba. Congela cum ipso spiritum quemcunque volueris, & fige cũ ipso,& calcina cum ipso,& cera cum ipso.

Modus distillandi est,vt sumas sulfur solutum & salẽ armoniacum,& ponas in vna cucurbita,& distillabitur in primis aqua salis armoniaci: pondera ipsã donec egrediatur,quòd sit parum maioris ponderis: Aqua enim salis armoniaci est subtilis,& aqua sulfuris est grossa sicut lac:Diuide & operare cum eo in eo quod volueris,quoniam bonũ est. Est autem sulfur difficile ad soluendũ tamen sustine patienter. Eius altera solutio absque sale armoniaco est cum oleis:Aqua enim sulfuris est sicut oleum:acetum quoq; soluit ipsum & cerat,& extrahit arg. eius viu. & rectificat ipsum,& facit ipsum Elixir,& ipsum dissipat & rectificat. Habes in Alberto in additionibus in cap. solutionis spirituũ,secũdum Rasim in lib. de Lumine luminum,hoc expositum.

Sulfuris calcinatio.

SVlfur quantum vis tere & cribra & imbibe cum aqua salis armoniaci, & aceto mali granati: Et si erit ad Lunam,cum aqua salis cõmunis & aceto acerrimo de vino albo tantũ,donec cum contritione & imbibitione cõmuniter desiccetur in cinere decemvicibus in vno die:deinde pone in vase sublimatorio & sublima sex vel nouem vicibus:quod est vltimum tàm ad Solẽ, quàm ad Lunam, ex libro Emanuel.

Sulfuris separatio.

ACcipe de eo bene trito quantum vis,& pone ipsum in sacculo lineo largo,& liga os sacculi,& pone in concha in qua fit lixiuium ad medietatẽ ponderis sulfuris de calce viua bene trita,& super calcẽ pone sacculũ cũ sulf. & desuper sacculũ pone de calce viua tantũ quantũ est totũ sulfur, & tunc pone conchã super recipiẽs suum,& infunde desuper de optimo aceto (alibi dicitur fortissimo feruẽte) donec calx peroptimè sit extincta:& hanc vaporationẽ reitera septies omni vice renouãdo calcẽ viuã: & tunc extrahe sulfur de sacculo & pone ipsum in vase vitreo & decoque ipsum in capitello fortissimo in quo solutũ sit prius in quadruplo sui de sale alkali & aluminis iameni,nitri, salis armoniaci anà partem vnã,& decoque in igne leui cum suis vasis aqua & cinere mediante(alibi habetur in aceto vaporationis rerum suarum cum igne leui donec totum consumatur,tunc desicca & c.)per diem & noctem vnam,

tunc colligè ipsum vt scis, & sicca & pondera: si fuerit libra vna, adde ei limaturæ ferri subtilis vncias octo, & frica fortiter insimul cum fricatoria in paropside vitreata, & rora cum quatuor vel tribus ad minus vncijs aluminis iameni extincti & dissoluti in octo vncijs aceti distillati, & frica (vel tere) fortiter, & tunc addes vncias quatuor calcis viuæ, vncias sex spumæ maris, & iterū frica hæc omnia fortiter in paropside prædicta, & tunc desicca peroptimè ad Solem vel ignem lentum & tere peroptimè & cribra per sedaciū spissum, & tunc pone in aludel super stratum salis gẽmæ & sublima ipsum vt dictū est de mercurio, & reiterabis sublimationem & compositionem prædictam, & erit oleū optimè separatum: Serua ergo ipsum ad horam necessitatis in vase vitreo.

Modus rubificandi ipsum.

MOdus est vnus cum tincturis extractis de animalibus & arboribus vel lapidibus: Et alter est cum aquis rubificantibus, quæ sunt de speciebus limpidis: Et est magnum secretum cùm funditur aliquis horum spirituum in operatione, tunc enim est Elixir magnum.

Auri separatio.

FAc de eo laminas ad modum tuæ vnguis, & eas cementa cum hoc puluere, R. salis cõmunis separati partes duas, lateris antiqui in ripis fluuiorum & in litore maris reperti, quod melius est, partem vnã, tere optimè & cribretur per sedacium spissum: tunc laminas dictas sic cementatas fac morari in medio athanor super tripodem per diem & noctem vnam, & implendo athanor, id est furnellum carbonibus viuis, & quum minuuntur addendo semper de alijs, tunc igne remoto & infrigidato aperi crucibulum, & inuenies aurum optimè separatum.

Argenti uiui separatio.

ACcipe de eo quantum vis & mortifica ipsum cum pondere sui atramenti separati, & cum tantundem salis cõmunis separati rorando cum forti aceto & assando in furno panis calido per noctẽ toties donec sit optimè mortificatum: & tunc tere ipsum optimè, & mitte ipsum in aludel super stratum salis gẽmæ, & accende leuem ignem donec humor cesset, & tunc vigora ignẽ paulatim donec totum arg. viu. ad vasis latera sublimetur, & hanc sublimationem reitera toties donec sit albissimum, semper renouando omni vice prædictam compositionem, & erit optimè separatum.

Alia separatio mercurij quæ in pluribus libris reperitur.

ACcipe libram vnam ex eo & mortifica ipsum cum pondere sui atramenti separati, & salis cõmunis separati vncias octo, & aluminis iameni separati vncias quatuor, & iterum soluti in fortissimo aceto in duplo sui rorando prædicta cum medietate huius aceti, in quo scilicet alumen iameni est dissolutum, & frica fortiter in paropside vitreata, vt videatur quasi terra torrida: postea assa in furno panis in vase concluso, ita quòd nõ respiret aliquo modo per noctem vnam, & in mane extrahe, & pone in paropside & rora ipsum iterum, & frica cum medietate aceti quod reseruasti, & pone iterum in furno vt prius: tunc tere ipsum fortiter & cribra per cribrum spissum & pone in aludel supra stratũ salis gẽmæ & pone ipsum super athanor, & fac sub eo ignẽ cũ tribus vel quatuor carbonibus, donec omnis humorositas cesset, & tunc vigora ignem paulatim donec totum arg. viu. ad vasis latera sublimetur, & hoc reitera ter vel quater donec simile niui sublimetur, omni vice renouando cõpositionem prædictam, & erit optimè separatum.

Additiones. Alibi sublimatur sic: R. de eo lib. 1. atramenti citrini boni lib. 1. salis cõmunis albi combusti, lib. 1. aluminis de glacie lib. 1. tere omnia super por-

porphidum, quovsque mercurius ibi mortificetur, ita quòd nihil de eo viuum appareat, sed fiat totum nigrum vt lutum: postea pone in vase sublimationis, & sublima cum lento igne donec mercurius sublimetur: reduc eum iterum ad fæces suas imbuendo cum pauco aceto, & iterum sublima vt prius: ita fiat ter aut plus, donec sit albissimus.

Alibi ex libro Emanuel sic sublimatur.

Accipe de eo quantum vis, sicca & imbibe cum reiteratione fortissima in Sole in diebus Canicularibus donec erit massa dura cũ aqua salis cõmunis & aceti & aqua aluminis iameni si erit ad Lunam: si erit ad Solem, cum aqua salis armoniaci & atramenti. Deinde tere & pone in vase sublimationis, & sublima ipsum septem vicibus (vel vndecim quod est vltima) tribus horis cum igne debili, & quatuor cum igne forti: non est tale super terram.

Arsenici separatio.

VApora ipsum prius, vt docui te vaporare sulfur cum calce & aceto: & si non vis ipsum vaporare, non est vis: tere ergo ipsum vaporatum vel nõ vaporatum, peroptimè cribra, & adde vncias quatuor (vel octo) de calcute (id est vitriolo) & vncias quatuor cerussæ plumbi & rora cum vncijs quatuor vel tribus ad minus aluminis iameni dissoluti in octo vncijs aceti distilla ti vt feciſti in sulfure, & tunc pone ipsum in aludel, siue in vase sublimationis su per stratum salis gẽmæ, & sublima vt scis: & itera hanc sublimationem, & erit optimè separatum, semper renouando dictas fæces.

Arsenici calcinatio.

TEre, cribra, & imbibe cum aceto accerrimo, in quo solutæ sint vnciæ de cem de sale aliquantulum præparato, & si erit ad rubeum, cum aceto ma li granati in quo sit solutum sal armoniacũ, quod melius augmentat tinc turam rubeam: Deinde postquàm erit bene tritum cum imbibitione, & de siccatione quatuor vicibus in cinere, pone in vase sublimationis & sublima quinque vicibus vel septem, quod est vltimum super eandẽ fæcem: Et valet tã ad Solem quàm ad Lunam. ex Eman.

Salis armoniaci separatio.

ACcipe de eo trito lib. 1. de spuma maris vncias quinque vel sex & de sale gẽma vncias duas, de sale cõmuni & aluminis iameni ana vnc. duas cõ tere hæc omnia simul fortiter & cribra per sedacium spissum, & tunc mitte in aludel super stratum salis gẽmæ, & sublima vt scis, & itera super ipsum semel compositionem & sublimationem, & erit optimè præparatum. obserua bene.

Tutiæ separatio.

ACcipe de ea quantã vis, & ignias eam in cacia ferrea septies, & omni vice extingue eam in aceto vini miræ fortitudinis, tunc redde ei acetum, in quo extincta est, terendo & imbibendo super marmor, & siccando ad Solẽ & tunc sublima eam sicut scis, et erit optimè separata.

Magnesiæ & marchasitæ separatio.

ACcipe de quacunque harum volueris quantũ vis, & ignias eam in cacia ferrea septies omni vice extinguendo eã in aceto fortissimo sicut dictũ est de Tutia, sed tamen qualibet vice post extinctionem extrahatur ab aceto, & ponatur super porphidũ vel porphyriten lapidem & fricetur fortiter, & cũ aqua dulci abluatur. Hoc facto, igniatur ter, & omni vice extinguatur in aceto citrino, & erit optimè separata.

Præparationes salis communis, salis gemmei, & alkali.

ACcipe de quocunque volueris separato partem vnam, vrinæ pueriliis an tiquatæ & decoctæ ad tertiam sui partem & distillatæ per filtrum partes

duas & dissolue ipsum in ea, & distilla per filtrum & congela cũ igne leui sicut scis, & sic itera sex vicibus, sed omni vice post coagulationem fac ipsum morari in vase concluso in furno panis per noctem vnam: hoc facto decoque ipsum ter, omni vice in duplo sui de aqua hac, R. seri lactis acetosi caprini partes quatuor, olei cõmunis abluti cũ aqua dulci, & per alembicũ distillati, vel pinguedinis testudinis, quæ melior est, mellis albi despumati ana, & omni vice coagula & assa ipsum in furno panis qualibet vice sicut prędictũ est. Tunc solue ipsum per se in vase solutionis vt scis, vel in aqua animalis semel distillata, quod erit factum die vna, & tunc distilla per alembicum, & adde ei æquale pondus sui de aqua aluminis (animalis) septies distillata per alembicũ quatuor vicibus cũ aqua vel cinere, et tribus cum cinere sine aqua: Et tunc coagula cum vase coagulationis cum igne leui, aqua et cinere mediante, ita quòd tota aqua consumetur vel coaguletur cum eo: tunc resolue ipsum ter, et omni vice distilla per alembicum et coagula et proba ipsum super laminã ignitam, qui si fluxerit ad modũ cerę vel plumbi, factum est: si non, reitera super ipsum vltimũ opus donec sic contingat, et tunc erit optimè præparatum.

Aluminis iameni præparatio

ACcipe de eo separato partem vnam, & dissolue, & in vase solutionis cũ aqua animalis (seu vrina) semel distillata per alembicum & coagula: Et tunc adde ei tantundẽ prædictæ aquæ animalis, & coagula insimul, sicut prædictum est in salibus, hoc est, vt totum coaguletur cum ea, & sit prius septies distillata per alembicum, quatuor vicibus cum aqua & cinere, & tribus cum cinere: tunc iterum dissolue & distilla prædicto modo per alembicum & coagula sicut scis in vase coagulationis, & ita fac donec currat super laminas: & erit optimè præparatum.

Aliter. Pone alumen iameni in ollam vitreatam & argillatam, & pone in furno panis per diem vnam, deinde extrahe & tere, & imbibe cum aqua salis communis soluti in aceto de vino albo & vrina pueri duodecim annorũ: Sed de sale & aceto & vrina æqualia sint pondera, distemperetur, et per pannũ colletur, et de hac aqua imbibe cum trituratione et desiccatione aluminis iameni quinque vicibus, & erit nimis albũ: deinde pone in viscere (id est cucurbita vel bocia) sub fimo per diem vnum, et soluetur, distilla semel, deinde congela vtsit niuei coloris: deinde reconde, quia omni die potest dissolui citissimè in aquam claram: Et est vnum de retinaculis, tamen habet potestatem soluendi. Et etiam eadem est præparatio aluminis zucharini. Ex lib. Emanuelis.

Vitreoli præparatio.

ACcipe de eo quantum vis vt prius, & ignias & extingue sicut præcepi de Tutia in aceto, postea solue ipsum in vase solutionis cum tantundem sui aquæ vitæ præparatę: & cum bene solutũ fuerit distilla per alembicum donec tota aqua distilletur rubicunda & clara, & tunc eam coagula: Et hoc opus itera super ipsum, id est solutionem & distillationem, & coagulationẽ, donec super laminam velocissimè fundatur, & tunc adde ei æquale pondus sui de oleo aluminis rectificato cum suo igne: tamen sit oleum prius distillatum & rectificatum rubeum, tunc ambo, id est oleum dictum & aqua salis vitreoli rubicunda, & sal eius rubeum dictum iungantur insimul & rectificentur insimul semel, & erit optimè præparatum.

Nitri præparatio.

ACcipe de eo separato quantum vis & funde ipsum & extingue septies in aqua salis communis præparati, & tunc contere ipsum & ablue à sale cum aqua dulci, postea sicca ipsum & pondera & adiunge ei medietatẽ sui de plum-

plumbo præparato, et funde ínsimul, et iterum tere: et tunc adde ei æqualiter pondus sui de mercurio optimè separato, et contere ínsimul rorando cũ aqua salis cõmunis præparati, et assando in furno panis per noctẽ: Et tunc sublima fugitiuũ ab eo toties donec totus in fundo vasis cum eo remaneat: tunc ablue inde salem cum eo aceto distillato, quo facto sicca totum illud peroptimè, et cera cum aqua vitæ et solue in furno: Et fac postmodũ de eo per omnia, vt dicam in præparatione auri, id est distilla per alembicũ et cõgela et cera cũ oleo philosophico, et erit optimè præparatum.

Talci præparatio.

ACcipe de eo separato quantum vis, & pone iterum in sacculo líneo spisso rotundo, & largo, & liga os eius & suspẽde ipsum super vaporem huius aquæ: R. vrinæ sublimatæ partes duas, salis armoniaci partem vnã, & maneat sacculus super huiusmodi aquam tribus diebus & totidẽ noctibus. Quarto die aperi sacculum & intromitte de lapillis albis ad sufficientiã, & tunc os sacculi liga strictè, & pone ipsum in scutella vitreata, & proijce super ipsum de aqua, cum qua fuerit vaporatum, & frica fortiter inter manus, donec talc per poros sacculi exiens, in fundo scutellæ decidat: tunc dimitte ipsum residere, & effunde aquam subtiliter, & inuenies ipsum in fundo scutellæ similẽ arg. viuo præparato & soluto & distillato per alembicũ, tunc pone ipsum ad soluendũ in solutione nostra: & cum fuerit aqua clara, imbibe ex ea pondus sui de arsenico administrato, & iterum mitte ad soluendum, et cum solutum fuerit distilla per alembicum ita vt nihil remaneat in fundo cucurbitæ, et fiet aqua valde peruia, et coagula eam, et cera in crucibulo tenui super ignem lentum cum oleo albo philosophico sicut scis, ita vt currat ad modũ ceræ vel plumbi ad minus: et de hoc cerato proijce pondus vnũ super cẽtum cuiuscunq; vis duorũ plumborũ separatorũ, et fiet Luna melior ea quæ est de mineris cum Dei auxilio, et eius virtute.

Auri præparatio: & hic est modus faciendi ex omni corpore lapidem seu Elixir quodlibet secundum suam speciem: uel compositè, si mistionẽ intelligas: Ideo nota.

ACcipe de eo separato vel subtilissimè limato quantũ vis, & sublima ab eo æquale pondus sui de arsenico vel sulfure rubeo sublimato ad rubeũ, & albo ad album, donec medietas eius cum eo in fundo vasis figatur. Et imbibe totum hoc de pondere sui aquæ salis cõmunis separati & persoluti, & sicca & assa in furno calcinationis die & nocte vna, tunc ablue inde salem cum aqua dulci, & sicca iterum: & tunc cera ipsum cum sale armoniaco separato rubeo ad rubeũ, & albo ad album, & tunc pone totũ ad soluendum donec aqua clarissima fiat: Et tunc sublima huiusmodi aquã & distilla per alembicũ, & coagula & cera in crucibulo super ignem cum oleo philosophico fixo rubeo ad rubeum, & albo ad album. Et tunc proijce de ipso si est ad rubeum super argentum & fiet aurum bonum: & si est ad album, super æs, & fiet arg. bonum.

Alia præparatio auri quæ alibi reperitur.

ACcipe de eo separato & subtilissimè limato partem vnam, & æquale põdus sui de arsenico sublimato rubeo, & frica insimul fortiter, & pone in aludel cum tantundẽ salis cõmunis præparati rubei & sublima arsenicũ ab eo bis vel ter, & erit optimè præparatum.

Additio. Accipe bonum aurum purum, & habeas coram te paropsidẽ cũ aqua munda dulci, & habeas cotem asperam mundam, cuius vnum caput teneas in manu tua, & aliud stet in fundo paropsidis in aqua, et tunc frica aurum in cote sæpe madefaciendo cotem cum aqua, quia limatura descendet ad fundum vasis subtilis: fac ergò tamdiu quòd limetur de auro quantum volueris:

deinde permitte ita per horam, et proijce aquam cum facilitate, et ablue ter et sicca. Eodem modo facias de argento: sunt qui limant cum lima subtili, et ita vtuntur. Ex lib. de Artibus Romanorum.

Argenti præparatio.

FAc de limatura argenti separati per omnia vt de auro dixi: hoc est sublima ab eo æquale pondus sui de arsenico vel sulfure sublimato rubeo ad rubeũ et proijce similiter ipsum super arg. vel æs.

Alia præparatio argenti.

R. de limatura argenti separati quantum vis, et fac de ea cum sublimato arsenico albo per omnia, vt dictum est in auro.

Plumborum duorum præparatio.

REcipe de quocunque eorum volueris separato partem vnam, & funde ipsum in cacia ferrea, & proijce super ipsum pondus sui de sale cõmuni separato & puluerizato, & cõmoue fortiter cum instrumento ferreo donec totum plumbũ in puluerem cõuertatur, tunc ablue ab eo salem cum aqua dulci, & desicca puluerem illum & pondera, & imbue ipsum cum tantundem sui de aqua salis communis separati, & per se soluti, & tunc pone in crucibulo bene concluso ne respiret, & fac ipsũ stare in furno calcinationis per tres dies & noctes: tunc eo infrigidato extrahe inde salẽ omnino cum aqua dulci, & tũc iterum ablue cum aqua dulci de paropside in paropsidem ad modũ cerussæ, ita vt fiat albavt nix: tunc desicca ipsam ad Solem, & postea fac de ipsa per omnia vt prædixi de limatura argenti: & erit optimè separatum.

Ferri & æris præparatio.

ACcipe de quolibet horum volueris separato & subtilissimè limato partẽ vnã, & ablue ipsum ter omni vice cum medietate sui de arsenico, cuius medietas sit præparata ad comburendum corpora, & alia medietas separata solùm, & fac ipsum manere in athanor calcinationis per diem & noctẽ: & omni vice fac ipsum descendere cum oleo (tartari) & per botum barbatũ donec album & clarum descendat, & tunc tere ipsum & lima subtiliter & rora ipsum cum aceto fortissimo in Sole calido donec ipsum optimè rubificetur: tunc põ dera ipsum et adde ei tantundem arsenici rubei, et fac deinceps per omnia vt prædixi de auro.

Argenti uiui præparatio.

ACcipe salis armoniaci, salis aluminis iameni, cuperosæ ana vnc. tres, dissolue hæc in quatuor libris aceti distillati, & tunc mitte in ipso lib. vnam cerussæ stanni, & fac ipsam manere intus per mensem vel amplius, quia quanto plus intus steterit, tanto melius est, & moue ipsam quotidie bis vel ter, & cũ operari volueris, dimitte quiescere, donec clarificetur: & extrahe inde aquam claram cautè, & distilla ipsam per filtrum: tunc congela ipsam, & congelatam pondera, & ipsum imbibe cum tertia parte sui de aqua calcinata alba ad albũ, & rubea ad rubeũ: & tunc assa in furno panis per noctem, & post dissolue per se sicut scis, & inde imbibe mercurium separatum ad pondus eius paulatim super porfirium, & sicca bene & sublima sine strato aliquo alembico superposito cum suo recipiente, & quod sublimatur reduc super fæces suas terendo super marmor, redde ei aquam quæ ab eo distillauit: & sic reitera toties, donec inde nihil sublimetur: Et tunc remoue sales abluendo cum aqua dulci, & tunc pone totũ illud ad descendendũ, & fac descendere in laminam, & cum descenderit fac sub eo ignem septem diebus secundum quod dicam inferius in operatione verissimi Elixir: tunc fac de eo vt fecisti de auro.

Alia

Alia præparatio mercurij, & calcinatio eiusdem, quæ habetur alibi.

REcipe salis alkali, salis gẽmæ, salis aluminis, salis armoniaci separatorum partem vnam, & solue hæc omnia in duplo eorum de aqua occulti lapidis albi sublimata ter sine inhumatione, & dimitte quiescere die & nocte vna, tunc distilla per alembicum & coagula cum igne leui in vase coagulationis, tunc resolue ea prædicto modo ter, & distilla per alembicum & coagula, & proba super laminam ignitam, & si se resoluerit vt cera vel plumbum, factum est: sin autem, reitera super ipsum vltimum opus donec sic contingat, & erit Atincar. accipe igitur mercurij separati partem vnã, & de prædicto atincar per se soluto tantundem, & inde imbibe mercurium paulatim super porfidũ, & cum totũ absorbuerit desicca ipsum leuiter, & pone in aludel sine stricto aliquo: & alembico superposito cum suo recipiente, & obturatis iuncturis cum luto magisterij sublima ipsum: & quod sublimabitur reduc super fæces terendo super porfidum, & reddendo ei aquam quæ ab eo distillauit, & sic itera toties donec inde nihil sublimetur: & erit mercurius bene calcinatus & præparatus. Tunc accipe de aqua pluuiali distillata per alembicum & solue prædictam sublimationem in quadruplo sui huius mercurij aqua, ita quòd totũ atincar dissoluatur in ea, & mercurius remaneat in fundo paropsidis calcinatus. Cola igitur inde aquam cum filtro, & ita fac donec omnis salsedo recedat: tũc desicca ipsum & serua in vase vitreo ad horam necessitatis. *Sal atincar.*

Calcinatio mercurij. Accipe salis cõmunis, salis gẽmæ, & aluminis iamenĩ ana quantũ vis, & solue: de hac aqua imbibe super marmor mercurium sublimatum terendo quousque satis biberit. Postea pone in cucurbita cum alembico & desicca: semper autem reddatur ei sua aqua distillata ab eo donec totã biberit, nec ascẽdat: postea dissolue in aqua pluuiali, & inuenies in fundo mercurium album. *Additio alia.*

Solutio ipsius.

Accipe salem armoniacũ præparatum cum vrina præparata quousq; sit lactea & dissolue in fimo equino sicut scis, et congela. Additio.

Auripigmenti sublimatio.

REcipe auripigmenti præparati lib. vnã, & batituræ cupri aut æris lib. 1. salis gẽmæ aut salis cõmunis lib. 1. & hęc tria tere bene super lapidem marmoreum & misce bene & tere minutè: deinde fac lectum vnum salis cõmunis in sublimatorio, & super illud stratum pone auripigmentũ cũ sua medicina, & sublima totum insimul vt fit in mercurio: Sed in hoc non requiritur tãtus ignis, quia sulfur & auripigmentum citò comburuntur: & quando fuerit sublimatum videas si quid manserit in fæcibus: si sic, iterũ sublima fæces quousque intus nihil remaneat, & pone cum illo sublimato & sublima ter, & serua mundè.

Aliter sic sublimatur.

R. auripigmenti præparati lib. 1. salis cõmunis præparati lib. 1. stanni calcinati aut plumbi lib. semis, cupri combusti aut limaturæ cupri aut ferri lib. semis, tere res ipsas quamlibet per se, & postea misce simul & tere minutè, & pone ad sublimandũ vt dictum est supra, & sublima ter & serua.

Descensio auripigmenti.

REcipe auripigmẽti præparati dimdiã lib. & lib. dimidiam tartari calcinati & tantum calcis viuæ, & vnum quarterum salis cõmunis præparati, & tere bene omnia insimul, & pone cum aqua albuminis ouorum rectificata, & pone cum pauco sanguinis porci seu pinguedinis, & fac pastã non nimis duram, sed medio modo: & pone in descensorio, & sint intus virgulæ ferreæ,

quæ teneant paſtam in fundo ne cadat quando vas vertetur quod inferius eſt ſuperius: & appone coopertorium & claude cum argilla & ſimo equino: Deinde fac foſſam in terra, et verte vas quod ſuperius inferius, et pone ſic in foſſa et appone terram circumquaq; et fac paruũ ignẽ in principio: et deinde paululum augmentando, et hoc per dimidium diem, et in fine facias ignem fortẽ Et nota, quòd paruũ foramen quod eſt in parte inferiori vaſis, ſemper debet eſſe apertum: et poſt ſex horas dimitte ignẽ vt infrigidetur, et aperi vas, et reperies ad latera coopertorij auripigmentum quod deſcẽderit album in ſimilitudinem metalli albi fuſi, vt argentũ: illud collige et ſerua. Et ſi aliquid remanſerit in fæcibus, iterum tere minutè, et appone aquam albuminis ouorũ: et fac paſtam, et fac deſcendere vt prius, et pone omnia ſimul.

Sulfuris & arſenici præparatio.

ACcipe de quocunq; eorum volueris ſeparato quantũ vis, & decoque ipſum in pinguedine porcina vel arietina aut hircina in vaſe decoctionis, ita quòd pinguedo ſemper ſuperſit tribus digitis ad minus, & ſẽper pinguedo quæ ſupereleuatur remoueatur cum cochleari, donec ex ea nihil eleuetur: tunc remoue pinguedinẽ decoquendo in capitello facto ex cinere clauellato & calce viua & aceto diſtillato per alembicum: tunc calcina prædictũ atincar prædicto modo vt feciſti mercuriũ, & abluè cum aqua pluuiali diſtillata per alembicum, vt totum quod attingitur remoueatur, vt dictũ eſt in mercurio: Tunc accipe de quocunq; eorum vis partem vnã & pone in aludel cũ duabus partibus aquæ occulti lapidis albi inhumati diſtillati & rectificati ſepties alembico ſuperpoſito cum ſuo recipiente, & claude iuncturas cum luto magiſterij vt nõ reſpiret, & pone in aludel in vaſe fictili cinere trito (vel tamiſato) pleno, & fac deſubtus ignem lentum ſex diebus. Et ſeptimo die vigora ignem donec nihil diſtilletur, ſemper aquam quæ inde diſtillat reducendo ſuper fæces, donec nihil poſsit diſtillari. Tunc igitur remoto igne per noctẽ & diem vnam, refrigerari permitte: in fundo vaſis inuenies laminam cryſtallinã, quam ſerua in vaſe vitreo bene ſigillato ad horam neceſsitatis.

Additiones. Alia præparatio ſulfuris.

Tere ſulfur viuum minutè & pone in ſacco lineo, & liga largè, & ſuſpende in vno potto ſuper ignem, & pone intus ſatis de lixiuio quod docebitur, & facias infra diu multũ bullire: deinde remoue de ſacco & pone in patella terrea, & coque per dimidium diem in vrina ſeparata: deinde cola vrinam, & iterũ pone in ſacco & coque iterum per dimidium diem in lixiuio: poſtea extrahe & proijce ſupra de aqua calida ad ſalem remouendum: deinde exicca ad Solẽ & erit bene præparatum.

Sulfuris ſublimatio.

R. ſulfuris præparati, limati ferri aut cupri ana lib. 1. & libram ſalis cõmunis præparati: tere bene hæc omnia & miſce ſimul, & appone de aceto & fac paſtam, & pone in ſublimatorio & luta circumquaq; cum argilla, & pone per noctem in furno ad exiccandum: de mane extrahe & fac puluerem minutum, & poſtea ſublima, & hoc ter, & ſerua. Lixiuiũ cum quo præparatur ſulfur & auripigmentum. R. vrinæ puerorum bene præparatæ, calcis viuæ & ſalis communis præparati & cineris fabarum aut ſarmentorum vineæ, & fac inde lixiuium iterando colationem quater aut quinquies, & appone ſatis de ſale communi aut de ſale alkali.

Arſenici præparatio.

R. auripigmentum quantum voles, coque in oleo lini aut amygdalarum amararum, aut in ſagimine porci ſuper paruũ ignem per dimidium diem: & ſic tantum

tantum oleum aut pinguedo quòd natet super auripigmentum ad spissitudinem digiti: & debet prius esse tritum in puluerem minutissimū: deinde post decoctionem aufer ab igne, & dimitte residere per aliquod tempus, deinde cola pinguedinem extra vt melius potes: Postea pone super ignē, & appone satis de vrina, & fac bonum ignem, & moue sæpe cum baculo & fac bullire per duas horas, & deinde cola vrinam, deinde pone super ignē, & pone desuper acetum præparatum ad magnam quantitatem, & facias bonum ignem, & fac bullire per duas horas aut tres, & aufer ab igne, & extra cola acetum & iterum coque in vrina præparata, & iterum in aceto ad melius extrahendum pinguedinem, & proijce super aquam bullientem sæpe. Deinde recipe & liga in sac co lineo non nimis stricto sed largo & cooperias in lixiuio supradicto, & fac intus bullire tuum auripigmentum ligatum in sacco lineo, & semper aufer immunditias quæ supernatabunt quousque plus non appareant. Postea extrahe & fac bullire in aqua ad extrahendum salem, & quando satis bullierit aufer et proijce desuper satis de aqua ad extrahendum pinguedinem & salem, & tunc erit bene præparatum ad sublimandum & ad descendendum.

Salis armoniaci præparatio.

ACcipe de eo separato quantum vis, & solue ipsum sicut scis in albuminibus ouorum elixatorum, vel in aqua trium generum salis distillata per alembicum aqua & cinere mediante, & aquam quæ inde distillabit, redde ei, & sic fac donec nihil inde sublimetur. Itera ergo solutionem dictā & distillationem & coagulationem sex vicibus, & septima vice solue ipsum in duplo sui aquæ occulti lapidis albi inhumati, distillati, & rectificati, & cùm bene solutum fuerit, mitte in aludel prædicto modo ad distillandum & coagulandum, itavt tota aqua consumetur: tunc proba eum super laminam ignitā: quia si se resoluerit vt cera, sine alicuius fumi emissione, factum est: quod si non, fac donec illud contingat: & erit optimè præparatum. Serua ergo bene ipsum in vitro bene concluso.

Addítio: Soluitur autem sal armoniacus in albumínibus sic in vna hora: Accipe ouum decoctū durum, & illud scinde per medium, & remoto vitello imple concauitatem eius prædicto sale in puluerem redacto, & teneas inter manus bene clausas, aut in cucurbita infra balneum, et per horam modicū cōprimendo emanabit aqua, et hoc iuuat ad illud fixandum..

Alia præparatio eius quæ in pluribus libris reperitur.

ACcipe de eo separato quantum vis, & solue ipsum per se sicut scis, & distilla per alembicū & pondera, & adde ei æquale pondus sui de aqua aluminis iameni præparati si est ad album, vel vitrioli si est ad rubeum: & coagula simul hanc solutionem & distillationem, & coagulationem reitera sup ipsum septies, vel donec super laminam velocissimè fundatur vt cera sine alicuius fumi emissione.

Tutiæ præparatio.

ACcipe de ea separata quantum vis, & imbibe eam cum aceto fortissimō in quo sal cōmune sit resolutum, et sicca et assa in furno calcinationis per diem et noctem vnam, tunc ablue eam cum aqua dulci et sicca, et sic itera quinquies: tūc tere ipsam cum sale armoniaco separato rubeo (vel cū aqua viridis æris aut aqua auri resoluti, et sicca ad Solem, aut super ignem si velis, septies aut octies, postea pone ad soluendum, deinde ad congelandum, & iterū ad soluendum, & postea ad congelandum: deinde tere & incera cum oleo rubeo Philosophorum, aut alio oleo bene rectificato, & pone ad resoluendum et congelandum bis, et proba super laminam calidam si citò fundatur: si non,

reitera terendo & ponendo in crucibulo super ignem, & incorporando cum oleo guttatim, donec citò fundatur super lamina, & proijciatur vnum super quinquaginta æris aut Lunæ) & solue & distilla per alembicum & congela in lapidem quem cera cum oleo philosophico rubeo, & proijce super æs purgatum, & fiet aurum bonum.

Magnesiæ & Marchasitæ præparatio.

ACcipe de quacunque harum vis separata partem vnam, & imbibe eam cum pondere sui salis cõmunis separati et soluti, duplo sui de aceto, et sic ca et pulueriza subtiliter, et pone in aludel, et fac subtus leuem ignem donec humiditas cessẽt, et postea fac sub ea fortẽ ignẽ duobus diebus cum suis noctibus, tunc ablue ab ea salem cum aqua dulci, et sicca et contere eam cum tantundem sui arsenici separati rorando cum quarta parte sui de aqua salis eõmunis separati, et sublima ipsum ab ea bis vel ter, semper reducendo sublimatum super fæces suas: deinde fac totum descendere per botum barbatum cũ oleo et nitro toties donec descendat frustum album vt argentũ, et solue et distilla per alembicum et coagula, et hoc frustum cera cum aqua salis armoniaci præparati in lapidem crystallinũ, quẽ cera cum oleo philosophico albo super ignem, et proijce desuper stannum et fiet arg. bonũ: et hoc arg. proijce super æs, & dealbabitur optimè, & tunc iunge ipsum argento bono & fiet optimũ.

Additio. Aliqui dicunt, quòd non est necesse sublimare tutiam, magnesiã, nec marchasitam: dummodo tamen fuerint præparata. Magnesia verò & marchasita sic præparantur. Tere quousque fiant puluis minutus, deinde fac bullire in aceto & in aqua tartari per dimidium diem in quolibet: & postea in modico aceti, deinde cola acetum & laua cum aqua cõmuni & sicca pulueremq; et serua. Et si hoc modo præparentur nõ est necesse sublimare. Tutiæ verò quatuor sunt species, sed cõmuniter vtuntur ea quæ parum viridis est, & præparatur sic: Tere minutè & pone in cochleari ferreo, & pone cochlear in igne quo vsque tutia sit bene calefacta, deinde proijce in aceto, postea extrahe & pone in dicto cochleari, & repone super ignem, & iterum calefac bene, & iterũ proijce in aceto: & sic fac septies, et erit bene præparata. Sic præparatam potes sublimare. R. tutiam præparatam ad vnam libram, salis communis dimidiam libram præparati, et dimidiam libram babiturę (vel batiturę) hæc omnia simul tere minutè, & pone in vase sublimatorio absque strato salis, & claude forter cum argilla: & fac primò per vnum diem, quousque humiditas exierit: deinde magnum ignem per vnum diem, postea depone & aperi sublimatorium & reperies tutiã super fæces, quia non fugit ignem tantũ sicut alij spiritus, nec ascendit in coopertorium sublimatorij: sic sublima simul, & serua.

Præparatio urinæ. Ponitur in pluribus loco aceti.

COllige vrinam puerorum duodecim annorum in vase vitreato: & cum plenum fuerit, sine ipsam quiescere septem diebus, tunc euacua eam in alio vase caute, ita quòd fæx quæ est in fundo non cõmisceatur, & ita iteratera commutando de septem in septem diebus de vase in vas, donec nihil fæcis de ea resideat: tunc coque ipsam vsq; ad tertiam sui partem & despuma & distilla per filtrum vel alẽbicum quod melius erit, & ipsam in vase vitreo ad opus tuum serua.

Aquæ uitæ simplicis præparatio.

OCculti lapidis albi elixati quantum vis accipe & cõtere fortiter donec fiat sicut medulla, & fermentari per diem & noctem illã dimitte, & tũc pone in vase distillationis bene sigillato, & distilla aqua et cinere mediante, et aquam distillatam mitte super fæces suas, et distilla iterum, et sic facter;

ter: in pluribus libris non præcipitur vt ponatur super fæces suas, sed quòd bis distilletur solùm, & erit factum: & tunc distillabitur aqua alba vt lac, quam vsui reserua.

Additio. Liber duodecim aquarum ex lib. Emanuel.

Accipe argentum viuũ & mortifica ipsum cum rebus adurentibus, & perustis, scilicet cum sale cõmuni & aceto acerrimo, alumine iameni, & limatura ferri tribus aut quatuor diebus, deinde sublima septem vicibus super eandẽ fæcem: Deinde solue cum alumine iameni soluto in sale & aceto acerrimo ad libitum omnia: & pone arg. viu. sic imbibitũ sub fimo per quatuor, aliàs octo dies, et vertetur in aquam claram, postea distilla semel, et proijce fæcem nigrã quia per acuitatem salis aceti omnes partium superfluitates depurantur: et reconde aquam vitæ, cum qua fermentatur Elixir album, soluendo et congelando.

Secunda aqua. Accipe calcem Solis quæ est fermentum Elixiris rubei, & solue cum atramento prius soluto in sale armoniaco & aceto mali granati per dies quatuor, & quando est dissolutum distilla semel aquam claram, limpidam rubeam & citrinam & odoriferam: Virtutem habet tingendi & etiam congelandi & soluendi beneficio salis: & hæc aqua est fermentum Elixir rubei.

3 Accipe calcem argenti boni & solue ipsam calcem cum alumine iameni soluto in sale & aceto acerrimo: postquàm solutũ fuerit, distilla ipsam aquam semel, quia est fermentum Elixir albi.

4 Stanni: Accipe calcem stanni, solue in alumine iameni & aqua salis communis, omnia solue in aceto de vino albo per quinq; dies sub fimo. Deinde distilla semel aquam claram & albam, quæ habet virtutem soluendi & congelandi, & ponitur loco argenti in albo Elixir.

5 Saturni: Accipe calcem plumbi, solue cum atramento & sale armoniaco in aceto mali granati & sorbarum, quæ sunt retinacula: & postquàm erit solutum in tribus diebus sub fimo, distilla semel: et ponitur loco auri in compositione Elixir, quia ibi sunt multa tingentia in Solem.

6 De calce peregrinorum. Accipe calcem peregrinorum & solue cum alumine iameni & zucharini solutis cum sale cõmuni & aceto de vino albo per septem dies: postquàm erit solutum, distilla semel aquam claram, subtilem, & odoriferam: habet virtutem soluendi & congelandi: est fermentũ Elixir albi.

7 Aqua gambariua: R. calcem gambariuam & solue cum atramento soluto cum sale armoniaco in aceto mali syluestris, & postquàm per tres dies erit soluta, distilla semel: quia per acuitatem salis & aceti tingit, soluit, & congelat.

8 De calce ouorum: Accipe calcem ouorum gallinæ & solue cum alumine iameni & zucharino & sale cõmuni: omnia solue in aceto acerrimo facto ex vuis acerrimis per quinque dies, postea distilla semel per alembicũ. reconde aquam, quæ valet ad Lunam loco aquæ calcis argenti.

9 Lilij: R. florẽ et pista cum radice ipsius, et sit ad libitum de vtroq;, et semper roretur cum aceto de vino albo, quia melius et citius depurantur et subtiliantur per acuitatem aceti: cola & dimitte residere per tres dies, iterum cola, & ita fac colando per pãnum donec erit clarum: deinde claude cum oleo abluto per quinque dies, & distilla semel aquam claram subtilem & odoriferam quæ valet ad Lunam.

10 Florum papaueris agrestis rubei: R. flores illos, & pista cum aceto mali granati, & sorbarum semper rorando, quia citius inde clarificantur, postea cola per pannum quinque vicibus semper residendo, deinde postquàm erit clara, claude cum oleo abluto per quinque dies, & distilla per alembicum semel

aquam claram, quæ valet ad Solem.

11 Squillæ: Accipe radicem ſquillæ & piſta ſemper rorando cum aceto, in quo ſolutæ ſint ſex vnciæ de ſale communi aliquantulum præparato: & cum bene fuerit piſtatũ cola per pannũ decem vicibus donec erit clara, poſtea claude cum oleo abluto ſex diebus deinde extrahe & diſtilla per alembicũ tribus vicibus aquam clarã, pulchram, odoriferam: & valet ad Lunam, habet virtutẽ ſoluendi & congelandi.

12 R. albumina ouorum coctorum fortiter, tere in mortario cupreo, pone in phiala vitri, & deinde ſic in fimo ad putreſcendũ quouſq; redacta ſint in aquã deinde extrahe & diſtilla per filtrum, poſtea per alembicum forte, duplex, iuncturis bene ſigillatis, & non ſit magnus ignis, ſed omnia diſtilla per cineres calidos, & poſt diſtillationem iterum pone in fimo per quatuor dies, & diſtilla iterum ad lentum ignẽ & multos cineres: & ſic fac ter aut quater vſq; quo habeas ſignum perfectionis: hanc ſerua quia eſt precioſa.

Olei uitellorum ouorum præparatio, quæ in pluribus reperitur libris.

Accipe vitella quæ extraxiſti à prædicto lapide occulto albo (parũ ſupra in præparatione aquæ vitæ ſimplicis) & contere ea ad modum medullæ & pone de ea lib. ſemis in alutel alembico ſuperpoſito cum ſuo recipiẽte, et diſtillabitur aqua rubicunda crocea, et ſpiſſa, et abiectis fæcibus à vaſe in huma eas per octo dies, reddendo eis aquam quæ ab eis diſtillauit, et iterũ diſtilla per alembicum aqua et cinere mediante, et ita itera tribus vicibus. Hoc facto diſtilla tribus vicibus cum cinere ſine aqua, et tunc aſpice ſi ſit album, et proba ipſum cum ære ignito ad modũ nummorum: quia ſi dealbauerit ipſum intus & extra bonum eſt: & ſi non, itera donec ſic contingat, & ſemper ſuper fæces ſuas fiat diſtillatio: Ignis verò qui remanebit in fundo vaſis ſiccus, & niger rectificetur: ſic redde ei aquam albam, claram, quæ ab eo diſtillata fuerit aſſando & imbibendo, & poſtmodum da ei bibere aquam primam donec rubicundiſsimus fiat: Et tunc accipe de iſto igne quantum vis, & ſolue ipſum in quadruplo ſui de oleo ſuo rectificato & diſtilla donec rubicundiſsimus diſtilletur. Serua ergo ipſum in vaſe vitreo bene concluſo.

Alia præparatio olei uitellorum.

Fac de vitellis prædictorũ albuminũ vt præcepi de albuminibus, & quod diſtillabit ab eis erit oleum vitellorum.

Capitellum de calce uiua & cinere clauellato.

Accipe calcis viuæ partem vnam, cineris clauellati partes duas, proiice ſuper ipſa quadruplũ ſui de aceto forti calido, & itera ſupra cõpoſitionẽ donec ſuſtineat onus colando in concha lixiuij: Quidã cum calce & cineribus addũt aluminis iameni aliquantulum, & ſalis armoniaci medietatẽ ponderis aluminis iameni. Iuuat etiam ad fixandum.

Aqua de lithargyrio.

Accipe fruſti lithargyrij partem vnam, ſalis alkali, aluminis iameni ſeparatorum ana quartam partem fruſti prædicti, ſalis armoniaci medietatem eiuſdem fruſti: diſſolue alumen & ſalẽ alkali in duplo vel triplo ſui de aceto prædicto modo & cõmoue omni die ter, donec totum in huiuſmodi aceto diſſolutum & clarum appareat, tunc diſtilla per filtrum, & ad opus tuum reſerua.

Fruſtum de lithargyrio.

Accipe de lithargyrio quantum vis, & tere fortiter, & ablue ipſum cum aqua de paropſide in paropſidem donec groſsiores partes diuiſæ ſint à ſubtilioribus, quibus ſiccatis adiunge ſibi pondus ſui de arſenico ſemel ſublimato

mato,& ſublíma ípſum ab eís bis:poſtea fac totum deſcendere per botum bar batum cum oleo intro donec fruſtum album deſcendat,& erit factum.

Addítio. Dealbatio líthargyrij:Accipe líbram líthargyrij & mole bene, po ſtea accípe quinq; líb. de ſale,& mole bene cum líthargyrio, & pone in aqua per nouem díes,míſcendo bis quotídie:poſt laua bene à ſale & ſicca: & habe bis líthargyrium dealbatum,ſi ſit verum.

Aquæ rubeæ Auicennæ ad tingendum quatuor ſpiritus ſublimatos albos. CAP. I.

ACcipe atramenti Aegyptíaci,límaturæ faulec ana vnciam vnã,floris æris tertiam partem vnius vnciæ,aluminis albi candidãtis pannos (rochæ pu to vel fæcis vini vſtæ)quartam vnciæ vnius: ſulfuris,arſenici citrini & ru bei,lapidis armeni & lazuli ana vnciam ſemis,mellis albi deſpumati quartam libræ vnius,ſalis armoniaci,ſalis gẽmæ ana vncias tres & ſemis: ponantur hæc omnia in quinque libris aceti,& dimittatur ad Solem per menſem vnum: vel ſi nõ,fac ipſum bullire donec conſumetur eius humiditas:prædicta tamen ſint optimè trita & calcinata:tunc diſtilla acetũ à fæcibus, quæ in ipſo ſunt ſeptíes & inde imbibe quidquid vis rubificare.

CAP. II.

ACcipe límaturæ faulec líbras duas & infundè eas in decẽ líbris aceti per decem dies,tunc cola huius acetum,& pone in ipſo arſenici(ſiue auripí gmenti rubei)ſublimati & puluerizati líbram vnam,ſalis armoniaci ſublimati ter & puluerizati quartam líbræ vnius, tunc pone ad Solem, & augmentabí tur ſibi rubedo:tunc diſtilla ipſum per alembicum,& diſtillabitur albũ attinẽs citrinitati:deinde reduc ipſum ad límaturam aliam recentem quam in ipſo in funde,& diſtilla ipſum per alembicũ vt prius:Et ſic ſemper renoua límaturam donec diſtilletur rubeum vt ſanguis:nam hæc rubedo nunquam remouetur. Quum autem præparaueris atramẽtum cum aceto & remoueris illud,ſemper egredietur bene rubeum,& erit color fixus.Scias autem quòd nulla res rubea colorem retinet niſi illum qui imitatur eius naturam.

CAP. III.

Et melius eſt vt diſtílles acetum à ferro donec diſtilletur rubicundũ, & ace tum ſimíliter ab atramento: & tunc iungas ambo inſimul, & colores cum eis quicquid vis.

CAP. IIII.

AQuæ quæ faciunt rubeum ſine iteratione diſtillationis ſunt aqua Tutiæ ſublimatæ,& aqua ſedine lapidis ſiue hæmatitis, in quibus ponatur ace tum,& diſtilletur ſemel quia ſufficit: Aqua verò æris ſola eſt melior iſtis: & fortior eſt aqua ferri cùm ſublimatur,& rubificatur: & ſi poſueris ipſum in aceto fiet aqua rubea ſicut ſãguis,& eſt color fixus:Hæ duæ aquæ licet ſint pro lixæ,propinquiores tamen ſunt breuioribus.

CAP. V.

ACcipe de límatura faulec partem vnam, & tere ipſam cum quarta parte ſui de atramento,& ſuper eam proijce quadruplum ſui de aceto forti, & diſtilla ipſum per alembicum ab ea, & ita fac decies renouando qualibet vice atramentum, & decima vice diſtillabitur aqua rubicundiſsima ſicut ſanguis, quæ tingit omnia ſuper quæ cadit:& nunquam calor eius remouetur ab eis.

CAP. VI.

ACcipe calcis viuæ partes quatuor, ſulfuris viui partes tres, & proijce ſu per ipſa aceti rubificati cum límatura cuprí partes decem(alibi quatuor) & dimitte ſic ſtare per decem(aliàs quatuor)dies,& tunc decoque donec ace tum fiat ſicut ſanguis,deinde cola ipſum & diſtilla:hoc facto,R. chalcanthi vi-

ridis arsenici sublimati rubei ana vnciam vnã, aceti lib. vnã, atramenti rubei vnciam semis, si ipsum inueneris, sin autẽ, sublima viridem vel citrinum cum aqua pura: aqua enim distillata remanebit atramentum rubeum in fundo cucurbitæ quod pone in omnibus operibus tuis: tere ergo prædicta tria cum aceto prædicto, & inhuma per septem dies, et si solutum fuerit, distilla ipsum: sin autem, reinhuma donec soluatur, et tunc distilla ipsũ et distillabitur vt hiacynthus: colora ergo cum eo quidquid vis colorare colore bono et firmo.

CAP. VII.

ACipe de limatura faulec partem vnam & proijce super ipsam duplũ sui de aceto forti, & sine intus stare, donec optimè rubificetur: tunc distilla per alembicum donec acetum distilletur rubeum, & tunc colora cum eo quidquid vis, & similiter fac de limatura æris donec acetum optimè sit viride: imbibe ergo quod volueris & assa & rubificabitur optimè rubificatione firma.

Additio. Cum limatura faulec (puto ferri) appone vitriolum rubificatũ, & distillabis oleum fixum, rubeum, philosophicum.

CAP. VIII.

ACcipe duenec, salis armoniaci præparati ana quantũ vis, & tere ipsa cum oleo de vitellis ouorum, sint sicut medulla, & tunc assa hæc assatione leui & repone, & colora cum eo quidquid vis coloratione firma.

CAP. IX.

ACcipe limaturæ ferri faulec partes decem, atramenti Aegyptiaci quantũ est quarta pars limaturæ, terantur & proijciantur in aceto vini albi distillato, & illud acetum ponatur ad Solem septem diebus, & tunc cola ipsum, et in eo pone chalcanthi viridis vel colcotar rubei adusti si inueneris, sin autẽ, atramenti Aegyptiaci ana ad vnã lib. aceti dicti, vnciam vnã duenec, id est vitriolum, alacar vel alabric, id est sulfur ana vnc. semis (aliàs vnc. tres) tere hæc quatuor, & proijce in dicto aceto, & pone ipsum ad Solem septem diebus, & tunc cola ipsum, & accipe de lapide lazuli in quo sunt venæ aureæ quantum volueris, & proijce ipsum tritum in dicto aceto, & decoque vel frãge eum intus per diem, & tunc in dicto aceto pone tantum salis armoniaci crystallini quantum ipsum est, & misce bene totum terendo fortiter insimul: hoc facto, inhuma totum donec soluatur: & cum totum factũ fuerit aqua clara rubea, rubifica cũ ea quidquid volueris colore firmo.

CAP. X.

ACcipe de atramento Cyprino assato partem vnam, & tere ipsum cũ quadruplo sui aceti fortis, & distilla ipsum ab eo, et ita fac decies renouando qualibet vice atramentum, et distillabitur rubeum sicut sanguis: quod si sic nõ fuerit decima vice, reitera hoc toties donec id contingat: et inde rubifica quidquid vis colore firmo.

Modus rubificandi rem aliquam ex dictis aquis.

ACcipe rem quam rubificare volueris & imbibe eam ex quacunq; volueris prædictarum decem aquarum, & tunc assa eam, & impressionẽ faciet aliquam in prima vice: deinde itera hoc opus donec fiat rubea vt hiacynthus. Nota denique quòd spiritus rubificandi hoc modo debent prius esse sublimati albi, & corpora similiter debent esse calcinata alba, & tunc tinctura inseparabiliter in eis figetur.

Aqua rubea, à qua quatuor spiritus sublimati albi, rubei sublimantur.

ACcipe salis cõmunis, salis gemmæ, salis armoniaci, aluminis iameni separatorum ana lib. 1. salis alkali quantum de omnibus, vitrioli citrini separati lib. 5. ferri & æris quæ cum arsenico descenderunt albæ limaturæ ana lib.

lib. vnam, & vncias duas aceti vini albi lib. 4. cum isto igitur aceto & calce vi-
ua vapora prius sulfuris viui lib. quinq;, & postea dissolue in dicto aceto om-
nia prædicta, excepto ferro, ære, vitriolo: & tunc distilla huiusmodi acetū per
filtrum, deinde ignito limaturas dictas in cacia ferrea & extingue in dicto ace-
to multoties, & omni vice post extinctionem tere huiusmodi limaturas opti-
mè in mortario zebaico, id est ferreo cum pistillo ferreo, & post contritionem
ablue eas in dicto aceto: Et sic itera ignitionem, extinctionem, contritionem,
& ablutionem, donec omnino huiusmodi limaturę sint in dicto aceto dissolu-
tæ: Hoc facto, igni vitriolum prædictum extinguendo in dicto aceto septies
omni vice in mortario prædicto fortiter conterendo: tunc inhuma in sterqui-
linio septem diebus, vel donec aqua clarissima & rubicundissima videatur: Et
tunc distilla totum per alembicum aqua & cinere mediante toties donec rubi
cundissima distilletur, semper super fæces suas reducendo: & tunc serua eam
ad opus tuum.

Præparatio mercurij, arsenici, sulfuris ad rubeum.

Accipe de quocunq; horum volueris separato semel partem vnam, & ip-
sum imbibe cum pondere sui de aqua rubea prędicta scilicet, qua spiritus
sublimati albi, rubei sublimantur: & tunc sublima ipsum ab eo toties do-
nec ipsum rubeum sublimetur: Et accipe huius sublimati rubei partem vnam
et imbibe ipsum cum quarta parte sui atramenti prępărati, soluti et distillati ru
bei, et sublimetur ab eo toties donec in fundo vasis figatur: hoc facto complea
tur cum oleo philosophico rubeo secūdum ordinem supradictum: Et hoc est
complementum mercurij, arsenici et sulfuris ad rubeum.

Alia præparatio horum trium ad rubeum ex alijs libris.

Accipe de quocunque horum volueris separato partem vnam, & imbibe
ipsum cum pondere sui de aqua rubea, à qua quatuor spiritus sublimati albi, ru
bei sublimantur: Et tunc sublima ipsum ab ea toties donec rubeum sublimetur
& in fundo vasis figatur. Tunc ablue inde salem cum aqua dulci & sicca, & tūc
cera ipsum cum sale armoniaco præparato rubeo & solue & distilla & coagu-
la. Et tunc hoc coagulatum cera cum oleo philosophico rubeo, & proijce de
eo desuper arg. separatū, & fiet aurum optimum. Hoc est complementū præ-
parationis mercurij, arsenici & sulfuris ad rubeum.

Præparatio salis armoniaci ad rubeum.

Accipe de ipso sublimato quantum vis & solue ipsum & distilla per alem-
bicum, & tunc adiunge ei medietatem ponderis sui de vitriolo præpa-
rato, & soluantur insimul & distillētur insimul per alembicū, & tunc coa-
gula insimul: Hoc facto reitera super ipsum solutionem & distillationem &
coagulationem septies, vel donec super laminam fundatur vt cera, & non
fumiget.

Alia præparatio eius ad rubeum.

Accipe de eo sublimato quantum vis & solue ipsum & distilla per alembicū
& tunc adiunge ei æquale pondus sui de oleo trium generum separato ab oc-
culto lapide, & atramentum præparatum, inhumato & distillato, & rubificato
rubeo, & hæc duo coagula insimul: Hoc facto reitera super ipsum solutionem
& distillationem & coagulationē toties donec super laminam fundatur vt ce-
ra, & non fumiget: & erit consilium nostrum completum.

Additiones. Omne sal potest sic rubificari.

Tere sal, & appone aliquam aquarum rubearum & tere bene & sicca ad So-
lem, deinde tere & appone de aqua illa rubea, & ita fac septies aut octies, & po
ne ad dissoluendum, & cum dissolutum fuerit, distilla per filtrum, postea con-

gela, & iterum dissolue, deinde congela bis aut ter, deinde tere & appone medicum de oleo rubeo Philosophorũ, & erit rectificatum: & inde poteris facere aquam si voles, & postea serua.

Hoc etiam modo poteris rubificare quatuor spiritus, ipsos sublimando bis aut ter, & miscendo semper id quod sublimatum est cum eo quod erit in fundo vasis: Et ita in qualibet sublimatione imbibere debes de aqua illa rubea, vnde prius eos imbibisti: & cum tibi suffecerit pone sublimatũ cum eo quod mãsit in fundo vasis in vno crucibulo, & appone de oleo rubeo Philosophorum tres aut quatuor guttas, & postea serua. Et si citius vis rubificare tuos spiritus, & tuum sal, tere & appone de aqua rubea, & sicca ad Solem, & ita fac septies aut octies, deinde sicca et serua, et quando fuerit exiccatum, sexies aut septies tere bene et appone de aqua rubea, et postea dissolue, deinde congela, et melius erit: Et tunc rubificabis calces metallorum. Sed oportet quòd semper imbibas cum oleo Philosophorũ super ignem in crucibulo, quia aliter dictæ calces non possent leuiter fundi, nec reduci ad naturam metalli, nisi cum humiditate alligante et penetrante suas partes siccas et combustas: quod fit apponendo satis de oleo rubeo guttatim super ignem in crucibulo, donec fundatur vt cera: Hactenus additio.

Oleum album fixum philosophicum.

ACcipe frustum lithargyrij albi, stanni extracti cum arsenico lib. 1. & lima hoc subtiliter, & adde ei sulfuris, arsenici, separatorum alborum ana vnc. duas, mercurij separati albi vnc. quatuor & contere hæc omnia fortiter in simul cum octo vnc. aquæ salis armoniaci præparati albi, & tunc sicca & assa lenti assatione, & pulueriza fortiter, & pone in vase sublimationis, & sublima toties donec nihil de eis ascendat: tunc iterum cera totum hoc, quod erit in fundo sublimatorij cum pondere sui aquæ prædictæ: & tunc totum proijce in duplo sui aceti ter distillati in 2 lib. aluminis iameni candidi & bene plumosi, & omni die moue bis vel ter fortiter, donec omnia in dicto aceto soluantur: vel pone acetum illud cum prædictis in loco solutionis, quod melius est. Illis solutis, distilla per alembicũ septies super fæces suas, & egredietur vel distillabitur aqua alba clarissima, qua vtere circa vltimam cerationem corporũ & spirituũ calcinatorum ad album, & cerabuntur cum ea velocissimè cum Dei adiutorio eiusq; virtute. Hæc enim est aqua alba permanens, aqua candida, et lac virginis, et acetum Philosphorum, et aqua serenans et penetrans, et aqua separans et coniungens: occulta ergo ipsam, et operare cum ea: Et extingue in ipso laminas æris separati, et fiet argentum melius, quàm illud quod de mineris extrahitur.

Alio modo Oleum album fixum philosophicum.

ACcipe cerussæ de frusto lithargyrij albissimi factæ, & cerussæ Iouis extracti cum arsenico ana lib. vnã, & cera eas & solue in duplo sui aquæ salis armoniaci præparati, & tunc distilla per alembicum, & imbibe inde lib. 1. vel lib. 2 argenti viui sublimati & calcinati albi: & iterum solue & distilla per alembicum toties donec aqua alba distilletur clarissima: Et tunc vtere ipsa circa vltimam cerationem rerum ad album.

In pluribus libris inuenitur finis huius olei albi fixi sic: Quòd postquàm distillata est aqua alba clarissima, quòd ipsa coaguletur coagulatione bona, & coagulabitur in laminam albissimam, quam cera ceratione bona & vltima cũ sale armoniaco & oleo animalis (seu vitellorum ouorum) prius rectificato albo, et proijce super æs separatum, et fiet argentum melius eo quod est de mineris. Et si laminam æris separati in aqua prædicta ante coagulationem extinxeris

xeris fiet arg. optimum. Hoc autē oleum album fixū philosophicū, oleum animale album fixū philosophicum, & oleum serenans & penetrans, & germinās & separans & coniungens: & cum hoc oleo retinetur omne volatile à fuga.

Oleum rubicundum fixum philosophicum.

ACcipe de sulfure citrino lib. 1. & vapora ipsum cum lib. 1. calcis viuæ, & libris quatuor aceti fortissimi albi: tunc renoua calcem super hoc sulfur ter et postmodum renoua sulfur et calcem et sicca donec ipsum acetum optimè rubificetur, tunc hoc acetum diuide per medium, et in vna medietate dissolue quartam partem sui salis armoniaci separati, et in aliam quartam partem mitte limaturam ferri et æris quæ cum arsenico descenderunt, et dimitte totū stare in eo septem diebus: et omni die bis vel ter commoue: octaua die separa acetum à limatura: et limaturam ignias in cacia ferrea, et extingue in eodem aceto ter, et omni vice contere eam fortiter in mortario ferreo cum pistillo ferreo, et ablue in prædicto aceto antequam remittas ad igniendum, et ita postmodum reitera toties donec tota limatura in dicto aceto dissoluatur, et acetū illud sanguis rubicundus videatur: Et tunc distilla huiusmodi acetum super fæces illas per alēbicū toties, donec ab eis rubicundissima distillet sēper super fæces suas reducendo, tunc hoc acetum serua ad partem: Deinde accipe aliā medietatem aceti quam superius reseruasti, & adiunge ei salis armoniaci, vitrioli Cyprini assati de quolibet ana quartam partē sui, et contere fortiter, et fac ipsam morari in eo tribus diebus: sed omni die contere vitriolum fortiter bis vel ter in mortario ferreo, vt bene dissoluatur in dicto aceto: hoc facto distilla ab eis acetum cum alembico, tunc proijce fæces, et renoua huic aceto distillato atramentum vel vitriolum decies semper ad quartam partē aceti, et decima vice distillabitur rubeum vt sanguis, et inficiet omne quodcunq; tanget colore rubeo: Accipe igitur de duobus acetis iam rubificatis ana et iunge eis tantundem salis armoniaci præparati rubei (alibi tātundem aquæ animalis inhumatę distillatæ & rectificatæ ter & præparatæ cum pondere sui arsenici) & ad lib. 1. huius aceti infunde in eo vncias duas mercurij sublimati rubei (& calcinati) & dimitte ipsum resolui in eum, & tunc pone totum in distillatorio & distilla insimul ter, semper super fæces suas. Reserua igitur hanc aquam, & colora cum ea quicquid vis: & lauda Deum qui eam tibi dedit, quia ipsa est preciosior omni precio: Quoniam si Lunam vel aliquod corpus dealbatum in ipsam extinxeris, efficietur Sol melior eo qui est de mineris.

Oleum rubicundum fixum philosophicum.

ACcipe croci Arabici calcinati, vitrioli Arabici viridis, frusti lithargyrij (alibi dicitur aurei) & stanni calcinati rubificati ana vnc. 3. sulfuris viui, arsenici citrini sublimati rubei calcinati ana vnc. 6. mercurij sublimati & calcinati rubei salis armoniaci præparati, soluti, distillati et rectificati cum oleo animalis distillato et inhumato et rectificato rubeo ana lib. 1. conficiantur autem sic: Incera crocum Arabicum et chalcanthum viride, et frustum lithargyrij stanni cum sale armoniaco et oleo animalis prædicti, et quū bene rorata fuerint mitte ad soluendum donec soluantur in aquam peruiam et rubeam: Et tunc distilla per alembicū, & inde cera & imbibe sulfur & arsenicū prædicta, & tunc iterū mitte ad soluēdum: & cū solutū fuerit distilla per alembicū toties donec clarissimū et rubicundissimū distillet, et tūc coagula illud in vase coagulationis, et cū coagulatū fuerit, tunc cera ipsum vltima ceratione super ignē leuē cū oleo animalis (scilicet vitellorū) ingredięte donec fundat vt cera, tunc refrigera ipsum et proijce de ipso pondus vnū super centū pōdera Lunę aut Iouis aut Saturni sepratorū, et erit Sol optimus. Hoc autem oleū, est oleū philosophicū, quod

non accenditur,& oleum quod ardet in perpetuum,& oleum permanens,& oleum animalis rubeum: Occulta ergo ipsum, precioſius eſt enim omni precio,quoniam ſi Lunam aut aliud corpus dealbatum in ipſo ter ante coagulationem extinxeris efficietur optimus Sol. (Nota ex hoc oleo dupliciter poſſe operari,ſcilicet ante congelationem in ipſo extinctionem faciendo:&poſt cõgelationem de illo puluere ſuper corpora fuſa proijciendo).Cum hoc etiam oleo ante ſuam coagulationem coagulatur arg.viu.cum quo eriguntur corpora,& cum ipſo retinetur omne volatile à fuga:Et hoc oleũ occultauerunt Philoſophi,& cum eo fecerunt ex cryſtallo fuſo carbunculum,quia eſt oleum penetrans & colorans,& cum ipſo cerantur corpora & ſpiritus calcinati cerationе vltima ad rubeum:operare itaque cum eo, & lauda Deum, qui ipſum dedit. Additiones.

Oleum benedictum ſic facies: Accipe lateres rubẽos quos nunquam tetigit aqua,& accende in igne donec igniti appareant,poſtea extingue eos in oleo oliuarum,tere ad modum ſimilæ, & imple ex eis ventres diſtillationis vitreatos,deinde præpara ſuper ventres capita eorum , & luta iuncturas luto ſapientiæ ita vt non reſpirent,poſtea mitte ſuper furnum diſtillationis,&non ſit velamen inter ventres &ignem,&intromitte ignem facilem ſub ventribus donec diſtilletur rubeum vehementis rubedinis:cuſtodiatur ignis ne accẽdatur cum oleo,& non poſsit extingui & c. Alio modo.

Accipe tegulas nouas & ignias eas fruſtatim, & pone in vaſe plumbato ſtricto os habente,& tunc pone intus oleum petroleon ſicut inuenitur venale, & bene cooperi ne inflammetur,& cum frigidum fuerit,pura, & accipe tegulas prædictas extinctas,& iterum ignias bene & pone vt prius in oleum prædictum,& etiam de nouo ſi non ſufficiat illud ad cooperiendum tegulas vt ſuperabundet ad denſitatem duorum digitorum:Tunc iterum depura oleum& tegulas bene tere & pone in diſtillatorio fortiſsimo vitreo, & cum prædicto oleo cooperi & diſtilla lento igne primò, poſtea fortiſsimo quantum habere poteris,tunc facias ipſum oleum ſic diſtillatum incombuſtibile ſic: Accipe tegularum ſaracenicarum minutiſsimè contritarum partes duas,calcis viuæ benе tritæ,& cribratæ partem vnam, ſalis armoniaci bene triti partem dimidiã, toſti ſalis partem dimidiã:ſales bene miſce, tunc incorpora cum iſto puluere prædictum oleum ita quòd non ſupernatet,ſed ſit parum madidum, ita quòd puluеres dominentur,& quòd oleum non dominetur puluеribus, & pone in vaſe vitreo & diſtilla primò lento igne,poſtea fortiori quo poteris: Et iterũ in nouis puluеribus diſtilla vt dictum eſt,&ſic fac toties donec ſit incombuſtibile,quod probabis ad candelam cum bombyce inuncto iſto oleo, quod extinguet candelam.Parua quantitas iſtius olei præparati valet ad multam congelationem mercurij,&ſubitam introductionem omnium ſpirituum fixatorum.

Oleum album philoſophicum: R.partem vnam calcis cortícum ouorũ, & pone cum ſex partibus albuminis ouorum:miſce omnia ſimul & pone ad diſſoluendum per ſeptem dies aut plus:poſtea diſtilla in cineribus ad lentũ ignẽ, quouſque tota aqua ſit diſtillata,deinde reitera illam diſtillationem ſuper ſuas fæces bene miſcendo & diſtillando vt prius:Poſtea recipe quod in fundo diſtillatorij remanſerit,& tere & imbibe cum aqua ex hoc diſtillata: & iterum diſtilla tot vicibus reponẽdo ſuper ſuas fæces quòd nihil amplius diſtillet: ſic reperies in fundo vaſis lapidem qui erit albus vt cryſtallus,quem ſerua : Deinde recipe vnc.ſex ſalis armoniaci,& vnc.ſex olei ouorum ſeptiеs diſtillati aut benе purgati,& vnc.ſex lapidis albi ſupradicti:hæc omnia miſce inſimul & tere ſuper marmor,& imbibe & ſicca quouſque biberit totam aquam & oleum:Et poſt-

postquàm totum fuerit sic bene immassatũ, pone & dimitte in vase vitreo per spacium quatuor dierum: Deinde proijce totum in vna libra aquæ albumínũ ouorum & claude vas & in fimo pone ad soluendum per quíndecím dies, & soluetur in aquam claram & albam vt lac: Et hoc est oleum completum album Phílosophorum.

Fit etíam aqua seu oleum ex sanguíne ouis & capíllis & alijs, quæ dicitur etiam Philosophorum.

Oleum rubicundum fixatiuum: R. vitrioli Romani lib. 1. & semis, salis armoniaci, salis nitri, cinaprij boni & rubei ana lib. 1. & fiat aqua fortis: Sed proijce lasciuam, id est phlegma. In qua aqua forti extinguantur frusta laterum antiquorum candentia, siue laterum recentium nunquam tactorũ ab aqua, & claudatur vas vsq; quo materia fuerit infrigidata: postmodum frusta laterum extrahantur & puluerizentur, & in cucurbita alembico superposito ponantur & distillentur aqua vel oleum vsquequo fæces siccissimæ remaneãt: in quo líquore dissolue mercurium bene mundificatum super lentum ignem & fixabitur, & rubificabitur, & erit materia liquida sicut thiríaca vel butyrum: de qua fac proiectionem vnum super decẽ Lunæ puræ, & conuertetur in colorem Solis fixum ad omne iudícium & examen, sed deficit in pondere nisi Luna primò fixetur.

Aqua seu oleum rubeum: R. atramenti & vitrioli rubificati, & parum salis armoníaci, & tantum limaturæ ferri, & pone insimul & proijce acetum supra, & dimitte per quíndecim dies, & distilla decies aut pluries, quovsque acetum distilletur rubeum vt sanguis, & qualíbet vice renoua atramentum. Hactenus additio.

Crocum Arabicum, & uitriolum Arabicum uiride.

ACcipe limaturæ endanici (vel acerij siue azarij) partem vnam, & assa ipsã cum medietate sui arsenici citrini, cuius medietas sit separata solum, & alia medietas præparata ad comburendũ corpora: Et fac ipsum descendere per botum barbatum donec albissimũ & sereníssimum descendat: Et renoua ei ter arsenicum supradictũ: tunc frustum quod descendit lima subtíliter, & fac morari hanc limaturam in duplo sui de aceto vini albi fortíssimi per septẽ dies, in quo prius sit soluta decima pars sui de sale armoníaco separato, & omní die cõmoue bis vel ter fortiter, & stet illud acetum ad Solem & in loco calído: septímo die extrahe limaturam ab aceto, & ignias eam in cacia ferrea ter, & omní vice contere eam ter forriter in mortario ferreo, & ablue eam bene in dicto aceto, antequàm ad ígniendum reponas: & ita fac de septímo in septímum diẽ, donec limatura ferè dissoluta sit in dicto aceto, & ipsum acetum sit rubicundíssimum quasi sanguis: tunc distílla huiusmodi acetum per filtrum, & post distílla ipsum per alembicum, & id quod in fundo cucurbitæ resedit accipe, quia illud est oleum Arabicum. Et si vis facere vitríolum Arabicum víride, fac per omnia de limatura æris separati, vt fecisti de limatura endanici, & quod in fundo cucurbitæ resederit illud est vitriolum Arabicum víride.

Ratio componendorum Elixirium ex prædictis speciebus præparatis.

ACcipe limaturæ Lunæ separatæ lib. semis, sulfuris & arsenici separatorũ, & calcinatorum alborũ ana vnc. tres, mercurij separati albi lib. 1. tere hæc omnía insimul super porfidum & imbíbe cum aqua salis armoníaci præparati albi lib. semis, & tunc assa leui assatione: deinde tere & pone totum in aludel alembico superposito cum suo recipiẽte bene concluso, & pone super athanor sublimationis, & fac desubtus ígnem leuem donec tota humíditas per alembicum in recipiente ceciderit, et tunc vigora ígnem paulatím per duos dies, &

duas noctes, donec vna pars medicinę ad latera vasis ascendat, et alia in fundo eius figatur: et tunc dimitte infrigidari, et fracto vase, id quod ascenderit superius tere fortiter et misce fortiter cum eo quod remansit inferius, et redde ei aquam suam quæ ab eo distillauit, & assa totum igne mediocriter fortiori, scilicet ꝙ prius aliquantulum: & tunc iterum tere, & ad sublimandum vt prius remitte: & sic reitera sublimationem, contritionem & assationem paulatim vigorando qualibet vice assationem donec nihil penitus sublimetur, sed totum in fundo vasis remaneat. Hoc facto tere totum illud quod in fundo erit, & imbibe imbibitione rorida cum vnc. vna aquæ prædictæ, aliàs cum vncia vna olei philosophici albi: & tunc pone totum ad descendendum in imbercatum (pusto vas vel alembicũ) & fac sub eo ignem fortẽ per diem vnum, & fortiorẽ per alium, & tertio die fortissimum per tres dies & noctes, sicut est ignis fundẽdi: tunc frange imbercatũ & laminã vel frustum quod in eo inueneris cera vltima ceratione in crucibulo tenui super ignẽ cum oleo albo philosophico guttatim proijciendo de ipso donec fundatur velocissimè vt cera, & tunc extrahe crucibulum ab igne: & cum infrigidatũ fuerit, ex hac medicina pondus vnum super 50 æris separati pone, & fiet arg. bonũ cum Dei auxilio & eius virtute. Si autẽ medicinam prædictã cum fixa est in fundo aludel, vel post descensionẽ ad soluendum posueris fiet aqua clara, & tunc ipsam coagulaueris in lapidẽ, & hunc lapidem ceraueris cum oleo dicto in crucibulo super ignem, scias quòd labor tuus multiplicabitur. Et si postquàm soluta fuerit, ipsam semel ad minus per alembicum distillaueris, antequam coagules ipsam in lapidem, augmentabitur adhuc eius bonitas & fructus laboris tui. Item si acceperis limaturæ Lunæ lib. 1. sulfuris & arsenici ana vnc. 3. mercurij lib. semis & processeris, vt supra dictũ est, scias quòd operatio non tantùm valebit vt prius, & adhuc minus valeret si minus de spiritibus apponeres.

Si autem hunc processum vis ordinare ad rubeum, tunc accipe spiritus sublimatos & calcinatos rubeos, & aquam salis præparati rubei, & oleum rubeũ & tunc procede per omnia vt dictum est: Et medicinam proijce super arg. seu paratum, & fiet aurum bonum: Et si loco limaturæ Lunæ, limaturã Solis posueris, adhuc operatio erit melior.

Compositio uerißimi Elixir ad album.

ACcipe arg. viui præparati albi lib. semis & solue ipsum in duplo sui aquæ salis armoniaci præparati albi & soluti, & distilla per alembicum, & inde imbibe lib. 1. arg. viui soluti, calcinati, albi: & illam solue & distilla per alẽbicum & inde imbibe sulfuris & arsenici sublimatorum & calcinatorum alborum ana vnc. 3. & iterum solue & distilla septies, quod est vltimum. Tunc coagula illud distillatum, & tunc tere hunc lapidem, & rorando imbibe ipsum ex vnc. tribus olei prædicti philosophici (aliàs ex vncijs tribus aquæ prædictæ) & tunc facipsum descendere in kimiam, & cum descenderit fac sub eo ignem leuem duobus diebus cum suis noctibus, & post mediocrem duobus alijs diebus cũ suis noctibus, et fortissimum die vna cum sua nocte, et tunc infrigidari permitte, et frange kimiam (est vas) et laminam crystallinam quam in fundo eius inuenies accipe, et tere ex ea vnc. 1. quam cera super ignem leuem in crucibulo teneui cum oleo philosophico albo, proijciendo guttatim desuper donec fundatur vt cera: dimitte ergo eam infrigidari, et tunc proba eam super laminã ignitã, quia si se resoluerit velocissimè vt cera sine fumo cerata est: sin autem reduc ipsam ad crucibulum super carbones guttando desuper oleum prædictũ guttatim donec sic contingat: Et tunc proijce ex ea pondus vnum super quinquaginta æris sæparati, & fiet arg. optimum.

Si au-

Si autem hunc processum vis ordinare ad rubeum, accipe prædictos spiritus præparatos ad rubeum, & oleũ rubeũ similiter, & tunc procede per omnia vt dictum est, & proijce medicinam super arg. separatum, vnciã scilicet vnã super quinquaginta, & fiet Sol optimus.

Modus componendorum Elixirium cibando.

Accipe de limatura argenti separati lib. semis, arg. viu. sem. el sublimati & rẽuiuificati sublimando cum calce viua lib. 1. ciba itaque ipsum cum prędicta limatura, & tere fortiter insimul in mortario lapideo donec arg. viu. limaturam biberit, & fiat quasi butyrum, ita quòd limatura non sentiatur, & terẽdo ablue fortiter cum aceto & sale cõmuni separato donec acetum exeat inde clarum: tunc ablue inde salem cum aqua dulci, & permitte siccari, & cum siccatum fuerit addes ei sulfuris & arsenici sublimatorum calcinatorum alborũ ana vnc. tres, & contere insimul fortiter donec fiat quasi vnum corpus, & illud corpus imbibe & incera cum vnc. sex aquę salis armoniaci sublimati, soluti, et rectificati, et tunc pone totum in aludel cum suo recipiente bene concluso et lutato luto sapientiæ: et pone ipsum super athanor, et fac sub eo ignem leuẽ donec totum sublimetur quod ascendere voluerit: Tunc sine vas infrigidari: nec humiditas per alembicum in recipientem ceciderit: et tunc vigora ignem Et ipso discooperto id quod eleuatum est superius reduc super fæces suas terẽdo et reddendo sibi aquam, quæ ab eo distillata est: Tunc repone in aludel prędicto ad sublimandum, et ita fac donec inde nihil possit sublimari, semper reddendo ei aquam suam. Tunc pone totum ad descendendum cum kimia (seu vase apto) vt prædictum est supra, & frustum vel laminam quam in fundo vasis inuenies cera vltima ceratione in crucibulo super ignẽ cum oleo ingredien te: & tunc ex hac medicina proijce pondus vnum super quinquaginta æris separati, & fiet Luna bona. Et si medicinã cùm descẽderit & fixa fuerit per decoctionem solueris in aquam peruiã & eam congelaueris, & congelatã cerauerisvltima ceratione vt dictum est, tunc duplicabitur in proiectione.

In quibusdam libris inuenitur finis huius operationis aliter sic (vt inueni ita scriptum, cap. vltimum ex lib. Secretorum ad faciendum Elixir album & rubeũ perfectissimum, nec est opus alio quando perfeceris istud): Quòd cùm ex limatura argenti lib. semis & lib. 1. mercurij vt supra sublimati, & sulfuris calcinati albi & (vt puto) arsenici ana vnc. tres, factum est quasi vnum corpus, tunc illud corpus ponatur in crucibulo bene lutato, & crucibulum ponatur in cinere calido tota nocte in latere dextro, alia nocte in latere sinistro, & in mane extrahatur, & fracto crucibulo ponderetur quod est in ipso: et si est tantum quantũ erat quando positum fuerit intus ad assandum, bene est: sin autem, compleatur ei pondus suum de solo mercurio viuo prædicto, & iterum mitte ad assandum prædicto modo: et sic ita fac donec habeas pondus primum. Hoc facto, cera totum illud cum aqua salis armoniaci præparati albi, et tunc pone in kimia ad descendendum, & post fac subter ignem per diem integram vel vt prædictum est supra. Et tunc cera huiusmodi medicinam cum oleo dicto: & tunc proijce ex ea pondus vnum super viginti æris separati, & fiet optima Luna. Et si post descensionem solueris & congelaueris, & post cerauerisplus valet.

Et si hunc processum vis ordinare ad rubeum, tunc loco limaturæ argenti ponatur limatura auri & aliæ species rubificatæ, & procedatur nec plus nec minus vt prædictum est, & tantum argenti separati conuertet in aurum optimũ, quantum & prædicta medicina conuertit æris in argentũ. Item si postquã medicina assata est secundum processum vltimum & completum est pondus eius per assationem, si ipsa imbibatur cum aqua salis armoniaci separati albi, & su-

blimetur in aludel donec de ipsa nihil ascendat, & post descendat et proceda-
tur vlterius vt dictum est, ipsa melior et fortior erit, siue medicina sit ad album,
siue ad rubeum. Item si medicina post descensionem soluatur in aqua, et post
distilletur per alembicū semel ad minus, et tunc congeletur, et congelatum ce-
retur cum oleo dicto, adhuc erit melior et fortior: fac ergo sicut volueris, quia
vltra Dei auxilium non posset aliud.

Rectificatio occulti lapidis.

OCcultus noster lapis benedictus de re animata est sicut dixit Hermes:
Verum sine mendacio certum certissimum. Sublimabis subtile à spisso,
suauiter cum magno ingenio, & ascendat à terra in cælum, iterumq; de-
scendat in terram, vsq; dum bene rectificatum fuerit. Additiones.

Compositio Elixiriorum: R. auripigmenti præparati & ter sublimati & tan
tundem mercurij purgati & sublimati ter, & tantundem calcis Lunæ purgatæ
& tantundem salis armoniaci purgati & sublimati ter, & misce has res insimul
super portidum, & tere insimul & sicca ad Solem, deinde iterum tere & appo-
ne de aqua tartari & tere bene & sicca ad Solem, deinde iterum tere, & pone
de aqua, & postea sicca, & ita fac decies aut duodecies quousque facias quòd
sit vt vnguentum: & quòd partes adinuicem subtilientur terendo, imbibēdo,
& exiccando: Et si velis loco aquæ tartari potes apponere aquam albuminis
ouorum, aut aquam sanguinis rectificatam, aut aquā Lunę aut stanni. Et post-
quàm tu imbiberis & siccaueris tuam medicinam decies aut duodecies, vt di-
ctum est, tere iterum & appone de aqua cum qua prius imbibisti quousque sit
magis mollis quàm pasta, & pone in phiala vitri in vno vase terreo, quod vo-
catur Solutorium, & claude bene cum panno lineo & terra aut pasta, et pone
in fimo equino bene calido, et cooperi circumquaque et dimitte tamdiu in fi-
mo quousque totum dissoluatur in aquam, et de septimo in septimum aut o-
ctauum aut nonum renoua fimum calidiorem. Et si vis fimum tuum calefacere
proijce desuper de aqua frigida et calefiet: Et ita fac de omnibus rebus quæ
sunt fortes et duræ ad resoluendum et conuertendum in aquā quando volue-
ris eas resoluere. Et si accideret quòd infra quatuor dies aut plus non vellent re
solui, pone super marmor et tere iterum bene, & pone iterum aquam desuper,
et sicca ad Solem, et tere et appone aquā et sicca, et ita facias vt prius diximus:
Deinde pone ad dissoluendū in fimo vt diximus. Et si accideret quòd tua me-
dicina exiccaretur, extrahe & tere, & pone aquam vt supra dictum est, & sicca
ad Solem vt dictum est: & hoc sæpe quousq; materia sit bene oleaginosa: dein
de pone ad resoluendū vt dictum est supra. Et quando fuerit dissoluta in aquā,
pone phialam in vno distillatorio pleno cineribus vsque ad iuncturā cooper-
culi, & sit phiala discooperta, & claude distillatorium & luta iuncturam: Postea
fac subtus paruum ignem velut cum fit aqua rosacea: & quod distillabitur reci
pe & serua, & facies ignem per 24 horas aut plus, quousque medicina sit sicca,
& quòd non videas plus de fumo exire per canalem distillatorij: tunc depone
ignem & dimitte infrigidari: Et est bonum quòd phiala vbi est medicina, ha-
beat largum os, vt fumus inde melius possit exire propter phialam quòd non
rumpatur. Deinde remoue medicinam de phiala, & tere super marmor, & ap-
pone desuper aquam quam tu inde distillasti, & tere bene & sicca ad Solem vt
prius, & pone ad resoluendum in fimo. Et si non fuerit satis de aqua ab ea distil
lata, appone de aqua de qua prius imbibisti quando primò posuisti ad dissol-
uendum: Et scias quòd resoluetur in multo minori tempore quàm prius fece-
rat. Et quando erit resoluta, pone in distillatorio & congela & sicca sicut prius
fecisti, & serua aquam quam inde distillabis: Deinde tere iterum, & pone aquā
desu-

deſuper & exicca vt prius ad Solem, & pone ad reſoluendum: & poſtea ad cõ
gelandum: & ita facias quater aut quinquies aut ſexies quouſque totum ſit fi-
xum & expectans ignem: quia tantũ poteris reſoluere & congelare quòd ni-
hil inde amplius diſtillabit, quando tu congelabis, & tunc dicitur eſſe fixum:
Et iam ſcias quòd quãdo tu reſolueris tuam medicinam quater aut quinquies,
tu diſtillabis illam per filtrum, & poſtea pone in phiala vitri, & phialam pone
in vno potto pleno cineribus: & ſit phiala clauſa leuiter cum panno lineo, ita q
fumus poſsit inde modicum exire, & fac deſubtus lẽtum ignem ſub potto per
diem & noctem aut plus, quouſq; tua medicina ſit in lapidem congelata albũ,
vt eſt cryſtallus, & ſerua: Sed nota quòd modus congelandi in diſtillatorio eſt
ſecurior quàm alter. Et quando tua medicina eſt congelata, tere eam & pone
deſuper oleum ſanguinis aut ouorum rectificatum, aut de oleo communi di-
ſtillato ſepties cum ſale armoniaco & calce viua, aut de oleo trium ſpecierum
(ſeu ſpirituum) aut de oleo albo Philoſophorum: & non apponas multum de
illo: Et poſtea mitte ſimul de aqua cum qua imbibiſti quando poſuiſti ad ſoluẽ
dum. Poſtea tere inſimul & pone ad reſoluendum vt prius, & poſtea congela.
Et quando erit congelata, tere de ea modicum, et calefac lamínam cupri, & po
ne de hoc puluere ſupra, & ſi fundatur deſuper & dealbet lamínam, tuum Eli-
xir eſt completum: & ſi hoc non faciat, tere iterum tuam medicinam, & pone
in crucibulo ſuper ignem, & appone deſuper quinque aut ſex guttas alicuius
oleorum ante dictorum, & toties facias quouſq; videris ſignum dictum, & ita
ſerua. Et nota, quòd ſi pluribus vicibus reſolueris medicinam, etiam plus vale-
bit plutes partes tingendo: Et poteſt fieri iſtud Elixir abſque calce argenti, ſed
non tantũ valebit, ſed citius fit, quia citius reſoluitur ſine illa calce: & illud pro-
iicitur ſupra cuprum præparatum & conuertit in Lunam.

Alia compoſitio Elixirij: R. partem vnam auripigmenti præparati & ſubli-
mati ter, & tantum mercurij, & tantum ſulfuris præparati & ſublimati ter, & te-
re bene, & pone deſuper de aqua ſalis armoniaci præparati & ſublimati ter, &
imbibe & incera & exicca ad Solem: & ita fac decies aut duodecies aut plus,
quouſque bibant ſuum pondus de ſale armoniaco quinquies aut ſexies. Dein
de pone ad diſſoluendum vt diximus, & renoua ſimũ ad tres, quatuor aut quin
que dies, aut in tribus ſeptimanis: Et quando erunt reſoluta, congela in diſtilla
torio in cineribus, & poſtea imbibe cum aqua quæ inde exierit diſtillata, & cũ
aqua ſalis armoniaci vt prius, & tere bene, & incera & ſicca ad Solem pluries,
& pone ad diſſoluendum, deinde congela vt prius: Poſtea tere & pone aquam
deſuper, quæ inde erit diſtillata, & de oleo trium ſpecierum, aut de oleo albo
Philoſophorum, & tere bene & pone ad ſoluendum, deinde congela vt prius,
& habebis in fundo vaſis lapidem albũ: & appone deſuper de oleo dicto ſeptẽ
aut octo guttas, & pone ad ſoluendum, deinde ad congelandum.

Alia compoſitio Elixirij quæ dicitur melior: R. lib. 1. calcis Lunæ præpara-
tæ, & tres vncias ſulfuris præparati & ſublimati ter, & tres vnc. auripigmenti
præparati & ſublimati, & lib. mercurij præparati & ſublimati, & tere bene om-
nia ſimul, & appone aquam ſalis armoniaci præparati & ſublimati, & exicca ſu
per paruum ignem carbonum & cinerum, & quando fecerint magnum fumũ,
remoue patellam ab igne, & pone longè ab igne: ſed melius valeret ſiccatum
ad Solem. Et quando erunt omnia ſicca tere & pone in diſtillatorio & facias
paruum ignem quouſque tota humiditas ſit inde diſtillata, quam ſerua. Poſtea
fac fortem ignem quaſi ſublimationis, & facias ignem tribus diebus et tribus
noctibus, et tunc ſublimabitur vna pars illius medicinæ, et alia remanebit in
fundo: Dimitte omnia infrigidari, et tere omnia ſimul, ſcilicet quod ſublimatũ

est,& quod remansit in fundo,& pone cum aqua quæ exinde distillata est, & sicca modicum,& postea pone ad sublimandum vt prius,& toties sublimabis hoc modo quòd tota medicina remanebit in fundo, & quòd nihil amplius de ea sublimetur:Deinde tere & incera,pone desuper vnam vnc. aut duas de oleo Philosophorum albo,&pone in descensorio et fac descendere vt fecisti aut ripigmentum. Et facias primo die subtus paruum ignem, et secunda die fac fortiorem,et tertia die fac fortissimum quasi esset ignis fusionis cupri.Et ita dimitte infrigidari,et reperies in coopertorio descensorij lapidem album, quem recipe et tere et pone in crucibulo super ignẽ,et proijce desuper duas aut tres guttas olei albi Philosophorum quovsque fundatur vt cera:Tunc depone crucibulum ab igne,et tuum Elixir est perfectum:et de hoc proijce vnam partem super quindecim cupri præparati,et totum erit argentum.Etsi vis ampliare vtutem tui Elixirij, tere iterum bene, et pone desuper de aqua salis armoniaci prædicti,et duas aut tres guttas olei albi Philosophorum,et pone ad dissoluẽdum,deinde congela vt prædictum est,et serua:Et poteris proijcere super 80, aut 100.sed experiaris.

Alia compositio Elixirij. R.lib.1.mercurij sublimati & imbibe terendo cum aqua salis armoniaci & sicca:Deinde tere & pone duplũ sui ponderis de aqua salis armoniaci,& pone ad dissoluendum per octo dies,deinde distilla per distillatorium & pone in illa aqua duas vncias auripigmenti sublimati, deinde pone ad dissoluendum et congelandum septies aut plus aut ter vel quater, et vltimò congela in lapidem durum,deinde tere et pone desuper de oleo albo Philosophorum,et fac descendere in descensorio,et facias paruum ignem per duos dies et duas noctes,et vltima die ita fortem sicut ad fundendum cuprũ, postea dimitte infrigidari,et tu reperies in vase lapidem crystallinum: de quo accipe parum et tere et pone in crucibulo super ignẽ, et proijce desuper duas aut tres guttas olei albi Philosophorum quovsque fundatur vt cera, et dimitte infrigidari,et pone de illo modicum super laminam calidam ferri aut æris, et si fundatur absque fumo bene est:si non,tere iterum & pone in crucibulo,&proijce desuper de oleo dicto quovsque signum iam dictum appareat: & proijce vnam partem super quinque cupri præparati,& efficietur Luna. Et si velis dissoluere aut distillare & congelare semel aut bis,augmentabitur virtus Elixirij.

Alia compositio Elixirij: R.lib.semis calcis Lunæ præparatæ,&totidẽ mercurij lauati non sublimati,& pone calcem super mercurium,quovsque biberit totam calcem, & fiat sicut butyrum, & nihil sentias ad digitum, quin totum sit molle,deinde laua cum aceto & sale prẹparatis,quovsque acetum exeat clarum,postea proijce desuper aquam calidam quovsq; extraxeris salem,& aqua exeat vel efficiatur dulcis,deinde dimitte siccari,& quãdo siccum fuerit pone cum duabus vncijs auripigmenti bene sublimati,& tantundem sulfuris bene sublimati,& tere insimul quovsque totum misceatur in vnum,& appone septẽ aut octo vncias aquæ salis armoniaci purgati & sublimati bene,& pone in distillatorio & cooperculum desuper,& facias subtus paruum ignem quovsque tota humiditas inde exierit,quam serua:Deinde fac fortem ignem quasi sublimationis,quovsque totum sublimetur,et dimitte totum infrigidari,et quod inuentum fuerit in coopertorio tere cum eo quod remansit in fundo vasis,& de super pone aquam quæ inde distillauit, & tere bene iterum & pone adhucin distillatorio,& inde distilla aquam ad lentum ignem,& fac post magnum ignẽ qualis est sublimationis,& misce sublimatum cum fæcibus & tere &imbibe cũ aqua & sublima vt prius quovsque nihil plus sublimetur. Deinde tere & appone de oleo albo Philosophorum in crucibulo super ignem,&proba super lamnam

nam ferri calidam aut cupri, quousque fundatur vt cera, & erit completum: vna pars super quindecim cupri, & per iteratam solutionem & congelationem augebitur virtus eius. Hactenus additio.

Compositio aquæ uitæ simplicis & rectificatio eiusdem.

OCculti igitur lapidis albi recentis quantum vis assume, quem subtiliter commisces in vitreata scutella & commollies sine omni re alia ibiq; fermentari per diem & noctem dimitte: deinde in vase vitreo bene sigillato, vt non respiret ad humandum per 21 dies pones, ita quòd singulis hebdomadis renouetur fimus. Completo itaque hoc numero, pone de lapide lib. semis in aludel vitreo, alembico superposito cum suo recipiente bene sigillato cum luto magisterij vt non respiret, & pone aludel super laterem (potius larē) præparatum cum suis vasis aqua & cinere mediante vt scis, & fac à principio ignem leuem per tres horas: Postea vigoretur ignis paulatim vsque dum tota aqua eius candida distilletur. Hanc autem aquam vocauerunt Philosophi sal armoniacum, arg. viuū, lac virginis, aquam vitæ, & aquam penetrantem & serenantem, ac domum illuminantem. Hæc enim aqua candelas accendit & omnes oscuritates fugat à domo in qua rectificata fuerit vsque in finem cum tota sua substantia, id est ipsamet et oleo eius, et igne & terra calcinata sicut scis. Distillata autem huius aqua prima vice vt dictum est, inhuma iterum eam per vnam hebdomadā vt dictum est, tunc distilla iterum per alembicum vt prius, et sic itera tribus vicibus: Hoc facto distilletur iterum sine inhumatione tribus vicibus cum cinere sine aqua. Postquàm autem huiusmodi aqua septies distillata fuerit, proba aliquantulum de ære ignito ad modum scilicet nūmorum extinguendo tribus vicibus in ipsa, quia si dealbentur intus & extra, bene est: & si non, reduc eam ad primū opus, donec sic contingat: Et tunc serua eam in vase vitreo bene sigillato cum cera.

Olei rectificatio.

SImili modo oportet vt rectificetur eius oleum cum humatione & distillatione itavt fiat album: cum probatione æris similiter, vt dealbetur in eo: et tunc serua ipsum ad partem in vase vitreo bene sigillato. Ignis verò remanebit in fundo vasis siccus & niger, quem seorsum repone in vase vitreo bene concluso.

Rectificatio terræ.

HIs peractis, exteriora lapidis à tela purgabis, & in vitreato vase bene cocto & nouo vndique argilla circumlutato diligenter cooperculo terreo cooperto, in quo scilicet cooperculo sint tria foramina parua, repone: & in furno figuli octo diebus dimitte, vt niuis candorē assumat. Huius calcis pars vni sex partibus aquæ prædictę adiunctis vas vitreum vsque ad duas partes impleatur alembico superposito cum suo recipiente, & clausis iuncturis cum luto magisterij ita vt non respiret, ipsumq; in alio vase fictili ferreo, cribrato cinere pleno reconde: deinde in alio vase cum aqua ponatur, & subijce lentum ignem (nota hunc distillationis modum quia singularis est et lentissimus) per totam hebdomadam, vel vsque dum nihil aquæ vitæ distilletur: Postea die vna & nocte refrigerari dimitte, & inuenies in fundo vasis laminam crystallinā, cui redde ei aquam suam, quæ ab ipsa distillata est, vsque dum eam totam ebiberit: & tunc serua eam ad partem vsq; dum dicam tibi. His peractis, accipe salem armoniacum sublimatum ter & solutum & distillatum per alembicū, & coagulatum, & iterum solutum & distillatum & coagulatum, & itera tertia vice: Et si solutum fuerit septies cum aqua vitæ, & distillatum & coagulatum qualibet vice, & in fine resolutum in aqua, soluit omnia corpora calcinata, limata,

& etiam combusta: & spiritus omnes calcinatos & sublimatos solutione mirabili in crucibulo super ignem in vna hora cum Dei auxilio & eius virtute.

Compositio aquæ uitæ completæ & perfectæ.

COmponamus aquam nostram philosophicam cum Dei adiutorio, & eius virtute. R. de aqua salis armoniaci soluti & distillati ter ad minus vncias sex, olei prædicti rectificati vt dictũ est vnc. sex (vel septem) misce hæc duo, & inde imbue super porfidum vel super tabulam vitream vnc. sex de prædicta lamina paulatim donec totum ebiberit: & cum totũ absorbuerit, dimitte fermentari in simili vase vitreo tribus diebus: quarto autem die proijce hoc ceratum in duabus libris aquæ vitæ prædictæ in solutorio positæ, & sigilla os bene ita vt non respiret: & inhuma per quindecim dies: & decimasexta die inuenies laminam solutam in aquam albam vt lac. Et hæc est aqua vitæ cõpleta, & oleum Philosophorum vel philosophicum, & aqua penetrans & serenans, candelas accendens, & domum illuminans, per quam omnes Philosophi sustentati sunt. Et cum hac aqua retinetur omne volatile à fuga, scilicet mercurius, sulfur, arsenicum, & aquila: mercuriũ dico sulfurem & arsenicum sublimata & calcinata: quæ omnia quomodo fiant, dictum est superius.

Additiones.

Rectificatio olei communis ad inceratione spirituum & ingressum faciẽdum. R. olei communis quantum vis, & cum calce viua optimè confice vt sit vt farinatũ: & quidam ponunt de sale cõmuui & sale tartari, & ita per duos dies dimitte, postea per alembicum distilla, & renoua super ipsum distillatũ calcem & distilla quater donec non comburatur.

Alij faciunt prius bullire oleum cum multa quantitate aquæ, & ita immunditia descendit ad fundum: deinde colant oleum quod natat superius, & ponunt cum calce viua in vase ad distillandum, & distillant semel, & seruant in vase clauso.

Oleum incombustibile ad incerandum Elixir ad album: R. mercurij fixati per circulationem cum aqua lapidis occulti albi rectificati à calce corticum, & pone in furno resolutorio cum tertia parte aquæ mercurij, & die quarta dissoluetur in oleum album fixum incombustibile, et non rectificatur alio modo, nisi quòd aqua separatur per distillationem, & oleũ manet in fundo vasis, quod non potest distillari nisi cum maximo labore causa suæ fixationis, quia repugnat et perseuerat in et contra ignem: et cum hoc oleo potest fixari omnis mercurius sublimatus, et dissoluit omnia corpora, quia est ex natura metallina: Et cum eo incerantur magna Elixiria: et bene seruetur in loco calido iuxta ignẽ, quia est naturæ calidæ: ergo si poneretur in loco frigido congelaretur in durũ lapidem fusibilẽ similem marmori albo, qui postea non posset dissoluí nec venire ad talem distẽperantiam causa suæ infrigidationis.

Nota quòd fit quædam distillatio olei cum virgis paruis positis in fundo curbitæ, & attingunt summitatem, & ascendit oleum per virgas illas superius, aliter non ascenderet: & debent esse virgæ paruulę & decorticatæ: & credo q̃ de ista distillatione loquitur Arist. cùm dicit, Modò scias quòd olei distillatio fit secundum tres modos: et est in cap. de L. maiori.

Sed scias quòd Rasis certè loquitur de illa distillatione cum virgis myrti, in suis libris de 70 & de 30 verbis: dicens in libro de 70: Sic etiam oleũ, dum aliena sequaris vestigia, manabit.

Composi-

Compositio Elixirij Benedicti.

COmponamus igitur Elixir nostrum benedictū cum Dei auxilio & eius virtute. R. mercurij sublimati & calcinati lib. 2 sulf. & arsenici sublimatorum & calcinatorū ana lib. 1. & de aqua animalis philosophicè cōposita, & rectificata iam dicta vnc. 13. & de huius aqua imbibe spiritus prædictos paulatim super porfidum aut in paropside vitrea quæ melior est cū pistello vitreo donec totū bibit: & cum hoc factum fuerit, pone totum illud in aludel ad sublimandum alēbico superposito cum suo recipiente & bene sigillato cū luto magisterij, vt nullo modo respiret: & tunc pone aludel super athanor, & fac desubtus ignē leuē de carbonibus, donec tota humiditas in recipientē ceciderit, postea vigora ignē mediocrē quasi per sex horas, & tunc sine vas infrigidari, & cum infrigidatū fuerit, quod intus est extrahe & pone in paropside vitrea: & si aliquid de ipso supereleuatū fuerit, reduc super fęces suas cū pistello vitreo suauiter, & reddēdo sibi totam aqua, quæ ab eo distillata est: Et postea da ei potādum alias 13. vnc. aquæ philosophicæ prædictę, & cum totū biberit, remitte ad sublimandū vt prius: quòd si pigritauerit ad surgendum vel bibendū, assa ipsū in aludel cum ampliori ore semper alēbico superposito cum suo recipiēte & bene sigillato, ꝙ non respiret, & hoc fac cū lento igne donec totū ebibat, & tunc sublima vt prius feciſti: tertia vice reduc super si aliquid eleuatū fuerit, & da ei ad bibendū alias 13 vnc. aquæ prædictæ, & redde ei aquā suam similiter vt prius. Quarta autē vice redde ei aquā suam tantū, & sublima vel distilla, & hoc ex tunc fac toties quod superius eleuatur si aliquid sit, donec inde penitus nihil distilletur. Et cū ita factum fuerit, inuenies in fundo vasis laminā crystallinam stantē, penetrantem, profundantē, tingentem, & permanentē: cuius vna pars si super 50 partes Veneris proiecta fuerit, ipsam in verissimū arg. transmutabit. Hermes dixit in secreto suo vnū super mille. Rogo te per fœdus Domini ne hoc secretū alicui ostendas nisi filio nostro: Et quicunꝙ de hoc arcano secreto dignus fuerit, non ster erit filius: & Deus alleuiet super te. Tu autem cum exaltatus fueris super omnes circulos mundi huius Lunaris, memento visitare & distribuere pauperibus & pupillis, viduis, & similibus, & eis succurrere in tribulatione eorum, vt valeas in die iudicij audire verbum Domini promissum, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: infirmus fui, nudus fui, sitiui, & omnia necessaria dedisti mihi cùm visitasti pupillos & viduas, & his similes propter nomen meum: centuplum accipies, & vitam æternam possidebis. Amen.

Explicit liber Perfectionis.

Ordo libri huius breuiter talis est:

Primò rationes huius artis abundè describit octo capitibus primis.

Secunda pars de Metallorum generatione singulatim capitibus 6.

Tertia pars de Separatione metallorum & mineralium cap. 18.

Quarta pars, Præparationes omnium metallorum & mineralium aut fossilium cap. 43. Vbi alia etiam præparantur quæ ad opus conueniunt. &c.

Quinta pars, Olea philosophica parare docet pro Elixiri complendo, capit. 4.

Sexta pars continet rationem componendorum Elixirium ex prædictis speciebus præparatis: Item compositiones aquæ uitæ philosophicæ, rectificationes omnium elementorum, & tandem compositionem Elixirij Benedicti.

Singulis partibus additiones positæ sunt optimæ, ad doctrinæ abundantiam.

LIBER MAGITRI IOANNIS DE RVPE SCISSA DE CONFECTIONE VERI LAPIDIS PHILOSOPHORUM clarè & absque quacunque palliatione, editus ab eo viro vtique à Deo illustrato, quem libellum composuit ad hoc diuina præmonitus reuelatione.

PRACTICA.

NATVRA seu materia lapidis est res vilis precij, vbique repe ribilis: quia est aqua viscosa, cum sit arg. viu. cõmune sicut extrahitur de terra. Et quia aqua viscosa scilicet arg. viu. generatur in latrinis, dixerunt aliqui, quòd in locis vilibus reperiebatur: Et multi bestiales non intelligẽtes intentum Philosophorum, ipsum ad literam in stercoribus quæsiuerunt. Hæc autem natura operatur aliquid, amouendo scilicet terreitatem, quam habet, & aliquid apponendo, scilicet sulfur Philosophorum: quod nõ est sulfur vulgi, sed est sulfur inuisibile, tinctura rubedinis: Et ego nominabo tibi eum nomine suo & certè est spiritus vitrioli scilicet Romani. Et istæ duæ præparationes fiunt sic: R. salis petræ & vitrioli Romani ana lib. duas, & tere eas subtiliter, & in patella ferrea mouendo, desicca ad ignem lentum aliquantulum, vt aquea humiditas recedat: deinde R. lib. 1. mercurij de minera extracti, & non de plũbo facti, & volue ipsum in corio leporis, & sparge ipsum super materiam prædictam calidam aliquantulum, quia seminabitur, et exibit, et mundificabitur transeundo per poros corij prædicti vt non appareat in eo. Et pone totum in vase aludel (seu alembico) ad sublimandum primò cum lento igne, donec humiditas per foramen capitis vasis recedat aliquantulum, quod cognosces cum gladio, si positus super foramen non recipiat ex fumo ascendente humorem: postea claude foramen cum luto sapientiæ: sed tutius est vt ante materia paulum desiccetur, & in aludello nullum sit foramen, & fortifica ignem per duodecim horas, & in fine da fortiorem ignem, vt bene totus mercurius sublimetur, et extrahe ipsum album sicut nix est. In isto autẽ opere feciſti duo: Primò enim purgaſti ipsum à terreitate & nigredine ac humiditate maxima, quæ vndique currit, & coagulaſti eum, & reduxiſti album vt nix, & contribilem & mistibilem & aptum ad digestionem in stufa sicca: & aptaſti eum ad reducendum in aquam provt inferius apparebit. Secundò, postea misiſti in ipsum sulfur inuisibile Philosophorum, quod est tinctura rubedinis, & spiritus vitrioli Romani: & est ibi miraculum maximum: quia cum spiritus ille inuisibilis habeat tincturam rubedinis, tamen coagulat mercurium in sublimatione in albedine nimis. Et hoc est quod multi maximi Philosophorum scripserunt, quòd lapis fit ex mercurio & sulfure, quod non est sulfur vulgi, sed sulfur Philosophorum. Et de prædicta præparatione, sublimatione, & operatione dixit magister Arnoldus de Villanoua in Tractatu parabolico de maiori edicto, Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Intelligas per granum frumenti in terra mortificandum, mercurium mortificandum in terra salispetræ & vitrioli Romani: & ibi mortificatum, & cum igne sublimatum multum fructum affert, nempe lapidem magnum, quem omnes Philosophi quæsierunt. Signum autem quòd spiritus vitrioli incorporetur mercurio est, quia licet mercurius sublimatus multas fæces terreas dimittat in terra, tamen si posueris libram vnam, tantundem rehabebis: sed hoc esset impossibile, nisi quòd mercurius albior niue secũ trahit

xit purissimum spiritum vitrioli prædicti, quod est inuisibile sulfur. Demõstratur autem spiritus inuisibilis vitrioli ad sensum per ingenium sic: R. acetum & in eo extingue ferrum quatuor vicibus: Deinde pone ibi mercurium sublimatum & tritum per vnam noctem, in crastino distilla acetum per linguas bis vel ter donec sit clarum, post mitte in ampulla vitreata ad ignem lentum, & amoue cappam nigram ferream, quæ eleuabitur, & post purgationem da ignem ris gaudij amœnissimo supra modum si experto credatur: E ita habebis ad & euapora acetum & remanebit ibi spiritus vitrioli in fundo, de colore flo- partem mercurium mortuum effectum, & ex alia parte sulfur inuisibile sumatus, secum portat spiritum eius, quia sulfur inuisibile lapidis tinctura appellatur. Nam de mercurio sine vitriolo sublimato, non poteris extrahere spiritũ prædictum. Hæc est operatio prima.

SECVNDA OPERATIO

SEcunda operatio huius artis est, Ab illo mercurio sublimato, qui est albus vt nix, extrahe spiritum eius qui à quibusdam magnis Philosophis quinta essentia clamatur, quia spiritus ille est incorruptibilis ferè vt cælũ, licet sit nõ fixus volatilis, quia sic est necesse: extrahatur enim hæc quinta essentia, hoc est spiritus mercurij ab illo supra sublimato sic: R. lib. 1. salispetræ & tantundẽ vitrioli Romani, et extrahe aquam fortem, & tere mercurium supra sublimatũ, & dissolue eum in illa aqua forti supra cineres calidos in amphora vitri clausa per duodecim horas: quòd si non dissoluatur pone intus de sale armoniaco septem partes aquæ vel plus: & hoc est maximum secretum in arte: (N. si in principio sumatur sal nitrum pro sale petræ, puto fore melius.) Appone ergo corpus ad ipsum, et post dissolutionem pone in vrinali, et desuper alembicum, et mitte super ignem, et distilla aquam fortem, quam recipe, et post totalem distillationem continua ignem, et ascendet per latus vrinalis spiritus mercurij: et hæc est quinta essentia albior niue: in fine fortifica ignem, et totum ascendet: Deinde aperi vas, et extrahe quintam essentiam, et inuenies in fundo vasis fæces combustas et nigras à spiritu mercurij separatas. In hac autem operatione feciſti duo: Primò separasti illud quod in albo mercurij separato erat terrenum corruptibile et imperfectũ: totum enim combusit illud aqua fortis: Et est mirum valde, quòd de re alba vt nix, possit extrahi res terrestris et nigra. Secundò imbibisti intra spiritum mercurij amplius de spiritu vitrioli, qui est in aqua forti: et hoc est quod in prędicto tractatu dixit magister Arnoldus, dicens sic: Bibat, bibat, bibat quantũ bibere potest per duodecim horas, (N. vices) quia mercurius dissolutus est in aqua vitrioli, hoc est de sulfure inuisibili, quam habet: Et hæc dissolutio fit in duodecim horis. Secundò dissolue spiritum mercurij in aqua forti, & sublima vt prius, & remanebũt in igne fæces nõ tot vt prius Tertiò reitera opus, & nihil de nigris fæcibus, aut parum inuenies, & tunc habebis perfectè quintam essentiam materiam lapidis secundariò præparatam, incorruptibilem, volatilem non fixam, et niue albiorem.

TERTIA OPERATIO

REcipe præfatum mercurij spiritum separatum seu eius quintam essentiã, & tere mundissimè super lapidem, & pone puluerẽ in vase vitreo, & mitte in furno Philosophorum in stufa sicca ad digerendum, provt quidam volunt nominare: licet alij dicant ad calcinandum ad ignem lentum de carbonibus factum per octo dies, vel plus, quem furnum fortasse inferius describam vel alibi inuenies: Ibi enim decoquitur vt possit dissolui in aquam: quoniam quando aliter dissolueretur, nec opus perficeretur.

QVARTA OPERATIO.

QVarta operatio est, vt digestionẽ prædictam in vrinali ponas clauso in balneo infra ollam plenam aqua, donec tuus spiritus dissoluatur in aquã qua dissolutione facta & completa, pone desuper alembicũ: vel in principio quando vrinale ponis in balneo potes desuper alembicum adaptare: Demum da ignem, & ascendet stilla roris madij in modum aquæ vitæ lucida lacryma oculi, lac virginis, purissima lapidis materia occulti vltima prępara tione perfecta, gustu amara, ad literam acetosa, volatilis non fixa, incorruptibilis ferè per digestionem in puluerem, à Gebero nunquam cognita, ab Auicen. ignorata. Hanc Hermes palpauit, Alphidius aptauit, Rosarius intellexit, magister Arnoldus dictauit: Nam de hac quarta operatione quæ dicitur expressio lactis virginis, dicit magister Arnoldus, Quòd oportet exaltare filium hominis in aeris cruce: quod est ad literam, de materia in tertia operatione digesta, quæ trita ponitur ad dissoluendum in fundo vrinalis, ascenditq; quod ibi est, purissimum & spirituale, & in aerem sursum conuertitur, & in cruce exaltatur capitis alembici, quasi Christus, vt magister Arnoldus dicit, eleuatur in cruce. Et ista dissolutione completa, habes tuam materiam vltima præparatione præparatam & perfectam: & si vnam guttã ex hoc lacte virginis super laminã igni tam proieceris, dealbat eam intus et extra. Et ita vidisti quòd materia lapidis est vna, non simplex omnino, sed composita ex spiritu mercurij, & ex spiritu vitrioli Romani, quod dicitur sulfur inuisibile, non vulgi, sed Philosophorum: quia est tinctura mercurij & rubedinis: licet mercurius in se non habeat tincturam ad rubeum intrinsecus absconditam: sed propter purgationes quia nimis est terreus, dimittit, & ob hoc indiget sulfure purissimi vitrioli imbibi ad plenum vt supra.

Hac autem distillatione completa, inuenies in fundo vrinalis elementa tria mista simul, quòd remaneat terra crassa & combustibilis: & extraxisti ab eo elementum aquæ animatum anima spirituali vitrioli Romani: & est per se sine alijs tribus elementis sufficiens materia lapidis maximè ad album, & ad rubeũ consequenter vt dicetur. Si autem vis separare alia tria elementa ab inuicem, operaberis in hunc modum: R. illas fæces terræ, & pone ad digerendũ in stufa sicca vt prius: postea pone in balneo ad dissoluendum & distillandum vt prius cum fortissimo igne: & quod ascendet per ignem balnei est elementum aeris de colore olei: recipe ipsum & serua: & cùm nihil amplius poterit ascendere, transfer vas de balneo ad ignem sublimationis in cinere, & da ignem bonũ & ascendet per alembicum elementum ignis rubicundum in liquore olei rubei: R. ipsum & serua ad partem: et ita habes à mercurio quatuor elementa ab inuicem separata. Primum elementum aquæ, quod lac virginis dicitur: Secundum elementum aeris, scilicet oleum resplendens in balneo distillatum: Tertium elementum ignis, scilicet oleum rubeum distillatum ad ignem: Et quartò habes in fundo vasis elementum terræ nigerrimum vt carbo, quod nihil vltra valet. Intellexisti hæc omnia? Nescio quid de mercurio clarius dici possit.

QVINTA Lapidis OPERATIO.

MAteriam lapidis perfectè præparatam in hac quinta operatione docebo: quomodo videlicet materia præparetur ad album, id est, quomodo lac virginis digeratur & reducatur virtute ignis in puluerem tam subtilem, vt non sentiatur per tactum manus. Recipe igitur lac virginis: quod quidem lac dixerunt quidam Philosophi, animal cum sanguine suo: animal quod crescit in sublimando, & habet animam sanguinis, id est tincturam rubedinis, spiritum vitrioli supradictum: & pone infra vitri amphoram in fundo rotundã

& ignias

& ignias ei collum & strangula ipsum cingendo cum forcipibus, caute tamen ita quòd nihil possit exire quoquo modo: et ponas tegulam perforatam in collo furni inter ignem & amphoram, vt lac virginis nõ destruatur ab igne: & pone vas in furno philosophorũ ad digerẽdum in igne, vbi vas habebit per ingenium ignem ab omni parte, vt vas æqualiter ignem recipiat, vt ad nullam partem lac virginis possit euolare quomodocunque: id quod fieret nisi ignis ab omni parte daretur æqualiter. Et est ars ad dandum ignem temperatum, non excessiuum & operis destructiuum, vt subtus tot carbones accensi ardeant, vt manus hominis teneri possit in aere inter latus furni et vas in quo est materia id est lac virginis fulgentis: & cõtinuabis hũc ignem donec videas'materiã denigrari gaude, quoniã principiũ digestionis tunc habebis: & contínua ignẽ donec omnes carbones cõsumentur: et vidẽs materiã aliquantulũ dealbari tũc augmẽta ei ignem paulatim et sensim donec videas materiã magis ac magis dealbari. Et cum videris materiam perfectè dealbatã, habes perfectè lapidem ad albũ. *Sigillum Hermetis.*

Sexta operatio.

SExta operatio docet lapidem iam completum perfici ad rubeum, nil penitus addito nilq; remoto, sic videlicet: Extrahe de uase prædicto quod vocatur sepulchrum philosophorum: Et magister Arnoldus dixit, quòd lapis est clausus in eo, vt Christus in sepulchro: & partem vnam quam volueris pulueris sine tactu accipe: per ipsum enim conuertes omnia metalla imperfecta in verius metallum quàm esset de minera. Reliquam partem conclude in vase vt prius, & fortifica ignem ei, iubente magistro Arnoldo qui dicit, Postquàm lapis peruenit ad perfectionem albedinis, non sentiat pœnas crescentis ignis, nec periculum aliquod, etiam si notabiliter fortificetur: quia sic ei expedit, & est omnino necesse: cuius causa est in veritate per ignem lentum qui fit, quando digeritur ad albũ. non potest decoqui sulfur inuisibile absconsũ vitrioli scilicet spiritus latẽs sub albedine lapidis: sed digeritur spiritus illo igne ad albedum. Quapropter necessarium est ignem augmentare, vt attingat profundius & digerat tincturam rubedinis & sulphur latens vitrioli, & ipsum exterius apparere faciat, & nihil addito, nihilq; remoto, quod lapis albus per maiorem ignem efficiatur, resuscitatus à mortuis cum diademate refulgente & glorioſus vt magister Arnoldus excellenter testatur. Sed nota quòd in duobus vasis simul operari debes: in vno ad album, in altero ad rubeum. Et nota quòd aliqui operantur per omnia vt dixi de lacte virginis, & de elemento aeris: & ignem non curant. Et est opus eorum per solum lac virginis nobile & perfectum pro certo, & maximè ad album. Alij verò miscent tria elementa simul: scilicet vnũ põdus ignis, quatuor põdera aeris, & octo põdera lactis: & hic modus fortior est ad rubeum, debilior verò ad album. Tres hos modos potes facere simul in vno vase de solo lacte ad album: in alio vase de solo lacte ad rubeum: in tertio vase de tribus elementis ad aurum, & in eodem furno, vt probes sublimitates diuersorum modorum, & videas mirabilia maxima à Deo glorioso creata in rebus. Credas vir Euangelice quod ante me nullus hominum in aperto hanc scientiam & veritatem scripsit. Scito autem & aduerte quòd philosophi magni quibus reuelatum fuit mysterium huius artis reuelationibus veritatis, imprecati fuerunt maledictiones horrendas, timentes ne veniret arcanum ad manus indignorum.

SEPTIMA PARS.

SEptima pars huius operis est praxis virtutis elixir, hoc est medicinę præstæ: virtus autem reseruatæ est, & perfectæ ad album est, vt cõuertatur mer-

curius in plumbum, cuprum, ſtannum, latonem, & chalybem in argentum veriſsimum.

Reliqua duo capitula: Vnum fuit de modo fornacis philoſophorum, quod alibi melius ſupra poſui: Aliud de modo tingendi & proijciendi Elixir, quod etiã ſatis alibi poteſt inueniri. De fermentatione autẽ Solis vel Lunæ nuſquã mentionem facit hîc magiſter, cum tamen omnes philoſophi concorditer dicant, quòd Sol facit ſolem, & fixum figit: Et quale ſemen in terrã ſeminaueritis tale & metetis: Et non poteſt inueniri in re quod in ea non eſt: et cætera ſimilia multa &c. Tu autem ſicut prudens & diſcretus elige quod bonum eſt (omnibus probatis) & applica fermentum vt ſcis &c.

FINIS.

ANNOTATIO.

NOTA quòd ſal petræ & ſal nitri ſunt vnum & idem: tantùm differunt quòd ſal nitri eſt ſal petræ præparatum & purgatum à ſale quem habet: & ita præparatum inuenitur copioſè in apothecis: præparatur autem ſic: Contunditur, & in aqua communi bullitur aliquotiens, vltimò bullitur, & feruens in vas proijcitur ligneum, quod vas habet multos erectos ſtipites quibus in bullitione adhæret prędictum ſal petrę: quibus frigefactis, colligitur: & tunc ſal nitri vocatur.

Scias infallibiliter & in veritate, quòd ex ſolo aceto noſtro acerrimo & abſolutè nullo alio extraneo addito, opus noſtrum perficitur: quo abſente, nec nigredo nec albedo nec rubedo conſiſtit, quod facit Solem & Lunam purum eſſe ſpiritum. Quare aliqui hîc grauiter errant operando, qui ſoluunt amalgama noſtrum in aqua forti: & per hoc, opus deſtruitur: quia in pluralitate rerum ars noſtra non conſiſtit. Venerabili igitur vtimur natura, cui aliena nolite introducere, nec aquàm fortem, nec ſalem, nec puluerem: quia natura non emendatur niſi in ſua natura. Et natura noſtri aceti acerrimi benedicti, continet omnia neceſſaria in ſe &c. Recipe igitur de Sole foliato partem vnam, & de aceto noſtro partes ſeptem, & fac amalgama more ſolito. Deinde pone in vna veſica bouina de vitro, & obtura os vitri, & pone ad diſtillandum in fimo equino calido & humido per tempus, ſic quod caput vitri remaneat in aere extra fimum: diebus finitis, extrahe vitrum de fimo, & pone ipſum ſupra cineres calidos, & ibidem permitte ſtare ore clauſo dando ei lentiſsimum ignem tandiu quouſq; videris materiam in vitreo eſſe coagulatam &c. ſicut ſcis.

De ſale. *Ignoſcat mihi Deus.*

RAtio de ſale cibi: Scias quòd ſales ſunt multi, & nobilius eorum eſt à loco qui dicitur Andaram, deinde ſal panis, & ſal Indus, qui eſt rubeus, & ſal nabati, & ſal calcis, deinde ſal amarus qui eſt in Hiſpania in loco qui dicitur Bolongi. Eius quidem natura eſt calida & ſicca: & eſt aqua quam coagulauit ſiccitas ignis: & ex proprietatibus eius eſt, quoniam liquefacit argentum cum ignis vehementia, & addit in ipſo albedinem, & vertit ipſum à corporeita te ad ſpiritualitatem: & ſimiliter facit de auro, in quo ruborem augmentat, & abluit corpora à ſorde, & corrodit ſordicię eorum, & cum ipſo calcinantur corpora, & non cum alio. Et propter hoc nominauerũt ipſum Sapientes argentũ communicans, propter albedinem ſuam: Et quoniam omnes homines indigent & vtuntur ex eo in omnibus rebus, & cum eo rectificantur creaturæ. Et

Deus

Deus excelsus non laudauit creaturam in lege veteri sine illo, & præcepit vt nullum sacrificum & oblatio fieret sine sale &c. Et sal inuenitur in omnibus membris plantarum, & calcibus lapidum, & ossibus animalium, & in omnibus rebus: Ergo secretum totum est in sale. Et qui scit solutionem & coagulationem ipsius, iam tunc est eleuatus supra secretum occultum quod est lapis sapientum: & ipse dealbat corpora & mundificat & resoluit ea, & coagulat spiritus, & retinet eos, & prohibet ab eis adustionem ignis. Pone ergo mentem tuam in sale, & præpara ipsum, & ne cogites præterquam in ipso. An non vides apud complementum omnes redire ad salem armoniacum sapientum, & dicere ipsum multotiens? & ipsi volunt salem sibi post præparationem eius: peruenit enim ex eo sal sapientum, nobile, fixum, & non fugiens ignem. Et Hermes quidem dixit filio suo: O Fili, quando sciueris saponem sapientum, consequêris concupiscentiam, & euades cum parte meliori. Et ipse quidē est difficilis super eum qui nescit, tamen peruius super eum qui scit eum. Inquit autem Cōpilator, Non perit quærens ad proprietatem nisi ignorantia eius quod verè occultauerunt sapientes, & de quo euacuauerunt omnes libros: & non explanauerunt. Et ego iuro per Deum sine quo non est Deus, qui est sciens, absens, præsens: Vir qui ignorat secretum salis, non comprehendet parū vel multum ex eo qui conceditur ei comedere: quoniam cum ignorat naturam eius, est sicut qui sagittat sine corda. De modo vtēdi est, vt accipias de ipso partem, & tere ipsum optimè, & vltimatè ponas ipsum tritum in olla, & bene obstrue seu tege & pone ad furnū panis die ac nocte: Deinde solue ipsum in duplo sui in aqua dulci, deinde coagula ipsum, & veniet sicut nix; repone ergo ipsum, et vtaris de eo non nisi soluto per modum vt scis &c.

De Elixir.

HOC Elixir tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo seu aere, & figitur calce sua, seu terra sua. Et oleum quidem est aggregans vel coniungens inter tincturam subtilem valde: & aqua id est argentum viuum est deferens tincturam id est elementum ignis, & oleum antecedens cum sale tingente: & tinctura perfundatur cum eo: & quando figitur calx, figitur cum eo propter vehementiam commistionis. Et exemplum calcis est terra. Et album quidem completur tribus, in quibus nō est ignis: Et citrinum seu rubeum, completur quatuor totis elementis seu partibus lapidis.

Totius mundi status periret, si noster in libris nominaretur lapis. O felix scientia quæ à sciente quæritur: non immeritò super omnes huius mundi scientias perquirenda est: Quia qui eam habet, incomparabilē habet thesaurum: In salubri cōstellatione natus est in hoc seculo, dives diuitijs infinitis super reges & principes huius mundi. quis non diliget talia? quia sanum & longeuum se vtentem conseruat super omniū medicorum medicinas. Hæc sunt bona, iusta coràm Deo & hominibus, non per vsuram acquisita, seu per fraudem & deceptionē plurimorum: sed est speciale donum Dei, vt dicit Psalmus, Labores manuum tuarum manducabis, beatus es &c.

Vt placeat cunctis, nullum decet esse superbum:
Qui sic inflatur, deserit omne bonum.
Sit blandus facie, sit mitis, & ingeniosus:
Ni contemptibilis fortè sit ipse citò.
Officio proprio sapienter sit studiosus,
Vt fiat doctus quiuis in arte sua.

DE LAPIDE PHILOSOPHORVM SECVNDVM VE-
RVM MODVM FORMANDO EFFERRARIVS MO-
nachus ad Apostolicum quendam scribit.

DVO sunt principia huius artis. Est ergo primò sciendum quòd res de qua omnes philosophi antiqui tractauerunt, est argentũ viuum sapientũ: quod alijs nominibus nũcupatur aurum, medicina, lapis philosophorũ, Elixir, et alijs infinitis nominib. vt per ea quę infe-rius dicẽtur perpẽdi manifestè poterit. Vocatur autẽ aurũ ista medicina physi-ca, quia vt dicit Geber: Qui metalla naturalia conuertit & transformat in verũ Solem, est Sol: ideo bene dicit, quod facit Solem, est Sol: sed medicina philo-sophica facit hoc, ergo &c. Et sciendum est quòd huius rei principia sunt duo principaliter, videlicet materia & agens: Materia autem vt dicit quidam phi-losophus, est argentum viuum et sulfur seu arsenicum, quod idem est. Aduerta tis tamen pater sancte, quoniam, vt dicunt philosophi, non est argentũ viuum in sua natura, neq; in natura ad quam reduxit illud minera sua, huius rei princi-pium, sed ad quam perducit eorum artificium. Et similiter de sulfure, & cuius corpori est inducere. Et ratio qua moti sunt est, quia nõ inuenerunt in mineris argenteis et aliorum metallorum aliquid quod sit argentum viuum in minera sua, & aliquid quod sit sulfur simpliciter: minimè per se vnumquodq; illorũ se-paratum & in propria sua minera & in sua natura istud inueniet. Istud autem ar gentum viuũ et sulfur quia vt dixi vobis et exposui productum seu deductum ad aliquam naturam aqueam subtilissimam clarissimã albissimã et amœnissi-mam, quã philosophi vocant arg. viu. & ad quãdam terrenam naturã subtilis-simã quam vocant sulfur per artificium, quod philosophi mirabiliter occulta-uerunt, & discretè occultum esse voluerunt, nec in aliquo loco totum tradide-runt: sed per eorum libros sparsim & per partes diuiserunt. De quo artificio pater sancte nihil intendo pertractare, eo quòd vobis impossibile esset experi ri, nec esset expediens quòd per aliquem experiri faceretis: Et esset etiã proli xum omnia quæ in dicto artificio sunt necessaria enarrare. Est autem præfa-tum artificium prolixum & sumptuosum & maximè laborioſum, & inexper-tis valde periculosum.

Est autem notãdum, quòd Philosophi istud arg. viu. & istud sulfur vnam rẽ dixere: Et verè ita res est, quòd vna res est & de re vna exiuit, sicut aliàs vobis exposui. Quòd vna res sit, demonstratur: Quia aliquando nominãt dictum ar gentum viuum sulfur, & sulfur vocant argentum viuum: & totum simul, arg. viuum et sulfur. Quòd autẽ solùm sit vna res, omnes philosophi in pluribus lo cis dicunt. Dicit enim Lucas, Pluribus rebus nõ indigemus nisi vna. Et Efric. dicit, sciatis huius artis fundamentum, propter quod multi perierunt, vnum quid esse. Et Diomedes ait, Venerabili vtimur natura, quoniam natura non e-mendatur nisi in sua natura: quibus noli alienum quid introducere. Et Boco-sen ait, Cauete ne alienum quid introducatur: Est enim, vt superius dixit Ge-ber, in pluralitate rerum ars nostra superflua. Et Astanus ait, Natura est vna tã-tum quæ omnia superat. Itẽ Pithagoras, Omnibus nuncupatur nominibus, cu ius nomen vnum & idem est. Et multa talia dicunt similia quæ longum esset enarrare, ad ostendẽdum et demonstrandũ quòd vna res est sola, super quam actionẽ suam in huius operatione fundat natura. Quæ res, vt superius dixi, est arg. viu. et sulfur quod vobis demonstraui. Sed queri posset, Quare ergo phi-losophi rem istã, si non est nisi vna, omnibus nominibus nominauerunt, & om-nibus rebus comparauerunt? Ad hoc assignant plures rationes: Dicit enim Diomedes

oc fecerunt quatenus insipientes et ignorãtes istã rem nõ
Morienes, Inuidi nomina multiplicauerunt, & posteros se-
rtem seipsos Inuidos, quia inuidẽt ne alijs quàm sibi ipsis
. Item Pithagoras, Multis istam rem vocauerunt nomini-
tiã suæ naturæ. Bonellus autem dicit, Quòd nomina mul
atione huius rei omnes colores, qui excogitari possunt in
mundo, apparent: & sic eius nomina diuersificauerunt secundum diuersos co
lores. In opere omnia elementa cõtinentur: quare ipsi rem nomine cuiuslibet
rei elementatę nuncupauerunt. Quòd autem in hac re sint elementa quatuor,
Orpholeus dixit, Scitote quòd in nostro magisterio oportet elemẽta pura, cru
da, syncera, & recta super ignem cõmiscere, & cauere ignis intensionẽ quo-
vsq; coniungantur elementa, & sint se inuicem complectentia. Elementa igi-
tur igne leui cocta diliguntur, lętantur, & in alienas conuertuntur naturas: hęc
Orpholeus. Ait etiam philosophus, Conuerte elementa, & quod quęris inue-
nies: Conuertere autẽ elementa, vt quidam alius, est facere humidum siccũ, &
siccum humidum, & fugiens fixum. Ergo habetis p. s. quòd in ista re vna, sunt
quatuor elementa, quæ visibiliter videntur & naturaliter extrahuntur: et ideo
philosophi vocãt aquã istam, quatuor corpora & quatuor naturas: Dicit enim
Hermes, Aqua illa est natura cęlestis, quæ in corporalibus existentia elementa
sua regione separat, & iterum ea componens, in vnum reddũt. Dicit enim Ni-
midus, Fit hoc compositum perfectum in omnibus quatuor elementis. Hæc
autem multiplicatio nominum, fuit causa erroris illorũ qui operantur in nõ de
bita materia, sicut in salibus, aluminibus, vrinis, stercoribus, sanguine humano,
sulfure et argento viuo in natura, in marchasitis, & in multis alijs rebus: igno-
rantes quòd in re non potest inueniri quod in ea non est, vt dicit Geber: nec
intelligentes quòd philosophi similitudinariè et metaphoricè in dictis suis
sunt locuti: hanc artem preciosissimã & secretissmã, penitus nulli reuelandam
putãtes. De hac aqua siue de hac re, multa & infinita dixerũt philosophi, quod
esset prolixum narrare. Habetis ergo p. s. quæ sint principia materialia huius
rei, seu causa materialis quæ dicitur medicina philosophorum, quia arg. viuũ
& sulfur. Restat consequenter determinandum de causa agente. Agens seu
mouens ipsam materiam ad corruptionem, est calor qui est instrumẽtum mo-
uens ad putrefactionem, & non est aliud agens in mundo: Et hoc est quod Al
phidius philosophus dixit, Scitote filij quòd substantia agẽs in hoc toto mun
do est vnum, scilicet calor: Calore autem priuato nullus est motus aut actus, i-
psius enim dispositionis materiæ radix, est calor: sed tamen multi sunt gradus
caloris seu ignis. Est autem videndum quis est iste ignis, & in quo gradu est.
Certè iste ignis, est ignis caloris fimi equini: Vnde Alphidius dicit, Igne coqui
tur quem tibi ostendam: Est se abscondere in equino stercore humido, qui est
sapientum ignis, humidus scilicet & obscurus: qui ignis est calidus in primo
gradu & humidus in secundo. De isto calore omnes locuti sunt philosophi
sub verbis erroris & metaphoricis: Vnde assimilauerunt eum calori Solis, &
calori naturali hominis sani. Dicit enim Mesig, Calore Solis res congelatur:
Vnde decipiuntur insipientes qui vtuntur ignibus diuersis, non intelligentes
verba philosophorum, scilicet ignorantes quòd generationes & procreatio-
nes rerum naturalium habent solùm fieri per calorem temperatissimum & æ-
qualem, & non supra excedentem.

Modus Mistionis.

Vlsis principijs naturalibus huius rei, subsequenter videndũ est de modo
mistionis seu conceptionis eorũ adinuicem. Est autem sciendum quòd

Diomedes, Quia hoc fecerunt quatenus insipientes et ignorãtes istã rem nõ cognoscerẽt. Item Morienes, Inuidi nomina multiplicauerunt, & posteros seduxerunt. Vocant autem seipsos Inuidos, quia inuidẽt ne alijs quàm sibi ipsis hęc sciẽtia proueniat. Item Pithagoras, Multis istam rem vocauerunt nominibus propter excellentiã suæ naturæ. Bonellus autem dicit, Quòd nomina multiplicãt, quia in operatione huius rei omnes colores, qui excogitari possunt in mundo, apparent: & sic eius nomina diuersificauerunt secundum diuersos colores. In opere omnia elementa cõtinentur: quare ipsi rem nomine cuiuslibet rei elementatę nuncupauerunt. Quòd autem in hac re sint elementa quatuor, Orpholeus dixit, Scitote quòd in nostro magisterio oportet elemẽta pura, crudа, syncera, & recta super ignem cõmiscere, & cauere ignis intensionẽ quousq; coniungantur elementa, & sint se inuicem complectentia. Elementa igitur igne leui cocta diliguntur, lętantur, & in alienas conuertuntur naturas: hęc Orpholeus. Ait etiam philosophus, Conuerte elementa, & quod quęris inuenies: Conuertere autẽ elementa, vt quidam alius, est facere humidum siccũ, & siccum humidum, & fugiens fixum. Ergo habetis p. s. quòd in ista re vna, sunt quatuor elementa, quæ visibiliter videntur & naturaliter extrahuntur: et ideo philosophi vocãt aquã istam, quatuor corpora & quatuor naturas: Dicit enim Hermes, Aqua illa est natura cęlestis, quæ in corporalibus existentia elementa sua regione separat, & iterum ea componens, in vnum reddũt. Dicit enim Nimidus, Fit hoc compositum perfectum in omnibus quatuor elementis. Hæc autem multiplicatio nominum, fuit causa erroris illorũ qui operantur in nõ debita materia, sicut in salibus, aluminibus, vrinis, stercoribus, sanguine humano, sulfure et argento viuo in natura, in marchasitis, & in multis alijs rebus: ignorantes quòd in re non potest inueniri quod in ea non est, vt dicit Geber: nec intelligentes quòd philosophi similitudinariè et metaphoricè in dictis suis sunt locuti: hanc artem preciosissimã & secretissmã, penitus nulli reuelandam putãtes. De hac aqua siue de hac re, multa & infinita dixerũt philosophi, quod esset prolixum narrare. Habetis ergo p. s. quæ sint principia materialia huius rei, seu causa materialis quæ dicitur medicina philosophorum, quia arg. viuũ & sulfur. Restat consequenter determinandum de causa agente. Agens seu mouens ipsam materiam ad corruptionem, est calor qui est instrumẽtum mouens ad putrefactionem, & non est aliud agens in mundo: Et hoc est quod Alphidius philosophus dixit, Scitote filij quòd substantia agẽs in hoc toto mundo est vnum, scilicet calor: Calore autem priuato nullus est motus aut actus, ipsius enim dispositionis materiæ radix, est calor: sed tamen multi sunt gradus caloris seu ignis. Est autem videndum quis est iste ignis, & in quo gradu est. Certè iste ignis, est ignis caloris simi equini: Vnde Alphidius dicit, Igne coqui tur quem tibi ostendam: Est se abscondere in equino stercore humido, qui est sapientum ignis, humidus scilicet & obscurus: qui ignis est calidus in primo gradu & humidus in secundo. De isto calore omnes locuti sunt philosophi sub verbis erroris & metaphoricis: Vnde assimilauerunt eum calori Solis, & calori naturali hominis sani. Dicit enim Mesig, Calore Solis res congelatur: Vnde decipiuntur insipientes qui vtuntur ignibus diuersis, non intelligentes verba philosophorum, scilicet ignorantes quòd generationes & procreationes rerum naturalium habent solùm fieri per calorem temperatissimum & æqualem, & non supra excedentem.

Modus Mistionis.

Vltis principijs naturalibus huius rei, subsequenter videndũ est de modo mistionis seu conceptionis eorũ adinuicem. Est autem sciendum quòd

principia materialia huius rei super quæ fundat natura actionem suã in eius operatione mirabili, sunt sulfur & argentum viuum, vt dictum est. Vnumquodque istorum adinuicem est fortissimæ compositionis & vniformis substantiæ: Et hoc ideò quia vnitæ per minima, vt nulla ipsarum partium in resolutione possit alteram dimittere: imò quælibet currit, quælibet resoluitur propter formę vnionem, quam habent adinuicem per minima à calore agente æquali in sua natura ad exigentiã illorum essentiæ. Est tamen aduertendum quòd prę dictum sulfur & argentum viuũ conuertitur in terream naturam, & ex ambabus terrenis naturis resoluitur fumus tenuissimus à calore multiplicatus in vase. Et hic duplex fumus, est materia metallorum seu medicinarum vel lapidis philosophorum immediata: à fumo & à calore temperato in vase suæ decoctionis vel decoctus conuertitur in * materiam eiusdem terræ: ideoq; fixionẽ quandam suscipit, qua defluens aqua per vas eius spongiositatem dissoluit, & ei vniformiter inuiscatur, & per vnionem deueniunt omnia elementa secundum debitam naturalem proportionem, & miscentur per minima quousq; faciant vniformem mistionẽ per successiuam decoctionẽ & diuturnam & temperatissimam in vase suo donec inspissetur & induretur: Et sicut medicina siue metallum siue lapis philosophorum. Ideò dicit Morienus, Dispositio sapientũ & naturarum, mutatio est earum naturarum calidi, frigidi, humidi & sicci subtili dispositione admirabilis commistio: et est argumentum vnicum sapientum. Nota tamẽ quòd ingressio, submersio, fixio, connexio, inspissatio, coniunctio, complexio, compositio, & mistio, quia ipsa congregata per diuisionem omnia alia cõmiscentur: Et hęc omnia vnum & idem sunt secundũ Democritum. Cõ mistio est miscibilium id est elemẽtorum, nam ipsa sunt prima principia vnius cuiusque commisti. Nec ipsius misti naturam manifestam & occultam scire possumus, nisi sciamus ipsa elementa commiscere seu componere: Vnde Hermes, Intelligete filij sapientum quatuor elemẽtorum scientiam, quæ suis patiẽtia sunt rationibus in sua abscondita apertione. Eorum enim abscondita apertio nequaquam significatur nisi componatur, eo quòd non perficitur donec sui colores peragantur. item nota, per minima id est per indiuisibilia: Nam minimũ est illud quod est in diuisibile: nam si posset diuidi, nõ esset minimum. apparet autem quòd per minimas particulas ipsius corporis id est per indiuisibilia, fit commistio elementorum: nam elementum est simpla & minima particula ipsius corporis.

* Naturam

DE EFFECTIBVS PRINCIPIORVM.

Sequitur declarandũ de Effectibus dictorum principiorum videlicet argenti viui & sulfuris. Ideò ad euidentiam ipsorum, est notandum quòd in operatione ipsius rei considerãtur plures gradus. Ait enim Lucas in Turba, Pluribus rebus non indiget nisi vna. Et illa vna res in vnoquoque gradu operum nostrorum, in aliam vertitur naturam. Huiusmodi autem gradus sunt secundũ diuersas proportiones miscibilium elementorum, quæ in eius operatione eueniunt. Et quamlibet operationem in gradu suo secundum ordinem quem natura tenet in via & prosecutione generationis suæ nomine alicuius metalli vocauerunt: nam primum gradum operationis suæ, vocaueruut ferrum seu Martem: Secundum gradum, vocauerunt æs seu Venerem, Tertium, plumbum seu Saturnum, Quartum, stannum seu Iouem, Quintum, argentum seu Lunam, Sextum gradum, Solem seu aurum: Et infinitis alijs nominibus ista sua metalla metaphoricè nominauerunt, & totum istud ad occultandum scientiam. Hæc autem metalla inquantum generantur ab eisdem principijs primis videlicet ab vna prima materia quod est argentum viuum & sulfur, dicuntur & sunt effectus

fectus dictorũ principiorũ ſcilicet ſulfuris & arg. viui. Et de quolibet prędicto rũ in ſpeciali philoſophi tractauerũt diffiniẽdo ſecundũ diuerſas eorũ proprietates quilibet per ſe, eo ꝙ diuerſam cõpoſitionem ſeu generationẽ in ſui creatione ſeu productione habuerunt. Eſt tamẽ aduertendũ quòd philoſophi aliquando nominant illud quod vocant aurum ſuum, ferrum vel plumbum &c. & ſic de alijs: Et etiam è conuerſo, ferrum vel plumbũ, & ſic de alijs vocant aurum: Et hoc diuerſis reſpectibus: Quia in quantũ reſolutio & corruptio vnius generatio vel cauſa eſt alterius, & effectus in ſua cauſa. Vnde dixerũt quòd aurum eſt ferrum, & ſic de cæteris. Nota cauſam erroris illorum qui operantur in metallis naturalibus, videlicet calcinando, diſſoluendo, & congelando ea, credentes ab iſtis medicinã philoſophos creare, eo quòd philoſophi dicũt quòd ex ferro, plumbo, & cæteris generatur aurũ, eo quòd illa res quam ipſi vocant aurum vel medicinam auri, generatur ex reſolutione ſeu corruptione aliorum metallorum: Nam in eadem operatione generantur & corrumpuntur omnia dicta metalla, & ex eiſdem generatur aurũ eorum. Vnde etiam dixerũt quòd ferrum, & ſic de cęteris, eſt aurũ, eo quòd cauſa aliquo modo eſt ſuus effectus. Per eaſdem etiam conſiderationes communicantur etiam ſibi nomina adinuicem aliorum metallorum, inquantum corruptio vnius eſt generatio alterius. Eſt autem notandum quòd omnia iſta metalla vocant philoſophi arg. viuũ & ſulfur, eo ꝙ ipſa ex eis fiunt & generãtur. Prædictas aũt generationes metallorũ philoſophi cõplectiones*vocauerũt: ſed omnes inęquales excepta auri & argenti: Et ideò etiã arg. reſpectu auri dixerunt inæqualem. Solùm autem auri cõplexionem ſeu perfectionẽ eſſe æqualem dixerunt, nec aliquam aliam dictarum cõplexionum ſeu generationũ quęſierunt philoſophi, niſi ſolùm illam quã vocant æqualem ſcilicet auri, de qua dicit Iohanninus, Quod elementalis cõmiſtio, eſt illa quæ cũ moderatione corpus dicitur incolume. Et nota quòd dicit cũ moderatione ſcilicet quatuor naturarũ, ſcilicet caliditat. frigidit. humidit. et ſiccit. nam quando aliqua iſtarum naturarũ aliam nõ excedit, tunc dicitur corpus æquale, quia tantum eſt de vna quantũ de alia. Item dicitur incolume id eſt ſanũ vel mundũ ab omni cauſa corruptionis. Et nota quòd hoc facit ſtannũ vel plumbum, ipſum aurũ vel medicina auri: Ideò dicit Geber ſtannum eſt plumbũ puriſsimũ, & eſt in eo qualitas fixionis vel ſpiſsitudinis duorũ cõponentiũ, ſcilicet arg. viui et ſulfuris, non qualitas quantitatis, quoniã in miſtio ne uincit arg. viu. Item Hermes & Filij philoſophorũ, Corpora ſunt ſeptẽ, quorũ nota quòd aurum nõ eſt primũ via generationis, ſed intẽtionis naturę, quia natura ſemper appetit quod melius, nobilius & perfectius eſt, et ad hoc intẽdit. Vel dicitur primũ nobilitate & dignitate. Primum eſt aurũ eorum optimũ caput & rex, quod nec terra corrumpitur, nec re cõburente cõburitur, nec alteratur, eo quòd cõplexio eius eſt tẽperata, & natura directa in calido & frigido, ſicco & humido, nec in eo quod ſuperfluũ eſt nec minus. Et ideo philoſophi prętulerunt illud & magnificauerunt & dixerunt, Quia ſic ſe habet aurũ in corporibus videlicet metallicis, quemadmodum Sol in ſtellis. Sunt aũt quæ reſtant determinanda principia artificialia huius rei quã quærimus. nota quòd iſti modi dicuntur principia artificialia, licet ſint naturalia, eo quòd natura miniſterio & artificio eorum operatur. Et hi ſunt modi operationis ipſius, quibus mediantibus hæc res quam nos quærimus generatur, & in eſſe actuali deduci tur: Et eſt vnus modus ſublimatio, alter modus deſcenſio, tertius diſtillatio, quartus calcinatio, quintus ſolutio, ſextus congelatio, ſeptimus fixio, octauus iteratio: Et his ſimilia dicunt infinita. Qui quidem modi, licet ſint ad inuicem ratione diuerſi, ſunt tamen ijdem in re. Aliquando enim philoſophi conſide-

*Seu cõplexiones.

rantes materiam eorum, quæ quando est in vase suo & sentit Solem & calorem incontinenti exhalatur seu euaporatur in speciem fumi subtilissimi & ascendit in altum in capite vasis: vocauerunt talem ascensionem, sublimationem. Videntes postea talem materiam quæ ascenderat descendere ad fundum vasis, vocauerunt distillationē seu descensionem. Adhuc videntes inspissari istā materiā & denigrari & fœtorem malum dare, vocauerunt putrefactionem. Videntes colorem nigrum seu fuscum & malum post longum tempus dimittere & aliqualem albedinem ad modum cineris coloris venire, vocauerunt incinerationem seu dealbationem. Ideo Morienus ait, Totum magisterium nihil aliud est nisi extractio aquæ ex terra, & aquæ super terra dimissio, donec putre fiat ipsa. Et hæc terra cum aqua putrescit, & cum mundificata fuerit auxilio cuncta regentis, totum magisterium perficitur. Adhuc videntes terram cum sua aqua commisceri, & aquam paulatim propter temperatam decoctionem diminui & terram crescere, dixerunt omnes, quòd hoc erat ceratio perfecta: Vnde ait philosophus, Quòd terra cum aqua ceratur, imbibitur, & temperata decoctione caloris Solis desiccatur & in terram vertitur tota materia. Vnde idem ait, Hęc est vis integra, si versa fuerit in terram. Item videntes quòd tota materia veniebat in quādam dissipationem, & quòd modo reducebat se ad solidam substantiam, & quia non fluebat, imò stabat strictè, dixerunt quòd esset perfecta congelatio. Ait Plato, Soluite lapidem nostrum & postea congelate cum magna cautela, sicut vobis est demonstratum & habetis quasi totum magisterium. Idem alibi: Accipe lapidem nostrum, & pone in vase & assa igne leui donec confringatur, & postea coque ad calorem solis donec congeletur: & scitote quòd totum magisterium nihil aliud est, nisi facere rerum solutionem, & perfectam & naturalem congelationem: hæc Plato. Idem, soluite & congelate, & sic scietis totum magisterium. Item, Videntes materiam prædictam perfectè congelatam & inspissatam, ita quòd nullo modo vlteriùs resoluebat se in aquā nec in fumum, dixerunt, quòd verè erat fixata, quia eādem congelationem & inspissationem seu fusionem propter maiorē decoctionem caloris, viderunt venire ad perfectam desiccationem, & dealbationē, & quòd ista albedo erat super omnes albedines, dixerunt quòd hæc erat perfecta calcinatio. Item videntes hanc materiam ad suū colorem stare, & coloribus infinitis mutari, quia hoc fieri non poterat nisi per materiæ resolutionem, ideo hanc resolutionem, dixerunt solutionem: nam in ipsa resolutione discontinuantur elementa, & vicissim agunt & patiuntur: Et ideo philosophi dicta elementa, cōiuges vocant. Quare turpiter errant insipientes, qui credunt medicinam phyſicam creari ex alia re, cum tamen dicant philosophi, Filij Alchimici ac credentes suis cunctis dissolutionibus, sublimationibus, coniunctionibus, separationibus, congelationibus, præparationibus, contritionibus, alijsq; insistunt deceptionibus. Et sileant prędicātes aliud aurum à nostro, aliā aquā à nostra, quę etiā dicitur acetū acerrimū, aliam dissolutionem et congelationē à nostra quæ fit igne leui: aliā putrefactionē à nostra, aliquid aliud volatile siue spiritum aliū aliquē à nostro videlicet arg. viuo & sulfure, aliquid aliud alumen siue sal à nostro, quod in albedine cōpositū, dicit flos salis albi, vel aliquod aliud oleū à nostro, vel aliū sanguinē humanū à nostro, vel aliquid aliud à re vegetabili vel homine vel bruto animali extractū, fore in nostra operatione opportunū vobis vel vtile. In hoc enim fore decipiuntur q; nostri lapidis tot sunt nomina, quot sunt res. Audiāt enim plures philosophos dicentes, q; nō oritur ex homine nisi homo, nec ex brutis animalibus vel vegetabilib. nisi sibi similia, nisi erroneas sequētes aliquas falsas applicationes, per huiusmodi talia quęrant per quas & ipsi

ipſi meritò falſarij appellentur. Et taceant etiam credentes ex puluere brutí animalis baſiliſci opus noſtrū fieri. Ex hoc enim fortè fallentur, quòd noſtri lapídis odorē eſſe dicunt philoſophi tanquam odorem ſepulchrorū. Et propterea fortè credunt ipſum eſſe baſiliſcū, quod fœtidiſsimū dicitur eſſe animal. Si autē inuenías hanc rem noſtram nutriri ſicut infans in vtero, ſicut quídam philoſophi dicūt, hoc tradunt illi ad ſimilia nō ad temporis quantitatem, ſed ad leuitatem decoctionis, quia res calore temperato congelatur: et cum dicitur nutriri ouorū nutritione, hęc omnia, vt videtis etc. Notate q̄ totum magiſterium & tota intentio philoſophorum nō eſt aliud niſi diuidere, mundare, & congregare. Et iterū, Tota perfectio nō eſt aliud niſi perfectè ſoluere & cōgelare. Notate quòd totū regimen conſiſtit in igne & calore. Tota perfectio nō eſt aliud niſi elementa conuertere. Totū regimen non eſt aliud quàm coquere, et aſſare in tabulas tenues coaptare, limare, cū forficibus incidere, cōminuere, putrefacere, incinerare, aquare, ſeparare, diuídere, mundare, dealbare, rubifacere, ſolſimare, imbibere, impaſtare, deſiccare, decoquere, ſubtiliare, fundere, gladio igneo incidere, malleo percutere, animam à corpore ſeparare, perfundere, corpus in ſpiritū et ſpiritum in corpus cōuertere, coire, impręgnare, ſublimare, figere, deſcēdere, calcinare, ſoluere, corrūpere, coagulare: hoc totum vnum, & non aliud eſt niſi in igneo hoc calore, cucurbita, & alembico diſtillare. Et iſta pro magno ſecreto in iſta arte habeantur, vnde verſus,

Quinque res eſt una, vas ſolum, coctio ſola,
Huius ſolius, non eſt medicamen alius.

Generalis philoſophorū regula eſt hęc: Dicunt enim quòd non fit inſpiſſatio alicuius humidi niſi prius fiat ex humido partium ſubtiliſsimarū exhalatio: Et niſi fiat prius ſimiliter ex humido partium in magis craſſarum ſubtiliatio: ſi fit tamen humidū in cōpoſitione ſeu cōmiſtione ſuperans ſiccū, et vera miſtio ſicci & humidi, vt humidū contēperetur à ſicco, & ſiccū ab humido: Et hoc nō fit niſi per diuturnam commiſtionem humidi viſcoſi et ſubtilis terrei per minima, quouſq; humidū idem cū ſicco, & ſiccū idem cū humido fiat: Et huius ſubtilis vaporoſi ſeu fumoſi nō fit reſolutio ſeu exhalatio ſubitò, imò paulatim & multo ac longo tempore: Et cauſa ſiue ratio eſt quoniā vniformis eſt ſubſtātia principiorum et naturæ: ſi ergo ſubitò fieret ab eis ſuperflui humidi reſolutio, cum non differat ibi humidū à ſicco propter fortem eorū miſtionem adinuicē reſoluendam, vtiq; humidum à ſicco in reſolutione propter fortem vnionem quam habent adinuicem reſolutio humidi viſcoſi, ſubtilis, fumoſi diuturna & æqualis eſt cauſa inſpiſſationis ſeu compoſitionis metallorum.

Explicit.

THESAVRVS PHILOSOPHIAE.

Reſerat nobis eius ſalutare, cuius ſunt omnia, cælum, terra, mare, qui de nihilo cuncta creare potuit: & diſſona conſona ligare voluit: & ægra ſtatuit medicinis curare ex ſua bonitate: quod antiqui ſapientes ad plenū intelligentes, duplicem de hoc modum ſuis in libris poſuerunt, vnum verum, alium verò deuium. Verum quidem modum poſuerunt verbis obſcuris, vt à nullo niſi à filijs ad plenum intelligeretur. Hoc autem celauerunt, ne impij hāc ſcientiam vſurpantes, ad prophana perpetranda fierent promptiores: & de eorum peccatis eſſent rationem reddituri. Idcirco caue tibi cariſsime ne hanc ſcientiam alicui indigno particípes, ſed more philoſophico eā celes, quam cum vero experimento cognoueris, amor eius & dilectio in te augebitur.

Falsum autem modum in verbis liquidis posuerunt: quem modum et eius errores cum suis causis dicere prætermittã. Sed carissime audi & intellige, & Deus tuum illuminet intellectum. Scito quòd scientia nostra est scientia quatuor elementotũ, et temporũ, & qualitatum, et eorum ad inuicem cõuersio: et in hoc omnes philosophi conueniunt. Et scito quòd in omni re sub cælo sunt quatuor elementa, non per visum, sed per effectum. Vnde Philosophi sub velamento scientiæ elementorum, scientiam istam tradiderunt, & operati sunt: sed non intelligentes literam operationis, hæc omnia in sanguine, capillis & ouis, nec non & multis alijs truffis tentauerunt, et ego tentaui, et in stuporem fui redactus. Et ideò tanquã de scientia desperatus, magisterium postposui: aliàs reprobaui imbecillitate proprij intellectus. Ad me ipsum tamen postea reuertẽs tãdem cum Auicenna cogitare cœpi, Si hæc res est, quomodo est? Et si non est quomodo non est? Sciui igitur quod omniũ metallorum materia & sperma est mercurius decoctus et inspissatus in ventre terræ, calore sulfureo, ipsum decoquendo, & secundum varitatem sulfuris & eius multiplicitatis diuersitatẽ, diuersa metalla procreantur in terra. Ipsorum enim prima materia est vna & eadem: ipsa tamen differunt sola actione accidentali, & in decoctione maiori vel minori, temperata vel intemperata, adurente vel non adurente: sic cõcorditer asserunt omnes philosophi. Certum quippe est omnem rem esse ex eo vel de eo in quod resoluitur: nã gelu conuertitur in aquã mediante calore: Clarũ est ergo ipsum primò fuisse aquam: sic et omnia metalla conuertuntur in mercuriũ, ergo ipsa prius fuerunt ex mercurio: modum autẽ conuertendi ipsa in mercurium, inferius ostendam. Hoc autẽ supposito, soluitur dictum Arist. dicentis quarto Meteororum, Sciant ergo artifices Alchimię, species metallorũ permutari nõ posse. Et hoc verum est, nisi ipsa (vt sequitur) reducantur in primã materiam. Reductio verò ipsorum est facilis et possibilis ad inuicẽ: nam omne crescens & nascẽs multiplicatur, vt patet in omnibus plãtis et arboribus & animalibus: nã ex vno grano mille procreãtur grana: & ex vna arbore mille procedũt ramuli, & ab vno homine omne genus hominum procreatur: sicut vnũquodque augetur ex sua specie, sic et metallum potest per consequens ex se augmẽtare suum metallum. Et non est differentia vt dicit Arist. vtrum hæc fiant in organis naturalibus vel artificialibus. Metalla verò omnia in terra nascuntur & crescunt: possibile est ergo in eis augmentationem et multiplicationem fieri, & ita vsq; in infinitũ. Sed hoc non potest fieri nisi per illud quod est perfectius in linea metallorum: perfectioris generationis est illorum metallorum cõpleta medicina quæ est elixir philosophorum. Ad hoc autem elixir peruenire nõ est possibile nisi per suum medium. Vide naturã medij, in quo semper est continẽtia extremorum. Extrema verò sunt sulfur & mercurius, & elixir cõpletum: ex illis istorum quæ magis depurata et decocta sunt & digesta, illa sunt meliora et perfectiora & etiam propinquiora. O carissime non oberres, quæ enim semel nauerit homo, hæc & metet. Iam satis patet quis sit lapis, quæ medicina eius, cui nihil extraneum additur, nisi quòd superflua remouentur: quia non conueniunt rei, nisi quæ propinquiora sunt ei ex natura. Nunc igitur carissime expli cabo dicta philosophorum & verba sapientum obscura in parabolis celata, vt iudices me verba philosophorum intelligere, & ipsos verum protulisse affirmes. Est igitur illud primum quod philosophi vocauerunt solutionem, quæ est artis fundamentum: Vnde dicit Maria, Copula gummi cum gummi vero matrimonio, & fac illa sicut aquam torrentem. Rosinus philosophus ait, Nisi corpora in incorporea vertatis, in vanum laboratis. Item Parmenides de hac solutione tractat dicens in Turba, Quidam hanc solutionem audientes, putant eam

Solutio.

eam fieri absque corpore suo cum coniuncta est, & factum est vnum permanens: Non est enim philosophorum solutio aquæ iubilatio, sed corporum in aquam solutio seu conuersio ex qua primò creata fuerunt, vt videlicet in mercurium, prout gelu conuertitur in aquam liquidam ex qua prius fuit. Ecce per Dei gratiam vnum elementum quod est aqua, & ipsius corporis in aquam liquidam reductio. Secundum verbum est, quòd ex aqua fit terra leni de- *Coagulatio.*
coctione totiens reiterata, donec nigredo superemineat: Nam vt dicit Auicenna in titulo de Humoribus, Calor agens in humido corpore primò generat nigredinem, vt est videre in calce quæ apud vulgum fit. Ideo dicit Menabdes, iubeo posteros facere corpora non corpora per dissolutionem, & incorporea corpora per suauem decoctionem: in qua summè cauendum est, ne spiritus conuertatur in fumum, & euanescat per nimium ignem. Vnde Maria dicit, Custodi ipsum, & caue ne fugiat aliquid in fumum. Et sit mensura ignis calidítas solis Iulij mensis, vt ex suaui & longa decoctione inspissetur aqua, & fiat terra nigra. Sic ergo habes aliud elementum quod est terra. Ter- *Mundatio.*
tium verbum quod præcessit, est terræ mundificatio. Vnde dicit Morienes, Hæc terra cum aqua sua putrefit & mundificatur: quæ cum mundata fuerit, auxilio Dei totum magisterium dirigetur. Hermes quoque ait, Azot & ignis labbates, iubeo posteros facere corpora non corpora per dissolutionem, & incorporea corpora per suauem decoctionem: in qua summè cauendum est, ne spiritus conuertatur in fumum, & euanescat per nimium ignem. Vnde Maria dicit, Custodi ipsum, & caue ne fugiat aliquid in fumum. Et sit mensura ignis calidítas solis Iulij mensis, vt ex suaui & longa decoctione inspissetur aqua, & fiat terra nigra. Sic ergo habes aliud elementum quod est terra. Tertium verbum quod præcessit, est terræ mundificatio. Vnde dicit Morienes, Hæc terra cum aqua sua putrefit & mundificatur: quæ cum mundata fuerit, auxilio Dei totum magisterium dirigetur. Hermes quoque ait, Azot & ignis latonem abluunt, & nigredinem ab eo auferunt. Ideò dicit Philosophus, Dealbate latonem, & liberos reponite, ne corda vestra rumpantur. Hæc est enim compositio omnium sapientum, & etiam tertia pars totius operis. Iungite ergo, vt dicitur in Turba, sic cum humido id est terrā nigram cum aqua sua, & coquite donec dealbetur. Sic habes aquam & terram per se, & terram cum aqua dealbatam. Quartum verbum est, quòd aqua quæ cum terra fuerit inspissata *Sublimatio.*
& coagulata, ascendat sublimatione. Sic habes terram, aquam, & aerem. Et hoc est quod dicit Philosophus, Ipsum dealbate, & cito igne sublimate, quousque ex eo exeat spiritus quem in eo inuenies, qui dicitur auis aut cinis Hermetis. Vnde & Morienes ait, Cinerem ne vilipendas, nam ipsa est diadema cordis tui, & permanentium cinis. Et in libro Turbæ dicitur, Ignis regimen augmentate: & per albedinem peruenitur ad cinerationem, quæ dicitur terra calcinata. Vnde dicit Morienes, In fundo remanet terra calcinata, quæ est naturæ igneæ: Et habes in prædictis proportionibus quatuor elementa nempe aquam dissolutam, terram dealbatam, aerem sublimatum, & ignem calcinatū. De istis etiam quatuor elementis dicit Aristoteles in libro de Regimine principum ad Alexandrum, cum habueris aquam ex aere, & aerem ex igne, & ignē ex terra, tunc plenā habebis artem philosophiæ. Et hic est finis primæ cōpositionis, vt Morienes dicit. Nunc ad secundam cōpositionem transeamus, quæ *Tinctio.*
habet inspirare, tingere, & viuificare primā compositionem. Vnde dicit Calidus philosophus, Nemo vnquā potuit, vel postea poterit tingere terrā foliatā nisi cum auro. Ideò præcipit Hermes dicens, Seminate aurum vestrum in terrā albam foliatam, quæ per calcinationem facta est ignea, subtilis, & aerea: In istam ergo terram aurum seminamus cum tincturam auri illi imponimus. Sed nunquam aurum potest perfectè aliud corpus tingere quàm seipsum: Certè hoc non potest nisi perficiatur arte. Vnde ait Raimundus, Quanuis hic lapis noster iam in se tincturam naturaliter contineat: nam in corpus magnesiæ creatus est perfectè, per se tamen non habet nisi perficiatur arte & operatione. Geber dicit in Operatione radicum, Ad hoc fit operatio, vt melioretur tinctura auri in auro plus quàm est in sua natura: & etiam vt fiat Elixir iuxta sapiētum allegoriam id est compositum ex speciebus limpidum condimentum, antidotum & medicina omnium corporum curandorum purgan-

purgandorum & transformandorum in Lunificum & Solificum verum. Sed nunquid Solo auro, & non alio corpore indigeamus, audi Hermetem dicentẽ Pater eius, id est, primæ compositionis est Sol, mater eius Luna: Pater est calidus & siccus, tincturã generans: Mater eius est frigida et humida genitũ nutriens. Ideo Sol per se, et Luna per se, sunt difficillimę fusionis. Et dum coniungũtur in modum quo fit solidatura ad aurum, funduntur citissimè. Ideo dicit Maria: Accipe corpus proiectum, siue monticulum clarum, quod non capitur pretractione, et tere cum elsapenos quod comprehendit tincturam spirituũ & appropinqua igni, et totum liquefiet cito, si super eum proiecisti vxorem suã Lunam. Igitur si in lapide nostro esset tantùm alterum ipsorum, nunquam faciè flueret medicina, neque tincturam daret: Et si daret, non tingeret nisi inquãtum esset: & reliquum, vt mercurius, in fumo euolaret: quia non esset in eo receptaculum tincturæ. Sed nostrum finale secretum est, habere medicinam quæ fluat ante fugam mercurij. Istorum autem duorum coniunctio est necessaria in opere nostro: Dicit enim Geber, In perfecto magisterio preciosius metallorum est aurum: ipsum enim est tinctura rubedinis transformãs omne corpus. Ipsum est & fermentum totam massam conuertens ad suam naturam. Ipsum quoque est anima coniungens spiritum cum corpore: quia sicut corpus humanum sine anima est mortuum et immobile, sic & corpus immundum sine fermento quod eius est anima terreum et inuegetabile: Nam fermentum præparati corporis totam massam conuertit ad suam naturam. Et non est fermentum nisi Sol & Luna planetis appropriata: Quia sicut Sol & Luna cæteris planetis dominãtur, sic ista duo corpora dominantur alijs corporib. metallorũ quæ ad naturam prædictorum duorum conformiter conuertuntur, & ideo fermentũ dicitur: Nam sine ipso gramina non emendantur. Dicit enim Raimundus. Sed hanc emendare non poteris nisi prius subtilietur arte ac operatione. Quare Hermes dicit, Fili extrahe à radio suam vmbram. Igitur præparatio & subtiliatio fermenti nobis est necessaria, sicut est in fonte, quia quantum est ad creatiõ perfectè nascitur, sed non quantumad operationem nisi prius alatur pauco lacte et post pluri, deinde plurimo, sic contingit ex toto in lapide nostro. Ac-

Dosis. cipe igitur quartam partem sui, hoc est vnam partem de fermento, & tres partes de corpore imperfecto, dissolue fermentum in æquale sui aquæ mercurij: Coque insimul lentissimo igne, & coagula illud fermentum, vt fiat sicut corpus imperfectum, et orificio vasis clauso. Eodem modo & ordine vt dictum est sit præparatum: hoc autẽ præcipit Hermes dicens: Carissime, in principio operis recentis æquales partes permistionis commisce insimul, & tere donec desponsetur, et ale vt fiat in eis conceptio in fundo vasis, & generationes geniti fiant in aere. Morienes quoq; dicit, Fac in principio vt fumus rubeus capiat fumum album in forti vase firma coniunctione sine spirituum exhalatione, & hoc est quintum verum. Sextum verum est, vt quartam partem fermenti subtiliati coniungas cum tribus partibus terræ dealbatæ, & aqua sua imbibe huic, & vt prius toties hæc coque & reitera, donec duo corpora vnum fiant sine coloris diuersitate. Vnde dicit Morienes, Cum corpus album fuerit calcinatum, mitte in eam quartam partem sui de fermento auri: Nam aurum est sicut fermentum panis, quod totam massam pastæ conuertit ad suam naturam: Coque ergo ipsum in aqua sua donec fiat res vna, & corpus vnum siccum: Quia vt dicit Maria, Percuriet ipsum aer, congelabit eum, & erit vnum corpus: & illud est secretum Scaliæ: Tunc intruditur fermentum in suo corpore quod est eius anima. Et hoc est quod dicit Morienes, Nisi corpus immũdum mundaueris & id dealbatum reddideris, et in id animam miseris, nihil in hoc magisterio

sterio direxisti. Ideo fit permistio fermenti cum corpore mundato, & nõ cum corpore inmundo. Nam vt dicit Gasius, In perfecto magisterio lapides non recipiunt se adinuicem, nisi vtroq; prius fuerint mundati. Non enim recipit corpus spiritum, neque spiritus corpus, ita quòd spirituale fiat corporeum, vel corporeum spirituale, nisi prius fuerint ab omni sorde depurati perfectissimé. Quando verò mundantur, mox complectuntur inuicem corpus & spiritus, & peruenit ex eis operatio vna perfecta, quia alterata sunt à natura & crassa, facta sunt subtilia. Hoc etiam dicit Astanus in Turba: Spiritus non coniunguntur corporibus, donec ab immunditijs perfectè fuerint denudati: & in hora coniunctionis maxima apparent miracula: tunc corpus imperfectum coloratione firma coloratur fermento mediante, quod fermentum sit anima corporis imperfecti: Et spiritus mediante anima cum corpore coniungitur & ligatur, & cum ea simul in colorem fermenti conuertitur, & fit vnum cum eis. Hoc est igitur Elixir, vt dicit Auicẽna ad Assem philosophũ, quod tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua: cuius aquam inuenimus sicut est argentum viuum in mineralibus, & oleum eius sicut est sulfur aut arsenicũ in mineralib. & calx eius sicut est calx in mineralibus: Verùm etiã melius, abũdãtius & sublimius est opus: vt albũ cõpletur tribus, in quibus nõ est ignis: & citrinum quatuor rotatur rotis. De istis rotis etiam dicit Maria, In hac schola non sunt nisi mirabilia: intrant nanq; in eo quatuor lapides, & eius regimen verum est. Ex prædictis igitur patet subtiliter intelligenti vel intuenti, philosophos in eorũ verbis obscuris verũ dixisse: Nam dicunt, Lapis noster est ex quatuor elementis: & ipsũ elemẽtis cõparauerunt. Et primò ostẽsum est qualiter quatuor ibi sunt elemẽta. Quia vt dicit Rasis: Omnia quæ à Lunari globo inferius à summo condita sunt opifice, participant quatuor elementis, non tamen per visum, sed per effectum. Nam lapis est vna sola res, tantùm vna substantia, radix vna, & vna natura. Hermes dicit, Incipe in nomine Domini, & cognosce naturam lapidis. Ipse enim est à radice materiæ suæ, quia in eodem & de eodẽ: nec ingreditur aliud super eo quod non sit ortum ab eo: Re vera non conuenit rei, nisi quod propinquius est ei ex natura sua: nam vnumquodque diligit sui simile: Idcirco dicit Plato, Substantia vna, & vna essentia: in hoc vnõ est calidum, frigidum, humidum, & siccum: Ideò dicitur minor mundus, quoniam ex eo & per eum & in eo & cum eo sunt omnia metalla. Ipse quoque est sicut arbor, cuius rami & flores & fructus sunt ex ea & per eam: & ipsa est totum similiter. Vnumquodque non generat res nisi sibi similes ex specie sua: ita hæc res vna est & eadem, & quicquid de ea est, vnum & idem est & non diuersum. Hunc autem lapidem nominant philosophi nomine omnis rei corporis, & omnis speciei: Vnde Pithagoras, Omnibus nominibus nũcupatur, cuius nomẽ proprium est tantùm vnum: vnde versus: *Dicitur hæc Luna nominibus ommibus una.*

Et dicit Phieras, Tenebrosorum nominum pluralitatem dimitte. Natura quidem vna est quæ omnia superat, non autem diuersæ naturæ illam rem emendant: Verùm quidem vna sola natura est, quæ se ipsam germinare facit. Igitur, vt dicit Diomedes, Venerabili vtimur natura, quoniam natura non emendatur nisi sua natura: cui noli alienum introducere puluerem, neq; vllam rem. neq; res diuersæ illam rem emendant: Nam ipsa seipsam facit germinare.

Maria tamen dicit, Quod exibit album & calx humida, quę sunt vnũ de vno sunt radices huius artis. Et philosophi nominauerunt illam multis vel omnibus nominibus: quorum vna sola res est tantùm vt dicit Morienes: Ego veritatem dico vobis, quòd nihil aliud duxit modernos in errorem nisi nominum multitudo. Sed omnis sapiens sciat, quòd hæc nomina non sunt nisi colores in

coniunctione apparentes. Et sic nõ errabis in via huius operis, quanuis philosophi dicta & nomina sua multiplicauerunt, tamen non intelligunt nisi rem vnam, & viam vnam operandi, & uicem vnam caloris (vel coloris) ostendi. Et nota, ista diuersitas colorum non apparet in nostro lapide, nisi in coniunctione animæ cum corpore, vt dicit Morienes, Vna tantùm vice ignis in eo innouat diuersos colores. Dixerunt Philosophi, quòd lapis ex corpore, anima, & spiritu est: & verum dicunt. Nam corpus imperfectum dixerunt corpus, fermentum animam, & aquã spiritum: & bene quidem. Nam corpus imperfectum per se est corpus graue & infirmũ, ac mortuũ: Aqua est spiritus corpus purgans, subtilians, & dealbans. Fermentum est anima quæ corpori imperfecto vitam tribuit, quam prius non habebat, & in meliorem formã perducit. Corpus est Venus & fœmina: Spiritus est Mercurius & masculus: Anima est Sol & Luna. Corpus habet liquefieri in primã materiam suam, quæ est mercurius, vt dicit Morienes noster, Mercurius non habetur nisi ex corporibus liquefactis liquefactione non vulgari, sed ea tantùm quæ durat donec coniuges vero matrimonio sociantur, & etiam vniuntur: & hoc est vsque ad albedinem. Et nota quòd corpus liquefactum est ex toto, cum in decoctione illi apparuerit nigredo. Vnde dicit Bornellus, Videntes autem nigredinem illi aquæ imminere, scitote illud corpus iam liquefactum esse, hinc coquite eum in aqua leni igne, vsquequo cũ suo vapore compari desiccetur, & fiat res, quæ in ea à suo corpore introducitur. Spiritus verò, corpus subtiliatũ conuertit ad se & penetrat ideoq; dicitur aqua permanens & aqua vitæ. Vnde dicit Mundus in Turba, Mercurius est aqua permanens, sine qua nihil fit: Vis enim eius est spiritualis, sanguis contritus, vnde cum corpore istum in spiritum vertit, & sibi adinuicem mistũ, & in vnum redactum secundum virtutem virtutum corpus incorporat spiritum, spiritus verò corpus in spiritum tinctum, prout sanguis vertit: Nam omne quod spiritũ habet, habet & sanguinem: Et sanguis est humor naturalis naturam confortans. Et scito, quanto magis corpus decoquitur, & in suo humore abluitur, tãto magis limpidius apparebit & melius. Sed vt dicit Morienes, Nihil est quod à latone possit suam vmbram auferre nisi azot, quando in eo decoquitur, donec eum coloratum reddit & album, velut oculi piscium: tunc enim expectat suum bonum vt confortetur suo fermẽto. Nota autem quòd fermentum est anima fixa lapidis, tingens, uiuificans, & cõplectens. Vnde dicit Maria, Corpus fixum est de materia Saturni comprehẽdificans digestionẽ tincturarum, & complens sapientia fediarum, sine quo hoc magisterium nunquam perueniet ad effectum, donec Sol & Luna in vno corpore coniungantur: Nam totum huius artis artificium, vt dicit Euclides, est in Sole & Mercurio: ipsa enim in vnum coniuncta, tincturam habent infinitam. Nam in opere quærit colorem sanguine rubicundiorẽ. Modicũ quippe huius coloris in album infusum, conuertit magnam albi quantitatem in citrinum colorem, sicut experiri potes, si sanguinẽ proieceris in lac vel in aquã. Igitur, vt dicit Iosephus, Commisce ignem & aquam, & erunt quatuor: deinde fac ista vnum, & peruenisti ad illud quod quæris: tunc enim fiet corpus nõ corpus, debile super ignem non debilem, & erit super eo pax. Præparatio autẽ harum rerum à principio, vsque ad finem est aqua fixa, honorata: nam illa manifestant tincturam in proiectione: & ipsa est mediatrix inter contraria, & ipsa eadem est principium, medium & vltimum. Intelligens ipsam, apprehendit sapientiam. Dixerunt etiam quidam Philosophi, Nisi corpore veratis non inuenistis: & non corpora, & incorporea in corpora, regulam veritatis non inuenistis: & verum dicunt. Nam corpus primò fit aqua, & sic corporeum fit incorporeũ, id est

signũ perfectæ solutionis.

id est spiritus: deinde in coniunctione spiritus aqua fit corpus. Ideo dicit Hermes, Conuerte naturas, & quod quæris inuenies: & hoc est verum. Nam in nostro magisterio primò facimus de crasso gracile, id est de corpore aquam: Postmodum verò facimus de humido siccum, id est de aqua terram: & sic verè naturas conuertimus, quia facimus de corporali spirituale, & de spirituali corporale. Et hoc est quod dicit Senior, Est conuersio corporum de statu in statum, de re in rem, de infinitate ad potentiam, de crassitie ad tenuitatem, de corpore ad spiritualitatem, sicut conuertitur semen hominis in matrice mulieris conuersione naturali de re in rē, donec formetur homo inde perfectus. Ex quo fuit radix & principium eius: nec mutatur ab hoc nec ex sua radice aliqua diuisione. Nam vt dicit Aristoteles, Omnis generatio est ex conuenientibus in natura. Et hoc est verum, maximè in generationibus metallicis: Ideo enim Philosophi dicunt, Ne facias ingredi super eum alienum, neque pluuiam, neque aquam, neque vllam rem: quia si intrauerit super eum alienū, corrumpit eum, & destruit eum. Vnde dixit Arabs rex quidam, Aqua non conglutinatur nisi cum simili sulfuris sui in hoc quod ex eo est. Deinde facimus illud quod est superius, sicut est illud quod est inferius, id est, vt spiritus fiat corpus, & corpus spiritus, sicut est in principio nostræ operationis, vt in sublimatione, quod est inferius, est sicut quod est superius, & totum vertitur in terrā. Idcirco dicit Hermes, Quod est superius per sublimationem, est inferius per descensionem, & quod est inferius per constipationem, est sicut quod est superius per ascensionem, ad perpetranda miracula rei vnius: aqua & terra habent locum inferius: aer & ignis ascendunt superius: aqua & terra concipiunt & nutriunt: aer & ignis, agunt & coniungūt. Et ista quatuor in nostro lapide conueniunt, vt dicit Senior, Quòd quatuor elementa in lapide nostro purificata sunt, quia in eo est aqua fixa, & aer quietus, & terra quiescens, & ignis circundans omnia: & in hac repugnantia in eo conueniunt. Et hæ quatuor naturæ in eo, ex eo, & per eum generatæ sunt. Patet ergo ex præmissis, quòd lapis noster ex quatuor elementis est. Dixerunt ergo Philosophi, Quòd lapis noster habet corpus, spiritum, & animam: Et ista tria dicuntur ex vna natura, & vna re cum vna aqua de vna radice: & certè verum dicunt: Nam totum magisterium nostrum fit cum aqua nostra, & de ea, & ex ea sunt omnia necessaria: Nam ipsa corpora soluit, non solutione vulgari, prout tradunt ignorantes, & conuertantur in aquam nubis, sed solutione vera philosophica, vt conuertantur in aquam, ex qua ab initio fuerunt. Vnde dicit Socrates, Secretum cuiusli bet rei & vita, est aqua: ipsa soluit corpus in spiritum, & de mortuo facit viuū. Ipsa est acetum acerrimum quod omnibus imminet, & omnia superat. Terite ergo lapidem nostrum aceto acerrimo, incoquite donec inspissetur, citissimè tamen ne acetum conuertatur in fumum & pereat totum. Item, ipsa eadem aqua calcinat corpora, & in terram reducit. Ipsa etiam eadem corpora denigrat, dealbat, & rubificat: ipsa eadem in cinerem transformat, pluuerizat & eas intrat: iuxta quod dicit Marchos rex, Aqua nostra soluit corpora, congelat, & denigrat ea: & ipsa abluit omne corpus, & aufert omnem nigredinem, & tingit omne nigrum: & facit album, & tingit omne album: & facit rubeum, & viuificat omnia mortua in vitam sempiternam. Ideo magnificatur hæc aqua, exaltatur, & facta est domina omnium rerum, nec inuenitur res agens suas operationes. Morigenes quoque dicit, quòd Azot & ignis latonem abluunt, mundificant, & obscuritatem eius penitus ab eo eripiunt. Laton autē est corpus immundum, Azot verò est mercurius. Et hæc aqua coniungit corpora diuersa modo prædicto præparata tali coniunctione, quòd non potest ignis

Elementa conuertere.

Solutio philosophica.

Albificatio.
Rubificatio.
Denigratio.
Ablutio.

Mundificatio.
Laton.
Azot.

potentia ea ſeparare. Ipſa facit matrimonium inter corpus & fermentum, & eorum vnum mutat in aliud, & ab ignis combuſtione defendit. Calcinata nãque terra & dealbata ipſa altiora petẽs loca, fit ſpiritualis & aerea: Et quod eſt ſpirituale & aereum, eſt incorruptibile & penetratiuum. Vnde dicit Hermes, Aqua aeris inter cælum & terram exiſtens, eſt vita vniuſcuiuſque rei: nam ipſa eſt mediatrix inter ignem & aquam per calorem & humiditatem ſuam. vnde ipſa aqua ſuſcipit aerem: nam ipſe aer ſuſcipit ignem, quia ipſe eſt vicinus igni per calorem, & propinquus aquæ per humiditatem: idcirco facit matrimonium inter uirum & mulierem. Omnis enim ſpiritus conſiſtit ex ſubtilitate fumoſitatis aeris. Nam omne animatum vegetabile attrahit ſpiritum & vitam ex aere. Ignis igitur aquam aeris viuificat mortuam, facit matrimonium, & à combuſtione ignis protegit compoſitum. Ideo dixerunt Philoſophi, Cõuerte aquam in aerem vt fiat vita: vita tamen cum vita, quia ipſa eſt vita & ſpiritus cui ipſa intrauerit. Igitur aqua noſtra ſublimat corpora non ſublimatione vulgari, quã intendunt Idiotæ credentes quòd ſublimare, ſit ſuperius aſcẽdere: Vnde accipiunt corpora calcinata & miſcent ea cum ſpiritibus ſublimatis, vt ſulfure & mercurio cum ſale armoniaco coniungunt, & per fortem ignẽ ſublimationem faciunt, vt corpora ſimul cum ſpiritibus aſcendant, & dicunt tunc quòd ſpiritus & corpora ſunt ſublimata, & à ſuis ſuperfluis optimè depurata: ſed deluſi ſunt: quia ipſi poſtea ipſa magis immunda reperiunt, quam prius fuerint. Nam ars eſt debilior quàm natura: Vnde dicit Albertus in libro de Mineralibus, Quoniam duo extranei humores à ſulfuris ſubſtãtia artificio & ingenio naturæ purgati ſunt, melius ab arte purgari vel depurari non poſſunt: Nam artificium naturæ certius eſt & ſublimius omni arte. Igitur noſtrum ſublimare non eſt ſuperius aſcendere: ſed ſublimare Philoſophorum eſt de re parua & humili, ſeu baſſa & corrupta, magnam facere, altam, & puram. Vnde quum dicimus, Ipſe ſublimatus eſt in Epiſcopum, hoc eſt promotus eſt in Epiſcopum, hoc eſt, promotus eſt ad dignitatis gradum. Sic dicimus corpora ſublimata, id eſt ſubtiliata, & in alteram naturam translata: Vnde ſublimare idem eſt quod ſubtiliare, quod totum facit aqua noſtra: Vnde dicit Morienes, Aqua à corpore mortuo in quo non eſt anima aufer fœtorem, & quando dealbauerit animam, & eam ſublimauerit, & corpus cuſtodierit, aufert ab eo obſcuritatem, & omnem odorem malum. Albides quoque dicit, Accipite res à mineris ſuis, & ſublimate eas ad altiora loca ſua, & mittite eas à cacumine mõtium ſuorum, & reducite eas ad radices ſuas. Sublimare igitur eſt rẽ groſſam ſubtiliare: Vnde dicit Hermes, Sublima ſubtile à ſpiſſo ſuauiter & cum magno ingenio. Aſcendit enim terra in cælum, iterumq; deſcendit in terram, & recipit vim ſuperioris ſubtilitatis penetrandi, & inferiorem grauitatis remanẽdi. Sic ergo intelligite ſublimationem philoſophorum, quia multi ſunt in hoc decepti. Item aqua noſtra viuificat corpora & mortificat, deducit ad occaſum, & reducit ad ortum. Ipſa colores nigros apparere facit in mortificatione, dũ conuertuntur in terram putrefactione: Poſtmodum apparent multi colores & varij ante dealbationem, quorum omnium finis eſt albedo ſtabilis: Ipſa enim eſt vt granum frumenti cadens in terram, quod ſi mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Sic ſemina omnium terræ naſcentium mutantur, & putrefiunt, donec ingreditur ſuper eis corruptio: dein germinant & augmentantur ſicut illa, ex quibus radicem habuerint: Sic aqua noſtra nutritur, putrefit, & corrumpitur deinde germinat, reſurgit, & ſe ipſam viuificat. Idcirco dicit Calîdus, Quando uidi aquam congelare ſe ipſam, tunc certificatus fui, quòd res vera eſt ſicut aſſignatur. Coquite ergo eam cum corpore ſuo donec ſiccetur humiditas eius ab i-

Spiritus quid.

Sublimare quid ſit.

Ars.

Sublimatio philoſophica.

ab igne,& sit sicca,donec videatur eam collegisse spiritus eius ab ea,& fecisse mansionem in radice elementi sui:hoc autem erit quando mortificaueris, corpus album decoxeris:tunc erit aqua spiritualis,potens naturas conuertere ad alias naturas:tunc autem corpora mortua viuificat & germinabit. Item,Aqua nostra est mater diuersorum colorum mirabiliũ,quia per ipsam diuersitas colorum apparebit,et hoc erit maximè in missione aquæ corporis præparati & fermentati:tunc enim infiniti colores apparent tot,quot excogitari possunt, quia tunc spiritus coniungitur cum corpore & anima mediante,nam spiritus est locus animæ,& anima à corporibus extracta est aquæ tinctura. Vnde Senior,Hæc aqua est tinctura soluta in corpore deportata, sicut portatur tinctura tinctorum super pannum:deinde recedit aqua per desiccationem, & remanet tinctura sua per impressionem:Similiter est de aqua animæ in qua portatur tinctura,quam reducunt super terram suam albam sitientẽ,foliatam.Hanc aquam vocat Hermes auripinarum & florum,& croci,quia tingit terram eorum calcinatam:Vnde etiam dixit,Seminate aurum in terrã foliatam: deinde recedit aqua spiritualis,& in corpore remanet anima,quæ est tinctura Solis: nam ipsa est sicut fumus subtilis,insensibilis,non nisi in effectu apparens: Sed eius actus est manifestatio colorum,& ignis ex igne generatur & nutritur in igne,& est filia ignis,ideo oportet reduci ad ignem, vt non timeat ignem, sicut reducitur puer ad vbera matris suæ. *Colorum apparitio.*

Hunc etiam lapidem nostrum aliqui æs album vocauerunt. Vnde Lucas & Eximeus in Turba, Scitote omnes scientiã quærentes,quòd nulla fit tinctura nisi ex nostro ære albo. æs enim nostrum,non est æs vulgi. æs vulgi corrũpitur & inficit omne cui imponitur:æs verò Philosophorum perficit & dealbat cui associatur.Ideo dicit Plato,Omne aurum est æs, sed non omne æs est aurum:nam in natura aurum assimilatur ærí,vt in grauitate,tactu: sed in natura æris non est aliud quàm est in natura auri,ex corruptione in terra & mansione in patientia,in igne,& mansione in mari. Itaque æs nostrum habet corpus, animam & spiritum:& illa tria sunt vnum:Nam spiritus,corpus,& anima,sunt vnum:quia ipsa omnia sunt ex vno & de vno,& cum vno, quod est radix ipsius. Aes igitur philosophorum est Elixir eorum ex spiritu,corpore,& anima completum & perfectum.Sic enim philosophi lapidem diuersis nominibus nominauerunt,vt sapientibus esset manifestus,& insipientibus occultus.Sed quocunque nomine nominetur,supereſt vnus & idem: & de eodem: Vnde dicit Merculinus hæc carmina: *Aes album.* *Corpus, anima, & spiritus unũ sunt.*

Est lapis occultus,& in imo fonte sepultus,
Vilis & erectus,fimo uel stercore tectus:
Vnus habet uiuus lapis omnia nomina diuus,
Vnde Deo plenus sapiens dixit Morienus
Non lapis hic lapis est animal quod gignere fas est,
Et lapis hic auis,& non lapis aut auis hæc est:
Hic lapis est moles,stirps,& Saturnia proles:
Iupiter hic lapis est,Mars,Sol,Venus,& lapis hic est.
Alliger & Luna lucidior omnibus una,
Nunc argentum,nunc aurum,nunc elementum,
Nunc aqua,nunc uinum,nunc sanguis,nunc chrysolinum:
Nunc lac uirgineum,nunc spuma maris,uel acetum,
Nunc in sentina fœtenti stillat urina,
Nunc quoque gemma salis,almizadir,sal generalis,
Auripigmentum primum statuunt elementum,
Nunc mare purgatum cum sulfure purificatum:

Siccine transponunt quod stultis pandere nolunt,
Sicq; figuratur sapiens ne decipiatur,
Et quod tractatur stultis ne distribuatur.

Item, vt dicit Morienes, Lapis noster & confectio ipsius magisterij assi-
milatur in ordine creationi hominis. Nam primum est coitus, secundum con-
ceptio, tertium prægnatio, quartum ortus, et quintum sequitur nutrimentum.
O carissime, hæc verba Morienis intellige, & non errabis in veritate. Aperi
ergo oculos tuos, & vide quòd sperma philosophorum est aqua viua, terra au
tem, est corpus imperfectum, quæ terra meritò dicitur mater, quia ipsa est ma
ter omnium elementorum: Ideo quando sperma mercurij coniungitur cũ ter-
ra corporis imperfecti, tunc coitus appellat̃: tunc enim terra corporis dissolui
tur in aquam spermatis, & fit aqua sine diuisione vna: Vnde dicit Hali, Solutio
corporis, & coagulatio sunt duo: sed habent vnam operationem, quia spiritus
non coagulatur nisi cum coagulatione spiritus: Et corpus & anima quando
coniunguntur, agit vterque in suum consimile: Exemplum cum aqua conium
gitur terræ, aqua cum sua humiditate & virtute conatur eam dissoluere: nam
facit eam subtiliorem quàm prius erat, et reddit eam sibi consimilẽ, quia aqua
est subtilior terra: similiter facit anima in corpore, et eodem modo inspissatur
aqua cum terra, et fit consimilis terræ in densitate, quia terra spissior est quàm
aqua. Ideo inter solutionem corporis et coagulationem spiritus, non est diffe-
rentia temporis, nec diuersum opus in aliquo, ita quòd fiat vnum sine alio, si-
cut non est inter aquam et terram in sua coniunctione diuersa pars temporis:
quod cognoscitur si coniungatur vel separetur vna ab alia in earum operatio
nibus: Sicut nec sperma viri separatur à spermate mulieris in hora sui coitus,
sic & earum vnus est terminus, vnum factum, & vna & eadẽ operatio insi-
mul cernitur super ipsa duo. Ideo Merculinus rerum misturam, coitum vo-
cat & genituram:

Semina miscentur quasi lac, quæ mista videntur. Secundum est conce-
ptio, quum terra in nigrum soluitur puluerem, & incipit aliquantulum de
mercurio secum retinere: tunc enim agit masculus in fœminam, id est azot in
terram: Ideo dicit Arisleus, Masculi adinuicem non gignunt, nec mulieres cõ
cipiunt. Generatio enim est ex maribus & fœminis, & maximè ex inuicem
conuenientibus. Maribus nanque ducentibus fœminas, natura gaudet, & fit
generatio vera. Natura autem alienæ naturæ ineptæ coniuncta, nullam veri-
tatem spermatis gignit. Coniunge ergo filium tuum Gabricum dilectiorem
tibi omnibus filijs tuis cum sua sorore Leya, quæ est puella fulgida, suauis, &
tenera: Gabricus est masculus, & Leya fœmina, quæ ipsi dat omne quod ex i-
psa est, et quanuis Gabricus sit carior Leya, tamen non fit generatio sine Le-
ya, Gabricus enim cum Leya concumbens protinus mortuus est: nam Leya
ascendit supra Gabricum, & includit eum suo vtero, vt nihil penitus videri po
tuerit de eo, tantoq; amore amplexata est Gabricum, quòd ipsum totũ in sui
naturã cõcepit, & in diuersas partes diuisit: & hoc est quod dicit Merculinus:

Quod quasi lac fuerat, conceptio sanguine mutat,
Pallida nigrescunt, rubea diffusa nigrescunt.

Tertium est prægnatio, quia dealbatur terra: dominante nanque aqua, ter-
ra crescit & multiplicatur, & augmentatio nouæ prolis inde generatur: Tunc
Albatio & ablu tio idem sunt. oportet te terram nigram abluere, et igne calido dealbare: Vnde Hali dicit,
Accipe quod ad fundum vasis descendit, et ablue istud cum igne calido, quo-
vsque auferatur eius nigredo, et recedat eius spissitudo, et fac ab eo euolare
additiones humiditatum, donec deueniat calx nimis alba, in qua non erit ma-
cula

cula: tunc enim terra ad recipiendam animam est habilis & depurata, ideo Merculinus.

Firmans mutatum, prægnatio spondet hiatum:
Quæ bene purgantur, concordi pace ligantur.

Quartum est ortus, quando fermentũ coniungitur terrę dealbatæ, ita quòd vnum fiant substantia & colore: tunc enim natus est lapis noster in vitam sempiternam, quia tunc spiritus cum corpore, anima mediante, coniungitur. Hæc nanq; est compositio quæ, vt dicit Hali, fit cum putrefactione & matrimonio: & matrimonium est subtile cum crasso seu spisso commiscere, & animam cum corpore cõmiscere. Putrefactio verò est assare, terere, & rigare quousque insimul commisceantur & fiãt vnũ, & non sit in eis diuersitas neq; separatio, sicut non est separatio de aqua mista aquæ, tunc conabitur spissum retinere subtile, & conabitur anima pugnare cũ igne & ipsum pati: & conabitur spiritus mutum alienatus in corporibus fundi cum eis. Ideo Merculinus:

Fermentatio.

Matrimonium.

Putrefactio.

Quartum prægnatum, producit stercore natum:
Natis uita datur, non natis uita negatur.

Quintum est nutrimentum, quia fœtus extractus non nisi lacte nutritur & igne, parcè & paulatim, dum paruulus est. & quanto magis esurit ossibus confortatis in iuuentutem perducitur: in quam perueniens sibi subsistit & sufficit, & sic oportet te in hac operatione facere, sciens quòd absq; calore nil vnquam generatur: & intensus calor perire facit: & frigidum balneum compositum fugat, temperatum verò & suaue balneum & igne leui corrumpentes humiditates corporis extrahuntur: ideò dicit Merculinus:

Postra nutritur, quod natum lux reperitur,
Ignis aquam superat, fornax alimenta ministrat:
Hinc etiam lapis natus noster appellatur.

Vnde Plato in libro Turbæ dicit, Honorate Regem ab igne venientem, diademate coronatum, & ipsum illuminate quousque ad ætatem peruenerit perfectam, & nolite ipsum comburere, nec fugetis ipsum comburendo nimio igne: quia si ipsum prouocauerit ad iram, aufert à nobis regimen suum: Cuius pater est Sol, mater verò Luna, quam portauit ventus in ventre suo: & nutrix eius est terra, nutritur autem suo lacte, id est spermate ex quo fuit ab initio: imbibatur ergo sæpe & sæpius parcè & paulatim suo mercurio, quousque bibat quod sibi sufficiat. Tunc autẽ, vt dixit Hali, erit corpus causa retinendi colorem, & color erit causa demonstrandi tincturam: & erit tinctura causa retinendi colorem, & color erit causa demonstrandi tincturam in qua est lumen & vita naturæ. Vnde hæc est via recta, breuis, summa perfectio rei, & conseruatio totius magisterij. O carissime amice singulariter dilecte, per ea quæ dicta sunt faciliter potes intelligere verba obscura, & cognosces omnes in eo conuenire, quòd nullũ est magisterium nisi illud quod dixi. Iam enim habes corporis solutionem, & ipsius ad primam materiam reductionem. Deinde habes ipsius in terram conuersionem: Præterea terræ nigræ dealbationem, & in aerem leuigationem, quia tunc distillando humiditatem quæ in ea inuenitur, fit aereum quod ascendit, & terra remanet calcinata, & tunc est igneę naturæ: Et habes conuersionem ipsorum adinuicem: & accipit augmentationem tantam, cuius vtilitas maior est quàm possit percipi aliqua ratione. Amen.

Finis Thesauri philosophiæ.

PRAXIS VNIVERSALIS MAGNI OPERIS, EX TERTIA DISTINCTIONE LIBRI QVINTARVM essentiarum Raimundi Lullij.

CORPVS Solare vel Lunare calcionatum, in oleum cõuersum per mẽ struum nostrum: Et scias pondus cuiuslibet: si fuerint menstrui libras tres ponas, de corpore vncias duas, & fac eorum coniugium adinuicem id est mistionẽ in vase tibi noto fortissimè clauso ex luto facto ex albumine ouí, papyro & calce viua diligẽtissimè carminata, pone in balneo aut fimo: securior tamen est operatio cum balneo cinerum, ne calor in alio balneo aut fimo recedat: nam ignem actũ suum ibi habere necesse est. Qui calor etiam si defuerit, ad malum terminabitur. Ministra ergo ignem lentum quouis istorum modorum successiuè & continuè sine intermissione, quousque per menstruum dissoluatur, vt fiat mistio menstrui in oleum, & rursus olei in menstruum per minimas partes, & transeat materia à dissolutione mistionis ad alteram potentiam elementorum, & per consequens ad generationem: non ad generationem quæ est post totalem lapidis corruptionem, sed ad accidentalem generationem, quę largo termino generatio dicitur: quòd cognoscas quando alius color incipit generari scilicet niger. Non arbitreris ipsum esse nigrum sicut encaustrum, sed sicut in colore mali granati: qui color niger, est finis alterationis, & principium digestionis. Ergo hæc generatio huius coloris non est ex corruptione formę substantialis ipsius auri & menstrui, quam in instante sequitur generatio formæ substantialis ipsius auri & menstrui, quam in instante sequitur generatio formæ substantialis lapidis philosophorum cum expoliatione terrestreitatis ingressum prohibentis. Isto colore viso intelligas corpus Solare transire per dissolutionem, alterationem, & digestionẽ in generationẽ, quia ibi facta est colligantia amoris intra corpus & menstruum, quia corpus conuersum est in menstruum, & menstruum in formam. Deinde continuando digestionem sine intermissione temperatè continuando, tunc corpus cum menstruo ingrediuntur digestionem & generationem: & durat digestio & generatio per tempus mutationum.

DE LAPIDE PHILOSOHORVM QVIDAM SVMMATIM multa epilogando sic dicit.

RESTAT nunc quatenus breuiter teneatur memorialiter totum magisterium sub sermonis breuitate recapitulatiuè: Vnde dicimus, quòd tota huius operis nostri intentio in summa nihil aliud est, nisi vt sumatur lapis philosophicus, & cum operis instantia alijs etiam reguminibus completis assiduetur super ipsum opus sublimationis atq; distillationis primi gradus, vt per hoc mundetur à corruptionis impuritate: Deinde verò figatur ita quòd nihil ascendat: & cum fixus fuerit, solue ex eo quod subtile est, & in ignis temperamento serua, quousque per modum sublimationis, solutionis, atque distillationis eleuetur, & eleuari possit. Cum eleuatum fuerit, in ignis temperamento serua, quovsque totum figatur, & in asperitate ignis quiescat: & hic secundus præparationis appellatur gradus: & in hoc quidem præparationis & perfectionis meta consistit. Tertius verò similiter gradus lapidis administretur, quo per totum principium, medium & finem consistunt præparationis complemento: Et est vt fixum lapidem cum manet sublimatus per administrationem ignis volatilem facias, & volatile fixũ, donec in ignis temperamento quiescat, ita quòd nil vi-

nil videatur ascendere: Et hic tertius modus est completus. Quarta verò administratio est, vt lapidem dissoluas, & per modũ distillationis volatilem facias: et cum ista fuerit tota materia cum igne sibi appropriata donec quiescat sine alia separatione. Et cum ista facta fuerit, verissima via inuenta est. Quinta administratio est, vt lapidem congelatum dissoluas, & volatilem facias: & iterum volatile fixum. Sexta administratio similis est quintæ, similiter & septima: & summariè nihil aliud est, quàm, solue, congela.

PRACTICA MAGISTRI ODOMARI ad discipulum.

COGIS me frater Ludouice contra omnium philosophorum præcepta militare: sed quia tui amore sanctissimo cor meum accenditur, ideo secretum quod hactenus pater filio negat, tibi carissimo fratri fideliter iungo. Recipe Lunæ purissimæ à sulfure suo combustibili purgatæ per modum calcinationis vnciam vnam, & pone in vrinali vitreo cum duplo aceti distillati per modũ distillationis aquę vitæ, quod melius est, & claude os vrinalis ne respiret: postea sepelias in caldario aquæ pleno & straminibus, ita quòd aqua ferueat per vnam horam: & dissolutum distilla per filtrum: distillatum desicca: desiccatum, in furno reuerberationis calcina: calcinatum, iteratò cum aceto dissolue per omnia faciendo vt supra, sex vicibus itera: vltimò calcina. Tunc recipe mercurij sublimati vncias duas, & incorpora diu, optimè ducendo cum magna cautela. Postea illud sublima in Aludel plani fundi cum igne fortiori quàm expedit in fusione æris, & totum ascendet. Et hoc iteratò totum conre simul, & sublima donec figatur, fixum dissolue sex vicibus vt primò. Vltimò calcina, & cum nouo mercurio crystallino sublimato iterum eleua, & tantundem illud fixa: hos autem ordines fixationis & volatilitatis quinque vicibus itera, quia vltra quinque vices non poterit bene calcinari, nec eleuari: imò omnia adęquantur in fundo, in fermentatione & maturatione. Tunc vncia vna istius lapidis cadit supra centum. Sed si vncia vna in fimo equi vel in balneo Mariæ dissoluetur, & in cineribus tepidis congeletur, illius vncia cadit super sex millia. Et si secundò dissolutionem & congelationem reiteraueris, cadet pars vna super decem mille millia. Si tunc solueris & congelaueris, ita quòd lapis amplius coagulari non valeat in quocunq; paruo igne, imò quòd ignis in naturam solarem conuersus, quàm citò ignem vel Solem senserit, pars vna cadet super infinitas.

Si autem vis facere rubeum: Recipe mercurij rubificati, fixi, & in spiritum versi partem: & adde Elixiri albo, & fiet citrinum: & habes opus tuum rubeũ. Rubificatur autem mercurius in aqua acuta, quæ fit ex libra vitrioli, & libra salis petræ, & quarta parte libræ cinaprij, & duabus vncijs aluminis iameni: & postea fi gitur in prima sublimatione magnæ ignitionis: postea soluitur in aquam sanguine rubicundiorem, & per dies quadraginta pone in fimo, in * calculo siccando. Hæc aqua si calefiat parum, & super centum libras eius proijciatur Elixir albi vna libra, fiet totum Elixir rubeum perfectissimũ: & sic in infinitum. Similiter fit ad album, si mercurius albus crystallinus non fixus soluatur &c. Si hic lapis colorem habeat album, facit Lunam: si rubeum, generat Solem: si viridem, probatissimum facit viride aurum: etiam vitrum vel crystallum si superproieceris, inde naturas procurabis secundum suum colorem. Omnem infirmitatem, debito modo sumptus, in hora expellit: & senem in iuuenem gaudiosum conuertit: & simpliciter crines canos eijcit, & pulchram comam inducit.

* In calido cinere.

FVIT in Gallijs homo quidam qui oleum rubeum composuit, in quo oleo postea ponebat laminas tenues Lunæ, quas super lentum ignem dimittebat aliquibus horis, deinde sigillabat vas & faciebat ignem desuper, & tota illa Luna cum materia tota conuertebatur in aurum: sed ex quo fieret oleū nescio. Credibile tamen est medicinam factam ex corpore, spiritibus, & animabus fixis, rubeis, & per dissolutionem in oleum redactis.

Nota pro præseruatione à fumis alchimicis venenosis (præter alia adiutoria) vt obtures nares cum bombyce seu bombace madefacto in oleo violarū.

Contra ægritudines genitas ex fumo mercurij vel aliorum spirituum alchimicorum, prodest vti zedoaria, & bacca lauri, & pipere, & allio, & vino.

Albertus in libro suo de Mineralibus inquit, Quòd operarij qui metalla fodiunt, quando igniunt ea, obstruunt os & nares duplici vel triplici filtro, ne vapore nimis lædantur in spiritualibus, & noceant valde præcordijs

ARCANVM PHILOSOPHORVM, VT EX SATURNO facias aurum perfectum.

RECIPE libram semis mercurij philosophorum, & vncias duas sulfuris eorundem: amalgama vtrosque simul, ita quòd de alterutro nil appareat, sed remaneat puluis niger ex his ducbus: quem recipe & pone in phiala stricti oris, & pone super fornaculam seu furnellum olla mediante cum cineribus cribratis, vt scis: & fac quòd cineres non ascendant ad materiam, & da in principio ignem leuē per octo dies, ad hoc vt spiritus non ascendant, & si quid ascenderit in illis octo diebus, reduc cum illo quod in fundo vasis remanebit frangendo vas singulis octo diebus post primam materiam factam quæ erit nigra: & sic frangendo vitrum, tere materiam tuam, & repone in alio vitreo vase: & sic facias omni octauo die, donec videas materiam tuam in colore cineris: tum diminue cineres per vnum digitum, ita quòd non remaneat de cineribus nisi per duos digitos, & superpone igni, & tandiu permitte donec materia sit rubea. Et quando videris eam rubeam, diminue iterum de cineribus per digitum, & sic per consequens quousque sit albissima vt nix & quòd postea reuertatur in colorem rubeum. de qua medicina recipe vnciam vnam, & proijce super octo Saturni præparati, & fiet Saturnus niger & durus vt ferrum: de quo ita duro & nigro proijce vnciam vnam super vncias octo Saturni, & fiet rubeus: de quo rubeo proijce vnciam vnam super octo libras Saturni præparati, & habebis aurum perfectum. Laus Deo.

Ad album. Accipe mercurij sublimati, arsenici sublimati, argenti calcinati, ana: tere & imbibe cum aqua tartari, vt sit totum liquidum, & per alembicū distilla, reddendo qualibet vice aquam fæcibus, donec amplius non distillet aqua, & remaneat in fundo massa fixa: quam tere & imbibe ac sicca ter vel quater cum aqua salis armoniaci fixi. Postea pone dictā materiam in alia phiala ad dissoluendum in loco humido: & soluāt distilla per filtrum, postea congela: & vtere super æs calcinatum & reductum.

PERFECTA SALIS COMMVNIS PRAEPARATIO ad lapidem philosophorum.

SVME salis communis quartarium vnum siue libras decem, & habeas crucibulum tam grande quod totum hunc salem capiat prius à saxis aut extraneis rebus mundatum: Sali in crucibulo posito, superpone ferreum coopercu-

cooperculum, igniq; crucibulum admoue ad ignitos carbones circumquaq; ac suprapone in fabri ferrarij officina, & continuè bonum ignem cum manticibus seu flabellis facito, quoad crucibulum bene rubescat & crepitare desinat: tunc enim sal præparatum erit. Sequere augendo ignem & sufflando cum flabellis ac si argentum fundere velles: tunc sal fundetur siue liquescet in crucibulo non secus ac si argentum esset. hunc ita fusum proijce in massam tanquam si foret argentum, & in vnum frustum sponte densabitur, sed erit tamen frangibile. Nam & si hic sal ex salsa aqua seu marina factum sit, sustinet tamen ignem, & funditur sicut metallum. Fac ex hoc bonam quantitatem, & hunc tere subtiliter non nimis tamen, & habeas vesicas bubulas & ex eo sale trito imple, & collum vesicæ cum funiculo forti liga, atq; in loco quantum potes humidiori appende, & cum fibula seu acu medio criter magna in fundo vesicas perfora pluribus in locis singularum, & suppone catinos terreos vitreatos, vt quod effluit è vesicis colligatur. Potes etiam dictum sal tritum super idoneum marmor ponere & nocturno in aere dissoluatur. Tantum autem huius aquæ confice vt libras decem habeas: demum per filtrum eam distilla, deinde rursus per alembicum distilla, & in bociæ fundo inuenies massam albam pulchram & crystalli nam: & hæc est primus sal id est prima congelatio & præparatio aquę salsæ, ex qua fit prædictum sal cõmune. Hunc verò crystallinũ salem dissolue super marmoreo lapide, vt superius dictum est, vel in loco humido quantum tibi satis videtur: neque illum in crucibulo fundas, quia tam subtile & penetratiuum est quod à crucibulo transflueret & amitteretur: igitur cum dissolutus in aquam erit, eam distilla in alẽbico, eamq; serua: & in vasis vitrei seu bociæ fundo massam reperies albissimam & crystallinã: & hæc est secundus sal crystallinus, nempe secunda congelatio. denuò tere illam massam, & dissolue, vt supra, in loco humido, & aquam alembico distilla, & aquam serua, & in phialæ seu bociæ fundo massam id est salem crystallinum inuenies, qui tertius est, id est tertia cõgelatio. Accipe rursum hunc salem, tere tenuiter, & super lapide ad dissoluendum colloca, & aquam dissolutam distilla per alembicum: aquam exeuntem serua, & massam in fundo albissimã & crystallinam accipe, quæ quartus sal seu quarta salis congelatio vocatur: atq; hoc modo pluries facere licebit, & subinde sal erit crystallinus subtilior & penetrantior: & ita oleum fixum facies & salem fusibilem sicut cera, & mercurium philosophorum facies, & tandem optatum aurum: & hoc est secretum officij naturæ, & fundamentum omnium metallorum lapidumq; precioſorum & sulfurum, & est occultum naturæ secretũ, & secretissimum philosophorum secretum: nam dulcificat metalla, & redigit in argentum viuũ & in argentum & aurum perfectissimè ad naturæ instar, si bene operari scieris. Et denique istud est verum & vltimum secretum cum quo fit lapis philosophorum.

Alia salis communis præparatio. Salis cõmunis partem vnam resolue in quatuor partibus aquæ pluuialis, postea distilla per filtrum: pone deinde ad ignem, & dimitte bullire donec tota aqua desiccetur.

Alius modus. Salis quantum vis solue in aqua calida in mortario terendo & quod solutum est, effunde & cola in vas ligneum præparatum spissum, & si quid remanet de sale in mortario, iterum superfunde aliam aquam calidam sicut prius terendo ipsum donec habeas totum salem solutum: tunc accipe aquam illam & decoque in vase plumbeo vel cupreo stannato vel alio vitreato donec aqua euanescat, & sal reuertatur ad primam substantiam: Tunc recipe salem, & pone in ollam nouam in furnum calcinationis, & sicca peroptimè ac serua. Philosophi dicunt sales esse præparatos, cũ fluũt super laminã sicut cera.

HISTORIOLA ANTIQVA DE ARGENTO in aurum verso.

QVidam Maurus in terra Maurorum accessit ad quendam fabrum, & eidem portauit 20. argenteos, vt eos ad ignem in crusolo mitteret: quibus fusis, faber ærarius super ipsis proiecit puluerem quem dedit sibi Maurus: erat autem puluis viridis, fumũ citrinum in igne faciens: argentũ conuersum est in aurum, & illud aurum ærarius vendidit aurifici ad precium auri preciosissimi. Aerarius inde rediens dedit precium Mauro: tãdem Maurus misericordia motus erga ærarium, dixit ei, Hanc confectionem puluerís te docebo. Recipe auri calcinati vel puluerizati, ęris vsti, croci ferri, ana vnciam vnam salis armoniaci, rubificati vncias tres, alibi additur, vitrioli rubificati vncia: soluatur sal armoniacũ, & eo soluto incera, id est cum sua aqua imbibe dictos puueres auri, ęris, vitrioli & croci ferri, super porphido aut marmore molendo & terendo per longam contritionẽ: Postquàm pulueres biberint totam istam aquam salis, pone in phiala vitri habente collum longum sub fimo equino calido per dies 21. mutando fimũ calidum de quatuor in quatuor diebus. Postquàm solutũ bene fuerit & in aquam conuersum, congela ipsum in aliqua phiala super furnello super cineres calidos: quo congelato, pone partem vnam super decem partes argenti fini præparati & separati. Nota quòd si aliqua pars remanserit insoluta, molias adhuc cum aqua salis armoniaci, quousque sit totũ solutum: hoc fac vt non perdas aurum tuum, semper reiterando imbibitionẽ cum aqua salis armoniaci. Si autem dictã congelationem resolueris iterum, & omnia per ordinem vt superius feceris, vna pars tinget viginti: & sic multotiens multiplicare poteris, augebis enim 10. singula vice. Illum ærarium vidi in Toleto, qui mihi ista retulit & cuidam consanguineo suo seni: & ærarius ille erat senex, & ego & magister operati sumus secundum modum prędictum. Aurum sic debet puluerizari cum odore plumbi, vel cum aqua in qua sæpius sit extinctũ plumbũ. Vel fac aliter: Soluatur plumbũ in vase quod superius habeat foramen modicum ad quantitatem vnius aurei, & superponatur aureus ita vt recipiat odorem plumbi ex illa parte, deinde verte ad aliam, & cum sic factum erit aliquoties, aurum poterit conteri. Aes vstum autem cum sulfure viuo calcinari debet: & antequam in illis misceatur, debet ablui cum aqua pura vel aqua & sale, donec ab eo exeat aqua limpida. Crocum ferri fiat cum aceto ad ignem lentum vt fiat rubrum, sic verò fit: Limaturram ferri aceto forti imponas & sit acetum rubeum & clarum, & ponatur ad Solem duobus vel tribus diebus: postea effundatur leniter acetum, ac seruetur, & aliud acetum limaturæ superponatur ad Solem: & fiat ita donec tota limatura soluatur vel redigatur in puluerem tenuissimũ: & iterum totum acetum desiccetur ad Solem. Sal armoniacus soluatur per frigidũ & humidum, vel per calidum & humidũ. Recipe solutionis eius partes duas, æris vsti partem vnam, croci ferri partem vnã, salis armoniaci ad quantitatem omnium: Soluatur sal armoniacum, & ex eo imbibantur pulueres per longam contritionẽ, postea ponantur in fimo equino calido ad soluendum quindecim diebus: potes ista resoluere in fouea mutando sæpe fimum calidum: deinde coagula super cineres ad lentum ignem. Huius coagulationis seu cõgelationis pars vna tingit 10. de Luna præparata. Et si solueris secundò, modo prædicto omnia faciendo, pars vna tingit 20. & sic augmentare p otes.

Licet hanc esse rei veram descriptionem putem, ponam tamen paruulam diuersitatem quam in alio scripto non ita autem dico reperi: vbi sic scribitur:

Aes

æs ustum extinguatur septies in oleo oliuæ, uel donec habeat colorẽ croci. Congelatio sic fit: Ponatur materia dissoluta in amphora (seu phiala) rotunda, firmiter clausa, & locetur in medio uasis ubi sint cineres, & sub hoc uase fiat ignis lentus per diem naturalem, & congelabitur in puluerem uiridem.

Crocus ferri sic fit secundum Albucasim in libro qui dicitur Seruitor. Accipe de limatura ferri quantum uis, & pone super lamina ferrea, & sufla cum folle quousq; calefiat lamina (uel rubefiat) & limaturam pone in mortario ferreo ita calidam & tere bene: & iterum repone in lamina & pone super ignem, & sufla donec calefiat, ut prius, & ita facies decies uel amplius, quia quanto plus feceris, tanto melius. quando ergo uersum fuerit in colorem croci, si adhæret alicui rei color non separabitur.

Rubificatur uitriolum sic. Vitriolum ignitum super tegulam uel in cacia ferrea extingue in aceto distillato decies: & dimisso in quiete per triduum, postea distilletur per filtrum, distillatio uerò coaguletur, coagulatio assetur, & erit rubeum speciale.

Ad rubificandum uitriolum Romanum. Vitriolum uel atramentum pone in ollam non coopertam, & pone in furno calcis uel panis per diem, & fiet nigrũ: uerte cum ferro, & repone, & cum erit bene rubeum, extrahe.

Rubificatio alia. Vitriolum dissolue in urina puerorum cocta & despumata, post fac euaporare urinam & calcina in olla clausa in furno reuerberationis per spacium quatuor uel quinq; horarũ, & erit rubicundissimũ, & perpetui coloris.

Aliter. Pulueriza uitriolum & coque in cochleari ferreo super ignem, donec optimè rubificetur.

Flos martis qui intrat in rubificando & fixando sulfur. Accipe limaturam martis quam pone in uase terreo ad spissitudinem digiti, & da sibi ignem tam fortem quàm poteris per tres uel quatuor dies lignorum semper & sufficienter in furnello: & quando fit alba, da multo maiorem ignem, & inuenies florem martis rubicundissimum & preciosissimum.

Aqua calcinationis omnium metallorũ: etiam mercurij. R. Vitrioli Romani, salis nitri ana partem unã, salis cõmunis partes duas, calcis uiuæ partem semis: redigantur in puluerẽ & distillentur per alembicũ. hæc corrodet omne metallũ.

Præparatio atramenti uiridis, ex Emanuele. Accipe illud, tere & imbibe cum aceto mali granati & sorbarum, quia augmentant rubedinem, & sicca septẽ uicibus in uno die in cinere: deinde tere, nam bene teritur, & mitte in furno panis per diem unum, & inuenies rubeum & subtile calcinatum calce rubea: deinde solue in aceto mali granati, uel in aceto de uino rubeo in duplo sui, & pone sub fimo per diem unũ: sed antequàm soluatur in aceto, prius soluantur in aceto unc. 4. de sale armoniaco: deinde extrahe à fimo & congela: postea iterum solue in aceto & pone sub fimo per alium diem & distilla, & habebis optimum puluerẽ cui non est par: uel omni die poteris soluere in aquam sine aliqua imbibitione, sed solummodo tere, & pone in uiscere sub fimo per diem unum, & soluitur in aquam per acuitatem salis in eo. Reconde, quia est sublimior omnium, & habet uirtutem retinendi & soluendi.

Rubificatio uitrioli. Puluerizentur, & libram unam in quatuor libris urinæ, uel aceti distillati dissoluas: deinde bulliat usq; ad medietatis cõsumptionẽ, deinde per linguas distilletur, & super ignem euaporetur. (uel in potto nouo sigillato rubificetur) alij in crucibulo sigillato in igne lento rubificant: ut habetur in Alberto.

TRACTATVS DE MARCHASITA, EX QVA TAN-
dem cum alijs dicendis fit Elixir ad album ueriſsimum.

MVLTORVM generum & multis in locis reperitur Marchaſita uulgo dicta, à Græcis autem Pyrites: eſt autem ex metalli genere, nam cum plumbo miſtum efficit notularum pro typis uirgulas. color montium uel lapidum aut terræ, ubi reperitur, eſt purpureus ſe rè, inuenitur in primis ſupra ciuitatem Brunduſij in Apulia prope ſanctum Iohannem de Migento, eſtq; Marchaſita argentea nigri coloris. Item in partibus Romandiolæ apud Britonorũ inuenitur argentea Marchaſita. Item in Corſica prope quoddam caſtrum quod uocatur Canui in loco qui uocatur Bagnaria, & eſt albi coloris multum ponderoſa, nec funditur niſi cum magna difficultate. Item circa Balnea de Porretta inuenitur aurea Marchaſita. Item tatur alia ex Sardinia, ubi foditur uerum argentum in loco qui dicitur Villa de Glexia. Inuenitur item iuxta maritima multis in locis, & præſertim loco dicto Sa lucna. Inuenitur in Boemia Marchaſita alba, ualde fuſilis, & propè Bernam in loco ubi foditur ſtannum, & ſtridet ſub dentibus, & leuiter puluerizatur. Inue nitur magna copia ubi foditur mercurius, & uocatur mater mercurij, eſtq; talis optima Marchaſita albiſsima, ponderoſiſsima, nec funditur niſi artificialiter. In diſtrictu Vincentię in terris illorum de Vinaria, & eſt glauca, & põderoſa ualde.

IN nomine igitur altiſsimi creatoris & Domini noſtri Ieſu Chriſti. R. Marchaſitæ argenteæ lib. 1. & tere eam ſubtiliter, & impaſta eam cum ſale nitro & ſapone Gallico, ut ſit ſicut paſta, & eam repone in crucibulo ac fundè ipſam, & cum fuſa erit proijce eam in aquam inferius ſcriptam, & hoc iteretur ter, & ſic erit optimè ſeparata à putredine terræ.

Aqua uerò in qua debet proijci, ſic fit. R. Calcis uiuæ lib. 1. ſalis gẽmæ drach. 4. aluminis rochæ drach. 4. aluminis zucharini drach. 4. aceti optimi lib. 7. & ſit bene calidum, & ſoluantur alumina & ſales & calx in ipſo aceto, & per filtrum diſtilletur, & in ea dicta Marchaſita fuſa proijciatur.

Modus componendi medicinam talis eſt. R. de ſupradicta Marchaſita ita præparata lib. ſem. & tere eam ſubtiliter & adde ſibi mercurium ſublimatum & ſalem armoniacum ſublimatum an. lib. ſem. Modus autem præparandi mercurium & ſalem armoniacũ pertinentia huic operi, talis eſt. R. mercurium ſublimatum quantum uis, & ſublima ipſum cum ſale cõmuni præparato, & erit ſicut cryſtallus: ſimili modo ſublima ſalem armoniacũ, & erunt optima: & ſal quod debet poni cum prædictis ſublimationibus ſic præparatur. R. Sal cõmune quãtum uis, & pone in aquam calidam ut bene diſſoluatur, & dictam aquam diſtilla per peciam panni linei uel filtrum, ita quòd ſit clariſsima, quam congela in uaſe uitri uel terreo interius uitreato: ſupradicta terantur in mortariolo lapideo ſimul & bene ſimul incorporentur ſine aliquo liquore, & pone in ampullam uitri & loca ipſam ſuper furnellum, & da ſibi lentè ignem de mane uſq; ad tertiam, uel quouſq; humiditas ſit cõſumpta, poſtea uigora ignẽ gradatim, tandiu quòd ſal armoniacũ & mercurius aſcendant ad collũ dictæ ampullæ, deinde permitte ipſas frigidari, & frãge ampullam, & quod eſt ſublimatũ cum fæcibus ſuis iterũ miſce, & tere, & ſublima, & hoc itera ſeptem uicibus, ſemper miſcendo cũ ſuis fæcibus: in ſeptima uerò uice remanebit Marchaſita calcinata albi coloris & fuſibilis, deinde accipe eam & ſerua in uaſe mundo uitri clauſo bene.

Deinde R. Salis alkali lib. 10. & tere ipſum, & made fac cũ modico aceto, & fac pallas ſeu pilas ad groſsitudinẽ oui gallinæ, & ad ſolẽ ſiccare permitte, tunc pone ad decoquẽdum in fornace uitrariorum, uel alia ſimili fornace, & ibi dimitte donec dictæ pilæ ſint albiſsimæ: tũc extrahantur de fornace, & in mortario lapideo cõterantur, deinde habeas paratum acetum calidum ad libitum, & in eo ſolu-

uatur

uatur sal & distilletur per filtrum mundum, & distillatum in uase uitri uel interius uitreato congeletur, & iterum tere, & in aceto calido ut supra solue & distilla & congela usq; ad quindecim uices, postea proba ipsum super laminã, & si fundit ur ad candelam, perfectè laborasti: si nõ, itera donec leuiter fundatur: tũc pone super marmor in loco rotido ad soluẽdum, & cum solutũ fuerit, cum ipsa aqua incorpora calcem Marchasitæ, & pone in uase uitreo super furnellum ad congelandum cum leui igne, & congelabitur usq; ad triginta dies & citius, tũc lauda Deum qui dedit tibi tale secretum. Et quando uolueris experiri, Recipe Mercurij lib. x. & ablue eum cum aceto & sale, & cum bene lotum fuerit, exicetur cum panno, postea exprime per corium, tũc pone ipsum in cruxolo mundo, & pone intra carbones uiuos, & quando mercurius incipiet fumigare, asperge super ipsum de prædicta medicina unc. 1. tunc audies magnum rumorem & crepitationem, tunc suffla leuiter quousq; non plus crepitet, tũc suffla securè & cooperi cruci bulum cũ carbonibus, & sic permitte per magnũ tempus, postea euacua ipsum ubicunq; uolueris, & iuro (inquit autor) per Deum quòd habebis Lunam ueram ad omnem examinationem meliorem, quàm de minera terræ extrahatur.

Marchasita soluit ferrum cum spargitur super eum, & comburit cuprum & argentum, & confringit aurum, & stringit plumbum alkali, id est stannum.

Aliqui dicunt, quòd cum solo oleo lini incerando Marchasita funditur cum forti igne, ualde leuiter.

Nota hunc alium modum, quem in optimo manu scripto libro separatim inueni, sic. De Marchasita aurea & argentea, uel sagimine nitri, quancunq; earum uis tere cõtritione ultima, & linias eam sapone & nitro, & funde eam in cruci bulo, & accipias quod egreditur de fusa parum, & eijcias fæcem: & si tu fusionẽ iteraueris, sicut dictũ est, secundò & tertiò melius erit. Deinde accipe quod purum est ex ea, & est frustum album liquescens, & est res magis similis argento, excepto quòd frangitur sub martello, & tere illud cum sale armoniaco soluto in aceto, imbibendo & siccando, donec totum ebibatur: nam ipsum erit Elixir bonum quod excusat te ab alio cum Dei auxilio. Proijce ergo de ipso super stannũ mundatum, quoniã stringit ipsum & indurat, & incîdit stridorem & fœtorẽ eius. Deinde proijce de illo stanno super æs rubeũ, albificabit enim ipsum formosa albedine. Coniunge ergo ipsum cum argẽto sicut scis, & proficies cum eo ex uno die, sed hoc fac arte. & est ex melioribus quæ sunt, & studij leuioris, & excusaberis per hoc ab alio: occulta ergo ipsum.

Separatio Magnesiæ & Marchasitæ ex libro perfecti Magisterij Rasis. Accipe de quacũq; earũ uolueris quantũ uis, & ignias eam in cacia ferrea septies, omni uice extinguẽdo eam in aceto fortissimo, & qualibet uice post extinctionem extrahatur ab aceto, & ponatur super porfidum ac fricetur fortiter, & cum aqua dulci abluatur. hoc facto igniatur ter, & omni uice extinguatur in aceto citrino, & est optimè separata. Aliqui dicunt, quòd non est necesse sublimare Tuthiã, Magnesiam, uel Marchasitam, dũmodo tamẽ bene fuerint præparata. Magnesia uerò & Marchesita sic præparãtur, Tere quousq; fiat puluis minutus: deinde fac bullire in aceto & in aqua tartari per dimidiũ diem in quolibet, & postea in modico aceti, deinde cola acetũ & laua cũ aqua cõmuni, & sicca puluerem & serua: & si hoc modo præparentur, non est necesse sublimare.

Ne quid huic tractatui de Marchasita desit, hęc sequentia non inutiliter addimus ex mirabili quodam libro excerpta.

Accipe Marchasitæ argenteæ quantum uis, tere in mortario cupreo: pulueriza super marmor, imbibe pariter quousq; siccetur ad solem, unc. 1. huius medicinæ cõgelat perfectè

mercurium ſupra ignem calidum. Item aliter. R. Marchaſitæ calcinatæ prius in aceto bullitæ per conſumptionem aceti unc. 4. arſenici ſublimati lib. ſem. ſalis armoniaci quart. 1. calcis corticum ouorum unc. 4. mercurij per ſe mortificati lib. 1. & ſem. miſce omnia in phiala uitrea, pone in fimo per menſem, deinde diſtilla, & aquas diſtillatas obſerua in fimo calido, & poſtea tere cum aqua albuminis ouorum, & iterum diſtilla & omnes in ſimul coniunge, & diſtilla de uentre in uentrem quouſq; amplius non diſtillent: una pars tingit centũ Veneris præparatæ in Lunam.

Marchaſitam integrã ignias, & proijce in aceto diſtillato, & erit puluis albiſſimus: deinde facias puluerem Marchaſitæ deſiccare ad ignem uel ſolem, deinde fac deſcendere cum baurace quouſq; habeas unum granũ, & ad 7. unc. Marchaſitæ, pone drach. 1. de borace & puluериza & imbibe cum mercurio, & claude in crucibulo cum borace & funde, & erit Luna bona: ſed dicitur quòd borax pertroſa melior eſt hîc.

Ablutio Marchaſitæ. Marchaſita argẽtea teratur & ponatur in aceto forti & coquatur, donec egrediatur eius obſcuritas & nigredo, & renoua acetũ quatuor uicibus donec exeat limpidum: ipſa albificat æs, & etiam ſtringit ſtannum.

Sublimatio Marchaſitæ, poſt ablutionem & exiccationem. Pone in alutel & ſublima igne lento duobus diebus & nocte una, poſt infrigidationẽ uaſis aperi cum ſuauitate, & inuenies ſimilem argẽto uiuo ſublimato extincto: cuius drach. 1. ſuper 40. plumbi mundificati cõuertit illud in Lunam. Alibi ſic incipit. Sume eam & tere, & in aceto uini infunde, & ad Solem per decẽ dies dimitte: poſt hæc cola & ſicca, & pone in ollam de alutel, &c.

Purgatur Marchaſita per mercurij lauacrum: deinde calcina in uaſe terreo ſigillato ad magnum ignem tribus uel quatuor horis: quo infrigidato, inuenies totum redactũ in terram mortuã nitidam, tere ipſam cum calce corporis, mediante borace fit liquabilis elixir, qui conuertit uenerem, iouem, & mercuriũ in una hora in ueram Lunam, & augmentatur modicum ex eo cum mercurio uſq; in infinitum, nec eſt ſcienti opus reiterare.

Proba an poſt lauationem Marchaſitæ poſsit ſublimari cũ ſale armoniaco tiens quouſq; figatur, deinde lauari cum aqua uitæ, & inde facere proiectionẽ, aut primò diſſolui & iungi cũ auro diſſoluto, aut Luna diſſoluta, & poſtea conuerti in Elixir.

Marchaſitæ ſublimatio ex tractatu Petri Hiſpani, articulo ſecundo. R. Marchaſitæ quantum tibi uidebitur expedire, & pone eam in uaſe ſic diſpoſito ſuper carbones ardentes, & ſuffla cum ſufflatorio quantum poteris, donec totum ſulfur Marchaſitæ aſcendat ſuperius album ſicut nix. Marchaſita ſic cõburitur, melle uncta, in carbonibus mittitur & flabellatur, quandiu colorem rufum faciat. Alij uerò in multis carbonibus igneis coquunt, & ſecundò melle unctam reponũt ad ignem quouſq; ſe fregerit, deinde extrahunt, & lauant ſicut cadmiã.

De Arſenico.

ARſenici optima ſublimatio. R. libram unam de ipſo bono & electo, in mortario ęneo ſubtiliſsimè tere: quo remoto & ſeorſum poſito, accipe tantundem æris uſti, quod in eodem mortario ſubtiliſsimè teres, & ipſum tritũ cum Arſenico pones, tunc accipe tantundem ſalis gemmæ, & eodem modo tere & repone cum duobus prędictis, ultimò de blãcheto quod propriè ceruſſa dicitur. Et hæc quatuor ſuper tabulam uitream (aut uitreatã) terendo fortiſsimè cõmiſce: primò ea cum manu uel uirga groſſo modo, poſtea ita fortiter & diligẽter ſuper tabulam marmoreã cõterendo quouſq; ad plenum partes ſingulæ ſubtiliter ſint cõmiſtæ. His ita peractis, aſſabis hoc modo: calefacias primò larem planum de tegulis, uel de terra forti, & cum fuerit calefactus, cõſperges deſuper cineres cribellatos uſq; ad ſpiſsitudinẽ duorum uel triũ digitorum, & puluerẽ illorum qua-

tuo

tuor sic mistorum in una pelui uitrea, uel saltem uitreata & bene lata quanto minus poteris consperſum & diligenter sparſum impones: Deinde accipe crapam unam calidam, quæ ad ignem æqualiter ex omni parte fuerit calefacta, & uide ne calor eius notabiliter excedat calorem laris, & pone crapam ipſam ſuper larem calidum peluim, cum prædicto puluere includendo, quanto magis æqualiter poteris ita cautè quòd calorem æqualem ab omni parte habeat, & uas intus positū in parte aliqua non cõtingat, & ita permitte quiescere, donec totum infrigidatū sit perfectè, & tunc extrahe: & si inueneris puluerem ſubtilem non congeſtum neq; cõglobatum, bene est: ſinautem, iterum ſuper marmor puluerīza & aſſa, sicut prius toties, quouſq; totum per aſſationem in ſubtilem puluerẽ conuertatur. Hæ autem aſſationes optimè fierent in ſtufa uel fumo calefacto, & dicto modo ſpecialiter ad hoc temperato. Cum ergo per aſſationem totum in ſubtilem puluerem fuerit ſic conuerſum, pones in uaſe ſublimationis ſubſternendo unum bonum lectum de ſale aſſo non crepitante, uel de calce teſtarum ouorũ, uel alio cõſimili. Vas ergo claude cum luto ſapientiæ, quanto æqualius & leuius poteris, ita quòd nullatenus reſpiret, quod ſic fit. Accipe cineres cribellatos, & parũ minus de ſale cõmuni, & cum albuminibus ouorum diſtempera terẽdo ſubtiliter ſuper marmor, & nõ ponas multũ de albuminibus: quia cũ modico de illis poteris facere multũ lutũ. Caue etiã ne facias multũ molle, ſed aliquãtulum durũ, & cum iſto luto cõiunges ollã, ſiue diſcũ, ſiue alutel cum ſuo cooperculo, cautè orificia uaſorum ad paruã ſpiſsitudinẽ liniẽdo, & ipſa prius orificia cum ſaliua leuiter madidãdo aliquãtulum, ut lutũ eiſdẽ adhærere ualeat. eodẽ etiã luto iunctura ipſius ad paruã ſpiſsitudinẽ debet deforis illiniri, & ſic clauſo, & in furno ſuo poſito lentiſsimũ dabis ignẽ, ſicut triũ uel quatuor carbonum, & ipſos accẽſos groſſos ſuperpones, & ipſum ignẽ ſic tẽperatum cõtinuabis aliquãtulum diu: & cum lutum orificij iunctuæ fuerit deſiccatũ, linies iterum deſuper illũ, & permitte ad illum ignẽ tẽperatiſsimũ deſiccari. Poſſet etiã fieri bonũ lutum ad hoc de aqua ſalis cõis ſoluti in aqua calida, diſtẽperando cum ipſa aqua cineres cribellatos, ſed primũ eſt melius: Cũ ergo ſecunda linitio fuerit deſiccata, uigora ignẽ paulatim quouſq; cooperculũ caleſiat in tãtum quòd poſsis manũ deſuper tenere, ſed nõ multũ diu. Poſtq; uerò fuerit ſic fortis ignis, caue cum diligẽtia & cautela ut nõ augeat uel minuatur, ſed cum manuũ cõtactu frequẽti ſuper coopercula ꝓba: nã ſi manũ ſuper cooperculũ tenere nõ poſsis, ſcias quòd arſenicũ cõburitur & deſtruit etiã in colore & efficit croceũ primò, deinde rubeũ ꝓpter magnã aduſtionẽ: & niſi uas remoueat ab igne, uel ſubtrahat ignis, credo quòd penitus deſtruetur. Si ergo iſtud cõtingat antequ tota humiditas ſit egreſſa, reduc ignẽ ad tẽperamẽtum ſubtrahẽdo ſcilicet paulatim à parte inferiori, & cũ pãno nõ multũ madido refrigerãdo cooperculũ ſublimatorij quouſq; poſsis bene tenere & diu manum deſuper, & cõtinua ignẽ æqualẽ quouſq; tota humiditas ſit egreſſa, ꝗd quidẽ experiri põt pro certo uitrũ uel ferrum politũ ſup foramẽ cooperculi coaptãtus ꝓ foramẽ, quæ plus ualet ibi nigra, q̃ alba, mũda tamẽ ualde: huiuſmodi enim lana etiã ſpiritũ retinet ne recedat, & humiditatẽ nõ impedit, quin aſcẽdat: ceſſante autẽ omnino humiditatis aſcẽſu, claude foramẽ cooperculi cũ pãno lineo becõpreſſo uel retorto. quãcito autẽ uideris quòd aliquid de ſublimato lanę ꝓ dictę adhęreat, uel ꝓ foramẽ cooperculi exeat, claude foramen prędicto modo, & aliquãtulum fortifica ignẽ & ualde parũ, ſicq; cõtinua uſq; ad finẽ ſublimationis, ignẽ æqualiter quãto magis poteris faciẽdo. Si aũt uis quòd ſublimeẽ quaſi in ſpeciẽ cryſtallinã, habeas duos capellos de filtro non cõpreſsè, uel de aliquo pãno lineo groſſo ad mẽſurã & formã cooperculi factos alternatim madefactos in aqua frigida pones ſup cooperculũ, ita quòd cooperiat totũ excepto foramine ſummitatis, tunc alternatim teneas illos ibi à principio aſcenſus uſq; ad finẽ, & caue diligẽtius, ne aliquid de aqua ꝓ foramẽ alutel ualeat ſubintrare, & habebis

Lutũ Sapientiæ.

ꝓpositū. Ignē aūt semper de carbonibus facias, qa de lignis ęqualiter fieri nō ua leret. Si aūt prædicta intētio cōtingeret circa primū ascēsum Arsenici, prædictā madefactionē cooperculi de necessitate fieri oporteret, & ignē quasi inseparabi liter ad æqualitatē & tēperamētū reduci, & ex tūc in illa quātitate cōtinuari usq; ad finē: quòd si de sublimatiōe nihil ꝓcessisset in ascēsu antè prædictā intētionē remouēdum est totū uas sublimatiōis de fornace, & imponēdum est in cineribus cribratis, & sepeliēdum est in eis usq; ad iunctūrā uasorū, & cooperculum cū prędictis capellis infrigidādum, quousq; sit bene frigidū, postea est aperiēdū, & qd est sublimatū bene album & mundū extra est reponēdum, qd uerò croceū uel rubeum est effectū, & qd sine fęcibus de uase extrahi nō potest, accipe & tere iterū cum frigidioribus fęcibus super marmor, & lētissimo igne sublima, & eius sublimationē expecta. Tēpus aūt sublimationis & mora, postq; uasa debitē clausa fuerint, & locata est octo horarū, scilicet ab aurora æstatis usq; ad uesperas. hoc tamen est principaliter attēdendum, ne anteq; ab ascensu cessauerit ignis, in aliquo minuaī uel aliquatenus extinguaī, quia nō posset postmodū emēdari. Quādo ergo dubitaueris, utrū cessauerit ab ascēsu, per foramē superius longā lanā immittes, ita ut possit descendere propè fæces, & post morā aliquantulā extrahes, & si quid ei de Arsenico ascēdēte adhęsit, scias quòd nōdum cessat ascēsus, si nō adhæsit, nō dubites quòd cessauit, & cognosces ꝓ certo. Eodē modo poteris experiri, quādo ascēdere incipiet, cū aliquid eius lanæ prædictæ adhæserit. Vasa eius nunq; aperias quousq; plenè refrigauerint, uel per se, uel prędictorū capellorū appositione in casibus supradictis. Arsenicū sublimatū in uase uitreo est seruādū, & cū papyro uel mundo & albo corio cooperiendū, & loco qnō sit expositus uētō uel aēri humido. Si aūt ęs ustum nō habeatur, limatura ęris uel ferri mūdata, tamē ab omni puluere per sufflationē, uel per lotionē aquæ ab omni rubigine ponī potest loco æris usti. (Rogerius tamē dicit, quòd melius ualet cum calcibus corporum, q̄ cum limaturis. Si aūt uis scire, utrum in fæcibus aliquid remāserit de Arsenico, proijce super carbones, & si fumum fecerit, adhuc est ibi aliquid, &c.

Prędparatio salis armo. secundū Rasim. R. de sale arm. crystallino, tere cū tanto spumę maris & sale nitro & ipsum sublima, & sume sublimatū, coque ipsum positū in cānis in aqua: soluet enim, distilla ipsum, aut solue ipsum in uesica, uel in fellis kisti super aquā, & distilla ipsum, & ex eo operare. Alij sublimant cū sale gēma, sed illud sal debet esse optimè siccatum antè ignē, & cum sale armoniaco optimè tritū. Salem armon. fixū soluere est difficile: imbibe ergo ipsum ex aceto & inhuma in fimo, soluet enim, distilla ipsum, & caue tibi ne totā affuma; aquā, sed tātum quātum posuisti de spiritu quē soluere uoluisti. Puluis dans malleū & dulcedinē Solī & Lunæ, si sint cōbusta & calcinata, facit etiā ferrum fusile, & est lani Lacinij. R. Salis armoniaci, salis petrę, & boracis ana, tere & cōmisce, & solue in modico uini, & desicca, & de puluere quartum pondus, pone cum tribus cuiuscunq; calcis uolueris, & reuertetur ad malleum multum bene.

Caput de Sale Alchali.

SAl Alchali, scilicet uitri, est de minera lapidis similis uitri albi omnifundi, & cū eo lapides uertuntur in naturā albi uitri, & est fortior omnibus salibus in suo regimine. Volo dicere quòd uitrarij hoc sale utūtur ad fundendum & cōuertendum in uitrum cęteros lapides. Accipe igitur de eo quantū uis, & pone in uase & sicca in furno per diem unum, & tere & ablue cum aceto albo acerrimo duabus uel tribus uicibus, & sicca ad solem: & sic remanebit in eo uirtus acuitatis aceti, & melius subtiliantur partes eius: deinde tere & imbibe cum aqua salis, sic depurantur & subtiliantur omnes superfluitates partium salis: deinde pone in uase sublimationis, & sublimetur tribus uicibus, semper remouēdo fæces, & per duos sacculos. Deinde pone sub fimo tribus diebus, quia per subtilitatem & acuitatem salsedinis salis, & humiditatem fimi melius depurantur, & subtiliātur omnes

omnes partium salis superfluitates in suo regimine: deinde extrahe & cola uicibus tribus, & per unamquamq; colationem dimitte per diem unum, ut fæx eius resideat: deinde post tres uices colaturã accipe, & pone in caldario paruo habente tria foramina, uel quatuor in cooperculo optimè stagnato: deinde accipe duas maneries scilicet album & uiride unumquodq; per se, & tere, & sic in furno pone ad desiccandum, & solue iterũ in duplo sui de aqua dulci, id est, de aqua putei, & pone sub fimo duobus diebus: deinde cola & cõgela, & sic tribus uicibus facies: deinde solue in uiscere, id est, in ampulla, sub fimo pone per diem unum, & sic solue: deinde distilla semel, & proiice fæces, & cõgela, & si non uis ipsum congelare, reconde aquam quam soluisti sub fimo in uiscere, & distilla. Nota ad similitudinem, quòd de Luna fit sal alchali hoc modo. R. Lunam in lamínas, & pone in uno crucibulo, & claude bene uas ne exhalet, & pone in furno reuerberationis, & fac stare in igne 24. diebus in bono igne, postea extrahe & fac puluerem, istum puluerem pone in uase uitreo cum aqua cõmuni, hoc est, cum aqua Mercurij testamentarij Raymundi de Lullio distillata ad alembicũ uitreũ, & bulliat tantùm quòd solùm tertia pars remaneat. istam partem distilla per filtrum, ut suprà: postea congela, & ista congelatio est sal alchali, &c.

QVAESTIO AN LAPIS PHILOSOPHICVS VAleat contra pestem.

Vtrum lapis philosophorum, si haberetur, ualeret contra morbum pestilentialem.

ET uidetur quòd non: quia si lapis philosophicus talem haberet uirtutẽ, utiq; Reges & principes mundi, similiter & prælati ecclesiæ Romanæ, qui uehementer abhorrent morbum illum, & qui diuitijs affluunt, & penes se habent ualentissimos uiros medicos & philosophos naturales, deberent curare confici lapidem illum, & uterẽtur eo pro se & amicis suis. Oppositũ patet per Arnaldũ de Villanoua in penultimo sui Rosarij cap. ubi dicit: Sic etiam habet uirtutẽ efficacem super omnes alias medicorũ medicinas omnem sanandi infirmitatẽ, tam in calidis quàm in frigidis ægritudinibus, eo quòd est occultę & subtilis naturæ, conseruat sanitatem, & roborat firmitatẽ & uirtutem: de sene facit iuuenem, & omnem corporis expellit ægritudinem: uenenum declinat à corde, arterias humectat, contenta in pulmone dissoluit, uulneratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat, & ea munda seruat: & si ægritudo fuerit unius mensis, sanat eam una die: si uerò fuerit ægritudo unius anni, sanat eam duodecim diebus: si uerò morbus fuit antiquus ex longo tempore, sanat eum in uno mense: undenon immeritò hæc medicina super omnes alias medicinas & super mundi diuitias est perquirẽda, quia qui habet ipsam, habet incomparabilem thesaurum. Pro huius autem quæstionis decisione, multa sunt inquirenda: & primò, quid causet morbum pestilentialem? an scilicet uenenum, an alia res? Ad quod mihi uidetur esse respondendum, quòd uenenum potest dupliciter capi, strictè, uel largè: strictè capiendo, nihil est uenenum, nisi quòd applicatum corpori humano aptum natum est ipsum taliter discrasiare seu alterare quòd mors subsequitur. Large uerò capiendo, potest omne illud uocari uenenum, quod interficit, uel aptum natum est interficere corpus humanum, & sic quicquid inducit, uel aptum natum est inducere mortem, siue sit febris, siue dysenteria, siue hydrops, siue lepra, siue quęcũq; alia infirmitas ducẽs, uel apta nata ducere ad mortem, potest uocari uenenũ. Quo pręmisso: sit ista propositio, Venenum, qualitercunq; sumatur, siue strictè siue largè, causat interdũ morbũ pestilentialem: apparet, quia si strictè capiatur, cõtingit quandoq; hominẽ infici per flatũ alterius hominis infecti, uel per uestium infectarũ odorem, uel per aërem circũstantem corruptũ. Si uerò largè capiatur uenenũ, cõtingit interdũ hominẽ nedum ab extrinseco, sed etiã ab intrinseco, ut puta febre uel alia infirmitate infici peste, prout sæpe

docuit experientia. Secundò notandum quòd corpus humanũ est ex subtilissi-
mis elementis cõpositum, quæ in genere mistorum haberi possunt: quia de supre
ma impositione, & est cõplexio eius anatica seu æqualis, sub tamẽ certa latitudi-
ne. Exempli gratia: Si imaginemur aquã summè calidam, & decẽ graduum in ca-
liditate, & summè frigidam esse decẽ graduum in frigiditate, tunc tepidum erit
medium, sub tamẽ certa latitudine. Quãdo uerò aqua excedit in qualitatibus pri
mis latitudinẽ illius tepidi, non meretur illa aqua ad modũ dici tepida, sed uel ca-
lida uel frigida, sic est de latitudine cõplexionis humanæ, quando superuenit ho
mini aliquod ipsum discrasians, siue distemperans ultra latitudinẽ humanę natu
ræ, siue ad caliditatem, siue ad frigiditatẽ: hoc est ei uenenũ, largè capiendo uene
num. Secunda propositio respondens ad quæsitũ: Lapis philosophicus habet cu
rare tactos morbo pestilentiali si applicetur antequã sanguis patientis totus infi
ciatur: si uerò expectetur quousq; sanguis totus sit corruptus, minimè. Prima pr
positionis pars apparet ex hoc: quia aurũ quod est materia lapidis philosophici,
si fuerit dissolutũ secunda solutione philosophica, quæ fit per aquam permanen
tem, licet non fuerint elementa ab eo sequestrata, depurata, & reducta, omne im-
purum & scorioſum expellet ab eo, prout experientia docet: Quid ergo faceret,
si elemẽta fuerint sequestrata, depurata, reducta, refixata, incerata, & totus lapis
in se multiplicatus? utiq; corpori humano applicitus in principio ægritudinis,
antequàm totus sanguis inficiatur, omne ab eo noxium expelleret. Secũda pars
propositionis, uidelicet, Si expectaretur quousq; tota sanguinis massa corrupta
esset, non proficeret, apparet: quia potẽtia sensitiua principaliter consistit in san
guine & in spiritibus à corde causatis: sicq; sanguis totus esset corruptus, non pur
garet eum lapis philosophicus: quia non est cõpositus de sanguine humano, sed
de purissima auri substantia. Verùm quia lapis est anaticæ (seu tẽperatæ) cõple-
xionis, & naturæ eius sunt apertæ & abundantes in gradibus aureitatis integris
laboraret expellere omnem sanguinẽ corruptũ, & tũc maneret corpus omnino
exhaustum sanguine, & per cõsequens oporteret illum hominẽ mori, cum non
possit homo uiuere absq; sanguine. Nunc aũt uidendũ est, quid ueritatis contri-
neat dictũ illud Arnaldi de Villanoua: Quod lapis philosophicus declinat ue-
nenum à corde, & dico Arnaldũ uera dicere. Pro cuius intelligẽtia notãdum est,
uenenũ duobus expelli modis à corde: uno modo p uiã tractus, & sic Theriaca
magna, cuius basis sunt carnes Theriorũ, trahit ad se uenenũ: qa simile naturali-
ter applaudet suo simili: alio modo per uiã pulsus, & ita lapis philosophicus, qui
est anaticæ cõplexionis similis in qualitatibus primis humanæ cõplexioni ex-
pellet uenenũ à corde, eo quòd ipsum uenenũ nõ est sub latitudine anaticę cõple
xionis, sed longè ab ea distãs. Lapis enim philosophicus, nihil aliud est, quàm au
rum in gradibus suis multiplicatũ, stante proportione quę fuit in auro primo, ut
scilicet quod fuit unius integri gradus aureitatis, iam est centũ & mille gradũ.
Si igitur aurũ unius gradus integri solutũ philosophicè expellit omne superfluũ
sibi obnoxiũ, sicut docet experientia utiq; aurũ centũ uel mille graduũ integro-
rum, quod est lapis philosophicus, ubi omnes naturæ sunt apertæ & abundantes
prõptęq; ad cõmunicandum aliis metallis anaticitatẽ suã, & ad transmutandũ ea
subitò in uerissimũ aurum, expellet omne uenenũ à corpore humano. Pro intelli
gentia uerò cuiuslibet rei sciendũ est, quòd auri cõplexio & temperati ad põdus
hominis cõplexio, in nullo differunt, quoad proportionẽ qualitatũ primarũ ele-
mentorum, sed quo ad crassitiẽ & subtilitatẽ elementorũ differunt permaximè.
Est enim aurũ de elementis primæ impositionis naturæ generatũ extra nostrum
intuitũ specie minerali: ubi elementorũ effigies primò coniunctionẽ suscipit, &
ubi species lapidea primò se ostẽdit in forma. In uisceribus enim terræ terminat
primò pyramis generationis mistorũ, & ex illis mistis, uidelicet ex maioribus &
minoribus mineralibus, fiunt resolutiones debilioris compositionis, ex quibus
herbæ generantur, plantę, & arbores, quæ sunt de secunda mistorũ impositione,
& quæ

& quæ herbæ, plantæ, & arbores, eo quòd radices habent in terra, nutriuntur huiusmodi resolutionibus primæ impositionis, sicut fœtus in utero nutritur sanguine menstruoso per umbilicum tracto, qui umbilicus se habet proportionaliter in fœtu, sicut radix in plantis & arboribus, & omnia quæ sunt de secũda impositione uegetant: illa uerò quæ sunt de prima impositione, non: sed natura illa solùm cõponit. Tertia uerò impositio quæ est quadrupedum & uolucrũ nutritur impositione secunda, & quę sunt de hac impositione uegetant & sentiunt. Quarta uerò impositio in qua est spiritus uitę & imago Dei nutritur impositionibus, secunda & tertia, & uegetat, sentit & intelligit, & est de subtilissimis elemẽtis. Sed nũc oritur dubium, an aurum existens in crassitie sua insolutum, cum sit in qualitatũ primarum cõplexione omnino conforme humanę complexioni, expellat uenenum, sicut facit lapis philosophicus? & dico quòd nõ: quia naturæ non sunt in eo apertæ, sed clausæ; & ideo non emittit uirtutem suam, sicut facit philosophicus lapis, in quo sunt naturæ apertæ ac abundantes ad cõmunicandum alteri de uirtute sua, &c. Huius rei ueritatem docet experientia rerum magistra. Videmus enim in istis florenis iandiu cursum habentibus, quòd aurũ permistum est cupro quod est scoriosum & immundum, & tamen aurum quod in illis est florenis nõ deperat scoriam plumbi sibi cõmisti. Similiter (quod dolenter refero) huiusmodi florenis tincti sunt in superficie exteriori cum uiridi æris, & tamen aurũ non deperat illud, nec reiicit à se: secus aũt est de auro soluto, & maximè si solutũ secunda solutione quæ est philosophica. Prima enim auri solutio, quæ est incineratiua, quodammodo depurat scoriositates mercurij sibi admistas: sed secunda solutio abiicit omne impurũ sibi admistum: tertia uerò solutio quæ est tinctura, lõgè ad-huc melius purgat quàm solutio secunda. Et de hac tertia solutione loquutus est Arnaldus de Villanoua quum dicit: Quòd lapis philosophicus omnẽ à corpore expellit ægritudinem. Nũc aũt restat soluere argumentũ in quæstionis principio factum, uidelicet, Si lapis philosophicus haberet uirtutem curandi morbum penes se medicos & philosophos naturales, facerent fieri hunc lapidem, & uterentur eo pro se & amicis suis: Dico quòd licet reges & prælati habeant penes se medicos & doctos philosophos naturales, paucissimi tamen illorum sunt qui sapiant in hac re: & si qui sapiunt, uitant expensas & labores necessarios pro huiusmodi re adipiscenda: uitant etiam temporum protractionẽ. Sunt enim multi laborantes pro habenda hac scientia, & putant eam perficere à principio ad finem usq; in duobus uel tribus annis. Et ego dico, quòd in tribus uel quatuor annis, uix aliquis, nisi summè doctus, attinget aquam permanẽtem, quæ est initium lapidis: cum ergo credunt se habere lapidem perfectũ, uix sunt in principio. Vidi enim unum senem Anglicum qui per annos forsan quadraginta, uel amplius laborauerat pro lapide acquirendo, qui nunquam tamen peruenit ad aquam permanentem. audiui enim ab eius ore in fine dierum suorũ hoc uerbum: Nullum aurum, quantuncunq; credatur, esse solutum, sed solummodo incineratũ. Dicebat quippe quòd omne aurum quantumlibet solutũ, ipse uellet iterũ facere conflui in uerum aurum, & quia aurũ non est (ut ipse dicebat) solubile, nõ potest ab eo extrahi lapis philosophicus. & ideo dixit lapidẽ philosophicũ extrahendum fore à metallis impuris & solubilibus, uidelicet, ex cupro uel stãno. Verùm scio quòd indoctè loquebatur, licet tamẽ multi adhuc sint hoc idem putantes, qui in stercoribus laborantes, stercora inueniunt in fine. Nunc autem restat uidere, quid ueritatis cõtineat illlud uerbum Arnoldi Villanouani, cum dicit: Lapis philosophicus facit de sene iuuenem, & omnẽ corporis expellit ęgritudinẽ: & respondeo, uerbum hoc duo habere membra: primum membrum est, de sene facit iuuenem, & quantum ad illam partem, oratio uidetur esse de sermonis uirtute falsa. Impossibile est enim aliquem senem fieri iuuenem, nihil enim meretur

propriè dici ſenex uel iuuene, niſi uegetabile. & omne uegetabile habet triplicem naturæ ordinem, augmentum, ſtatum, & declinationem. In augmento meretur dici iuuene, in ſtatu meretur dici perfectum, in declinatione ſenex. In iuuentute eſt multum de humido radicali, in ſtatu minus, in ſenio minimum, & illud minimum haud poteſt in ſe reuiuiſcere ac fieri multum. Sed poteſt ſolummodo uirtutem ſuam fundere in ſibi quaſi omnino ſimile. & hoc potiſsimè percipitur in homine cum nutrimentum fit adeò tranſmutatum, ut omnino propinquum ſit carni, hoc eſt, quando ipſum tranſmutatum eſt in cambium, quod immediatè in carnem tranſmutatur uel in ſemen maſculinũ. ſi in ſemen, tunc eo in matricem, ut cõuenit, effuſo fit embryo: & ex embryone nouus homo, qui & nutritur uegetabiliter, & fit iuuenis: poſtea fit adultus, id eſt uir, deinde fit & ſenex. Mens autem Arnaldi de Villanoua fuit talis: De ſene lapis philoſophicus facit iuuenem, id eſt, abiecto omni ſcorioſo & impuro, ipſe lapis reuocat in puris potentiam ad actum, & emendat humanæ complexionis lapſum, reducendo ipſum uerſus temperamentum naturæ ſuæ. & ſic ſeptuagenarius luxuriat, ſibiſq; uiſum eſt ſe eſſe in diſpoſitione omnia faciendi quæ fecit dum eſſet annorũ quinquaginta, uel forſan quadraginta. Quantũ uerò ad ſecundam partem, uidelicet quòd lapis philoſophicus omnem expellit ægritudinem: dico hoc eſſe uerum, niſi forſan chronicis hæreditarijs, cuiuſmodi eſt articularis morbus, à paterno ſemine relictus, lepra, & huiuſmodi paſsiones, quæ conceptionis tempore in parentum ſeminibus remanſerunt: Nam talium infirmitatum radix difficulter aut forſan nullo modo extirpabilis eſt. Verùm in alijs morbis chronicis uel acutis, quæ ex malo regimine ſuperuenerunt, uel ex cõplexionis lapſu ad unam uel ad aliam differentiam, ipſe lapis ratione anaticitatis & puritatis ſuæ nihil permittit ſcorioſitatis & immunditiæ latêre iuxta ſe, quin totum eijciat & expellat, & in puris actum prouocat ſuſpenſum, adeò quòd ſi lapis philoſophicus eſſet res uegetabilis, tranſmutaretur utiq; in ſubſtantiam humani corporis, & ſic homo tali cibo nutritus fieret perpetuus: ſicut uidemus quòd corpora metallica ægra & corruptibilia depurãtur per lapidem, & tranſmutantur in uerum aurum quod eſt incorruptile. Nunc autem, quia lapis philoſophicus eſt de prima impoſitione miſtorum, non poteſt fieri cibus uegetabilium & ſenſitiuorũ, niſi moriatur ex toto, id eſt, niſi elementa in eo reſoluantur ſimpliciter, ſicut uidemus in hominum cadaueribus elementa ſimpliciter reſolui. Sed tunc diceret forſan aliquis: Amice, nõnne in lapidis confectione oportet elementa diuidi, ignem, aërem, aquam & terram, & unumquodq; à ſcoria ſua depurari? quòd ſi aliquod elementorum maneat in alio elemento, labor erit caſſus, prout diſtinctè ponit Raſis in Lumine luminum: reſoluto autem ipſo lapide ſic per elementa, ipſe poteſt utiq; fieri nutrimentum uegetabilibus & ſenſitiuis. Reſponſio. Nũquam poteſt lapis philoſophicus ſic diuidi per elemẽta, quin in unoquoq; elementorum maneant cætera elementa: hoc eſt dicere, in igne manet aër, aqua & terra, in aëre, aqua terra & ignis, in aqua, terra ignis & aër, in terra, ignis aër & aqua. Quòd ſi unum illorum elementorum ex toto corrumperetur, nunquam poſſet lapis reduci, ſed omnia manerent inutilia, caſſa & uana. Sed forſan dices tu: Quomodo poteſt hoc fieri, cum immediatè dixeris, ſi quid unius elementi maneat in alio elemento, labor erit caſſus? & nunc tu dicis in unoquoq; quatuor elementorum manere omnia elementa? Reſponſio: Elementorũ duo ſunt aquatica, & duo lapidea: aquatica ſunt aqua & aër: lapidea ſunt terra & ignis. aquatica depurãtur ſublimationibus: lapidea uerò calcinationibus. quòd ſi lapideorũ elementorũ aliquod remãſit in elemẽtis aquaticis, aut aquaticorũ in lapideis, labor erit caſſus. Et ratio eſt, quia lapidea elemẽta nõ poſſunt mundari niſi per calcinationem, prout metra dicnnt:

Calcis aduſtibile quod præſtat foſſa mineræ.

Eſt impoßibile ſulfur ſine flamma delere,

Aquatica uerò mũdantur ſublimationibus, prout

prout metrũ canit: si uis mundare limphas, surgendo lauabis. Et ideo philoso phi bene dicũt: si quid unius elementi, hoc est, lapidei, maneat in alio elemento aquatico, uel econtrà, labor erit cassus, quia nec unum nec aliud elementorum purgari poterit prout decet, & natura requirit. Aliud aũt occurrit dubium, cum prius dictum sit, quòd auri complexio & hominis tẽperati ad pondus cõplexio in nullo differant quoad proportionem qualitatum primarum elementorũ: cer tum quippe est & nulli cedit in dubium, quin aurum sit temperatę complexionis cum sit res homogenia, & in eo sint duplex calidum, ignis scilicet & aër: du plex frigidum, aquæ scilicet ac terræ: duplex humidum, aëris & aquæ: duplex siccum, terræ & ignis. Sed in nullo homine uidetur esse sic, eo quòd homo ha beat corpus heterogenium, cor scilicet calidum & siccum, cerebrum frigidum & humidum, quæ sunt contraria, hepar calidum & humidum, & stomachum frigidum & siccum, quæ iterum sunt contraria. & ista quatuor sic repugnantia, sunt principalia membra humani corporis, nihil autem aliud est totum, quàm suæ partes integrales. Responsio, in nullo differunt complexio auri & homi nis temperati ad pondus quoad proportionem qualitatum primarum elemen torum, prout superius positum est. Et tunc ad argumentum. Licet aurum dici possit temperatæ complexionis, ex eo quòd in ipso est duplex calidum, duplex frigidum, duplex humidum, & duplex siccum, non uidetur sic esse de homi ne, cuius corpus est heterogenium, & cuius partes integrales principales inui cem contrariantur, sicut cor cerebro, & hepar stomacho. Dico quòd licet cor di catur contrariari in qualitatibus primis cerebro, & hepar stomacho, non est ta men sic in re: omnia enim membra hominis quantuncunq; dicãtur sibi inuicem contraria, nutriuntur à sanguine in quo est anaticitas (id est æqualitas uel pro portio) elementorum, uel quasi. & omnia eius membra simul capta constituunt hominem complexione anaticum, uel quasi. & sic est etiam de auro, dum ex ipso conficitur lapis philosophicus. soluto nempe auro diuiduntur ab eo quatuor elementa, ignis, aër, aqua, terra, non autem simpliciter, sed secundum quid. Vbi cunq; enim est ignis ab alijs elementis diuisus, in illo igne sunt aër, aqua, & ter ra, ut superius dictum est, uerùm ignis prædominatur, & ita de aëre, aqua, & terra censendum est. Sic etiam est imaginandum de membris principalibus ho minis: licet enim in corde prædominetur ignis, tamen in ipso corde sunt in actu omnia alia tria elementa, & ita de cerebro, licet in eo prædominetur aqua, ta men ibi sunt aër, ignis, & terra in actu, & sic consequenter de hepate & stoma cho dicendum est.

VETVS EPISTOLA DOCTISS. DE METALlorum materia, & artis imitatione.

EGo tibi aperire conabor optatum, quod ad ueterum usum est mentem ac cessisse: nam uulgares (& meritò) illud Aristotelis in libro Meteor. de sul fure & mercurio, quòd sunt omnium materia metallorum, non plenè intelligen tes, in sua opinione mentiti sunt. Non enim credas ex solo sulfure metallum pos se generari: quia putant compositionem hanc ex sulfure & mercurio, tanquã ex duobus diuersis componi, ex uno tanquam ex materia, ex alio tanquam ex for ma, quod non est sic: nec tu nec alij sic intelligentes, intellexerũt Philosophum: ibi enim expressè innuit, hæc ambo locum obtinere materiæ: quia non est intel ligendum quòd mercurius & sulfur specificè distent à se primitiuis & specificis distantijs: nam sulfur in compositione prius est simplex sulfur, & hæc est prima materia: postea uerò putrefactum, conuertitur in aërem attritum ex materia ca liditatis, uel loci, uel influentiæ: & hanc conuersionem appellauit Philosophus mercurium, qui est dispositus ad omnem speciem assumendam, cui iungitur, &

hæc proprietas dignoſcitur ab illo ſydere & planeta qui talis eſt proprietatis: ita quòd denominatio hæc poteſt eſſe ſimilitudinaria, & effectiua: quia à ſimilitudine aſsimilationis proprietatum, uel effectiua ab effectu ipſius, ut puta præfactæ influentiæ. Qui quidem mercurius ſecundum maiorem uel minorem decoctionem à caliditate materiæ, uel loci, uel influentiæ, uel ex ſpiſsitudine, uel raritate materiæ, uel groſsitie, uel mundicie, generatur & conuertitur in diuerſas metallorum ſpecies. Et quòd hoc ſit uerum naturaliter, probatur: ut puta quòd mercurius per ſe non intret ſpecificè diſtincta à fulfure compoſitione. Nam uidemus in mineris apparere ſulfur, non autem mercurium: qui quidem mercurius habet diſtinctas per ſe mineras ab aliorum mineris metallorum, quod accidit ex loci leproſitate, utputa ſuperflua caliditate & humiditate: quæ quidem caliditas & humiditas non conſtringit materiam ſulfuris in mercuriũ alterari, ſed conſtrictionem impedit. de qua quidem compoſitione ſuperius eſt artificialis proceſſus, ſicut eſt naturalis. Operationes Alchimiæ ſine uirtutis mineralis auxilio perfici non poſſunt. quoniam enim generans metalla eſt uirtus mineralis, ſed ut patet per primam eius parabolam, quòd intendentes imitari naturam in faciendis metalllis, neceſſarium habent operari per uirtutem mineralem habẽtem formam cæleſtis agentis, ſine qua, materialia principia non acquirunt formam. non enim exit forma metalli à principijs materialibus, quæ ſunt ſulfur & argentum uiuum, ſine eductione uirtutis mineralis in actum formæ, & propter hoc ars quantuncunq; diſponens & depurans materiam, nunquam inducet uerã formam ſine uirtute minerali, quæ ſicut in aquis per loca mineralia fluentibus defertur, & in arenis ex uaporibus proportionatis, metalla generat, ut patet per ſecundam huius, ſic magis ineſt toti generato per ipſam, & per unumquodq; ipſorum, ut ex materia diſpoſita fieri poſsit ipſorum generatio, ſi materiæ mundæ ſuſceptibili, quæ menſtruum eſt metallorum paterno commiſtum ſemine, artis beneficio infundatur, tunc enim ſimile generabit ſibi ſimile ſecundũ ſpeciem & formam, & extra hoc, eſt error artis: niſi fortè medela fiat debilitatibus metallorum per alia. non tamen fit eſſentialis in metallis tranſmutatio, niſi reducantur ad materiam primam, & hæc cõmiſceantur ſecundum formam quæſitam. intelligentibus, dicta ſufficiant.

Ad pleniorem operum naturæ ac artis intelligentiam clarius & amplioribus rationibus capeſcendam, conſulo, amice lector, ut uideas librum x. Cardani de Varietate rerum cap 1. & 2. quæ huc non attuli, cùm quòd quæq; apud fontem ſuum uidere expediat, tum quia quæ hîc poſita ſunt ex ſe etiam ſufficiant, & perfecta ſint.

PRACTICA CARAVANTIS HISPANI.

REcipe ſulfuris uini & ſalis nitri ana, tere omnia ſeorſim, poſtea miſce pulueres & pone in bocia uitrea bene lutata, & ad ignem lentum appone per horas duas, poſtea ignem auge, donec fumus ceſſet: poſt fumum ueniet flamma extra collum bociæ & aſcẽdet per ulnas ſeu brachia duo uel tria, & ceſſata flamma remanebit ſulfur in fundo quaſi albus & fixus: tunc extrahe, ac recipe dictum ſulfur fixum, & tantundem ſalis armoniaci, & tere omnia & bene in puluerem redige ac cõmiſce, deinde omnia pone ad ſublimandum dando primitus ignem lentum, deinde fortiorem, donec aſcendat per horas quatuor: ſublimatũ extrahe, & omnia, nempe tam ſublimatum quàm fæces ſimul incorpora, & iterum ſublima ut primò, uſq; ad ſex uices, & ſulfur remanebit in fũdo uaſis, quod accipe & tere ac ſuper marmor aut uitrum in loco humido pone, & conuertetur in oleum: de quo pone duas uel tres guttas ſuper uno ducato in crucibulo liquefacto, & fiet oleum, quod pone ſuper marmor, & congelabitur: de quo pone partem unam ſupra quinquaginta mercurij purgati, & fiet ſol optimus.

turæ, à Gulielmo Gratarolo collectæ.

AVrum, Sol, æs Philosophorum, corpus magnesiæ, corpus syncerum, mũdum, fermentum, Elixir, masculus, argentum viuum fixum, sulfur incombustibile, sulfur rubeum fixum, rubinus filius, kibric vir, vitriolum viride, almagra, laton, terra rubea &c. Aqua quæ distillatur ab eis nominatur à Philosophis cauda Draconis, anima, ventus, aer, vita, domum illuminans, lux meridiana, lac virginis, sal ammoniacus, sal anetron, ventus ventris, fumus albus, aqua sulfuris rubea, oliua, gallus, tartarum, aqua crocea, æs vstum, compositio alba, aqua fœtida, mortui immunditia, sanguis, argentum viuum, cucurbita cũ alembico suo, vas Philosophorum, homo altus, homo galeatus, venter hominis in medio, sed in fine pes dicitur, pes vel pedes, vel in quo, vel in quibus pedibus calcinatur terra nostra, assatur, congelatur, distillatur, & subtiliatur: vmbra Solis, corpus mortuum, corona vincens, nubes, cortices maris, magnesia nigra, Draco qui comedit caudam suam, fæx ventris, terra inuenta in stercore, putredine, vel stercore equino vel igne leui, sulfur & Mercurius, duo numero & vnum essentia, nomen in nomine, lapis, corpus, spiritus & anima.

Vocatur terra, aer, ignis, omnia, quia in se continet quatuor elementa.

Vocatur animal, vel homo, quia habet animam, corpus & spiritum: & tamẽ non putauerunt Philosophi rem animatam, sed lapidem.

Vocatur aqua sulfuris, aqua mũdi, sputum Lunæ, Solis vmbra, antrum, seb, elephas, succus albus, oculi piscium, beya, sulfur viuum, aqua acuta, lac, acetũ animatum, lacrima, aqua coniungens, vrina, vnguentum solutum, pater mirabilis, pater mineralium, arbor fructifera, fons viuus, seruus fugitiuus, centrum terræ, venenum, acetum acerrimum, gumma alba, aqua perennis, mulier & fœmina, res vilis precij, azot, menstruum, laton, ile, natura, azoc, aqua, materia prima, principium mundi.

Et nota quòd arg. viu. Mercurius, azot, Luna plena, lapis noster, æs nostrũ, aqua nostra, Mars, argentum, stannum, albedo, Iupiter, minium, albus, hyposis alba, album plumbum vel rubeum, idem significant secundum diuersa tempora & gradus operationis.

Et nota quòd Lauare Philosophorum, est totam animã in corpus reducere vnde non intelligas eos loqui de alba lauatione vulgari, quæ conuenit fieri cũ aceto & consimilibus.

Item nota, quòd quando apparet nigredo, tunc dicitur desponsatio mariti & fœminæ, & esse matrimonium inter eos, & tunc acquisiuit spiritum, qui est delator virtutum animæ per corpus, & corpus recepit actionem animæ & spiritus, & fit aquila, & medium naturarum. Et nota, quòd terra alba, sulfur album, fumus albus, auripigmentum, magnesia, & echel, idem significant.

Lapis item vocatur chaos, draco, serpens, bufo, leo viridis, quinta essentia, lapis noster, Lunaria, chimolea, vilissimum, nigrum nigrius nigro, lac virginis, humidum radicale, humidum vnctuosum, liquor seminalis, sal armoniacus, sulfur nostrum, naphta, anima, basiliscus, vipera, secundina, sanguis, sperma metallicum, capilli, rebis, vrina, aqua venenosa, aqua sapiẽtum, aqua mineralis, sapientum, acetum Philosophorũ, arg. viu. nostrum, primordialis materia, antimonium, menstruũ fœtens, plumbũ Philosophorũ, Sol, Mercurius, aurum nostrũ, Luna, germen, numus noster, duenec, sal, alumen de Hispania, atramentũ, ros cęlestis gratię, spiritus fœtens, borax, Mercurius corporalis, vinũ, aqua sica, aqua metallina, ouum, senex, aqua permanens, auis Hermetis, minor mun-

dus, cambar, aqua vitæ, auripigmentum, corpus, cinaprium, & alijs ferè infinitis nominibus ad placitum.

Secretum secretorum, & lapis Philosophorum.

Si felicitari desideras, vt benedictionẽ Philosophorũ obtineas, viuit Deus in æternũ, viuit hæc veritas tecum. Vnũ est in mundo obiectum omniũ, quod propriè dicitur Philosophorum: in testudine manet, album & rubeũ in se continet: vnum masculus, aliud fœmina nuncupatur, animale, vegetabile & minerale: nullum reperitur tale: actiuã vim habet & passiuam, substantiã mortuam & viuam secum habet, spiritum & animam, quã vocant ignari rem vilissimam: quatuor continet elemẽta in suo gremio contenta: vbi est, reperitur: ab omnibus cõmuniter habetur: paruo redimitur precio: libra habetur pro vno solido. Ascendit per se, nigrescit, descendit & albescit, crescit & decrescit, res est, quã terra producit, & de cælo descendit, pallescit & rubescit: nascitur, moritur, resurgit, postea in æternum viuit: per plures vias tendit ad finẽ: sed propria decoctio est supra ignẽ: est lenta, modesta, fortis, augmẽtatur quovsq; ipse curus quiescendo rubificetur. Hic est iuxta votũ lapis dictus Philosophorũ. Lege & perlege quæuis, & clarius nunquam inuenies: & si adhuc fueris ingenio tardus tunc nunquam huius artis eris gnarus. Deo laus.

Hermes inquit, Draco nõ moritur nisi cum fratre & sorore suis, nõ per vnũ, sed per ambo simul: hæc nota: tria capita, & vnum corpus, & vna natura, & mi nerales &c. intelligentibus satis dictum sit.

Draco non moritur nec firmatur nisi cum Sole & Luna, & non per alios, vt dicit Hortulanus: per montes in corporibus, in plano in Mercurio, & in mari. Et ista aqua creata ex concursu istorum duorum Philosophorum dicitur aqua permanens.

Nostrum sublimare, est corpora arcana cum aqua aurea coquere, dissoluere & liquefacere, & ea sic sublimare. Et nostrũ calcinare, est per quatuor dies putrefacere & digerere, & non alio modo peragere: quare multi sunt decepti in sublimationibus.

Scias quòd æs quod est Philosophorum aurũ, est aurum eorũ: dixit autem Senior, Aurum nostrum nõ est aurum vulgi: & hoc est verum.

Quæsiuisti autem de viriditate, putans quòd æs esset corpus leprosum propter illam viriditatẽ quam habet. Vnde tibi dico, quòd totum illud quod est perfectum in aere, est illa sola viriditas quæ in ipso est: quia illa viriditas per nostrum magisterium vertitur citò in aurũ nostrum: & de hoc experti fumus. Et si vis probare, regulã tibi damns: Accipe ergo æs vstum, & perfectè rubificatũ & tere & imbibe ipsum cũ duenec septẽ vicibus quantũ bibere poterit, semper assando & reducendo, postea fac ipsum descendere: descendet autẽ purum aurum, eiusq; viride fiet rubeũ sicut grana clara. Et scias quòd tãta rubedo descendet cum ipso, quòd tinget argentũ in aliqua quantitate verisimo auri colore: & totũ hoc nos probauimus, quia operatur operationes magnas. Nullo tamẽ modo poteris lapidẽ præparare absq; duenec viridi & liquido, quod videtur in mineris nostris nasci. O benedicta viriditas quę generas cunctas res. Vnde noscas quòd nullũ vegetabile atq; fructus nullus apparet germinãdo, quin sit ibi viridis color: Similiter scias q; huius rei generatio viridis est: quare Philosophi germen ipsum appellauerũt, & similiter aquã eã appellauerunt suæ purificationis seu putrefactionis, & veritatẽ dixerũt, quia cũ sua aqua purificatur, & à sua nigredine abluitur, & albũ reddit ipsum, postea rubeũ. Vnde scias quòd nulla fit tinctura vera nisi ex ære nostro. Coque ergo ipsum cũ sua anima, rete, coque, reitera, donec spiritus cõiungatur cum suo corpore, & vnũ fiat, & habebis intentum.

Sapien-

Sapientes autem multa nomina imposuerunt: sed tu considera illam solam rẽ quæ argento viuo & corporibus adhæret, & habebis scientiam veram. Sed vt non erres, scias quid sit adhærere corporibus. Aliqui dixerunt, quòd arg. viuũ vulgi adhæret corporibus, quod est falsum: putant enim se intelligere capitulum Geberi de argento viuo, vbi dicit, Cum in rebus cæteris exquirentes nõ inuenimus inuentione nostra rem aliam magis, quàm argentum viuum corporum naturis amicari. Hoc autem totum intelligendum est de argento viuo Philosophico: ipsum enim solum adhæret in corporibus: & nullam aliam rem inuenire potuerunt Philosophi antiqui, nec moderni aliam inuenient rem quæ corporibus adhæreat, nisi argentum viuum Philosophicum: Quia arg. viuum vulgare non adhæret in corporibus, imò corpora adherent ipsi argento viuo: & hoc est certum per experientiam: quia si coniungitur arg. viuum vulgi cum aliquo corpore, argentum viuum manet in natura propria, aut recedit, & non vertit corpus in suam naturam, & ideo non adhæret corporibus: & propter hoc multi sunt decepti in operando in illo argento viuo: Quia lapis noster, scilicet argentum viuum occidentale, quod prætulit se auro & vincit illud, & illud quod occidit viuificat. Scias quòd arg. viuũ coagulatum est pater mirabilium omnium huius magisterij nostri, & est spiritus & corpus: Et hoc est quod Geber dixit, Consideratio veræ rei quæ perficit, est consideratio electorum puræ substantiæ arg. viui. Sed ex quibus maximè argenti viui substantia elici possit, quæri posset: Et nos respondentes dicimus, quòd in his in quibus est, ex illis elici possit. Ergo fili considera & vide vnde sit illa substantia, & istam accipe & non aliam, si venire desideras ad verum intellectum. Dico tibi in charitate Christi, quòd nullo modo inuenire potuerimus, nec Philosophi similiter inuenire potuerunt aliquam rem perseuerantem in igne, nisi solam vnctuositatem illam perfectam, non cremabilem: & illa quando est præparata vt oportet omnia corpora quæ tangit ducit ad verissimum Solare complementum, & super omnia corpora Lunam.

Nota particulariter, quòd Mercurius noster sublimatus conteri debet cum sale ammoniaco præparato: quo trito, sublimari in vitris & in vase terreo: quæ sublimatio tunc in aquam soluatur in spacio. 14. dierum in loco humido super lapide inclinato. Ista aqua soluit Solem vel Lunam finatam in aquam puram & claram, & vocatur aqua Mercurialis ante impositionem Solis vel Lunæ. Impositis autem Sole & Luna, & intus solutis, aqua perennis dicitur & vocatur. Impone igitur limaturam Solis vel Lunæ in aquã Mercurialem, & erit vna aqua: qua habita, eũ in ouo Philosophorũ coagula: quæ coagulatio fit in spacio .16. hebdomadarũ: & sic erit tinctura super Mercurium crudum & vulgi tepefactum: vna pars super. 100. quo viso, regratiare Deo.

Modus tingendi sic est: Cape Mercurium vulgi & crudũ, & pone in tegulã & calefac: quo facto, proijce vnam partẽ dictæ tincturæ super 100. partes arg. viui, & erit bonum aurum vel arg. secundum quòd tinctura est præparata: & in proijciendo erit stridor & clamor satis magnus, & arg. viuum diuidetur in multas partes in modum granorum lauri, in quibus cutis nigra cõtinetur, quæ est sulfur corruptum, quod deponitur immediatè super testam.

Quomodo quinta Essentia extrahatur ex rebus mineralibus, & primò de auro. In Dei nomine, Amen.

REcipe auri purissimi limaturam, & ad ignem pone cum bona quantitate Mercurij, ita vt non euaporet, & moue miscendo cum Mercurio: & post modicum temporis totum Solem inuenies amalgamatum. Tunc tere cũ duplo sui salis communis, & ad ignem pone vt Mercurius recedat. Vel recipe

solis laminas & fac vt dictũ est: & hoc idem potest fieri de Luna terendo eius limaturam super lapidem cum Mercurio sublimato & bona quantitate vitrioli Romani, & claude cum bono luto inter duas testas bene iunctas & pone inter carbones quasi per vnum diem vel medium vel minus, & ipsum inuenies reductũ in calcem: postea emunda sicut scis. Tunc recipe acetum distillatum vel vinum antiquum, quod in vase vitreo loca, & sit liquor in altitudine quatuor digitorum, & intus proijce calcem solis contritam, & pone ad fortissimum Solem, & videbis adinuicem eleuari quasi liquorem olei desuper natãtem in modum pelliculæ: collige illud cum cocleari vel cum penna infundẽdo in cyatho vitreo in quo sit aqua: & sic pluribus vicibus in die collige, donec nihil de liquore plus ascendat. Postea ad ignem facias euaporari aquam ex cyatho, & remanebit tibi quinta essentia solis. Et multi Philosophorum vocauerunt illam quintam essentiam oleum incombustibile, quod posuerũt Philosophi proximo secreto. quòd si hanc quintam essentiam affixeris in cælo nostro, poterit sine omni falsitate perditam naturæ virtutem reparare, iuuentutem reducere, & vitam nostram prolõgare vsq; ad vltimum vitæ nobis à Deo constitutum. Et nunc tibi veraciter aperui illud quod est in re secreta & in maximis rebus quas nunc docebo reseruare. Et habet oleum istud siue quinta essentia dulcedinem maximam ad mitigandum dolores vulnerum, & ad sanandum vulnera & vlcera, & mala multa, & infirmitates multas plusquàm credi potest.

Ad extrahendam quintam Essentiam ex argento, plumbo, & stanno.

QVanuis quinta essentia ex argento extrahi possit sicut ex auro, tamen aliter te docebo: Et est vt habeas acetũ optimum distillatũ, intra quod infunde nobilem terram calcinatam, aut salem ammoniacum in amphora vitrea, quam in instanti claudas, quia virtus exhalaret ex arg. immisso infra amphoram istam. induc eum in calcem quam supra te facere docui si audisti, quã sigilla cum luto sapientiæ: & in fimo calido pone octo vel decem diebus vt putrefiat: postea pone in distillatorio & ascendet acetum primò, deinde, quod mirabile est, ascendet quinta essentia argenti in modum arg. viui; quod talis & tantæ virtutis existit in operibus, vt nemini liceat reuelare.

Ad extrahendam quintam Essentiam ex antimonio.

DEus cæli ipse testis est quòd nunc tantum secretum reuelabo, quod reuelatũ expressè nunquam fuit vel patefactum: Et hoc est arcanum secretorum omnium extrahere Quintam essentiam ab antimonio. Cum hoc facere volueris, antimonium pulueriza vt sit sine tactu: Tunc tollatur acetum nobilissimum, in quo pone puluerem antimonij donec coloretur in rubeum: quo facto auferatur acetum, & nouum acetum superponatur: Et sic fac donec acetum non coloretur amplius. Tunc coletur acetum, colatum pone in distillatorio in balneo, & ascendet acetum primò, deinde videbis miraculum stupendum, quoniam per rostrum alembici videbis quasi mille venulas liquorum benedictæ minerę per guttas rubeas, sicut esset sanguis: quem benedictum liquorem recollige ad partem in amphora vitrea. Aristot. dicit quòd illud est plumbum suum in libro de Secretis secretorum, licet non nominet naturam eius: reuolue libros secretorum omnium Philosophorum, & quæras plumbum Philosophorum, nec inuenies quid illud sit, nec artem veram vt quam præter arg. viuum possit minera aliqua in colore rubeo sublimari. Sed hoc ad rem medicam potius spectat, & à Ioanne de Rupescissa ponitur.

IOAN.

FINIS.

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI CHRYSOPOEIA AD LEONEM X. PONTIFICEM MAXIMVM.

AVriferam paruis animi pro viribus artem
Quæsitam nobis, & longo tempore partam,
Vt rerum inuolucris tantarum euoluere moles
Se potuit, claro perhibentes carmine nuper
Lusimus, & Musis hãc cõmendauimus almis
Quod nulli ex omni numero fecere priores.
Cumq; operi autorẽ, cuius sub nomine tutũ
Pergeret, optarem, foret & res præside digna
Ipsa ex se magno, uariaq; hinc mente tenerer,
Cui meritò cũcta hæc, & non ingrata dicarẽ,
Interea nobis tute uelut æthere ab alto
Missus ades mundi fessis succurrere rebus,
Qui belli scelerumq; faces, incendia tanta
Extinguas, placidamq; pijs sperare quietem
Des populis, solidamq; per aurea secula pacẽ.
Quiue etiam, si parua licet cõponere magnis,
Ad sanctos hæc nostra pedes ars aurea tẽdat.
Vt quo te fidei sacræ nunc cœtus honore
Prosequtur cunctus, hoc te ueneretur, & omni
Ipsa tuum pro me cultu sic numen adoret.
Hanc igitur, si non immensa negocia prorsus
Impediunt, permitte, precor, se prodere tãtũ,
Quo tibi, detracto ueluti uelamine uirgo
Nobilis ingenuo vultum perfusa rubore,
Occultum incipiat semel ostentare decorem.
Hæc etenim prima quanquam se frõte legẽti
Non adeò ostendat, paulũ tamen ipsa recluſis
Detecta arcanis, mira & gratissima pandit.
Quam si forte legens interdũ nomina diuũm
Offendes, quos uana olim coluisse uetustas
Dicitur, extemplo haud renuas, sacra optima
Exerces, uerãq; fidẽ, cultũq; tuéris. (quanq̃
Illa etenim tanquàm priscis consueta vocari
Vatibus, enixè quos tunc imitabar, adiui
Supplex, & paribus curis in vota uocaui.
Materies etiam solitum conquirere Solis
Et Lunæ auxilium, necnon Vulcania uelle
Arma uidebatur, quorum implorare fauorem
Fas erat, & mihi iam per te licuisse, sit id nunc
Concessum, & uenia dignum peccasse fatenti.
Mox tũ hinc aliud quæsitũ ad carmina numẽ,
Et precibus solum cunctis quandoq; uocatũ
Fortè aderit, præsens fuerit si gratia cælo
Tãta mihi, magnũ multo seu carmine Mosen,
Seu quẽ flagranti uectum super æthera curru
Mirati uidere patres, ocuiisq; sequuti
Aëra per purum, cæli discindier oras,
Astrorumq; globos intro aspexere micantis,
Seu qui voce palàm porrectoq; indice prodit
Venisse auxilio iam tuum mortalibus agnum
Ipse canã, Vatem quamprimũ matris in aluo
Exultantẽ, & adhuc puerũ ad deserta ferẽtem
Antra pedes, puri mox & Iordanis ad undam
Dignatum caput illius contingere lympha,
Qui proprio antiquã nobis sic sanguine labẽ
Abluit, ut scelerũ maculas absterserit omnis.
Nomine cuius itẽ tibi quõdã & morib. aucto
Defuit haud unquam fauor, ac cęlestis abũdè
Gratia, qua tantũ meritis conscendere culmẽ
Posses, & iustas mundi regere vnus habenas,
Magnanimos æquãs propria virtute Leones,
Pontificum decus egregiũ iam sæpe repertos
Esse, nec Italię sub iniquo tempore, & usquã
Christicolis vllo prorsũ in discrimine deesse.
Hæc sed erunt mihi cũ dicendi facta potestas
Iam fuerit, dabiturq; loqui, quæ iusseris ipse
Sancte pater, cuius nobis stant omnia nutu.
Interea certis hominum vis vlla ne possit
Indicijs aurum facere, & mutare metalla
Percipias primũ. dehinc quæ secreta laboret
Ars id perficere, & naturam æquare potenti
Ingenio, inspicias. Demum quis rite sequatur
Hinc modus assiduis doctisq; laboribus artẽ
Peruideas, & quo tandem experientia ducat.
Omnia quę gnaro passim tibi certa patebunt,
Si quo hæc iter se nexu, quóue ordine cõstãt:
Ipse acie, qua cuncta soles discernere, mentis
Inspectans, paruum nõ dedignabere munus,
Quod tibi nõ parua offerri super arte laboro.

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI CHRYSOPOEIAE LIBER PRIMVS.

HVmana experiens naturæq; æmula virtus
Aurum num uerè faceret, qua fideret arte,
Quisúe modus foret, est animus quærentibus ultro
Dicere, quaq; palàm uestigia nulla priorum
Apparẽt, proferre pedẽ. uos numina gressum
Dirigite, est hominum quib. experiẽtia curæ.
Tuq; adeò in primis, auro cui plurima tellus
Spargitur, & uasto uenas sub corpore cõdit
Siderei succo plenas meliore metalli,
Phœbe ades. & tecũ accelerãs nõ passib. equis
Alma soror, grauis argento cui sæpe fatiscit
Orbis item, summaq; ostentat brachia terra
Candoris grato ætherei fucata colore.
Tu quoq; nec cœptis Cylleni audacib. usquã
Defueris, tibi nam puro de fonte perennis
Riuulus argentum, uulgo quod viuere dicũt,
Sufficit, & tantis præstat primordia rebus.
Deniq; tu pater ignipotẽs, quẽ feruida flãmis
Antra iuuant, tentisq; expressæ follib. auræ

Fornacesq; incudesq; & liquefacta caminis
Massa æris ducti auriq; electriq; recocti
Inuictum exercent semper, tu maxime præsis
Artifici Vatiq; simul tua facta canenti.
Nil sine te solers ars incohat, eia age sanctum
Coniugis ut tecum pergat descendere numẽ
Effice, quã penes est generãdi plena potestas.
Hæc mihi ne cursu naturæ auertar, & usquam
Declinẽ, ostẽdet quot cõstent cuncta, q̃busq;
Principijs, quæúe hinc ineũda est semita, q̃tus
Sit modus, ut certã capiant humorq; calorq;
Temperiem, cuius suaui perfusa uigore
Omnia, perpetuo fœtus in secla propagant.
Tu molli è gremio surgens uxoris amatæ
Arte pari prorsus genitalem imitaberis ignẽ.
Per te sublimi pendent in uase metalla,
Per te eadem triti specie sub pulueris imo
Fundo hærẽt, eadẽ per te calefacta liquescũt.
Tu mihi, tu lentum solus pater alme calorem
Intendes, & cum tempus dabit, ipse remittes.
Tu princeps operis tanti, tu carminis esto
Principium, feruens dulcis mihi spiritus oris
Extet, eatq; uirũm per te Vulcane per ora.
Nec tu non faueas tantis æquissima uotis
Prisci perpetuum secli decus Heroine, (phæ
Quã circũ exultant laudata ad flumina Nym-
Minciades, Phœbiq; chorus comitatur eũtẽ,
Aut fouet Andino recubãtẽ in gramine Mãtò
Læta trium nodo neptem complexa sororũ,
Sic mihi iã gradib. crescent incepta secundis
Nec rerum series illis, aut copia deerit,
Et sua scribendis accedet gratia rebus.
Immenso primum cæli quodcunq; sub orbe:
Seu simplex fertur corpus, seu corpore cõstat
Multiplici, tendit sobolem proferre, diuq;,
Quaq; potest, augere genus, speciemq; tueri.
Nanq; ubi materiẽ sparsus cõprehẽderit ignis
Victor agit flammis, donec cõuertat in ignẽ.
Inficit humectatq; liquor, nec deficit usquam,
Quin in se quicquid tetigit, ni maior ibidem
Vis obstet, uertat, tenuesq; effũdat in undas.
Sic aër, sic terra sibi conferre laborat
Vndiq;, sic longo cũcta in se tẽpore transfert.
At quæ compositis cõstat, quæcunq; ferũtur
Viuere, de proprijs uel semina stirpib. edunt,
Vt fœcunda Ceres, ut germen fertile Bacchi,
Vel sibi consimiles natos animantia gignunt,
Vt bellator equus, bos vt bene iũctus aratro,
Vtq; hominũ proles mira & cælestis origo.
Hæc inter uariant, quæ nec primordia rerum
Extant, quæq; frui uitali sorte negantur,
Vt media quæcunq; sedent tellure metalla,
Quiq; latent miro grati fulgore lapilli,
Nullo náq; genus sobolemue augere putãtur
Semine, sed cunctos æui torpere per annos.
Verùm hæc ipsa etiam secreto uiuere quiuis
Sentiat, & uitæ diuino munere fungi,
Hæc & oriri eadem si contemplabitur, & si
Augeri ex sese penitusq; increscere cernet,
Vt mox è uarijs patefactis nosse licebit.

Quòd si nõ sobolẽ educunt, nõ cætera uertũt
In semet, causa est, quòd multa spiritus illic
Materie abstrusus, uitam qui porrigit omnẽ,
Explicat ægrè ex se uires, ni uiuida promat
Has hominum uirtus densa sub mole latẽtis,
Hoc etenim quicquid diffunditur undiq; cæli
Aëraq; & terras & lati marmoris æquor
Intus agi referunt anima, qua uiuere mundi
Cũcta putãt, ipsumq; hac mũdũ ducere uitã.
Ast animæ quoniã nil nõ est corporis expers,
Mũdus at, & mũdi partes quoq; corpe cõstãt,
Spiritus hæc inter medius fit, quẽ neq; corpꝰ,
Aut animam dicas, sed eum, qui solus utroq;
Participãs in idẽ simul hæc extrema reducat.
Hic igitur maria, ac terras, atq; aëra, & ignem
Viuereq;, augeriq;, atq; in se cuncta referre
Semper auet, semper stirpes, animãtia semper
Gignere, perpetuamq; sequi per secula prolẽ.
Deniq; sic etiam fuluo detentus in auro
Ipse manũ cupit artificis, qui uincula soluat,
Et qui se propria reddat uirtute potentem.
Quòd siquis properans hũc artis uirib. unquã
Explicet, atq; diu tepido post incoquat igni,
Continuò aspicies, uisu mirabile, uitam
Auro impertiri longo cum seminis usu,
Nec deerit, quin ex auro sibi procreet aurum.
Quod cũ ita cõstiterit, durate & credite dictis
Intenti artifices, & res sperate secundas.
Iam patet his, ut nõ tantũ sub montib. aurum
Natura efficiat, sed ut id quoq; prodeat arte
Quoq; modo id fieri possit, quãdoq; docebo.
Interea, ne quid nobis quærentibus obstet,
Quo minus his adhibere fidẽ sit forte necesse,
Quæ contra soleant dici, nunc omnia soluã.
Mox eadem ualidis grata experientia signis
Impetet, & grauium sententia prisca uirorum
Delebit, referens quæ iam uidere parentes
Ipsi oculis, manibusq; simul tetigere beati.
Atq; hinc incipiẽs cũcta hæc ex ordine pãdã.
Nil mirandũ æquè, q̃ si quod longa peregit
Annorum series genitali semine cœptum,
Audeat illud idem momento protinus horæ
Ars facere, ac proprio naturam uincere cursu,
Quem tenuit tanto in spatio per grãdia terræ
Viscera, summa eadem seruãs uestigia ab ima
Sede, per anfractus tantos, ac cæca per antra.
Nec minus his mirum siquis primordia possit
Scire, quib. constet puri genus omne metalli,
Atq; ea componens, aurum dum cõficit arte,
Mensura exæquet, necnon & pondere libret,
Metitur quibus hæc natura, & põderat unis.
Quid loco? an quisquã poterit fornace caloré
Aequare? exiguis qui circũducta caminis
Nunc loca terrarum perfertur, nunc petit altã
Tellurem, mox & supraq; infraq; refertur
Vnus, & inserto distendis cuncta tepore.
Quis potis est unquã tãta omniparẽtis apisci
Munera naturæ? quæ uis mortalibus unquã
Tanta fuit? non ipsi etiam, qui numina cælo
Deijcere in terras conati, uellere ab imis

Iam

Iam potuere suis montes radicibus altos,
Inuitæ auderent sacra in penetralia terræ
Tendere, scrutariq; piæ secreta parentis.
Adde, quòd in varias mutari corpora formas
Natura haud patitur: neq;.n. velocis equi bos
Induerit speciem piger, aut Parnasia laurus
In se Chaoniam poterit conuertere quercum.
Nec magis æs puro se commutauerit auro,
Quàm si quodq; etiã queat à quocũq; creari.
Hæc sunt quæ cælo missam diuinitùs artem
Conãtur frustrà indicijs tenuare pusillis. (crũ.
At neq; scire op9 est (quãq; hęc sit noscere pul
Quæ quib. extiterint gignẽdis vltima rebus
Principia, aut quali fuerint ea lance recepta
In numerũ & põdus: neq; enĩ si farrea tractes
Semina, constituant quæ far primordia q̃ras,
Quá ue ea cõueniant mẽsura & põdere farri.
Farra sed ipsa putri mandabis cõdita terræ, &
Virtutem latitantem intus sesęq; mouentem
Irritans tantum, naturæ cætera linques.
Nec lõginqua adeò spatiosi temporis ætas
Cõuenit huic operi, uires qd̃ promit ab auro,
Ac non principijs è primis conficit aurum.
Quid si nobilius quoddã, qd̃ præstet & ipsi
Auro, contendant proprio molimine summi
Perficere artifices? aptè cui nomen Elixir
Experti fecere Arabes, ueriq; dedêre
Indiciũ: id quoniã in meli9 quodcũq; metallũ
Ducit, & infectum mira depurat ab arte.
Sic neq; spectandus nobis locus ille, calorq;:
Quo calet inclusum semen genitale metalli,
Quiq; diu fertur specubus tellure sub alta,
Aut alio prorsum ducendi tramite gressus
Naturæ pariter secessus inter & artis,
Qua simul ad metã prospectans vtraq; ducit.
Deniq; nec speciem verti tunc arte putaris,
Aere, vel argento duci si videris aurum,
Sed priuũ hoc priuo fieri ex ære atq; argento
Aurum credideris, veluti si farris in agro
Infelix loliũ & steriles nascantur auenæ.
Aut si fortè boum videas per viscera toto
Stridere apes vtero & ruptis efferuere costis.
Aut vt plura sinu molli simul oua puellæ
Ritè fouent, mult9 tenero sub pectore bõbyx
Palpitat, & lecta nutritus fronde virentis
Dehinc mori, tenuis texto se velleris orbe
Implicat, ac tandem pedibus munitus & alis
Papilio de verme pedes volitansq; recedit.
Quid si cuncta etiam sint vni subdita formæ,
Quę specie vulgò perhibent differre metalla?
E quibus extiterit quodcunq; impurius, atq;
Sordibus infectũ terrestribus, exuet omnem
Arte luem citius, purumq; nitescet in aurum.
Atq; ideo haud scire op9 est, q̃b. abdita terris,
Et quibus è causis sunt, & quot sorte metalla,
Qua variè primo fuerint distincta sub ortu.
Sed quis in arcanos terræ descendat hiatus?
Quisue referre pedẽ possit loca tetra remen-
Veridicóue queat fari quę viderit ore? (sus
Vos Musæ, quas nosse decẽs & dicere par est
Omnia, vos diuæ nulli memorata priorum
Dicite, sic vobis ipse aurea vasa sacerdos
Prima feram, æternũ sic aurea carmina durẽt.
Lynceus, vt fama est, visu prælatus acuto
Omnibus, è summo Siculi qui culmine mõtis
Pœnorũ in portus oculo contendere posset,
Et numerare etiam versantis littore puppes.
Hic simul oppositas moles, simul edita saxa
Inserta montes acie penetrabat ad imos,
Altaq; secretæ spectabat viscera terræ,
Aëra per purum veluti, vitreásue per vndas
Aut liquida quondã crystallo missa videmus
Spectra, quibus rerũ nobis respondet imago.
O quoties patrij residens sub rupe Pachyni
Trinacriamq; omnẽ suprà speculatus & infrà
Aetnei causas ignis motusq; videbat.
Qui simulac tanta vi se procul omnia sensit
Cernere, non vltrà cunctandi certus, & altè
Prouidus, externas animũ conuertit ad oras.
Ergo ratem certa plenus spe magna videndi
Conscendit, pelagiq; deos in vota salutat.
Sicanio verùm portu vix soluerat, ecce
Cum fera tempestas cæliq; marisq; legentem
Graiorum ob portus, Epyri vertit ad vrbes.
Hanc Arethusa illi Nymphas hortata marinas
Immisit, Nymphisq; etiam adnitentibus ipsis
Et totum ex imo passim miscentibus æquor,
Nanq; illas metus in thalamis ne fortè videri
Aequoreis possent inuaserat æquus, & omnis
Tum chorus obscura septum caligine cælum
Texerat, ac noctem nautis obduxerat atram.
Hinc ille aerij properans it proxima Pindi
Culmina spectatũ, nec longũ tẽpus, & omnis
Interi9 Rhodopes, Hemi, Pomariq; cauernas
Fontibus irrigui centũ procul inde videbat,
Oraq; cernebat terræ penetralia centum.
Quin Pindo exoriẽs aderat Achelous ab ipsis
Sedib. ante oculos & ab imo viscere lynceo,
Altera qui longo retinet taurina recessu
Cornua, seq; altè exporgẽs immẽsa per antra
Occulit Herculeæ metuentem verbera clauę.
Ille etiam lento præcelsa Ceraunia passu
Circuit, & visu simul interiora petiuit
Omnia, mox Graiæ varijs in montibus oræ
Consedit, penitusq; cauis rimatus inhæsit
Obtutu specubus, mirãdaq; plurima primus
Vidit, & hęc eadẽ nobis memoranda reliquit:
Quæ dum alijs ad nos olim delata vicissim
Prodimus, ante oẽs hæc intrò prorsus ab illis
Spectari cupimus, quib. alto in pectore Pallas
Insidet, atq; illic scitu pulcherrima versat.
Principiò locus & sedes decreta metallis
Gignẽdis, terræ est imũ atq; immobile viscus
Marmoreæ in morẽ pateræ sub montib. altis
Excisum, velutiq; cauo sub fornice clausum,
Quo Solis radij penetrant, crebriq; feruntur
Siderei innumeris etiam fulgoribus ignes,
Collectumq; coquunt humorẽ, ac iugib. inde
Saxa per & rimas loca cuncta vaporib. explẽt.
Ast vbi continuum passus vapor ille calorem

Conſedit,nec iam ſecreta per antra volutus
Amplius,imenſos poſt tandē induruit annos,
Hæret in expletis venis informe metallum.
Nāq; liquor partes terræ diſperſus in omnis,
Et tenuis mixtus tenui,lentoq; calore
Cōpoſitus,quondā fugiēs & pinguis & uncto
Exijt è uaſti fundo crateris ab imo,
Sulphura ubi argēto feruēt immiſta perenni,
Argento fluere inſigni,uitamq; per æuum
Ducere,queis primis gignūtur multa duobo.
Hoc matris,patris illud enī uim cōtinet,huius
Suſcipere,illius pars eſt præbere calorem.
Hinc fului ſpecies auri pulcherrima fulget:
Hinc nitet argenti candor,rubet ærea uena,
Ferrea nigreſcit ſub apertū,plumbea pallet:
Albicat at ſtanni facies imitata colorem
Argenti,pondusq; ferens,ni ſtrideret,æquū.
In primis igitur cupidis mortalibus aurum
Quæritur ingentis inter uariosq; labores,
Perq; laborantis manifeſta pericula uitæ.
Nāq; ferunt Indos, regio qua uergit in Arctō,
Tendere furatū cumulos,quos eggerit auri
Formicarū ingens manus: at nō ſegniter illas
Exire,ac contra ſtare,& fugientia paſsim
Vnguibus & roſtris lacerare,& figere terga,
Aufugiat quamuis celeri gens illa camelo.
Nec minus aut ſcrobib. curæ, uaſtisue ruinis
Heſperij impendūt, ſi quādo è mōtibus aurū
Eruerint: neq; enim nūc quę ramēta ferantur
Fulua Tago,expediā, ſed quæ maioribus illi
Subſtineant ſubiecta laboribus, atq; periclis
Innumeris,& quæ uincāt opera ipſa gigantū.
Nam ſteriles magno primū conamine mōtes
Excindūt,penitusq; petūt, qua nulla dabatur
Semita,per cuneos accenſis uiſcera lychnis.
Atq; imas nulla phœbi ſub luce cauernas
Noctes atq; dies penetrant,omniq; receſſu
Explorant aditus, humerisq; exciſſa uiciſsim
Exportant, traduntq; alijs lōgo ordine primi
Per tenebras,donec lucem qui percipit unus
Eggerat extrema pondus ceruice receptum.
Aſt illos prædura ſilex ſi fortè moretur,
Qualis iam Pœno rupes ſeſe obtulit hoſti,
Dum ferus aerias in nos tranſcenderet alpes,
Hæc igni excoquitur tunc, & mollitur aceto:
Voluitur at picea circum caligine fumus,
Et miſeris latitans compreſſo ſpiritus ore
Obſtruitur,uitāq; operæ ſub faſce relinquūt:
Atq; ideo cędunt ingenti pondere ferri,
Et uacuos ſummæ reſerant telluris hiatus,
Qua uapor incluſus cuneis exhalet apertis.
Nec mora, nec reqes, qn multo fornice mōtē
Subſtineant totū,cum iam maiore peracta
Parte operis,cædunt extremæ fornicis arcus:
Et rima ſigna præbent,quam peruigil vnus
Aerio montis reſidens in culmine ſentit.
Hic ictu,aut clara reuocari voce repente
Cum famulis iubet artifices,ac deuolat ipſe
Protinus,ingenti ſtrepitu longoq; fragore
Mōs cadit, humana nequeat qui mēte referri
Conceptus,quantūq; obtuſas occupet aures
Aut incredibili quam cōpleat omnia flatu.
Illi naturæ gaudent ſpectare ruinam
Victores,neq; adhuc illinc educitur aurum:
Nec ſciuere etiam tum,cum fodere, uel ante
Eſſe,ſed una illos ad tanta pericula duxit
Spes inuicta omnis per caſus,perq; labores.
Sed qd in his tantū morer? aut q̄ mira ſupſunt
Prætream? nihilo cū ſint his fortè minora.
Eſt deinceps aliud feſsis ſtudiumq; labosq;:
Quo tantam expurgent immiſſo fonte ruinā,
Iamq; igitur ſummo præcelſi è vertice mōtis,
Qui reliquos longè ſuperet, centeſimus etſi
Separet hūc lapis,huc immiſſa canalib. ampla
Flumina deducunt tanto currentia tractu
Deſertas inter valles,perq; inuia ſaxa,
Rupibus exciſis,trabibusq; inſerta cauatis.
Ergo omnis vario concurſu protinus vnda
In mare colligitur vaſtū,quo deinde recluſo
Erumpit tanta ui torrens, omnia ſecum
Vt trahat,ac latū terræ prouoluat in æquor.
Excipitur tendens varijs hic deniq; foſsis,
Quas illi paſsimq; cauāt, ſternūtq; gradatim.
Eſt Vlex aſperq; frutex roriſq; marini
Perſimilis, retinet crebris qui ſtirpibus aurū,
Propterea includūt tabulis latera oſa, & ipſis
Altè ſuſpenſis ita,per prærupta canali
In pelagus tendūt vda è tellure lacunę:
Quod ſupereſt,ramis innectitur vlicis aurū,
Nec labor ille etiā tenuis, cū flumina tentant,
Et grauibus dites cribris agitantur harenæ,
Aut operoſum æquè quicq̄ quis ,pferat: vt cū
Effoſsis altè puteis quæcunq; latenti
Eruerint penitus fundo,tundūtq; lauantq;,
Vruntq;, in tenuemq; molunt diducta farinā.
Hi quoq; iam fuerant Italis quandoq; labores
Flumina per,puteōsue etiā, montīsue ruinas,
Itala dum patuit priſcis exercita tellus.
Cui pòſt pia lege interdicta pepercit
Auri ſacra fames:neq; enim exhaurire metalla
Italiæ,parca & prudens eſt paſſa vetuſtas.
Nec foret hac etiam regio fœcundior ulla,
Quæūe magis flueret venis nūc iugiter auri,
Ipſa diu cum tot fuerit nō hauſta per annos,
Si non mortales inter diſcordia,ſi non
Mars eat hos inter vexans immania corda:
Sed contra ditare orbem ſi regibus vna
Cura ſit,& populis ditato fungier orbe,
Pacis opus,qua cūcta vigēt inuēta per artes
Ingenuis aptas animis quas inter haberi
Non imo dignata loco fortaſſe putanda eſt
Ipſa hæc,quæ grauidę ſcrutatur viſcera terræ,
Diues vbi pateat latebris auaritia cæcis.
Hac etenim reliquis precioſius arte metallum
Eruitur,meritoq; id cunctis nomine præſtat.
Seu color inſpicitur gratus, quo ſidera fulgēt,
Seu lentus facilisq; tenor, quo cedit in omnis
Partes,ſeu pondus rerum ſuperabile nulli
Penditur,aut vni quoniam nil deperit auro
Igne,velut ſolum conſumit nulla vetuſtas,

Ac

Ac neq; rubigo, aut ærugo conficit vlla,
Cuncta adeò firmis illic compagibus hærent,
Sulfur vbi ardoris posita pinguedine causam
Perdidit, & fluidi, quo nō velut antè, vaporet.
Ac longo interea decoctum tempore pura
Mundicie, & clara perfusum luce nitescit.
Atq; ita temperiem summā radicitus humor,
Et calor exæquant illi, pariterq; colorem
Perspicuumq; ferunt. argento nec minus ipsi
Viuo etiam terræ partes miscentur in omneis
Prorsus aquæ partes nullo discrimine iunctæ.
Hinc calor argenti, necnon & sulfuris una
Perspicua inter se denset corpuscula paruo
Multa loco, simulvnde color pōdusq; resultat
Et longo constans illorum tempore nexus.
His è principijs poteris dignoscere certo
Ordine, quo distent inter se quæq; metalla.
Sulfura si fuerint lutulenta, argentaq; uiua,
Principio, inficiēt pariter quodcunq; sub ipsis
Gignetur, magisatq; magis, quo nō caloreq̄u
Cocoquet, aut iusto quo iá maiorúe, minorúe
Durarit perstans multos coctura per annos.
Hinc variæ rerū formæ, quæ nomine quōdā,
Quòd sint sæpe simul, Graio dixere metalla.
Singula seu propriam speciē sortita seruntur,
Et diuersa alijs adeò distin ctaq; perstent.
Seu cunctis vnum natura semen inhæret,
Et genere hæc vno sese specieq; tuentur,
Nec distant alio nisi quòd felicius illud
Exijt, hoc miserè secum sordentia traxit
Principia, atq; eadē cōstans non exuit vnquā,
Vtraq; cum menti sedeat sententia summis
Patronis, neq; adhuc litem dissoluere iudex
Quiuerit incassum conatus, proxima veris
Intuitus neq; adhuc, tātū hic natura recesit,
Abdidit & grauium sese in penetralia rerum.
Hactenus obiectis tantæ rationibus arti
Responsum, læto nunc experientia vultu
Prodeat erroris expers, & nescia falli.
Hác quoq; seruitū phibēt venisse Prometheo
Post famulas, quas ille polo deduxerat artes,
Atq; diu illum opera famulātis nauiter vsum:
Verùm vbi cōsenuit, tantū prudentibus illam
Ipse viris fertur moriens liquisse volentem.
Hos itaq; hæc certo docuit faciliq; periclo
Nonnulla inter se immutari ex arte metalla,
Nec tātùm hæc, verùm fieri quádoq; per artē
Verè aurum, argētumúe alijs exēptile rebus.
Est lapis effossus Syriæ pictoribus, auri
Pigmentū vero quod & ipsi nomine dicunt.
Frangitur attritus specularis more lapilli,
In summa ostentans auri tellure colorem.
Hunc tu purgatū doctè prius excoque multo
Igne, per anfractus longos, qui ducitur vsq;
Quo redeat flammis in se volentibus idem.
Igne olim hoc Caij solertia principis aurum
Fecerat, Obrizon sapiens cui Græcia nomen
Præbuit è rerum inserta virtute receptum,
Seu multo quoniàm purgatum redditur igni,
Seu nulla quoniā maculatum sorde renidet,
Nec pigmētū auri fuit amplius ipse, sed aurū,
Qui lapis antè auri tantùm simulauerat aurā:
At ne fortè nimis videamur prisca referre,
Carmine perpetuo nobis propiora canamus.
Increscūt hærentq; cadis simul vndiq; crustę,
Alba quibus longo senuerunt tempore vina,
Has meo Euganeæ gētis Schola tū decus imo
Accipit erasas fundo, costisq; vetusti
Vasis, & includit purgato fictilis ollæ
In medio, atq; luto testam circumlinit omnē,
Obturatq; illi rimas, atq; obstruit ora,
Hanc deinde ardenti iubet in fornace diurno
Nocturnoq; calore coqui, qua vitrea feruet
Massa datura olim varias liquefacta figuras.
Verùm vbi iam satis est ea visa caloribus vsta,
Perpetuis, illam demit frangitq; repentè,
Moris vt est, spectatq; simul nū ptinus albet,
Et teritur veteris iam fex decocta Lyæi.
Interea sed enim, cunctis mirabile visu
Scintillæ, conspersa polo velut aurea signa
Innumeræ argenti miro in candore videntur.
Sed quid in alterius visis moror? inq; relatis,
Atq; aliena premēs nunc per vestigia tendo?
Vidi ego qui tenues argenti ritè tabellas
Spargeret & lateris contriti puluere, & vnà
Huic virides aëris squamas niueasq; perusti
Contundi micas salis iniungiq; iuberet,
Puluereosq; alijs grumos è rebus aceruans,
Quas vetat & ratio, necnon ars ipsa referri,
Hæc ne sordentis vulgi vilescat in vsus,
Illa vt non vlli quæ sunt celanda reuelet.
Mox ita compositis angusta in pyxide lamnis
Subijcere inclusas arcto sub fornice flammas,
Quales crediderim torrere ad tartara fontes,
Aut vbi sulfureis diros ſmit Ætna sub antris.
At postquá ardenti fuerát hæc cuncta camino
Tosta dies noctesq; nouē, tū demere massam
Feruentē, deq; ignis adhuc feruore rubentem
Abluere algentis roranti aspergine lymphæ,
Quam simul in partis lima diduxerat acri
Exiguas, phialæ secreta in parte locabat
Artificis mirè ingenium, nam desuper vndam
Fundebat, quę mox argento excerneret aurū.
Tum viridem sensim in laticem liquere videri
Argenti vis illa prius compacta, sed imum
Vas auri seiuncta grauis ramenta petebant,
Tātus aquę vigor est, tāta illo in puluere uirtꝰ
Nec fortè apparet alibi concordia rerum
Clarius, vt nectat quæ vix iungenda uidētur,
Si quis particulas commisti puluueris omnes
Computet, & varios illarum existimet vsus,
Quæ tamē hoc vnū cōcordi ex arte tulerunt.
Nec minus, vt rebus proprias discordia vires
Auferat, vt molli tenuari dura liquore
Viderit, atq; breuis consumi protinus horæ
Momēto, & tenues effundi prorsus in vndas.
Lympharum verò species haud trahitur vna,
Nanq; aliæ quæcunq; hominū tellure metallo
Erutaq; & durata manu si tangere crebris
Contingat guttis, eadem mirabile visu,

Aut minuũt in fruſta, aut in tenuẽ ocyus undã
Diſpergũt, liquidoq; docẽt aſſueſcere fluctu.
Sed tamẽ unũ adeò uis hæc non inficit aurũ,
Nã pſtat ſimul ĩcolume, & ſimul omnib⁹ illinc
Sordibus ablutum confeſtim purius exit.
Eſt etiã Lymphę illius, ſi credere dignum eſt,
Mira q̃dẽ, & nobis nõ immemoranda poteſtas,
Quę quodcũq; ſemel purũ & ſine labe metallũ
Contigit, argenti tremula ſub imagine viui
Cogit in alterius ſpeciem, formamq; reſolui.
Quid quæ de veteri guttatim ſtillat Iaccho?
Deinde ſimo incoquitur putri, lentoq; calore,
Donec in ætherei ſplendoris uerſa colorem
Accipit è ſummo cæleſtum corpore nomen,
Hac quoq; dura ferũt certo molleſcere ductu
Corpora, quæ Phœbi uel quæ dignata Dianę
Nomine, mortales rebus præponere cunctis
Inſtituere, quibus precij menſura pateret.
Nec tñ, hæc quanuis ita ſint, immune putabis
Eſſe aurum, certo quin ex humore fatiſcat.
Acris aquæ hoc etiam dirę violentia rodit,
Et terit, & liquidas tenuatim vertit in vndas.
Verùm hæc exiguam lucem tibi recta ſequẽti
Prætulerint, veri qua cernere culmina poſsis,
Quo te diſcutiens tenebras induſtria ducit.
Sunt aliæ ex alijs quærendæ fontibus vndæ,
Iam quibus ex ſeſe, nulla vi, leniter aurum
Humeſcat, nullo alterius veniente liquoris
Auxilio, exterius propria ſoluatur in vnda.
Hoc agite, hinc uobis ſummã ꝑquirite laudẽ
Diuini artifices, hæc nanq; potentia cælo
Cæleſtis deſcendit aquæ, qua cuncta tuentur
Robore ſe proprio, necnon producere fœtus
Ipſa ſibi ſimiles, & in æuum extẽdere poſſunt
Progenię, multos fragilem durare per annos.
Nonne uides quanto ſecum natura tenore
Cõſonet? utq; modũ generãdi cõprobet unũ
Semper, & vnius vi nitens ſeminis, vni
Seruiat una operi: quod & unũ nacta q̃ſcat?
Nec Bacchi ſi tentet opus, Cerealia miſcet
Semina, nec, Cereris, ſi frumentaria quærat,
Pinguia Cecropiæ, tractat plantaria diuæ.
Ordea cui cordi, demum ſerit ordea, ne tu
Nunc aliunde pares auri primordia, in auro
Semina ſunt auri, quanuis abſtruſa recedant
Longius, & multo nobis quærenda labore.
Nec maris immẽſi reputes, aut nubis aquoſæ,
Vel liquidi fontis ſimilẽ: quã quęrere lymphã
Inſtituis, neq; enim, qd̃ tu obſeruare memẽto
Inficit illa, liquat aliquid, cum ſpargitur, aut id
Humectat, propius cui venerit, arida nanq;
Pulueris hæc extra in ſpeciẽ ſe prodit, at imis
Vuida contuſi liquet in penetralibus auri.
His olim veteres intenti gnauiter vndis
In portum rexere ratem felicibus auris,
Ignaroſq; uiæ medijs in fluctibus inter
Obſtãteis ſcopulos fruſtra liquere natanteis.
Hinc multa expertũ, necnon & multa docẽtẽ
Inſula diuino Balearis munere miſit
Alma uirum, cuius miro velamine tectus
Ipſe liquor, quo cũcta madẽt, iã credere mul-
Impulit, vt Bacchi cãdẽs & lĩpid⁹ humor (tos
Principia ablueret ſecretæ protinus artis.
At non ille quidem ſentit, quæ dicere prima
Eſt facie viſus, neq; tunc ſtillantia vina
Miſcebat, cum iam præſtanti lentus in vrbe
Inſubrum terens reſidens feliciter annos
Fecit inexhauſtum pondus prædiuitis auri.
Ac ſocijs, quos ipſe ſibi coniunxerat, æquus
Diuiſit tenuem diuini pulueris offam:
Cuius in ĩmẽſum quota pars traduceret aurũ
Iampridem quæcunq; forent infecta metalla.
Hinc quoq; cult⁹ Arabs vitreo de fõte liquorẽ
Deſertas inter valles, præruptaq; purum
Saxa ſup ducit, nemorũq; occultat in vmbra,
Altorũ, denſis paſsim quæ vepribus horrent,
Aſt alias tamen hic uenas oſtentat apertè,
Vber vbi emanat ſemper, nec inutilis humor,
Et te dum varijs immenſa per auia rebus
Detinet intentum, felices præterit vndas,
Quas manibus quondã puris haurire ſolebat
Ipſe, nec admiſcens aliud, longumq; diuq;
Compoſitas parua leuiter fornace coquebat,
Vnde opera arcanæ naturæ occulta recluſit
Sæpius, & grates dijs immortalibus egit.
Sic alij, quos experiendo maxima rerum
Viſere iam decuit ſummo quæſita labore,
Anguſtum per iter recto de tramite nunquã,
Qua prius ingreſsi declinauere, nec antè
Deſinere optarunt, licuit quàm tangere lætis
Tandem exoptatũ longo poſt tẽpore finem.
Hoc opus, hanc primũ tantã mortalibus artẽ
Interpres rerũ oſtendit ſanctiſsimus Hermes,
Nec latuit tanto duxit quos munere dignos,
Edoctos ſed iam docuit, penitusq; remotos
Rebus ab his, tanq̃ non dignos, terruit omnis
Ne peterẽt, quæ nõ vnquã cõtingere poſſent,
Iamq; ꝓbos tãdẽ accẽdẽs, vt quærere vellent
Quæ ſciret, veroq; ipſe deprehenderat vſu,
Admonuit paucis contentum pergere doctũ
Artificem, tanquàm naturæ ritè ſequentem
Certa ſolo preſsis ſtabili veſtigia ſignis.
Quinetiam humano docuit de corpore pelli
Hac omnes ualida morbos faciliq; medela,
Seruariq; diu nitido cum flore iuuentam
Et ſeniũ placidos produci grande per annos,
Nec ſanctã violare fidem, nec fallere quenquã
Ille potens ſacri patitur medicaminis vſus:
Hoc ſed qui poterit dijs adſpirantibus vti,
Et præſtare etiam quoties defecerit, ille
Plurima contemnens, & ſeruantiſsimus æqui
Hinc erit, & frugi, curasq; eludet inanes,
Et dites ſupra gradiens, ditiſsimus omnis,
Pauperiem ſimulabit ouãs, ac ſæpe benignus
Proderit, & miſeris latitans ſuccurret egenis,
Innocuusq; alijs ſibimet gaudebit adeſſe,
Et facilem ducet momenta per omnia vitam.

IOAN

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI CHRYSOPOEIAE LIBER SECVNDVS.

HActenus auriferam secretæ Palladis artem
Inuentam humana quondam uirtute coëgit
Credere nunc ratio, nunc experientia suasit.
Iamq; ea quid possit, quo prudēs tēdere pgat,
Hic canere icipiā, dextro modo numine Phœ
Difficiles adeò factu, dictuq; per artes (bi
Ingrediar, uerbis addens & rebus honorem.
Tuq; ades ò cultū Musis & Apolline pectus
Ante alios olim cunctos diuine Poëta,
Quo duce secretum per iter procedere tantū
Ipse queā, ut propius Pimplei culmina cernēs
Alta iugi, ne quo interea per deuia ducar.
Illuc nanq; animus certa spe ductus anhelat,
Et fidit gradibus crescentis scandere famæ,
Nulla æui quam longa queat delere uetustas.
In primis niueo sparsus candore lapillus
Quæritur, aut longo contritus tēpore puluis
E niueo in liquidum uersus candore ruborē.
Illius infecto tenuis pars mista metallo
Inserit argenti subito, mirabile, pondus
Et speciem, uel si argento sit proxima uiuo:
Dedocet hoc fungi liquenti immobile uita.
Accrubor ipso etiam puluis preciosior auro
Quodcunq; ex illis primum calefeceris igni,
Vertet in immēsum pōdus tibi protinus auri.
Atq; ideo artifici manus nihil esse putato,
Quā quib. è primis opus id cōponere possit:
Noscere, quæue prius capiat circūq; laboret.
Mox ut naturæ se tum præbere ministrum
Sentiat, exemptum latebris cum nobile semē
Proferet in lucem solers, iterumq; tenebris
Reddet, & occulta seruatum pyxide claudet.
Cūq; alimēta putri sesim dabit humida massę,
Agricola ut quondam telluri semine iacto
Spargit rore leui tantùm sitientia culta.
Nec minus interea tepidū cū suggeret ignē,
Et genitalem intus uim ui subeunte fouebit:
Vt calor interius solet exteriore iuuari,
Ac stomacho prætēta manus præstare uigorē
Vt ualet, utq; ægri uires releuare caducas
Apposita exterius possunt fomēta medentū.
Nec uarias specie res admiscebit, & uni
Quodcūq; obstiterit iunctū, procul inde mouebit.
O tardas adeò mentes, assuetaq; falli
Artificum uario rerum per inania ductu
Pectora, cū duris quid mollia uina metallis?
Apta epulis, atq; apta bibi suauissima uina.
Quid leuis humano missus de corpe sanguis?
Quid lapsi è rosea flaui ceruice capilli?
Oua quid? & lectæ summis in montib. herbæ
Conueniunt imis fossio sub montibus auro?
Hic tamē expressam prælis torquentib. uuam
Accipit, & phialæ postrema in parte reponit:
Cuius in extremo rostrum connectitur ore.
Hanc super ignitos cineres candēte camino:
Aut super undosum laticem feruentis Aeni
Collocat, at tenuis fertur uapor intꝰ, & herēs
Alta petit, leuiusq; liquens it fusus in undas:
Ardentemq; uocant Lymphā uitæq; liquorē:
Vitrea quem raris effundit fistula guttis.
Hic ergo ut multis uicibus stillauerit, unà
Collectus uarios tandem seruatur in usus,
Præcipuè uerò, modico lentescat ut igne,
Siue fimo incoctus nulla non arte tepenti.
Fingitur oblongo uitreum uas ductile collo:
Bina unde, exiles uelut ansæ, brachia pēdent
Cōcaua, quæ uentrē uasis flectuntur ad imū.
Hic igitur liquor incluſus cū summa per ora
Fertur, continuò binas inclinat in aures,
Ingreditur, repetitq; iterū, quas liquerat imo
Fundo feruenteis lymphas, iterumq; refertur
Ad supera, atq; leuis nusquamúe quetus eandē
Itq; reditq; uiam toties, & mobilis idem
Ipse in se sua per uestigia confluit humor,
Donec paulatim niueam densetur in offam.
Tenuibus hæc tandē lamnis cōponitur auri,
Et coquitur lento forsan, longoq; calore. (cto
Verū hócne, ánne alio quouis ea deniq; pa-
Cōmiscēt (nāq; hoc haud est exqrere nostrū)
Incassum cuncta exercent, frustraq; laborant.
Nā specie diuersa simul dum iungere curant,
Altera ut impediant primo mox altera motu,
Efficiunt, ullo ne possint tempore quicquam
Edere, quod per se natura constet & unum.
Nanq; ita principio statuas cūcta esse sub una
Re, quib. hîc opꝰ est, nihil ut quæsiueris extra,
Præcipuè humorem, qui sese rugis abundè
Sufficit, atq; intus seruat, dum prodeat illud,
Quod cupis, & gigni tanto conamine certas.
Quinetiā duplicē scito uim intrinsecus esse,
Et quæ semper agat, & quæ patiatur, ut una
Fœmina, masq; agitēt, ueluti cū pullus in ouo
Crescit agēte quidē hoc, atq; hoc patiēte uicis-
Exterius tantū miti atq; fouente calore (sim,
Adiutus, neq; tu quid conuenientius ullum
Exēplo hoc credas, neq; qdꝫ me iudice semp
Acrius inspectes, atq; ad quod cūcta reducas.
Ast alius puro uarias de sanguine parteis
Elicit, atq; adeò ductas elementa uocare
Instituit, tanquam possint ea fortè uideri
Simplicia, aut tāgi manibus, secreta uel usquā
Esse, uel includi quoquā, quin protinꝰ omne
Vas penetrēt, duro quābis Adamāte peractū
Id fuerit, simplex neq; enim cōsistere corpus
Parte potest orbis uasti uiolenter in ulla,
Sed propria tantùm gaudēs in sede quiescit.
Sic sæpe ex alijs rebus, sic sæpe seorsum
Quatuor è tonsis ponunt elementa capillis.
At non sic natura potēs hæc segregat unquā,
Sed miscet potius simul, & confundit eodem
Frigida commutans calidis, humentia siccis,
Atq; ita corrumpit solidum, neq; diuidit ullas

In parteis,ſeruans genitalem ſeminis illi
Vim,qua corrupto corpꝰ de corpore gignat:
Nanq; ex quo qcq̃ genitũ eſt,id putruit ante.
Quid qui conatur quæſitæ longius herbæ
Inualido aufugiens argentum ſiſtere ſucco?
Idq; gelat,duratq; ſimul,ſed figere nulla
Arte poteſt,ictu quo molli ducere poſſit.
At non quod ſolidum faciat,uel ductile,tantũ
Quærendũ eſt,ſed quod uideatur poſſe priorẽ
Auferre,atq; illi defecto inducere formam
Mox aliam,& puri ſpeciem donare metallî.
Sulphura quid memorẽ lõgo deterſa labore?
Nitraq;,purgatosq; ſales,toſtasq; Lyæi
Longæui feces,uel quæ atramenta calenti
Accenſa effundunt guttas è uaſe rubenteis?
Hinc ſoluũt,iterãtq; uices,ac ſæpe reſoluunt:
Deinde lauãt, iterũq; terũt, mox figere tẽtãt:
In calcem uertunt etiam,miſſoq; uapore
In ſublime ferunt tenuati corporis auram.
Compoſitos uaria uideas hinc lege caminos
Innumeros,totidemq; luto lita uitrea uaſa.
Quæq; ſibi uertit Faber argentarius uſu,
Sordidiusq; aliæ quicquid fabrilibus artes
Exercent curis,noſtri arripuere,ſuisq;
Inſani aſciuere laboribus:atq; ita ſemper
Sulphur olent,ſemper faciem fuligine tincti
Horrendas atra ſimulant ab imagine laruas.
Nec miſeram magis affirmes ueraciter ullam
Artẽ aliam, q̃ quæ externis Alchymia uerbis
Dicitur,obſcurisq; tegens ambagibus errat
Auia per,miſerosq; trahit p iniqua ſequentes
Ac tandẽ ciectos in cæca Barathra relinquit.
Vt uideas quandoq; bonum ſua prædia ciuẽ
Vendẽtem,patriasq; domos, mercesq; repo-
Fornaces inter uerſari,ac follibus aurã (ſtas,
Captare, in tenuemq;, nefas, cõuertere fumũ
Rem,dubias dum quærit opes inſanus,auitã.
Difficilem interea coniunx mœſtiſſima uitã
Protrahit, illachrymant nati, fit ſordidus ipſe
E lauto,ludusq; patens & fabula uulgi.
Quare agite exẽptã tenebris hãc cernite lucẽ
Mortales, cæcisq; uijs auertite greſſum,
Ac prohibete nefas tantũ, & depellite uirus,
Infectum quo uulgus iners ſe poſſe per artem
Diuinam miſcere manus putat, abdita rerum
Quæ ualet & cauſas adeò ſpectare latenteis,
Hanc nõ impuris manibus fraudator auaru
Attingat,decoctor item, quiſquiſúe fabrilis
Arte ualet,mollisúe etiam,cui perdita cordi
Ocia,mercatorúe uagus,uel deditus urbi
Ciuis, & incumbens telluri aruisq; colendis:
Et q multa animo præſertim & magna mine-
Vel ſi q ſimiles hęc uulgo quærere ſueti (tur,
Fraude mala tãtũ,uel habẽdi prorſus amore.
At ſapiens, ſuperos in primis qui colat, & qui
Noſcẽdis penitꝰ cauſis modò gaudeat, huc ſe
Conferat,hanc totis ſectetur uiribus artem.
Huic comes hęrebit grauis exploratio rerum
Intima naturæ paſſim ueſtigia ſeruans,
Tũ mora ſollicitos curſus remorata ſequetur:
Et uiſura olim ſtabilis patientia finem,
Mox labor,ingenuosq; moues ĩduſtria greſſꝰ
Haud aberit,uitręumq; feret uas ſcilicet unã,
Vnum opus, atq; unã ſecũ rem deniq; ducet.
Ille igitur tanto comitatu ſeptus imbit
Longũ iter,& lento peruadens omnia paſſu
Continuè miris oculos mentemq; reperis
Paſcet, & aſſiduum fallent ſpectata laborem:
Donec in arcana tectos tellure recludet
Theſauros ignotum argenti pondus & auri.
Eloquar? an uulgo prorſus non credita uerũ
Expediam primus? nec erat cum talia cæpi
Iam fari,mens iſta mihi,ſed compulit ordo
Integer,ut dictis etiam maiora reuelem.
Ille ergo ulterius procedens, ultima rerum
Secreta inueniet,queis ſe natura peractis
Oblectat,gemmasq; pari confinget ab arte.
Ac niſi dicendis ſupereſſent multa metallis,
Gemmarum forſan cauſas, ſedesq; referrem
Sepoſitas,quibus in ſpecubus natura beatis
Ludit,& in nulla magis hac mirabilis uſquam
Parte ualet ſummas uariando promere uires.
Perſpicuæ ut tellꝰ lymphæ cõmiſta minutim
Pura ferat gemmas,ut cæli motus,& ardor,
Sidereusq; ſitus certam præſcripſerit illis
Sedem gignẽdis canerem,nec gẽmeus unde
Irradiet fulgor,uariet color unde,tacerem.
Duricies etiam unde illis inuicta, necigni
Cedẽs,nec ferro, unde nitẽs diſtinctaq; miris
Interdum maculis facies, iam qualis Achaten
Æacidæ ornarat Muſis & Apolline felix.
Vos natura parens, nullacui motus ab arte
Prouenit,ò Diuæ parua concludere gemma
Spõte nouem uoluit proprijs inſignibus oẽ
Ornatas, mediumq; ſimul conſidere Phœbũ
Depoſito mitem cornu Citharaq; canentem:
His ut teſtatum ſignis mortalibus eſſet,
Quo numero & quali ſemp prętatis honore.
Felicem tanto dignatum munere Pyrrhum,
Et fortunatos licuit quibus iſta uidere.
Indomiti hinc uirtus Adamãtis multa referri
Debuerat,Solis ut quondam Regibus eſſet
Cognitus,utq; uno tantùm quæſitus in auro,
Vtq; actus ferro durisq; incudibus ictum
Reſpuat,atq; etiam ferrum diſſultet utrinq;,
Diſſiliantq; ipſis incudes ictibus actæ.
Vt prædura adeò uis hæc corrupta recenti
Sanguine,calfactoq; hirci rumpatur,& ictu
Crebro librantis grauiter per inania ferri.
Vt lapis acceſſu Magnes Adamãtis oberrans,
Ferrum declinet, uel inhærens abdicet idem,
Irritaq; ut tandem faciat concepta uenena,
Et pellat de mente metus Adamãtina uirtus.
Omnia quæ quondã faſſa eſt uidiſſe Vetuſtas
Credula,nanq; horũ fortè experiẽtia Priſcis
Certior arriſit quæ non oſtendere ſeſe
Quiuit adhuc nobis,ſeu nõ genꝰ illud in auro
Congenitum pateat,ſeu ſic,ut pleraq; falſo
Nunc alia, hoc etiam non uero nomine dicũt
Artifices,ideoq; ipſa re prorſus aberrent,
Quo neq; quæ Veteres ſup his ſcripſere fatẽ-
Eſſe,ſed in dubiũ reuocari tradita poſſe (tur
Ipſa

Ipſa hęc contendunt manifeſtis omnia ſignis.
Nec uirides etiam fas hîc tranſire Smaragdos
Indictos, neq; enim color eſt iucundior ullus,
Quàm quo ſe tellus horis genitalibus anni
Veſtit, & oſtentat uultu meliore uirentem.
At mage nil uiret his, nihil eſt qd cõpleatęquè
Cõtuitu his oculos, ſatiet minus, ipſaq; multo
Obſcurata acies intentu protinus ipſo
Aſpectu uiridis claret recreata Smaragdi.
Fulgurat ut picto uiola Carbunculus igne
Mox etiam canerem, uariuſq; ut fulget Iaſpis.
Concolor & fuluo radiat Topatios auro.
Innumeraſq; alias ſpecie, uel nomine tantùm
Diuerſas cœpto memorarẽ carmine gẽmas.
Verũ hęc iam ſatis eſt leuiter tetigiſſe uagãtẽ,
Atq; alijs mõſtraſſe uiã, qua tendere pergant,
Si quos fortè iuuat naturæ occulta ſubiſſe,
Hæc eademq; palàm dulci feciſſe Camœnâ.
Nunc age materiã, tantæ quam præſtitit arti
Natura, expediam, ne quis perferre labores
Incaſſum ſtudeat tantos, ſed grandia uitet
Detrimenta, quibus ueſani ſæpe tenentur
Artifices, longe primis dum rebus aberrant,
Quas capere, ac ſolas illos ſeruare decebat.
Eſt lucus ſummo ſecreti in uertice montis,
Fons ubi decurrit nitidis argenteus undis,
Et ſpecus exeſum tendens aperitur in antrũ.
Intus habet præſtans diuino numine Virgo,
Ruricolæ Glauram priſco quã nomine dicũt.
Huc denſos inter uepres anguſtus & aſper
Acceliuisq; ægrè perducit callis euntem.
Veſtibulũ ante ipſum ſpeluncæ læuis & ęqua
Planicies, nõ ampla tamen, horrentib. umbris
Cingitur, ac fluuij ripis, & margine Tophi,
Obducta uiridi muſco ſpiſſisq; Corymbis,
Ingreditur uerò ſiquis feliciter, omnem
Continuò labem humanam, mirabile dictu,
Exuit, ac pondus ſubito mortale relinquit,
Et purus penitusq; leuis fit ſpiritus illi,
Quiq; aditus luſtret cunctos, agilisq; feratur
Per cuneos, quib. in medijs ſedet aurea Nym-
Aure? & circũ thalam?: ſupraq; renidet, (pha,
Quin auri tabulæ pedibus calcantur euntũ,
Atq; ipſa ex auro ſplendet conflata ſupellex.
Taruiſijs: ne qua titubes in montibus antrum
Hoc pete, qui rebus tantis primordia quæris,
Quodq; illic uiſum fuerit precioſius, inde
Erue, nec ſumptu nimio, nec parce labori.
Nõ tamen aut uiuũ ſulphur, tremulumúe re-
Argẽtũ, uel quæ undãti delata uapore (pones
Exit ab his primum putrisq; infectaq; uena.
Sed purũ atq; omni purgatũ ſorde metallum
Accipies, cuius ſecreta in parte receſsit
Spiritus, & craſſa preſſus ſub mole latenter
Victitat, ac ſolui uinclis, & carcere cæco
Emitti expectat tenues effuſus in auras.
Quæq; erat innato ſubſidens pondere moles,
Iam leuis aſſenſu ſuperas contendat in oras,
Duraq; molleſcat naturam imitata per artem
Eximiam, retro quæ per conſueta reuerti
Imperat, ut longo ſeſe torpore recludat
Incluſum ſemen, uegetantis more, nec intus
Ardua conſtantis metuat iam uincula maſſæ.
Quod tibi ne mirum ualeat quandoq; uideri,
Pullulat interdum proprij uirtute uigoris
Auri perpetuum germen, ferturq; ſub auras,
Non ſecus ac ſumma fruticis tellure cacumen
Exit, & inde ſua ui ſeſe extollit, vt Iſtri
Accola felicis ſæpe illud ſtirpibus hærens
Capreoli in morem nati circundare truncos,
Implicitumq; etiam ſaxis inuenit obeſis.
Vtq; agiles ſerpunt ederæ, lateq; pererrant
Amplexæ lateres circum, pariesq; fatiſcit
Dirutus, ingreſſis rimas radicibus, atq;
Frõdibus, ac prętergreſſis latera obuia ramis:
Sic Topho inſeritur creſcentis uiuidus auri
Surculus, atq; intus partis explorat inanes,
Egrediturq; illinc, & ſe diffundit in auras,
Aut uariè illius ſummas complectitur oras,
Quaſq; tenet ſolidè cõſperſas purus inaurat,
Hinc duo præcipuè, quæ uerſet cura probati
Artificis, ſtatuo. quid primum ſeligat, & quo
Selectum pacto moderetur, & aptius edat,
Quo poſſit modico ſolui lentoq; calore.
Vtrũq; innumeris priſci inuoluêre tenebris,
Barbaraq; occultis rebus coniungere uerba
Haud dubij, centũ ſtatuerunt nomina, quorũ
Quodcunq; incertã ſignaret remq;, modũq;,
Multaq; quæ lepidi quondã finxere Poẽtæ,
Quæq; ſacrorum olim ueri uox nuncia Vatũ
Protulit, his etiam uice ſunt interpretis uſi,
Singulaq; expoſuere, atq; inſeruere libellis
Ipſa ſuis patefacta, uelut cælantia pridem
Artis opus tantæ, cum porrò uana Poẽtæ
Figmenta illecebris uacuas captantia mentes
Commenti, multo fuerint diuerſa loquuti.
Qui uerò incõprehẽſum & inenarrabile mu-
Diuinæ humanas aduẽtũ prolis ad oras (nus
Prędicti, haudquaq̃ parua hęc ſẽſere ſub ingẽs
Os illud tam magna ſonans myſteria Vates.
Hæc tamen, haud nullis noſtri ſuadẽtib. auſi,
Vel quòd eos ea uana fides tenuiſſe putandũ
Vel ſua quòd uarijs iuuit cælaſſe figuris. (eſt,
Quin etiam huic uni, quo ſe mollire metalla
Inuenere modo, cunctarum nomina rerum
Impoſuere, quòd hæc cunctis uis inſita rebus
Hæreat, incipiatq; omnes, & compleat una.
Cuncta adeò cunctis occultauere, neq; illi
Nequicquã interdũ ſeriẽ abrupere loquẽdo
Perpetem, & excurſus interpoſuere uacantis.
Ergo altè ueſtigia animis, & rite repertam
Materiam rebus tantis per deuia ſume.
Nam nõ una tibi regio dabit, aut locus unus.
Montibus at multæ ſpaciãtur Oreades altis,
Antra quibus cura eſt ſeruare, ingẽtiaq; intus
Munera, iam quorũ uenientes ſæpe remittũt
Participes, manibus puris & pectore ſi qui
Acceſſere illuc, dites ubi pectine eburno
Aurea perpetuo depectunt uellera Nymphæ,
Quæ prima heroũ pubes rate ſancta petiuit,

Nec timuit tantos per fluctus quærere sũmis
Tũ ducib. ditẽ sub Iasone & Hercule Colchó.
Alter inauratam noto de uertice pellem,
Principiũ uelut ostendit, quod sumere possis.
Alter onus quantũ subeas, quantumq; laborẽ
Impẽdas crassam circa molem,& rude pódus,
Edocuit:neq;enim quã debes sumere,magnũ
Inuenisse adeò est,habilẽ sed reddere massam.
Hoc opus,hic labor est,hîc exercentur inanes
Artificum curæ,uarijs hîc deniq; nugis
Sese ipsos, aliosq; simul frustrantur inertes.
Et nunc urentis latices,Bacchíue liquorem,
Nũc olidas miscent lymphas, quæ mẽstrua &
Appellát,ueluti sint,ut quę dulcia cõplẽt (ipsi
Pignora perfectis materna mensibus aluo.
Deinde coquunt lento spacioſi tẽporis igne
Assiduè instantes frustra,longiq; laboris
Præmia decepti tardè uentura morantur,
Nam uarias rebus formas adhibere serendis
Nõ puduit, quæ sic naturę monstra repugnãt,
Hoc opere in toto prẽsertim,quod nihil æquè
Postulat,ac quod sit simplex,farragine nulla
Rerum alia expletũ,quã quæ tellure sub alta
Continuò puri suffitu sulphuris, atq;
Comparis attactu uiui conflantur in aurum.
Præparat ast aliter alius,fortasse nec unus
Est modus,una modo res ipsa & pura reduci
Iam liquido uideatur,& in se sola relinqui.
Ars hîc,sed propius Naturã imitata,laboret,
Illic ipsa suum constans Natura tenorem,
Artificis sed mota manu directaq; seruet.
Nanq; ubi compactũ ualida soluetur ab arte,
Expositumq; extra uenienti ui dabit ultro
Sese opus, & certa fœcundum prole patebit,
Quod supereſt:ipsum secreta in sede locabis,
Perpetuoq; calore,& longo tempore fotum
Exercebis, & huic sensim sua pabula reddes.
Nec graue decreti spatiũ tibi temporis esto,
Quicquid id est,certo nã prodit tẽpore quic-
Exoritur,donec perfectũ circuat orbem, (qd
Quo se uitalis profert in luminis auras.
Ac ueluti informis paulatim matris in aluo
Fœtus inaugescit,paruus dũ fingitur infans,
Sic locus exceptus dextrè,cui semina mãdes
Aurea,continuè producens illa fouebit,
Donec inoptatos adolescent edita fructus.
Tumq; ministrabis paruũ crescentib.ignem
Principio,humentemq;,& corrũpentib.aptũ,
Temperiemq; illis, Mariæ quæ balnea dictãt,
Inter & humorem statues interq; calorem.
Quodq; simũ falsò appellant, & balnea, tantũ
Tu mitem ac proprium gignẽdis usq; teporẽ
Sufficies æquus,neq; enim qui deficit,aut qui
Excedit calor, & medium seruare nequit:Sed
Alternat uariatq; uices,hic profuit unquam
Natis,aut certo nascendis tempore rebus.
Materiã quoq; nec multam concludere parua
Pyxide curandũ est, modico nanq; ipsa calore
Haud poterit resoluta suas expromere uires.
Id quoq; non opus est,nã cũ semel ipse beati
Pulueris extiteris compos, nõ amplius optes
Aut multũ, aut ipsum rursus cõponere, nanq;
Augebis quoties ulli tibi uenerit usu.
Illud nec parui facies,quòd clara beatus
Signa dabit puluis tibi, cũ manifestus haberi
Cœperit,& uarios ostendet rite colores.
Sed ruber in primis quanuis optabitur, albũ
Nõ tamẽ excipies,qn & magni quoq; pẽdas,
Atq; atrũ,nanq; hic operis tibi mõstrat apertè
Principium magni,secretæq; hostia pandit
Prima uiæ,ignarũ frustra qua uulgus anhelat,
Et uaga multiuij callis diuertit in ora.
Ille iter inceptũ quondã,propiusq; peractũ
Iam mediũ, ostẽdit, nec iã procul esse ruboris
Indicium, gaudet cũ uis humana propinquũ
Affore opus, quo non maius perfecerit ulla
Ars ullis adiuta opibus,licet ipsa potenti
Nil non ingenio peragat,quæ sidera cæli
Suspicit,atq; obit9signorũ inspectat & ortus,
Cõscenditq; polum gradib. subnixa superbis,
Ac maris & terræ tractus metitur,& ipsas
Innumeras prorsus numero cõprehendit are-
Cælestis etiam concentus uoce referri (nas.
Edocet humana, fidibusq; imitata canoris
Aetherei septem tentat discrimina cantus.
Arte etiam inuentæ Leges & ciuica Iura,
Arte urbes constant claræ,sanctiq; senatus,
Arte regunt reges populos,exercitus arte
Ducitur,atq; etiã præstans Dux imperat arte.
Ars & corporibus fessis diuina ministrat
Adiumenta, quibus reparát languentia uires.
Fertilis & terræ cultus non abnuit artem,
Cum dura ac sterilis tellus mansuescit arádo,
Et secreta prius crescunt uineta sub ulmis.
Hæc igitur,quæ nos inter uersantur ubiq;
Tractat, & illa etiã contemplans audet adire,
Quæ procul à nobis tanto sunt edita tractu.
Quin bene si reputes,arti penè omnia certæ
Attribuit genus humanũ,nec dicere quicquã,
Aut facere illius recta sine lege requirit.
Salue hominũ præsẽs simul & gratissima cura
Ars grauium, seu te sancta de Pallade natam,
Seu famulam potius dicã sub Pallade primã,
Nanq; ferunt illam propriũ seruasse pudorẽ
Semper, eã quáuis adamarit Lemnius heros,
Ex quo disiecit patris caput ipse securi,
Prodijt unde ferox patrio dea prædita sensu,
Salue magna parens iterum, fœcunda uirorũ
Atq; operum,tibi tot sacris è uatibus unus,
Quos æquo ad tantos gressũ procedere riuos
Par erat, Aonijs ausim conspergere lymphis
Tantarum causas rerum caligine tetra
Obductas,atrasq; illis detergere sordes
Et liquida ablutas aspergine ferre nitentis
Ante oculos. ergo cum tu deprehenderis arte
Eximia seriem tantam, & manifesta colorum
Signa,procul longi speres promissa laboris
Præmia,nanq; tibi diuino munere puluis
Pręstò erit auripotens, parua qui quodq; me-
Parte sui purũ subitò cõuertet in aurũ. (tallã

Ac

Ac ueluti modicus, si fortè coagula desint,
Caseus extemplo lympha resolutus & igni
Adstringit plena liquidi mulctraria lactis:
Cogit & alterius lac in se uertere formam.
Sic argenta facer puluis liquentia sistet,
Sidereaq; auri specie donabit, ut omni
Præstēt, & nullo prorsus superentur ab auro.
Ipse etiam augetur puluis, ne fortè labores,
Neue iteres opus expletū semel, addere sūmā
Vim licet, ut minimus tuū puluis deniq; uiui
Immensam argenti ualeat cōuertere molem.
Seu leuis & nulla demum non parte solutus
Spiritus ingreditur longa in penetralia densi
Corporis, & toto penitus se uiscere miscet.
Seu potius longo cōcoctus tempore puluis,
Cōpressusq; diu, multumq; & sæpe reductus
In sese, proprium cogit densetq; uigorem.
Vtq; Croci exiguus pura flos sparsus in unda
Immodicum grato diffundit odore colorem,
Plurima sic agitans cōtracto in puluere uirtus
Obuia percurrit liquidi loca cuncta Metalli.
Seu nulla hîc ratio est hominū deprhēsa sagaci
Ingenio, quare uis paruo in semine tanta est.
Herculei neq; enim lapidis si fortè requiras
Inuenies causam, qua ferrea uincula nectat,
Et trahat abiuncti pondus per inania ferri.
Nec min⁹ unde regat nautas, & uergat ad Ar-
Spectātes parua clausū sub pyxide sidus. (ctō
Multa tetigit sacro iuolucro Natura, neq; ullis
Fas est scire quidē mortalibus omnia, multa
Admirare modo, necnon uenerare, neq; illa
Inquires, quæ sunt arcanis proxima, nanq;
In manib. quæ sunt hæc nos uix scire putādū,
Est procul à nobis adeò præsentia ueri.
Ne tamen haud speres artem perdiscere posse
Difficilem, atq; alijs grauiorē, percipe iā nunc
Quæ dicam, & posthac alta tibi mēte reserua.
Quæ sciri poterunt, ea primùm sola putabis
Cognoscēda tibi, dehinc ordine cętera disces.
In primis etenim rerum cognoscere Causas
Ne dubita, nam sæpe ferunt quærentibus illæ
Sese ultro faciles, si quem uia recta reducat
Continuis ad se gradibus, nec sistere detur
Ante illi, quàm se thalamo concludere possit
Quo se maiestas ueri ueneranda receptat.
Illic quæ fuerint fingendis prima Metallis
Semina uisuntur, quæue his coctura serendis
Diuersas adeò coniunxerit ultima formas.
Nec minus apparet ratio qua posse Metalla
Ipsa uices præbere suas, alienaq; ferre
Imperia, aspicitur, necnon & gignere, si qua
Ars iuuet, atq; manuū Naturæ porrigat almę.
Quin etiā ut sensim madeāt, & mollia perstēt,
Magnū opus, & quo nō credas operosius ullū
Esse aliud, nec quo magis ars se maxima iactet
Præterea haud aberit longè, quin cętera de te
Percipias ipso, nam uinclo iuncta tenentur
Cūcta uno, hincq; mod⁹ lēti deprehēditur ig-
Et loc⁹, atq; deces lapidis mēsura futuri, (nis,
Et color optato uariè sub puluere fusus,
Quoq; modo augendus, deerit forsitan ante
Conditus, & multo durarit tempore puluis.
Omnia quæ læto passim tibi certa patebunt,
Si rerum seriem longo seruaueris usu.
Et quandoq; probus non dedignabere forsan
His equidē dignas meritis persoluere grates,
Qui procul ignari linquens ludibria uulgi
Nunc iter ingrederis nobis ducētibus arctum
Vsqueadeò, ut paucos capiat, paucosq; remit-
Incolumes, crebris laceros q̄n ueprib. oēs (tat
Id referat, nisi quos alta sub rupe relinquit
Errantes cæcis in flexibus, unde nec ipsi
Se unquā, mortalisue man⁹ miserata referret.
Sed tu ne dubites sinuosa errare per antra,
Cæca reges filo uestigia, quod tibi nuper
Ostendi, ut tutus ferres tutusq; referres
Ipse pedem, quòd si finem assequerêre beatus
Optatum, Diuis ageretur gratia primum,
Deinde mihi meritò: tibi qui præsentib. illis
Consului, uerùm si non contingere metam
Fortè darent superi, cœptum sed sistere cursū
Esset opus, casu quo sæpe humana laborat
Conditio, at saltem falsi mendacia uulgi
Exagitans, alios errantes cernere possis.
Illud sępe etiam in primis, iterumq; monebo,
Ne, si rara tibi contingat gratia cælo:
Nanq; aliunde sibi nemo sperauerit, ulli
Hanc uix insinues caro fidoue sodali.
Nedum alijs referes, ea nec te noscere iactes,
Quæ scieris, uerū secreto in pectore seruans
Tecū habita, & tecū tātū ipsa arcana reuolue,
Nā suspecta probis ars ipsa inuisaq; multis
Inuisos etiam cultores efficit artis,
Mendaces adeò multi quacunq; uagantur,
Multaq; polliciti uanè, quæ multa nec ipsi
Resciuere, neq; est illis ea noscere promptū,
Qui recta, quæ nos ducit uia, prorsus aberrāt.
Multos quinetiam insignes, & cætera doctos
Vidi cuncta equidē tractare, & pēdere magni,
Quęcunq; ignarū probat ac ignobile Vulgus.
Quid? qui deridēt oīs, quæ maxima turba est,
Artifices, tanquam nihil hos interfit & illos,
Atq; uno pariter pendunt examine cunctos.
Sunt qui sæpe petant, quæ nā sit causa quòd
Aut unquā tantos inter, qui talia curant, (usq̄
Apparet nemo, qui re miracula tanta
Cōprobet, idcirco nullā, quā dicimus, artem.
Esse, sed ingentis nugas, & inania mentis
Insanæ commenta sibi manifesta uideri.
Sed quis tam fragili munitus robore pectus
Nō queat hæc ulli nūquam reseranda tacere?
Nam quē non prohibet rerū prudentia fari,
Quæ sibi cōtinuò, fuerint cū dicta, nocebunt?
Tutus ab insidijs qua se uirtute tueri
Posset, qui præ se ferret, se condere paruo
Diuitias loculo ingentes, quib. undiq; regum
Et regna assurgunt, & opes, opulentaq; cedūt
Omnia, tanquā illis sint unis quæq; minora.
Thesauros igitur tantos componere si quis
Iam potuit, mirè sub amica silentia seruat,

Quod quoq; tu facies,neq; te desistere cœptis
Id moueat,nullos opibus quòd talib.auctos
Videris,aut uulgo sese ostẽtare beatos. (dent
Nec quoq; te grauia hęc,atq; importuna retar
Tẽpora,quæ nunquã miseri sperauim⁹ ante,
Hostis ut heu mites iuaderet has quoq; terras
Barbarus, & longo seruatam tempore pacem
Perderet usqueadeò, nedũ turbaret iniquus.
Nunc licet inuasas urbes,direptaq; passim
Oppida,nũc turpes prædas,raptusq; nefãdos
Audire,& miseris iniecta incendia uillis.
Naruisiã unde suam tristis flet Musa Bononi.
Turpatos etiam cultus,uiolataq; fœdo
Milite templa deûm, scelerateq; insuper usta,
Et confusa simul diuina humanaq; tantum
Bella nefas, scelerũq; parens discordia nectit.
Pectora quinetiam diro commota pauore,
Et concussa hominum paucis sic ante diebus
Cernere erat, ueluti dirarum agitata flagellis,
Vt sibi quisq; nouas trepidaret quęrere sedes,
Collectisq; opibus proprijs oneratus abiret,
Atq; solum linquẽs patrium se ferret ad urbẽ
Reginam,magna quæ cingitur amphitrite,
Tanquam illo sub tuta forent tunc oĩa cælo,
Quo sese quondam fugiens electa recepit
Gẽs Italũ, ut paruis scopulis seruaret & unda
Se modica, immensus totã cũ exureret ignis
Ita liam,accensus sæua penè undiq; ab omni
Barbarie, & multos duraret fotus in annos.
Quare age, quo magis hæc fortunæ subdita
Quę bõa mẽdaci mortales noĩe iactãt, (cernis
Illius aduersum uiolentos fulminis ictus
Præsidio hoc stabili temet munire labora,
Vt si fortè metus pauidos inuaderet unquam
Nos iterũ horrẽd⁹,quẽ Rex hominũq; deũq;
Iniustos potius conuertat iustus in hostes,
Ipse tibi atq; tuis & amicis cõmodus adsis.
Nanq; ubi diuinum secrete munus habebis,
Diuitibus cunctis opulentior ipse sub ala,
Aptius,aut loculo quouis,nulloq; labore
Quo te cunq; pedes, quocunq; in tẽpore tecũ
Omnia securæ gestabis commoda uitæ.
At si pax iterum nos exoptata reuiset,
Quã prope iam,siquid ueri mens augurat,esse
Credimus,& nobis missum diuinitus iri,
Quo potiore queas tranquillæ munera pacis
Exercere modo: quàm quo seu seria tractes,
Seu tibi sint cordi lusus, & honesta uoluptas,
Vtraq; tum frugi possis tum iustos obire.
Nã neq; auaricies,neq; honorũ insana cupido
Nec qui perturbant reliqui mortalia corda
Affectus,uarieq; mouent, & inaniter angunt:
Illecebris poterunt ullis te uincere,tanto
Præsidio, ac placidæ mentis munimine tutũ.
Sed neq; bellorum diri motus,neq; pacis
Alma quies tantũ moueant te quærere causas
Rerũ adeò obscuras,nec opes, nec cõmoda,q̃
Perpetuò quocũq; uoles tã multa seq̃ntur. (te
Verũ id præcipue moueat, quod munere di-
Hoc ipse euadas tãto,quo maxima possis (gn⁹
Intimaq; ingentum penitus primordia rerum
Noscere,quas facilè haud unquã Natura crea
Ni quis eã exteri⁹ iã nota adiuuerit arte. (rit,
Quę qui scire queat,felix queat haud min⁹idẽ
Esse, nec optandũ quicquã fortasse relinquat
Præterea,quod nõ inuentis talibus ipse
Posthabeat,lætusq; uelit feciſſe minoris.
Mens etenim arcanis solum contẽta reclusis
Gaudet pars nostri melior, nec plura requirit
Cum sese in ueri secessus intulit altos.

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI CHRYSOPOEIAE LIBER TERTIVS.

PRotinus optatos opulenti pul-
ueris ortus
Exequar, hanc etiam solertes
sumite partem
Artifices, animoq; diu uersate
uolenti.
Maxima iam uobis grauium miracula rerum,
Ingenteisq; ausus, artisq; ex ordine summæ
Ignes, & spacia, & numeros, & pondera dicã.
In magnis labor est,necnon par gloria,siquẽ
Respiciunt placido præsentes lumine Diui,
Insequturq; ardens uelut inde accẽsa uolũtas,
Ne uos difficilis rerum experientia turbet,
Neu me dicendi nouitas ingrata retardet.
Tu quoq;, si quid adhuc tibi,quæ prælusim⁹,
Tentarũt pectus,uotis persępe uocata (almũ
Nympha mihi,dudum sacri custodia fontis
Extremam tantorum operum ne desere curã
Hanc nostram oramus. Nec,si quæ maximus
Ille tuus cecinit Vates ornantia supra (olim
Tellurem cõplexa foues, cõtemnere prorsus
Inducas animum, quæ nos imitamur, & ipsis
Illius impressis quæ nunc uestigia signis
Ponimus internæ scrutati uiscera terræ,
Ne uelut ex alto penitus despecta refutes.
Quin uideas siqua pariles ea figere sorte
Conamur paruo uadentes grandia passu,
Sic eat æternum puris tibi leniter undis
Mincius,& tenera prætexat arundine ripas.
Principio spõtis propriæ, semotus ab omni
Sit cura,& uitam tranquilla per ocia ducat
Secretus,latitansq; etiam, cui talia curæ.
Illi sit non ampla quidẽ, sed commoda multis
Tractãdis dom⁹,& uulgo quę abiũcta recedat
Quaq; locis habeat secreta cubicula certis:
Quo nullis aditus pateat: ni forsitan ipse
Iusserit huc famulos non nil inferre minister,
Qui neq; q̃d gestent norint, nec cuius in usũ.
Hic breuis æstiua spaciantem porticus aura,
Et modica exceptũ brumali tẽpore seruent
Atria,continentq; domi,nec paruulus absit
Hortus,ubi uacuum toto se exerceat anno,
Et

Et uelut huic tantùm ſtudioſè deditus inſtet,
Semina nunc olerũ properanti ſeligat ungue:
Nunc eadem excultæ telluri condita mãdet,
Mox animũ, atq; oculos paſcat florentib. her-
Huc etiã ĩterdũ dulceis admittat amicos, (bis
Diſſimuletq;, domi quid agat, gratoq; ſodales
Detineat luſu captos, ſuauiq; lepõre.
Interea non ille tamen ceſſare calorem
Occultum ſinat, Aurigerum ſi fortè locarit
Semen, ubi proprios æui iã compleat orbes.
Aut ſi id continuoq; igni, multoq; labore
Abſtruſum in venis auri perquirere tentet.
Atq; ideo haud ab re fuerit, quæſiſſe fidelem
Muneris egregij ſocium, longiq; laboris,
Interiore domus ſe qui tum parte recondat,
Inq́ue uicẽ partitus onus curanda miniſtret.
Eſt etiam non illa quidem poſtrema beati
Artificis ratio, qua ſe commendet, & ipſum
Dijs op⁹ ęternis, neq; enim ſine numine diuũ
Hęc ueniũt, neq; ad hęc ulli adiſpirare licebit,
Qui non ritè deos ſtuduit ſibi adeſſe precãdo.
Ipſe ego, qui tantùm hæc tenui nunc carmine
Pãdere, ter Muſis feci pia uota, precesq; (tẽto
Intendi manibus ſupplex, & pectore puro,
Vnde mihi inſolitum cælo adſpirare fauorẽ,
Paulatimq; nouas in carmina ſurgere uires
Sentio perq; altos colleis, atq; auia ferri
Per nemora incertus uideor, ducor ſed auẽti
Mente tamẽ, quo fata ferũt, ut prim⁹ amœno
Ex Helicone ſacra referã mihi fronde coronã,
Primus & Aonijs intextam floribus Aram,
Quæ mihi cum fuerit teneris erecta ſub annis
Et Phœbo, Phœbiq; choro, Genioq; potenti,
Stat maris Adriaci ſecreto in littore ducta (dis,
Ad culmen, placidis qua fertur Ariminus un-
Aut rapitur torrens uaſtũ uiolentus in ęquor,
Inclyta dũ ſubter pontis monumenta uetuſti
Præterit, & dulcis undas permiſcet amaris.
Propterea inceptas artis, operumq; labores
Proſequar indictos prius, & fumantia circum
Tecta ferar Diuũm, tenues qui follibus auras
Captant, & liquido diſtendunt ære caminos,
Et iam Cyclopum fremitus audire uidemur
Cominus ingentes, cælumq; incudibus actũ
Murmurat, & lõgo Chalybũ ſtridore liquẽtũ
Inſolitiſq; mihi reſonat mugitibus Aetna.
Seu quis ſementẽ faciendi quæritat Auri,
Seu prius Argenti rectè primordia poſcit,
Noſſe gradus primũ uarios ne ſpreuerit ignis.
Sũt plures etenim, per quos ꝓcedat, oportet.
Sed duo præcipuè, Naturæ eſt æmulus alter
Tranquillæ, aſt alter uiolentæ conuenit arti.
Nititur hic operum immenſa ui trudere ſemẽ
E ſolido innexum miris campagibus Auro,
Cũ prius, ut tibi mox referabo, ſolueris aurũ,
Reddideriſq; humens, necnon & putre, ſuba-
Vt facilè id ualido demũ patiat̃ ab igne (ctũq;
Exhaletq; tumens, atq; in ſublime feratur.
Exemptum fouet ille, nec excedentis adurit
Tum uirtute caloris opus, frigere nec ante
Permittit, quàm ſe mirè componat, & ante,
Quàm ſeſe propria perfectũ ſponte reponat.
Hîc mihi compoſita dedatur mente Miniſter,
Magna etenim referã primũ, tũ plurima fãdo
Cõmod⁹ expediã, quę priſca & barbara turba
Subticuit, quæúe ipſam etiã celaſſe uolentem
Crediderim, aut uerbis neſciſſe potentius uti.
Hæc ideo lingua nunc illuſtrare Latinorum
Auſus, quinetiã numeros his addere conor,
Grata magis doctas ueniãt ut miſſa per aures.
In primis auri lamnas, ramentaúe puri
Accipiens, crebris contundes ictibus, atq;
Pulueris in morem triti, aut fluuialis arenæ
Diminues, longumq; teres, quo deniq; putri
Humore ex ſeſe interius reſoluta liqueſcant.
Proderit huc etiam largos infundere rores
Seminis interdum proprij, ne fortè alienum,
Vt docui ſupra, quicquam miſcere labores.
Ni quòd multa queat cõnectere, forſitã addas
Quodúe etiã ſparſum rebus cõmuniter inſit:
Nam ſimili gaudere ſuo ſimile omne putato,
Atq; etiam exterius ſimili quodcunq; iuuari,
Præſertim cum naturam natura requirat,
Atq; amplexa parem cõtraria cuncta recuſet.
Sic quoq; nõ digitis, aut plectro pulſa, moue-
Fortè fidis, tanquã fidib. tũc aſſonet ictis (tur
Ipſa, quibus fuerit concordi conſona uoce,
In cunctis adeò rerum cõcordia pollet. (par,
Quare id ne pigeat, quodcũq; eſt, quęrere cõ-
Aut ubicunq; latet, ſeu montib. abditur imis,
Vel maris eruitur ſcopulis, aut fontib. hæret
In medijs, alto uel ſe producit olympo,
Seu quacunq; patet, ſeu parte abſcõditur oĩ.
Quicquid id eſt, totoúe orbis ſe corpe miſcet,
Cuius prævalida tam compacta reſoluas.
Ergo ubi iam humeſcent, anguſti uaſis in alto
Fundo compones ipſa hæc non ordine nullo,
Nanq; ꝑ æqua tibi maneãt diſpãſa neceſſe eſt,
Vt calor ex æquo penetrãs per cuncta feratur
Vnus, & ex omni compellat parte uaporem.
Nũc, quibus exceptũ rebus cõponere poſſis,
Inſtituam: Vas illud, ubi perferre calores
Immenſos opus eſt aurum ſic ritè peractum,
Eſt genus indomitæ mirum telluris, Hiberus
Quã foſſor uitreas Italûm trãſmittit ad artes.
Hac etenim argilla fictis uitrarius oIIis
Vitra liquat feruens, eademq; liquentia totas
Noctes atq; dies longo depurat in igne.
Hanc igitur primùm creta compone tenaci,
Qua figulus currente rota ſurgentia profert
Vaſcula, & his pergit gratas inducere formas.
Eſt etiam Euganeis tellus in collibus atra,
Sulphurei ad fontes Aponi quà ſemita ducit.
Nec minus effoſſis puteis quandoq; ſubalba
Eruitur, marmor referens perſæpe uetuſtum.
Quas ut tu cunctas unà coniungere cures,
Eſt opus, atq; adeò manib⁹ miſcere ſubinde,
Vnam quo pariter poſſis inducere maſſam.
Inde ſcyphi ſpeciem oblongi ſimulantia finge
Pocula, queis etiam parua circundare zona

Os summũ studeas, illis aptentur ut altè
Vitrea uasa super tenues captura uapores.
Nec minor illa quidẽ fuerit tibi cura Camini,
Quo ualidũ accendas ignem, multumq́; diuq́;
Accensum summa foueas industrius arte.
Hunc igitur duplici munitum pariete firma,
Compositoq́; aptè limo duc omnia circum.
Nec mihi displiceat uinclis pręcinctus & ære,
Et silice intectus dura, quæ tegmine ferri
Fortior, hoc melius tanti uim perferat ignis.
Hãc quoq; cõtinuo multoq́; foramine cõple,
Vascula quo possis illic tam multa locare,
Quàm multa est operi satis: & q̃ multa labori.
His ita cõpositis, cum primũ accẽderis ignẽ,
Aestuat is clausa rapidus fornace, feritq́;
Vas recta inferius, totumq́; ignescere cogit.
At proprio quõdã species madefacta liquore
Aurea, quis credat? tamen hæc uidere periti,
Soluitur, & spondæ paulatim uasis adhæret,
Mox petere hinc sensim uiri cõuexa uidetur,
Duraq́; quæ quondã fuerat, & densa, grauisq́;
Mollis habet, uolitatq́; leuis, & rara fatiscit.
Quin niueo candore etiam fucata renidet
Principiò, mox cæruleo pallore repente,
Et uiola leuiter tincto perfunditur omnis,
Quæ prius astrorum cæliq́; imitata colorem
Fulserat, atq; Auri fulua perstabat in aura.
Non tamen indiciũ faciẽt hæc una, sed ipsum
Illius interea licet obseruare saporem,
Hæserit os circum uix perceptus amaror.
Indicio est etiam sonus hinc obtusus, & aure
Deprehẽdi haud facilis, necnõ odor haud gra
Sulph. extẽplo paulũ spirauerit atri. (uis, & si
Quid? qd & interdũ liquidã se fundere in un-
Ipsa uidetur itẽ, quæ sursum repserit offa, (dã
Vsqueadeò non grande semel mutarier Aurũ
Visũ est, & superas ferri graue põdus in auras,
Hic liquor est, qui si certo sit tempore lectus,
Bina ministeria ex sese præstabit abundè,
Alterũ, ut hinc aurũ proprij quãdoq; liquore
Seminis infundas, ipsum cũ soluere primum
Cœperis, & prima simul id contrieris arte.
Alterũ erit, quòd cũ hic doctè ímiscebitur hu-
Forsitã aduectas Indo de littore Baccas, (mor
Cum senio obductæ non nil pallere uidẽtur,
Restituet quondã proprio candore nitenteis.
Aut ex arte nouas etiam, si fortè cupido
Id facere incessit unquam tibi, fingere posse
Perspicuo inuenies illo puroq́; liquore.
Qd si quãdo sequẽs rerũ pulcherrima, quod-
Egregiũ meditari op9, & cõponere uelles, (dã
Pulchrũ æque haud q̃q̃, nec tã mirabile pos-
Deligere, humanã qd tũc imitere p̃ artẽ, (sis
Has adeò circum ludit Natura creandas,
Seu cũ se summo pãdũt in marmore Conchę,
Vt genitalis eas anni stimulauerit hora,
Implenturq́; leui cõceptu roris hiantes,
Et grauidæ certo mox edunt tẽpore fœtus,
Aetheriusq́; illis fit candens Vnio partus.
Siue animaduertas, cur non se roscidus unã
Induat in speciem simili conceptus ab ortũ,
Nanq; ubi ros purus cupidis influxerit illis,
Conspicitur toto diffusus corpore cándor.
Turbidus at fœtum prorsus sordescere cogit.
Quem rursus uideas cælo pallere minante.
Quippe illo cõstãt, cæliq́; his maior inest uis,
Quàm maris, hinc uariãt, & p̃ lurore uicissim
Nubilis est illis color, aut pro luce serenus,
Dum fouet alba senis Tithoni Aurora cubile.
Hinc etenim pasci tunc illas cernimus, & cum
Se tempestiuè saturent, grandescere fœtus.
Comprimitur uerò, si fulgurat, ipsa repente
Concha pauẽs, restatq́; minor ieiuna timẽdo.
Verũ si intonuit, pariter compressa pauensq́;
Inflatã uento speciem, & sine corpore gignit.
Atq; hi concharũ uerè perhibentur abortus,
Nam cute multiplici sani constare feruntur,
Et penitus solido compleri corpore partus,
Atq; ita, quo callum reputes id corporis esse,
Quod sale permulto soleant purgare periti.
Id mirum est, cælo tantùm gaudere sereno,
Sole rubere illas, cãdorẽ & perdere, & ipsum
Custodire ideo mersas pelago altius, atq;
Se radij ualeant usquam contingere Phœbi.
Flauescunt tamen, & rugas traxere senecta,
Nec constat uigor ille, nisi durante iuuenta,
Quem petimus, sic his etiã longa officit ætas.
Hæret & interdũ duris uetus Vnio conchis,
Quẽ neq; ab his ualeas nisi forti auellere lima,
Quáquá oís pariter p̃prio sit í ęquore mollis,
Exemptus uerò durescat protinus idem.
At si fortè manum capientis prævidet ipsa
Concha, statim cõpressa operit sese q́; suaq́;
Intus opes, se gnara peti uiolenter ob illas,
Atq; ita præueniens acie proscindit acuta
Sæpe manũ, & pœnas decepto sumit ab ho-
Deniq; quod solers sũmi prudẽtia Vatis (ste.
Esse apibus circa regem miratur, id ipsum
Obseruare ferunt Conchas, ut grandior æuo
Imperet, atq; alias pastum præcallida ducat:
Quæ si fortè capi, nam hæc urinantibus una
Cura est, contingat, palantes protinus omnes
Includi reliquas facile est tum retibus, atq;
Incolumi quo maior erat fiducia rege,
Hoc illis capto subit inconstantia maior, (est.
Vsqueadeò in cũctis ductoré amittere magnũ
Præcipua his uerò dos est, æquissimus orbis,
Cãdor itẽ æthereus, tũ limpidꝰ undiq; lęuor,
Et magno pariter iustũ sub corpore pondus.
Sed satis hæc, nequa uidear cõtendere sũmis
Ipse uiris, meritò sibi qui peperere uirentem
Semper, & in nullo languẽtem tẽpore laudẽ,
Nec mihi certandi ueniat tam uana cupido.
Tu modò, cũ dabitur, collectũ ritè liquorem,
Nam non sæpe fluit, tantos seruabis in usus.
Nanq; illo sparsus pallens prius Vnio candet,
Quin nouus efficitur, si post cõponere cures
Cætera, quæ cura nihilo maiore parantur,
Vt referũt, qui hęc egere & scripsere docẽtes.
Possem multa tibi quærentum inuẽta referre
Artificum,

Artificũ, qui dum res has ſcrutantur, & errant
Nunc huc nunc illuc, alienaq; ſæpe ſecuti,
Quã peterẽt, miranda aliàs, nec cognita pridẽ
Inuenere, quib. fruitur nunc vita repertis.
Vt qui vitra adeò varias imitantia gemmas
Effecere prius, necnon qui Nitra Saleſq;
Iniunxere ſimul lymphis & Alumina primi,
Seiungiq; alijs Aurum docuere metallis.
Vel qui tot nobis etiam oſtendere colores,
Purpureũ viridemq;, aut quo cæleſtia tecta
Interpicta micant, & crebris ignibus ardent.
Seu quem floriferi tranquillo tempore Veris
Lęta maris ſummas ſpargit Galathea p vndas.
Quem facere eximia ſi qua cupis arte colorẽ:
Nanq; illum nobis etiam natura miniſtrat
Inuentum ſcabris in rupibus, hic tibi nulla
Proueniet de parte magis, quacunq; vel arte,
Cærula qui placidi referat Neptunia ponti,
Quàm qui prætenuis flauo detergitur auro,
Hunc adeò ex ſeſe profert & detegit vltrò
Aurea Cyaneo conſpirans aura colori,
Cum floret miræ in morem rubiginis aurum
Suſpenſum ſupra os ollæ candentis aceti,
Marmoreoq; etiam cõpletæ puluere primũ,
Deinde ſimo in putri, iugiue humore repoſtę.
His ergo atq; alijs, quos enumerare colores
Longũ eſſet, cũcta in tabulis ſimulata reponũt
Pictores, quæcunq; procul propiúſue videri
Contigit, vt Priſci mira expreſſere, neq; vlli
Non eadem mirè nunc & pinxere Minores,
Quos meus ingenio cũctos imitatus & arte
Iulius, effingit quicquid natura ſub ipſis
Expoſuit diuerſa oculis, ſeu ſurgere montes
Aerios, imaſq; ſimul ſubſidere valles,
Collibusatq; etiã introrſum protẽdere hiatus
Aſpicias, vacuiſq; ipſos ſe findere rimis.
Seu petere exiguo cõprehẽſos margine cures
Proſpectu latè campos & florida rura,
Fluminaq; immenſas inter currentia terras,
Et maria, atq; lacus, viridiq; in gramine fõtis,
Quo Nymphæ, Satyriq;, & monticolę Syluani
Conueniunt, cæloq; illic & ſole fruuntur
Quiſq; ſuo, varijs intenti luſibus omnes.
Multaq; præterea, quib. artes haud pudet vti
Ceu proprijs reliquas, ſi qua ĩmiſcere metallis
Pergit ritè manus, vt cũ ſpirantia quondam
Aera Myrhõ, vel nũc eadẽ cũ excudere Criſpo
Certat fingendi præſtans & fundere iuxtà,
Multaq; conſtruere, & multa admiſcere, ſuũq;
Sufficere his ignẽ doctus. Nec inaniter illum
Crediderim arcanã meditatũ plura per artẽ,
Qui genus id nuper tormenti ex ære peractũ
Horrendũ miſeris edit mortalibus, altos
Quo murorũ apices lõgè quatit, & graue põdo
Machina terribili iaculatur in aëra bombo,
Quo tellus tremit aſſultans, atq; oppida circũ
Icta procul diro ſtrepitu, ceu fulminis, horrẽt.
Quales attonita ſtupidi percepimus aure
Littore nũc Veneto, Pataui dũ magno ad vrbẽ
Rex ſedet, & latos diuerſo milite campos
Occupat, at cõtrà Venetus ſe exercito intrà
Continet, & varijs arcet terroribus hoſtem.
Sed quid in hæc fando diuerſi venimus? an qd
Nos & agit, q nũc vertit ferox omnia Mauors?
Pierides cõtra contendite: nam neq; vobis
Vnquã aberũt, auſint q talia: ſed neq; munus
Ingratũ eſt qd cũq; paro: nãq; hoc mihi tantũ
Iuſsiſtis, quod & ipſe lubẽs præſtare laboro,
Aequo in his quãuis labor eſt, & gloria diſpar.
Nunc age continuus calor, & ſecretior ignis,
Quo fouet ac reficit ſeſe vis ſeminis intus,
Edetur, tempusq; ſacri geniale Hymenæi,
Perpetuisq; almi ſuccenſa cubilia tedis
Coniugis, & veri Veneris dicentur Amores.
Ergo niuem cùm tu vitro deraſeris auri,
Hanc Hyali paruo rurſus in vaſe repones,
Cuius item modicũ feruenti os obſtrue vitro.
Tum tibi ſeu lapide exciſum formare caminũ
Siue luto fictum, ſtudeas, cui ſubdita lampas
Ardeat aſsiduum producens vſq; teporem,
Quem ſuper impoſitus dẽſẽ cinis aurea ſeruet
Semina, quæ fundo phialæ claudãtur in imo,
Et vitreo dum vaſe diu concluſa coquuntur,
Oſtendant prima varios in fronte colores:
Nãq; ipſum quoniã præ cũctis quærimus atrũ
Poſt quater vndenos ſoles cũ noctibus actos,
Vnde color tota candens educitur arte,
Ex atro ad candentẽ alios extare neceſſe eſt,
Quos ſpectes medios inter contraria ſenſim
Apparere tibi: nanq; hoc natura requirit,
Quo ſibi cõueniat concors, atq; vndiq; tota,
Nec niſi decurſis ſpacijs extrema tenebris:
Omni nanq; dabunt tibi tot ſe parte vidẽdos,
Quot trahit aduerſo ſolis ſplendore colores
Iris, vbi terris cælo incuruata recumbit.
Aut quot ſæpe leui motu variata videmus
Colla referre auium, quas Iuno iungere curru
Ante alias omnes volucres dignata, ſuperbis
Centũ Argi voluit prætexere lumina pennis.
Aſt vbi ſe fuſco perfuderit ipſa colore
Maſſa, putes proprium te ſuffeciſſe teporem,
Quo femella marem ſuaui cõplexa foueret
In gremio: aſt illi ſenſim inſtillaret amorem
Fotus amans, dulciq; ſimul langueret vterq;
Connubio, & ditem proferret deniq; partum.
Hinc ea paulatim pullam deponere veſtem
Incipit, & ſeſe pallenti obducere palla,
Inq; dies minus atq; minus pallere, neq; vllo
Ceſſare interea momento temporis vnquam
Sæpius innumero conſperſa colore viciſsim,
Quin albere iterum maturet fœdere tanti
Coniugij iuncto, quo iam reſoluta latenter
Putruit, & vires quo nunc recreata reſumit.
Hîc igitur ne qua tepidum ſummoueris ignẽ,
Et genitalem intus vim vi ſubeunte foueto,
Ales vt aſsiduè tepidis ſuper incubat ouis,
Naſcendisq; adhibet pullis intenta vigorem.
Quem tu continuè morem ſeruare memẽto,
Hanc vt, dum Phœbi circũ ſe verterit orbis,
Plurimus exacto cõprehẽdat tẽpore candor.

Hæc tibi tangenda eſt duranti deniq; meta,
Hic equus eſt ſoluẽdus, & hîc iam terminat ę-
Quo curſũ tenuiſſe diu lætere laborũ (quor,
Tantorũ, & longum patienter multa tuliſſe,
Ac iam tempus adeſt, quo felix præmia ſumas
Debita, quæ tanto demũ ſudore pararis.
Accipies igitur viui de more ſubactum
Argenti pondus, triquetroq; in vaſe repones,
Quo calefacta ſolent immiſſa metalla liquere,
Cũq; tibi in medio vas ipſum aptaueris igni,
Cœperit & miſſo ſurſum feruescere fumo,
Pulueris exiguam perfecti proijce partem
Deſuper, & tantis ſuccendas follibus ignem.
Nanq; id cõtinuò, quod tu mirere, liqueſcet
Argenti in ſpeciẽ, quam fuſam deinde canali
Anguſto in gracilem videas dureſcere virgã.
Nõ tũ hîc prorſus ſiſtendũ eſt, eia age longum
Ingreſſo tibi reſtat iter, quo pergere cura
Strenuus, & quondã felicem perfice curſum.
Nec mihi det vitio quiſquã, ſi cõdita clauſtra
Naturæ reſerare nimis, vel inutile forſan
Humano quicquam generi proferre videbor,
Cum, veluti cunctos auro diteſcere vellem,
Ipſum qua fieri poſsit ratione docere
Tentabo, abſtruſum quod ſic natura ſub imis
Mõtib. occuluit, quo gens humana p omneis
Id peteret patiens atq; exantlata labores,
Quóue vno precijq; modũ ſummãq; tenerẽt
Morales, illoq; foret mutatio rerum
Aequior, & varias inter cõmercia gentis
Apta magis. Quòd ſi certa produxerit arte
In lucẽ id quiſquã, vulgoq; vt pergat in vſum,
Fecerit, atq; ideo precioſum vt vile putetur,
Cõtinuò exciderint reliquæ tã ſegniter artes,
Quantũ hæc extulerit caput indefeſſa, neq; ip
Fortè pater curis acuet mortalia corda (ſe
Amplius, inde graui paſſus torpere veterno
Omnia, vel potiꝰ ſceleratũ mox genus omnẽ
Iuſſerit humani ſpeciem mutare decoris,
Ipſum autem, vt varijs agitauerit antè periclis
Autorem ſceleris tanti, aut detrudet ad orcũ
Fulmine, vel celſa religatũ in rupe perennes
Aeternũ pœnas coget dare: nam q̃d Olympo
Oſſa ſuperpoſitus, necnon & Pelion Oſſæ
Cœumq; Iapetumq; magis ſęuumq; Typhœa
Finxerit horrẽdi Iouis ira, & fulmine dignos?
Aut magis ętherei ſubductus ſedibus ignis
Caucaſea meritũ volucriq; & rupe Promethea
Quã, q̃ hac imprudẽs aurũ inuulgauerit arte,
Dignus erit pœna ſimul vt multetur vtraq;?
Cauerat hac princeps re forſan Claudius vna,
Flexibile vt fieret mirando examine vitrum,
Detraheret ne q̃d precia olim impoſta metal-
Vidit idẽ inferior lõgo pòſt tẽpore Cęſar (lis.
Ipſe etiam fortaſſe, artis cum perdere tantæ
Artifices voluit, iuſsitq; exurere librum
Multorũ aggeſtũ cumulũ, dum fortè peragrat
Milite cõpoſito Aegypti ditiſsima regna,
Et timet imperio Romano prouidus arte
Ex illa, & multis opibus tunc inde paratis.

Quin fruſtra Phaunꝰ Pico ſatus, & Iouis almꝰ
Ipſe nepos, merita ferretur laude, quòd olim
Primꝰ ad Heſperios ſpecubus de ꝓmpſerit al-
Argenti latè venas, primusq; per ipſum (tis
Aurum aditus tantos tellure recluſerit ima,
Horum conditio ſi qua vileſceret arte.
Verùm id non agimus: nõ omnib. oĩa nanq;
Scribimus, hac tota vulgus ſed parte peroſi
Ludimus, & ꝓcul hinc certũ eſt arcere ꝓfanũ,
Et terrere etiam ſcriptis, ne attingere ſenſu
Speret, quę paucis canimꝰ prudẽtibus, & quę
Non tanq̃ artifices, ſed vt olim cætera, tanquã
Scrutantes opus id naturæ, dicimus, & quæ
Vix illis pateant magno percepta labore,
Qui moniti nobis digniq; ad tanta vocantur.
Præſertim cum ritè volunt indicta relinqui
Nõnulla, aut dici ſcelꝰ eſt ea quippe nefandũ,
Ni penitus cæcis ambagibus inuoluantur.
Ac nõnulla etiam (quod parcè nos tamẽ vltrò
Fecimus) interdum ſparguntur falſa: neq; illic
Omnia præcipuè credas tibi vera referri,
Ars vbi ſecretos duci tentatur in vſus,
Atq; vbi quo pacto ſeſe experientia promat,
Prodimus addicti perplexæ legibus artis.
Quin vbi naturæ vires aperimus, & artem
Illius aſſeclam decernimus, atq; vbi primùm
Eſſe hanc, mox quę ea ſit, oſtẽdimus, oĩa paſsi
Vera tibi porrò occurrẽt magis, & magis inde
Omnia percipies, quæ ſunt ducẽda ſub vſum,
Quã illinc, artis vbi nobis modus ipſe doceri
Eſt viſus, noſtroq; parens fieri documento.
Nec fuit hæc fandi tantũ ſententia, quantum
Hîc mihi neſcio quis furor incidit, vnde faueti
Numine non trito ductarer calle ſub alta
Culmina Pieridum, lętosq; inuiſere colles,
Et fontes haurire ſacros, & carpere frondes
Sperarem, doctæ iam præmia frõtis honeſtæ,
Atq; adamata mihi, & multos quęſita ꝑ ãnos.
Hæc nam ſollicitas inhibent ſolatia curas,
Hic amor, hæc vacuã tenet oblectatio mentẽ,
Gratiaq;, atq; vna hæc aĩm cõplexa voluptas
Explet, & hinc totũ percurrũt gaudia pectus
Gaudia Caſtalidum dono conceſſa ſororum.
Ergo hinc digrediens edico, ne quis ab igne
Amoueat, qd̃ rexit opus, ne fortè remittat
Conceptum durante diu virtute calorem:
Sed contrà intendat potius, quo ꝑferat ipſum
Tacta manus tamẽ artificis, ne qñ mouentem
Vim ſeſe excedat calor, at tam iugis & equus
Perduret, quàm læta illum natura ſequatur.
Ergo, quin pergas, tũc te mora nulla retardet,
Deſieris cum iam vlterius proferre nitorem
Sperati & demũ iam tum candoris adepti:
Sed tamẽ vt properes obſtet patiẽtia ſemper
Fida comes, quæ te pariter ne lõga moretur
Ipſa dies, faciat. neq; enim tibi tẽpore parta
Tanta breui ſperes, quæ ſi cõquirere poſsis,
Nulla aquè q̃renda alia, aut optãda relinquas.
Hîc itaq; vlterius poſtquã proceſſerit ignis,
Nõ vnus color, aut facies ſpectanda, ſed antè,

Quàm

Quàm tibi purpureus se ꝓferat ipse videndū,
Paulatim croceo perfusus candor amictu,
Et variè immutans, totū durabit in annum,
Cum ruber ostendi mox cœperit, atq; sub altā
Perspicuus florere cutim, violæq; rubenti
Asimilis, iuxtaq; nitens Tyrio hyacintho.
Haud tamē hic etiam sistas, sed protinus vltrà
Perge, nec à recta, qua te via ducit, aberres.
Tum tibi ne in mentē veniat, nec suadeat vllꝰ,
Vt quicq̄ immutes ignē, ni fortè parumper
Intendas, quē ferre tamen vel tangere possis,
Cum libet, illæsus, quę fit tibi meta, modusq;,
Quo nihil hoc toto seruandū tēpore credas
Esse magis: nāq; hoc naturā imitabere tantū.
Cætera, si pecces aliq̄d, vel fortè relinquas,
Corrigere, aut rursus cōponere, nil ꝓhibet, si
Rectè animaduersa hæc pridē, & q̄sita fuerūt.
At si desistas, quo vis intermoriatur
Ignea, continuo quę fœtū fomite pascit,
Nil agis, & subitò cum primùm desinet ignis,
Cuncta ruent, quæ non vlla reparaueris arte
Amplius, ac frustra tentes fulcire ruinam.
Verùm si contrà studeas augere calorem
Impatiens, pigeatq; moræ te, protinus illud
Amittes, longo quod dudū tempore quæras.
Propterea assistens operi bombycina lychnis
Nunc ipse imponas filo contorta trilici,
Nunc oleo demissa leues, eademq; retorto
Profer acu, aut putres cōtūdas forcipe fūgos.
Contemplator item, cum se mutauerit aër,
Sumpserit & vires iam tempestatibus æquas,
Si media, vt par est, torrenti æstate calescet,
Et tuus hic etiam nolens augebitur ignis.
At si frigescet gelidis Aquilonibus aer,
Et tuus hic etiam nolens sedabitur ignis.
Tu verò, si frigus erit, mox addere primis
Fila tribus sapiens accingere, quæ tibi speres
Esse satis, sed si æstatis supereminet æstus,
Occurras, demasq; celer quæ adiūxeris antè.
Aut latera extēplò attenua nimis ampla cami
Et graciles illi spōdas aptare labora. (ni,
Aut contrà, tenuis paries vbi fortè maligna
Ex sese admittet vel rimis frigora, limo
Tum latera hæc eadē crasso duc omnia circū,
Quaq; potes iussum cōserues arte teporem.
Nec pudeat cribro cineres agitare, neq; ipsos
Ampullam circum tenues aptare tepentem
Interea, quando videas inolescere fœtum
Scilicet, & densum magis affectare ruborem,
Tertia quo tandem veniat feliciter æstas,
Quæ tibi præteritos demat perfecta labores.
Nam simulac plenū color effert purpureus se,
Cunctandū nihil est, quin puluis vase beatus
Dematur, variosq; tibi seruetur in vsus,
Cætera siue velis auro mutare metalla,
Seu libet affectis etiam mortalibus esse
Auxilio, & tristes illis depellere morbos.
Haud tī exactè quisquā sic cōputet annos,
Vt nil diminuat numero huic, nil insup addat.
Nam seu materies habilis quandoq; reperta
Acceleret cursus, eadē non apta retardet,
Seu calor intēsus paulo minꝰ aut magis equā
Mensurā exuperet, variet tēpúsue, locúsue:
Hinc tibi, si spectes, ratioq;, & causa patebit,
In longum tanti spaciū quæ duxerit ortus,
Fecerit aut breuius: neq; enī quē septimꝰ edit
Mēsis, erit fallax hoim partus. Nec & hūc, quē
Protulit vndecimus, non verū dicere possis,
Quanq̄ hęc in superos soleāt & in astra referri.
Sunt qui deinde tamē non paruis ignibus illū
Noctes atq; dies septē in fornace perustum
Detineant, donec magis hic densetur, vt aiūt,
Quod tī haud omni sapiēs ex parte probarit.
Nā facere haud quicq̄ simile huic natura vide-
Cœperit at si quē, seruat mox vna tenorē (tur:
Semper, & incepto quæ sint diuersa refutat.
Hęc tibi quo totū peragāt, quē circūagis orbē
Rectius, integri, moneo, ne spreueris anni
Obseruare tuis in rebus tempora passim.
Ac, si me quicquam studeas audire, sub ipsum
Ver adeò incipies, quo totus parturit orbis,
Et quo se cunctis aperit natura creandis,
Cuius ad arcanum componas cuncta tenorē
Me duce, quod monui semper, ne calle relicto
Illius, à recta quoquam discedere tentes.
Vere igitur tum vitra tibi conflare iubeto,
Vere etiā formare luto atq; aptare caminos,
Cū desęuit hyems, ac dum nō impedit æstas,
Vt quāuis validos pertractes cominus ignes.
Forsitan hīc numeros quæras, & pōdera rerū,
Quas tibi cōstituas, opus id q̄ perficis, antè.
Verùm si reputes, tria sunt primordia tantū:
Dehinc duo, dehinc etiā, rectè si videris, vnū
Tantū erit, & solo triplex cōstabit in auro.
Quin ipsa hæc vno cōprehēdas pōdere cūcta:
Nam nihilo distant inter se iuncta, suumq;
Quodq; sibi alterno permutat pōdere pōdus.
Quæ tamen exactè prorsus sic omnia tractes,
Vt neq; tam tenui numero subducere curent,
Ac neq; tā modica perpēdere lance minutim
Hi, quibus argento mirè secernitur aurum,
Instrumēta quib. maneāt, quæ tēpla vocātur.
Nam tēpli faciē præstant circundata vitro,
Et pedis vnius modulo constructa decenti,
Quo nusquā tenui penetret vi spiritus, atq;
Hic erecta bilanx præceps immotaq; perstet.
Atq; ideo argenti massæ, quę cōtinet aurum
Infusum, drachmā capiunt, quā rursus acuto
Incîdunt ferro, mediamq; illius in acris
Diffundunt latices partē, mox illa virentis
Particulas auri linquit resoluta per vndas,
Hæ propria nigrę ad fundū grauitate ferūtur,
Quas illi excipiunt, & parua lance receptas,
Exiguo quocūq; leues sint pōdere, pendunt.
Subductisq; ipsis, dū qd sub parte repertū est
Tunc aurū, artificis miro solertia ductu
Cōputat, in toto reperit quæ summa resultet.
At quanquā numeris, opus est, vtare minutis
Vsqueadeò, vel pōderibus, satis attamē vna
Tantū electa tibi fuerit tribus vncia primis

Ex illis, quam tu, vt docui, sic ritè gubernes:
Aut si fortè duas sumis, nil amplius addas.
Nam te, quod superest, etiá nonnulla docebo,
Quæ tibi cum fuerint alta sub mente reposta,
Noris, cur modica contentus parte labores.
Hîc ego non fictis, quæ sunt tractanda, figuris
Eloquar, & longis obducta ambagibus edam,
Quæ quondam artifices ipsi celasse fatentur
Consultò, tanquam veteris mandata Sibyllæ.
Extremo huic igitur prudens ne cede labori:
Nã breuis atq; artis minimæ est, sed diuitis v-
Ergo vel in primis fuluo cõfũde metallo (sus.
Confecti paulũ medicaminis, idq; beati
Pulueris actutum præ se vim ferre videbis.
Vel grauidũ puro semen cum rursus ab auro
Haud facili & multa extrusum collegeris arte,
Qui modus ex illis, quę pridẽ exegimus, extat
Expressus satis, & fari non omnia par est:
Huic tu purpurei partẽ mox pulueris æquam
Immisce, atq; illis lentum succende calorem,
Ac geminos illas etiam simul excoque mẽses,
Quo seriem spacio cunctam prodire colorũ
Peruideas, qualem ternos miratus in annos
Videris, atq; breui sumas, quæ maxima longo
Tempore iam tota quæsisti sedulus arte,
Idq; iterũ atq; iterũ facias, quotiesq; peractũ
Id fuerit, toties vires illius, & ipsum
Pulereũ exauctes cumulũ: nanq; ocyus ipse
Crescit, & hinc aliam sumit, retinetq; priorẽ
Virtutẽ crescentẽ etiam: nec credere vanũ est,
Illam adeò interdũ priscis autoribus auctam,
Ipsius vt tenui proiecta parte per vndas
Aequoris, argentũ si viuum tum foret æquor,
Omne vel immensũ verti mare posset in aurũ,
Neptunusq; supra diuos ditissimus omnes
Tum fieri, & strato lusum Nereides auro
Ire super, puro siccantes sole capillos
Cæruleæ, quo non alius color aptius auro
Hæret, & æthereo cui plenè conuenit aurũ.
Hæc super aurifera non inuidus arte canebã,
Dũ ferus Ausonię populos agit vndiq; motus
Atq; rapit resides & longa pace quietos
Arma p, innumerasq; immani vulnere cędes,
Horrendũ in facinus, quo mistũ ignobile vul-
Principib9, rerũ q̃b. est pmissa potestas, (gus
Præcipitat, stupidisq; necẽ mortalibus atram
Ingerit, atq; ipsa grauiores morte labores.
Illo Augurellum me tempore tutus habebat
Adriacus bacchante sinus per cuncta furore
Barbarico, magnæ vel cũ primoribus Vrbis
Versantẽ, aut studijs Musarũ multa vacantẽ,
Carmina qui fidib. iampridẽ aptare canoris,
Tũ doctos salibus Sermones spargere puris
Tentaui, & demũ iam rectos ausus Iambos
Edere nũc lusi somno velut excit9 arcto, (uãt.
Qua data porta inter geminas, quę somnia ser
Cornea nec nobis patuit, nec prorsus eburna
Emissus cecini falsis insomnia verbis.

Chrysopœiæ Finis.

IO. AVRELII AV-
GVRELLI AD PETRVM LI-
pomanum Hieronymi F. Venetum P. Ge-
ronticon Liber primus.

SVnt cordi Musę nobis, sunt car
mina curæ,
Cætera, quæ vacuá tenuissent
gaudia mentem,
Omnia nũc semota, refert hæc
vna voluptas
Quicquid dulce olim sensũ percepim9 omni.
His ergo hanc grati secretam ponimus aram,
Hîc Hederæ & Lauri, necnõ & amœna vireta
Apricos inter colles, hîc Myrtea sylua,
Et Veneri sacer est lucus, nec grata Lyæo
Mitis abest pendet quæ spissis vua racemis.
In primis sternenda mihi est auro area multo,
Tũ cœptæ è solido surgẽt Adamante colũnæ,
Queis altè supra impositũ consistere tectum
Instituam gemmis ornatũ grandibus, atq;
Aeternis densi vinctũ compagibus æris,
Iam quibus inter se nexis non vlla vetustas
Offuerit, quanq̃ validis conatibus obstet.
Stabunt in medio diuæ, templumq; tenebũt.
His ego dehinc cœtu vatũ comitatus honesto
Dona ferã, non quæ vulgò cõsueuimus illis
Offerre: at rerũ prorsus rarissima quęq;
Nobilium, quales tantùm seponere summi
Electas omni è numero potuere poetæ.
Tuq; ades ô gẽtis Lipomanæ digna propago,
Et rara iuuenis virtute ac moribus aucte
Eximijs, summa quæ cæli sede profecta
Eueniunt, rectaq; solent sub mente reponi,
Tu mihi te vacuũ da nunc, & pectore puro.
His ego te sacris adhiberi, & fungier opto,
Quæ tibi nunc vni nobis cõmissa parantur.
Ergo humeris primũ vestẽ hanc candentib. al
Induere, & mecũ tãtis accingere reb9, (bam
Adsistensq; mihi puris è fontibus hauri
Diuinum laticem, ac manib. cape lilia plenis,
Collectosq; vnà vario de cespite flores.
His demum latè, dum verba precantia fundo
Ipse hæc Musarũ dudum Phœbiq; sacerdos,
Sparge solũ, & suaui cõpleto cuncta vapore.
Phœbe, nouẽ circũ quẽ numina sancta sororũ
Semper habent, diuisq; illic Pæana canendo
Aeternã interdũ spargunt mortalibus auram.
Vnde vigens sumit dias in carmina vires
Spiritus, & summo deducit ab æthere vatem,
Illius huic haustum fas sit sperare precanti,
Qui tibi toto animo primis famulatur ab ãnis.
Is tibi candentem taurũ niueamq; iuuencam
Constituet Musis sacrũ, viridemq; quotannis
Appendet templi medio sub culmine Laurũ.
Atq; ignẽ hunc vobis, quo ferués ara renidet,
Et dabit, & longa lucentem ætate fouebit.

Vos

Vos rata iam nutu facietis cuncta benigno.
Hæc prȩcor: at tu etiã ſupplex in vota pcesq;
O iuuenis, quem mox ſuperi ad maiora reſer-
Inſinua temet diuinis, omnia quãdo (uant,
Ritè tibi ſunt acta: deus nãq; omine certo
Annuit, & liquidis fulſere altaria flammis.

AD LEONEM X. PONT. MAX. ASCENſus primus ad Deum.

Am multa mecum conor, & voluo diu
Promiſſa ſi qua parte perſolui queant,
Quæ ſancte quondam fecerã pater tibi,
Vbi occupatas detinebam paruulo
Aures libello forſitan ineptus tuas,
Arcana quanuis ederem illic Dedalæ
Naturæ, & artis præpotentis munera.
An non ineptè facere ſum viſus quidem?
Cum mira apud te illa fore tum confiderem
Vecors, videri cui poteſt mirum nihil,
Humanitatis cum ſupragreſſus modum
Humana pariter cuncta parui feceris
Statim, nec humile, imúmue cogitaueris
Quicquam, ſupremæ ſedis vt adiſti gradus,
Diuumq; iniſti tantus in terris vicem.
Sed hæc fuere. Nunc quod inſtat, pergimus
Tuo fauenti concitati numine
Ordiri, & ea, quæ pollicebar, reddere,
Vt quimus, vtq; ſpiritus cælo potens
Afflat puſillis. Tu ſerena videris
Hæc mente ſuppliciter precamur, qua ſoles
Quæ offeruntur cunq; tibi, neq; abnuas
Impendere mihi paululum interdum moræ,
Hæc donec intus intuens, inſpexeris
An fortè rectà tendimus per arduum,
Quod nunc inimus hos ad aſcenſus, iter.
Non eſſe, ſecum dixit inſanus, deum
Excorsq; & impos mentis, expers conſili,
Rationis, ac pietatis omnis indigens.
At eſſe ſapiens mente primùm concipit,
Dehinc voce clamans ſplendida palàm facit
Non eſſe tantùm, ſed potente dextera
Eum tenere, regereq;, & nutu ſuo
Quæ cuncta fecit, temperare, & omnibus
Adeſſe vbiq;, & imperare ſingulis.
Verùm haud leue eſt videre quos ſcandat gradus:
Hæc quiſquis animo verſat, & tendit ſupra
Id, quo poteſt nunquam vlla vis mortalium
Conata ferri, ni ſuperna cælitus
Spirarit aura, ac illius niſi fauor
Præſtò ſit, ipſa cuius hæc perquirimus
Dicenda, nullo non furore perciti.
Pauor tremorq;, cui comes reuerentia,
Qua non ſit alia maior, hinc & hinc premunt,
Nosq; admonent ſic paruulos, põdus graue
Et impar humeris haud ſubire. Verùm amor
Potens inacceſſa olim facere peruia,
Cum ſpes fidesq; prodeunt illi obuiam,
Hortatur, atq; penè cogit ingredi
Orationis intimæ latens iter.
Quid ergo agam tu mi impera deus meus,
Rex vnus omnium, ac herus ſolus mihi.
Iubésne domine? forſitan quidem iubes:
Nam nõ video vt aliunde ſpirari hæc queant.
Experiar igitur, tu, precor, cœptis faue,
Volensq; & adſis, & iubens præſis mihi,
Si noſtra non ſuperbit hæc precatio.
Teſtantur opera te tua, enarrant poli
Tuam per orbem indeſinenter gloriam.
Eſt nam quis adeò, cum ſuperna ſuſpicit,
Vecors rudisq;? qui ſtatim non cogitet,
Ac voluat ipſe ſæpius ſecum ſtupens,
Quæ, quantaq; uideat, quibus vel orbibus
Ferantur illa, aut quas viciſſitudines
Seruent ratorum conſecuta temporum
Semper tenorem, legis haud caſu datæ
Iuſſu, ſed vna æquante prouidentia
Cuncta hæc benigno diſtributa munere.
Quis rurſus orbis cæteras partes videns,
Interq; verſans, deſinat mirarier
Terræ patentem ſubiacentis ambitum?
Fuſumq; ſupra continenter aera,
Terræq; circum margines fuſum mare?
Et quicquid hæc exornat, atq; in his ſimul
Vitam peragit, vt omne ſtirpium genus
Quæcunq; ſe tollunt humo, & quę veſtiunt
Telluris almis æmulam gemmis cutim?
Vt multiformis ac vagans animantium
Proles per amplos ſparſa tractus vndiq;
Terræ marisq; creſcit, & ſemper ſua
Vi fertur vna, qua poteſt, & qua prius
Natura proprios impetus illi dedit.
Adde his liquentis lucidosq; fontium
Fluxus, & altis amnium curſus vadis
Ripas amœnas inter, inter collium
Aprica, & herbis ſuauibus virentia
Camporum. At imas montibus ſubſidere
Valles, & altos erigi conuallibus
Montes ab imis, limpidos ſterni lacus
Subter virentum rupium cacumina
Quis non, ſerena mente qui ſit præditus,
Miratur? Aut cui non quoq; eſt miraculo
Immenſa marium littorumq; vaſtitas,
Et inſularum varius ac gratus ſitus?
Quicquidq; tandem reddit & ſeruat decens
Ornatus orbis omnium pulcherrimus?
Quid? ſi quis ipſe ſe intus, ac extra æſtimet,
Et alterum ſe tum eſſe mundum ſentiat,
Opusq; ſummi opificis ac munus ſciat,
Deumq; propè, id eſt illius ad imaginem
Et ſimilitudinem editum ſe nouerit,
Diuinitatis qui capax, ſapientiæ
Ac mentis æquè particeps ſit, dotibus

Et extet animi ac corporis tantis valens,
Pro dignitate ut sedeat, ut stet, ut ambulet,
Oris venustas agilitasq; totius
Vultus vt illi gratior cunctis siet,
Vis insit animi tanta, tanta celeritas
Mentis, vigorq; tantus, & solertia,
Qua penè cuncta suggerente discutit.
Hæc si quis, inquam, serius secum putet,
Emittet illam forsitan vocem simul
Cum vate summo gentibus palàm canens:
Quàm magnifica sunt opera rex regum tua,
Sapientia in tua creasti singula.
Quin illud etiam sentiet verum legi,
Diuina quæ sunt, cum videri non queant:
Hæc posse in his considerata conspici,
Quæ fecit ille. Nam relictus vnicus
Nobis ad illa est hic gradus, magno datus
Scandendus olim Mosi, vt antè cerneret
Quæ facta, non qui fecerat, sed cum illa, quæ
Fecisset opifex summus ac pater omnium
Immensus, incomprehensibilis, vnus potens
Efficere, quæ fecit, eademq; perdere,
Vt vult: ea, inquam, cum potenter omnia
Voluisset animo prouidus vates suo,
Ex his adiuit omnium rerum vltimam
Et ipse causam primus, vt homini datum est,
Dum vita superest: hic enim faciem dei
Dum quærit auidus inspicere, vocem audijt
Dicentis, Haud faciem videre quiueris
Meam, sed hoc te sub cauæ rupis loco
Sistam, manuq; protegam, dum transeam.
At inde cum post auferam petra manum,
Videre posteriora tunc mea poteris.
Haud ergo quisquá, quæ assequi sensu nequit,
Diuina quid sint quæritans, intrinsecus
Rimetur ipsa, vasculo ne clauserit
Immensa maria, ut indicatum constitit,
Dum quærit illa maximus rerum quidem
Scrutator olim. Propter alti littora
Maris vndisona tendebat inquirens grauis
Sensus, & amplum Trinitatis ambitum
Aurelius, in his totus, ac solis vacans,
Quæ cogitabat, fortè nec tunc exitum,
Habebat vnde inueniret anxius,
Cum dulcis illi visus est infantulus
Paruam tenella sustinens concham manu,
Vastiq; lympha marmoris complens scrobē,
Quam pronus ipse fecerat sibi prius
Solis digitulis paruulisq; nixibus.
Quod ille cernens, Ecquid, inquit, cogitas
Puelle tantos æquoris fluctus cauo
Telluris isthoc tantulo concludere?
Cui puer, Et ipse quid facere leuis putas?
Qui te illius, qui cuncta soluscontinet,
Vllo nec ipse continetur, expetis
Fieri capacem, dixit, atq; protinus
Nubes per altas prodiens, euanuit.
Est vnus ergo congruus nobis modus
Intelligendi, parte qua quimus, deum,
Per illa, quæ iam facta sunt: nam sensibus
Et ipsa capimus: mente deinde sensuum
Sequace, tantorum creatorem vnicum
Sentimus intus, credimus, complectimur,
Amamus, illi charitatis vinculo
Tenemur adstricti, illiusq; deniq;
Aeterna meritis consequi confidimus.
Adscensus hic est, quo crearat primitus
Nos magnos orbis vniuersi conditor.
Vt vita præsit sensui, mentem ante eant
Sensata, visis cognitisq; exordia.
Nam cum virentibus arborum terram comis
Ornasset, atq; floridis herbis solum
Strauisset, atq; vt vberes fructus darent,
Mandasset, his est vita tum primis data.
At cum vel vndas, aeráue, vel aridam
Animantibus complesset, illa sensibus
Et appetitus aucta vi mox reddidit.
Cum verò solers vltimò & mirum genus
Fecisset hominum, mente quamprimū valens
Effecit illud, non eis quoquam tamen
Vsu remotis, quæ dedisset cæteris.
Quod eius etiam iussa declarant statim,
Deum, inquiunt, ex corde toto diligas.
Quòd inde vita, fonte ceu, nobis fluat.
Anima ex quoq; tua tota, id est sensibus
Cunctis, & appetitu, vt ipsa est initium
Animalia vnde dicta sint: ex deniq;
Tota tua etiam mente, qua sola omnibus
Præstamus his, ubiq; quæ terras colunt.
Hinc ergo per quæ viuimus, per quæ vndiq;
Sentimus, & per quæ creauit omnia
Summusq; & vnus vniuersi conditor:
Hunc acie mentis esse apertè cernimus.
At éstne fortè consequenter altera
Tui sequendi & assequendi semita
Clemens, misericors, omnibus præsens deus?
Hanc ipse nobis cognitam reddas, & hac,
Si qua est, precamur supplices, nos ducito.
Est nanq; quippe, & omnium potissima.
Aduersus excors ierat humanum genus
Mandata quondam, ac inquinarat omnia
Vnum futura secla commissum scelus.
Illoq; cuncti sempiternis luctibus
Pœnisq; eramus destinati crimine,
Cum nos tuentem maximū è cælo patrem
Immensa mouit charitatis copia.
Natumq; nostra pro salute vt mitteret,
Effecit, illi tanta tum benignitas
Fuit, misericors tanta tum clementia.
Versatus ergo est ille nobiscum diu
Hic inter homines, inter ignaros deus
Homoq;, summi patris vt testis foret,
Foretq; nobis veritas, & semita,
Qua tenderemus ad supernam patriam.
Testes at ipsi essemus excellentium,
Quas ille res hîc egerat, nosq; omnibus
Illas per orbem panderemus singuli.
Hic sanctitate puriter vitæ diu
Actæ, ferendis ille in vulgum vocibus,
Quæcunq; frugem comparant nobis bonā,

Doctrina

Doctrina at alius atq; scriptis, mystica
Quæ sensa magnis eruunt sacrarijs.
Et qui volentes sanguinem ac vitam pij
Fudêre cruciatus per omnes antea
Ducti, labores inter ac angustias.
Et quisquis alto pectore hunc tandem gerit,
Amoris arcto colligatum vinculo.
Ipsumq; præter expetens vnum, nihil,
Testatur eius mira, quę fecit patris
Suoq; semper prædicanda nomine.
Quorumq; prorsus inscius rerum prius
Quid ipse dicam? quid secundũ prosequar?
Sic magna cuncta sunt, & excedentia
Humanitatis singulos captus simul.
An cum relictis inscijs parentibus
Iam natus annos nobilis duodecim
Inter peritos sedit in templo puer
Eos, quod esset omnibus mirum, petens
Et audiens? an quæ deinde nuptijs
Miranda fecit, vina permutans aquis?
Vel cùm precanti regulo dixit, Tuus,
I, natus etiam viuit, ac illa quidem
Iam morbus hora sospitem reliquerat.
Quid hæc ad illa, quæ sequuntur, dixerim?
Hæc mira quanuis sint & ipsa maximè.
Surgit vocatus illicò ægrotans senex,
Ferensq; sanus lectulum perambulat.
At cæcus is, qui viderat nunquam, videt.
Ex quinq; panibus, & duobus piscibus
Iesum sequutus redditur vulgus satur.
Puella saxis verberanda publicis
Detenta summo liberatur iudice,
Peccaret illa ne tamen quid amplius.
Iam penè putridus excitatur mortuus,
Et inter homines, vt prius, versans sedet,
It, loquitur, audit, esurit, sitit, palàm
Quæcunq; viuens fecerat, rursus facit.
Verùm quid infans ipse nunc ausim loqui?
Quæ nec piorum maximus cœtus virûm
Explere pleno cunctus ore quiuerit.
Hæc finis ergo: nanq; peccator miser
Quónam per illa pergerem loquens modo?
Quæ mortis atq; passionis vltima
Tuæ fuerunt impiæ mysteria,
Nostrûm redemptor omniũ promptissime.
Quænam pauenti suppetent voces mihi?
Quibus feratur concitus terris tremor,
Lunaq; lumen abditum, solem datas
Circum tenebras, conditos suis patres
Surresse monumentis, & in sanctam vndiq;
Veniisse ciuitatem, & illic pluribus
Apparuisse post secutam gloriam
Tuam, subacta morte. Sed quis omnium
Oculis potius hîc lachrymas dabit meis?
Vt flere possim traditam duram tibi
Necem ab nefandis impijs mortalibus,
Quorum salutis veneras huc gratia.
Dabit quis, inquam, lachrymas mihi, quibus
Tuos ad imos procidens pedes fleam,
Tuos solutis lachrymis lauem pedes,
Exosculer flens, abluamq; vulnera,
Inflicta sancto tam nefandè corpori?
Te præter vllus non dabit, nullus mihi
Ostendet, vnde verus emanat liquor
Vitæ, nisi tu. Nullus, vt fleam miser,
Docebit, atq; nullus, vt læter, dabit,
Te præter. Vt commissa nunc fleam mea,
Da pater, vt orem, vt seruiam soli tibi,
Complectar vt te, cætera vt nihil putem.
Concede mentem iussa seruandi tua,
Et ex iniquis exeundi semitam
Ostende, qua te sedulus solum sequar
Emancipatus vnico tantùm tibi.
Vt memet abnegem ipse, quam tollam crucẽ
Ostende mi nunc, postmodũ vt læter, dabis,
Voles vt ipse: nam voluntas maximè
Tua hîc, & vsq; fiet, & per omnia
Semper, neq; vlli placeat id, quod displicet
Tibi, neq; vnquam. Tu salus solus mea,
Seruabis ergo, cùm vias ostenderis
Salutis ipse, cùm mihi præsens dabis,
Vt nocte tecum promptus, vt tecum die
Sim semper, vtq; supplicem volens tibi,
Ne quo remittam temporis puncto tuum
Nomen, quod extat omniũ nomen supra,
Ardente Iesu charitate prosequi.

QVADRAGESIMA.

ERgo animi interea semper pendebis? & vnde
Incipias semel, ignoras, cõponere mentem?
Ne tibi continuis tot fluctuet anxia curis.
Semp idẽ ꝓgressus iter, nunq; hæc bona lõgè
Sepositа, & nobis adeò distantia cernes?
Quid differs? quid te varijs ambagibus istis
Implicitũ inuoluis magis, & magis ingeris vl-
Nõ breuia attẽdis vitę momẽta caduce? (trò?
Nõ qđ & hîc oẽs peregrè ꝓducimur? & qđ
Mox aliò nobis properandũ? vbi sistere tandẽ
Aeternùm sit opus, penitusq; recedere nulli,
Atq; bonos illic factorum præmia rectè
Accipere: at sontes vitiorũ pendere pœnas:
Sed non quas vulgò referũt perferre sub imis
Manibus, æternos ignes, aut frigora dira,
Sint eadẽ & maiora etiã tormenta licebit:
Verũ qđ multo horrendũ magis igne, vel õni
Iactura est grauius, nullas visendus in horas
Ille opifex rerum, visu quo sancta fruuntur
Pectora, quæ terris valido se tollere nixu
Iam potuere suo, superumq; recondere cœtu.
Forsitan heu dubitas operũ tibi conscius vllã
Spem fore, qua fretus valeas hæc tãta mereri.
Ne dubita: nam nulla cupit rex damna suorũ,
Quos quõdã è nihilo, qđ erat bon⁹ ipse piusq;
Fecerat assimiles cũctos sibi, deinde qđ atrã
Ingressos nebulã, recta, quã ostenderat illis,
Errare aspexit, duræ ludibria mortis
Pertulit omnipotẽs, vt eisdẽ splendida vitæ

Lumina præferret, quibus haud errare liceret
Amplius, ac certo possent insistere calle. (plex
Quare age ad hũc iũctis manib. cõcedere sup-
Audeto: nam te venientẽ expectat, vt amplo
In gremio accipiat. Perge, & cõmissa fateri
Incipias, & te iam deliquisse dolentem
Pœniteat, quacunq; etiam ratione modoq;
Expurges, promptusq; luas ꝑ crimine pœnã,
Atq; imo expressas penitus de pectore voces
Effundas illi, cuius tibi gratia plenè
Mox aderit, teq; amplectetur, & vndiq; cælo
Gaudia erũt, quib. haud vsquã maiora supsint:
Illic nanq; magis gratari contigit vni
Conuerso à vitijs superũm ad cælestia regna,
Quàm si cõplures, quorũ sanctissima vita
In terris fuerit, supera ad conuexa ferantur.

PASCHA.

HAec est illa dies, rerũ quam con
didit auctor.
Ite omnes mecum linguis ani-
misq; fauete.
Læti omnes mecum laudes &
læta canendo
Carmina, sic regi cælorum reddite grates.
Tuq; pater sancte in primis, cui plurima semp
Relligio, & veræ fidei obseruantia cordi,
Perge diem lætus solenni ducere pompa
Muneris immenso plenam cælestis honore,
Vtq; soles, regali ornatu & pectore puro (tu
Prosequere, & cũcto demũ hãc cõplectere cul
Christicolas inter proceres, mediusq; fideli
Concilio, ac lecto præcelsus in ordine patrũ.
Sat lachrymis, tristiq; datũ pro tẽpore luctu,
Quanq ꝑ scelere haud satis est, & crimine no
Sed tũ hæc iugi defleuim⁹ ore, precesq; (stro.
Addidimus, clemẽs quas exaudisse redẽptor
Creditur, & fessis hominũ iam parcere rebus.
Hunc etiã vt miseris quondã violarit iniqua
Turba modis, tuleritq; pius ludibria mille
Sẽsimus, hæc eadẽ soliti memorare quotánis.
Vidimus & cunctis, sibi quos elegerat ipse,
Discipulis ægrè fugientibus, vndiq; sæua
Latronũ rabie septum, durisq; reuinctum
Nexibus, & fœdè ad proceres p cõpita raptũ.
Hîc illum vt vulgus vẽsanum riserit, vtq;
Conspuerit, flagrisq; afflixerit, vtq; profano
Vexarit ritu diuinum corpus, abundè
Hausimus è sanctis scriptoribus, omnia largo
Interea fletu complentes, & graue mentis
Affectæ toto promentes corde dolorem.
Deniq; sublatũ cruce vidimus omnipotentẽ
Cunctarũ auctorem rerum perferre dolores,
Et duros mortis cruciatus, quos neq; quisquã
Pertulit in terris vnq, neq; sensit, & heu heu
Ne nos æternùm moreremur, concidit ille
Indutus mortalem hominẽ, qui cũcta crearat
Aeternus, semperq; manẽs, semperq; futurus
Idẽ, & qui nutu mouet, & quęcunq; ministrat.
Hæc ita præteritis fuerint celebrata diebus,
Et ritu seruante, pio permixta dolore.
Ast hodie à lachrymis hilari perfũdere mentẽ
Lætitia est opus, & vultu præferre sereno
Gaudia, quæ nullis cedant, cũ maximus ipse,
Qui se deludi passus mortalibus ægris
Occiderat cæde infanda, nũc morte subacta,
Conditione hominũ superata, postibus orci
Perfractis, victor supera ad conuexa redire
Vt voluit, subitò se contulit, & deus, atq;
Verus homo, sed non adeò mortalis, vt antè,
Amplius: at contrà diuino totus inhærens
Quà mortalis erat, se nobis ipse videndum
Præbuit, in dubio ne quid supereſſet, & illa
Luce resurgentem, qua se prædixerat, omnes
Nossemus, pariterq; necis vitæq; potentem.
Quid nos? an non cum Dño surgemus & ipsi?
Surgamus: Primũ à vitijs hic transitus esto
Ad summos apices, virtutẽ & relligionem,
Mox ad cælestes superos, patriamq; supernã,
Non aliã ob causam supera de sede profectus
Hic adijt genus humanum, q ducere secum
Vt posset nos hinc alacres, atq; ire volentes.

AD TRYPHONEM GABRIELEM, P. Venetum.

QVò sinitis socij me per deserta va-
gantem
Hæc loca nunc ferri? quæ iam te-
nebrosa sub antra
Consertos inter vepres, atq; aspera saxa
Ducunt, & vario perplexum errore viarum
Exercẽt, semperq; premunt, atq; vsq; fatigant,
Nec vestrũ quisquã táto in discrimine dextrã
Porrigit, atq; vagum fallaci in tramite sistit,
Aut docet ire viã præsens, & in æqua reducit.
At qui olim multi, vel tu reuocare solebas
In primis me chare Tryphõ, si fortè parumper
Deuius à recta iam declinare videbar.
Orsus erã, vt paruę poterant in carmina vires,
Aetherei secreta procul vestigia cantus
Pone sequi, afflato quos olim prõtulit ore
Ad citharã vates, quem non imitabile carmẽ,
Atq; hominũ supra captũ, cecinisse fatentur
Voce palàm cuncti, qui sacra ad limina tendũt
Veri secreto commoti numine Phœbi.
Atq; ita suspiciens, humilisq; & pron⁹ adorãs
Tentabam si qua ille mihi se forte fauori
Præberet precibus crebris oneratus, & vnà
Affectu hoc nostro motus, ꝑpriæ ne benigno
Assensu potius, & solo munere mentis.
Tandẽ hac spe tantũ perstans, tũ totus in illis,
Quæ quondã is cecinisset, erã, nec cætera por
Linquebã interea legis præcepta vetustę (rò
Quin legerẽ grauiũ auctorũ, versabar & inter
Quæ mihi grata forẽt, atq; apta sensib. annis.
At nunc nescio qua tenui dulcedine captus,
Aetatis præter solitum iuuenilia ludo.
Ecquid permittes hæc me per inania duci?

Quæ

Quæ mihi, quę ſtudijs nõ conueniẽtia noſtris
Offendunt etiam purgatas protinus aures.
Cur me ad cõcentus ceſſas adhibere priores?
Quos mihi nõnulla ſolitus iam laude probare
Subdideras celeres currenti ſæpius ictus.
Cur nõ hortari? cur nõ, velut antè, monere
Inſtituis? vel, nãq; potes, me hæc ad pia cogis
Munera? quę tibi ſũt meritò gratiſsima ſemp.
Vel quia Muſarũ tibi iam non vltima ſeruit,
Optatus quoties illarum ad culmina tendis.
Vel quòd noſtra piæ miro conamine mentis
Sacra tenes, eademq; pari veneraris honore.
Immò age, nã poſcę poterit qđ vtrũq; decere,
Tentemus, ſi quid fortè aſpirauerit ardens
Ille canor nobis, qui non diuinitùs vnquam
Nil prorſus eſt modulatus: at æthera ſemp a-
Intuitus regũ regẽ rex ipſe canebat, (pertũ
Atq; vni laudes, vniq; ferebat honorem,
Tu prior, ipſe ſequar, ſic me nã rurſus amice
Ad nõ miſſa quidẽ, ſed ad intermiſſa vocabis.
Try. Quæ deſolatos cœperunt gaudia patres,
Diſperſos pauor horribilis quos egerat antè,
Cum quem defunctũ flerant, exiſſe ſepulchro
Viderunt miro perculſi corda ſtupore.
Aur. Quę, pſternatas cœperũt gaudia matres,
Vt pauidis hilari ſe vultu nuntius vltrò
Obtulit æthereo cæli de culmine miſſus,
Triſtia qui placidis mulceret pectora dictis.
T. Qui tũ cuſtodũ eſtcõiect? in agmina terror,
Cũ tremor inuaſit terras, ſubitoq; reuulſũ eſt,
Quod tumulo hęrebat firmo, p tegmine, ſaxũ.
A. Quo ſtrepitu fugẽre mali ſub tartara Ma-
Cũ ſe præuẽtos ſenſerũt lumine tanto, (nes,
Nec poſſe vlterius minimo ſub tegmine cõdi.
T. Atvertẽre boni ſenſus oculosq; repentè
In dominũ, inq; ipſum rerũ patrẽq; deumq;,
Inq; expectatũ iam longo tẽpore Chriſtum.
A. Quin alacres venẽre omnes in limina lucis
Aeterni prætenta ducis vexilla ſequuti:
Sontibus at meritas miſeris liquẽre tenebras.
Sed tu deſine plura: bonis nã certa parantur
Præmia viſuris ſedes quandoq; beatas.
Illi cum primùm in terris liquere caducum
Et mortale ipſi pondus, vis nulla laborum
Nulla dolorum illos agitat, non vlla timoris,
Non fraudis, nõ vlla doli. quin dira voluptas
Innumero errorũ ſemper comitata tumultu,
Et quæ mortales vexant, & inaniter angunt,
Cætera non vllis illic admota propinquant.
At ſecura quies, nullisq; exercita curis
Vita manet, prorſũq; bonis nõ indiga noſtris.
Viuunt contenti ſolo per ſecula viſu
Omnia, nec requies illis datur vlla videndi,
Atq; eſt his ea ſumma quies: hac nanq; beati
Perpetuoq; illic æuo & ſine fine fruuntur.
T. Sic tua cæleſtis fauor hic incepta ſecũdet,
Quo mihi tu tantũ carmen ceciniſſe videris,
Aureli ſtudia hæc atq; hos ne deſere cãtꝰ. (ſti
A. Imò hęc, q̃ mihi nũc modulãdo multa dedi-
Adiumenta Tryphõ, ne tu fuge tradere rurſus,
Cum repetã: nam ſic noſtris afflabis honorẽ,
Quale manꝰ addũt ebori decus, & tibi multa
In noſtrũ quondam ſuperabit gratia carmen.

AD ANTONIVM VONICAM, *Taruiſinum.*

QVò me, quò Silides rapitis per flumina Nymphæ?
Nec fluitantis equi teneo iam lora, nec ipſe
Conſilij compos valeo diſcernere, qua me
Parte regam, ſic hinc terrent maiora fluenta,
Hinc obſtat cœnoſa palus & lenta tenax q́;,
Et qua quadrupedis poſsit vix vngula velli.
Hæc ego, vectoris dum vi ducebar in amnem:
Sed timor õnis erat tamẽ, vt ne gurgite in alto
Mergeret, atq; expes ferrer quacũq; ſub ũdas.
Nã neq; erat ſpes vlla mihi, neq; certa fidelis
Auxilij ratio, ingenti ſed plena pauore
Omnia, & expoſitis paſsi manifeſta periclis.
Ac neq; quem Graij quondã finxere poetę,
Quóue lyrã plectrũq; tenens eſt vectus Ariõ,
Auxilio poterat mihi tũ ſe oſtẽdere Delphin.
Nare nec exiguis contento in flumine ripis
Immanis qui me ſublato gutture Cetus
Deglutiret, vti vatem iam mirus Ionam
Cepit hianti ore, ac vaſto ſub ventre recõdit.
Ille dei haud parẽs monitis, qui iuſſerat vrbẽ
Hunc petere extẽplò Niniuẽ, mãdataq; ferre
Horrenda, in Tharſos cũ declinaret, vt ipſum
Tanquã fortè deum, cernit q cuncta, lateret,
Nauem conſcendit pauidus, ſeſeq; ſub imum
Ipſe gubernaculũ recipit, pauitansq; recõdit.
Interea magno miſceri murmure Pontus
Incipit, exhorrent nautæ, timet ipſe magiſter,
Et nunc cum ſocijs ſupplex in vota precatur,
Nunc tempeſtatis ſubitę perquirere cauſam
Conatur, ſortesq; iacit, ſimul orat Ionam,
Quẽ ſors ipſa ſuper perſederat, vt ſibi & vnà
Omnibus ex æquo bene conſulat. Ille ſalubre
Conſilium dare ait, ſi ſe cuncti agmine facto
In mare præcipitem iaciant: nanq; vnius eſſe
Nomine cũcta ſuo quæ nũc incõmoda ferrẽt,
Qui non iuſſa dei ſubitò perfecerit amens.
Illi ergo, vt trepidis ſeſe ſeruare poteſtas
Offertur, rapiunt ſublimẽ, atq; æquor in altũ
Proijciunt puppe ex alta, quẽ protinꝰ amplo
Ore ingẽs mõſtrũ vorat, atq; in viſcera cõdit.
Quid faceret? quo p latebras, & cæca per exta
Se ferat? auxilio cuius nitatur, vt inde
Exeat? aut cæli procul illinc lumina cernat?
Qđ ſupereſt prorſus ſapiẽs mox expedit vnũ
Orando ſupplex veniam petit: at deus vltrò
Imperat, ille leui ſiccaq; exponitur alga
Illæſus, quanquã ipſe truci detentus in aluo
Iam triduum terna pariter cũ nocte fuiſſet.

Ergo iterum populorũ vrbem rerũq; potentẽ
Iussus adit, profertq; palàm minitantia verba.
Illi continuò pauitant, ac iussa facessunt,
Et scelera his ritẽ deus expurgata remittit.
Párcere subiectis nouit pater, & pius idem
Humano quondam generi cõmissa pepercit:
Immeritamq; luit nostro pro crimine pœnã.
Mortẽ adijt, ternosq; dies iacuisse sepulchro
Substinuit, totaq; super mox gente salutem
Attulit, atq; viam supera ad conuexa reclusit.
Huic etiam quocunq; loco, quo tẽpore cunq;
Magna vel, aut iam parua velis, sunt oĩa curæ.
Nam quis me potuit tantis arcere periclis?
Cælestis ni tum fauor afforet, & deus ipse?
Tu mecũ Antoni, precor, hæc Vonica videto,
Atq; eadem prudente diu cũ mente voluta.
Nam dum ipse angustis agitabar talibus, ecce
Assistunt iuuenes duo protinus, inq; fluenta
Prosilit alter ouans, ripa se continet alter
Sedulus, ille feri dextra capit, & tenet aurem,
Ac mihi, Ne metuas, inquit, procedit, & vnà
It mitis, prius asper equus, ripęq; propinquat.
Vnde manũ exponit placidus, q restitit antè,
Meq; ambo incolumẽ sicca tellure reponunt.
Deinde alacres abeunt, illis dũ reddere conor
Ac superis meritas imo de pectore grates,
Hos ego non vlla memini regione videre.
Sed mihi tum primũ visi, nec contigit vltrà
Vidisse hos aliàs, quorum si fortè requiris
Scire habitum, viridi florebat vterq; iuuenta.
Sed mihi q medijs præsens hærebat in vndis,
Altior, vt qui equitẽ me tunc æquaret eundo,
Et latis ingens humeris incederet Heros.
Quem verò attentũ ripæ de margine dixi
Expectarè, manumq; vltrò prębere roganti,
Hic agilis dexterq; & agendis omnibus aptus
Rebus erat, vultuq; omnẽ præstabat honorẽ.
Quid geminos olim Pollucẽ & Castora iactet
Prisca ætas, multis præsentes sæpe fuisse
Auxilio? non hos etiam mihi fingere diuos
De facie atq; omni prorsus virtute liceret?
Verũ hæc nõ adeò nos cõmentemur amice,
Sed nostris persæpe deum succurrere rebus,
Qui pius afflictis hominũ miseretur & ægris,
Et malè pro meritis nobis benefacta repẽdit.

AD BARTHOLOMAEVM *Agolantum, Taruisinum.*

E quoq; ad has epulas inuitas-
semus amice,
Nouerimus ni te multis Ago-
lante teneri,
Quę tibi iã gustanda prius sunt
nempe necesse,
Quàm te isthuc cõferre velis ad prãdia nostra.
Sic fortasse monẽt faciendũ, vt prævia quędã,
Quæ gustũ exacuãt, & quæ sint grata voremq;
Deinde assistamus mensæ cunctando salubri.
Cœpisti propius rerum discernere causas,
Ac quo vis humana potest se ferre, laboras
Tendere, & hoc animi studio te explere beati,
Si quid in humanis tñ est quod nomine tanto
Digneris: nã quæ linguis sunt tradita vtrisq;,
Iam pridem tibi nota, manẽt te grandia tantũ
Cætera, quæ versas, quib? & iam sedulus vnis
Ipse diu incumbis, satur vt quandoq; reuersus
Expletus q; illis, veluti conuiua sagacis
Ingenij videas, epularũ an forsan odorem
Gustaris tantùm immunis expersq; saporis.
Sunt ea nimirum reliquis præstantia cunctis,
Quæ cupiunt, quęruntq; etiã mortalia corda.
Verùm & ad hęc, & in his semp sub luce mali-
Tẽdimus, & varijs sic circũfusa tenebris (gna
Incidimus, simile vt veri quandoq; repertum
Dicere, vix possis casu, ratione quod optas
Quæsisse, & propria tentas indagine mentis.
Quam satius sapiens Sophiã deducere cælo
In terras dictus, qui contẽplanda relinquens,
Quæ reliquia ssuerant totis perquirere auẽtes
Viribus, edocuit spectari proxima nobis,
Virtutem amplecti, vitia insectarier, omnem
Deniq; perpetua vitam componere lege.
Sed quid is, aut vlli, quanq; meliora sequuti
Sint alijs, poterunt nostris cõferre? quid ipsis
Rebus inanis enim rerũ contenderet vmbra?
Vna hæc, quã seqmur, Sapiẽtia & vnica virtꝰ,
Huius nunc studio addicti vacuiq; tenemur.
Hanc tu etiã cũ tẽpus erit (licet id quoq; semp
Extet, & haud serò nunq incipiamus) vt illa
Ad plenũ, amplectêre quidẽ & sectabere solã.
Impuleris fortasse & vt huc Cassellius altè
Conscendat tecũ comes: ęqualẽ ipse meũ iam
Nunc orare Bononiũ adopto, vt dulcia tandẽ
Quæ canit, ad superũm cõuertat carmina lau-
Et grauis huc tãti diuertat semita vatis. (des,
Nam Vonica meus iampridẽ Antonius almã
Assiduis legem manibus versare putauit
Esse viri, qui multa aliàs iam legerit, & qui
Viderit expleta hæc falsis & inanibus esse.
Quãta est nostra quidẽ, ne q s se iactet, in vllis
Cognitio magnis? animo cum nempe capaci
Nemo adeò est, qui se, nedũ cælestia, capter.
Nec fas fortè ea scire, nisi cum libera prorsus
Corporeis vinclis & cæco carcere mens est:
Ast eadem nos velle licet, simul ipsa frequenti
Suspicere affectu, totaq; requirere mente.
Hinc amor ille potẽs, q iam, simulatq; reliquit
In terris socias feruentes spemq; fidemq;,
Toto æuo electos demũ comitatur Olympo.

AD

AD PETRVM LIPOMANVM *in obitu Claræ sororis.*

AMœna, Petre, quæ vides vagus loca
Putato vana te videre somnia,
Nec esse quippe, sed videri, & vndiq;
Per altum inane lubricumq; prospici.
Aues canoræ, & arborum leues comæ,
Et acre murmur insonansq; frondium,
Eas mouente leniter Fauonio,
Canes per æqua feruidi, fugax lepus,
Puella flore vinciens nouo caput,
Amore lætus ac vagans leui puer,
Et omne, quod videris hîc alacriter
Videre, prorsus vmbra sunt perennium
Inanis, ac valentium esse perpete
In omne tempus. Ast opes, agri, domus,
Et ipsa vana sunt quoq;, haud habentia
Sui quid integrum, suiue quid potens,
Et vsq; firmum, & vsq; consonum sibi.
Nihilq; forma, robur, ac decor, valent,
Honorq; ferre, quo diu queat fore
Vbiq; quicquid editum sub æthere
Vides, caduca cuncta sunt, fluentia
Et vsq;, præter id, quod alma munere
Dedit deorum & expetenda gratia
Tibi, mihiq;, cæterisq;, quibus datum est
Valere mente: mens enim modò viget
Futura semper, ac humi simul graue
Reliquit ipsa pondus, ad sacras poli
Statim perennis & leuis volat domos.
Vbi fruuntur aurea pij vice
Vigoris omnis, ac salutis intimæ,
Vigor nec alter est, salus nec altera,
Bonum nec alterum, nec vlla cæteris
Beatitatis aut quietis actio
Inest, mouente sed sub orbe fluctuant
Vbiq; cuncta. firmior parum tamen
Is est hic vnus, ima qui colens, supra
Caput tuetur, idq; promptus exerit,
Grauisq; donec hîc moratur, explicat
Leuisq; & altus alitis pennas modo,
Cælumq; mente, ceu solutus corpore,
Petit. Sed hæc est vita perfecti nimis
Viri beata, qua frui pauci queunt,
Quamq; ille (si qua id sustinet dici) tuus
Colendus in primis sacerdos maximè
Affectat, atq; spontè spretis omnibus,
Quæ mundus vltrò viribus cunctis petit,
Vnam secutus, prorsus hanc complectitur.
Et nunc in altis montibus latens procul
A patria, amicis atq; charis omnibus
Vni vnus hærens, qua potest, vni studet
Placere, cui se dedicauit vnicè.
Nunc vrbe degens percitos fontes metu
Solatur, audit, excitat, terret, monet,
Hortatur, atq; promouet miris modis
Vitijs relictis ad decens, ad fas, ad id,
Quod iure miseris conuenit mortalibus.
Mox expeditos ad pios cultus trahit
Ipsos volentes, atq; ad alta dirigit
Spectanda, quæ mens sic onusta corporis
Torpore vix hallucinando suspicit.
Hæc ille. Sed nos, qui secundis sedibus
Debemur olim forsitan, vel tertijs,
Parère sanctis legibus compellimur,
Seruare mores, abstinere fraudibus,
Vacare cupiditate, inani gloria,
Iraq;: cunctis deniq; actionibus
Prodesse multis, & nocere nemini:
Sese tueri, ne labemus, ne vagos
Variosq; cursus incidamus noxios,
Quos nostra nobis semper huc infirmitas
Apportat, aut quos ille nobis ingerit
Humanitatis persecutor impius.
Horum ipse conscius opifex rerum deus
Multos acerba morte quondam substulit,
Multosq; rursus forsitan (quæ est illius
Immensa & infinita prouidentia)
Extinguet antè, quàm iuuenta illuxerit
Illis serena, ne mala his contagio
Contaminati prorsus orbis ingruat,
Labemq; moris improbi secum trahant.
Lugent parentes inde chara pignora
Abrepta varijs & dolendis casibus.
Suos amores coniuges viros, suas
Viri vicissim coniuges tenellulas
Fletuq;, lachrymisq;, ac pijs vlulatibus
Diesq; noctesq; expetunt, quærunt, vocant
Frustra miselli. Tu sororem sæpius
Adhuc requiris, ante quæ diem cadens
Desideria sui reliquit plurima
Tibi, parenti, coniugi, cunctis suis,
Virtute, forma, moribus sanctissimis,
Quales decebant nobili exortam domo.
Sunt hæc dolenda, sunt pijs affectibus
Hæc prosequenda: non enim duro sumus
Nec sentiente procreati robore,
Natura at extat insitus nobis dolor,
Dolere fas est omnium cunctis vicem
Charissimorum, ac pĕrpeti luctum diu,
Quoad doloris iusta vis resederit.
Est finis, vbi te in sinum receperis,
Ac cogitaris, esse iam receptui
Tandem canendum, nostra ne si commodis
Eius feramus antè, videamur parum
Sentire quid nos deceat, & sanctissimæ
Exire iussos charitatis terminos.
Hanc vos videre, hanc alloqui, hac viua frui
Velletis omnes, coniugi prolem dare
Hanc, charam, opibus vti suis, honoribus
Fungi paratis vtriusq; splendida
Virtute. Sunt humana quippe hæc omnia,
Et expetenda, & omnium gratissima.
Sed est, quòd illa fortè ad hæc fari queat,
Voluisse sese hæc, & cupisse consequi,
Dum vita staret, donec in terris diu
Quærendo, quod nõ assequi quisquá potest,

Ipsa elaboraret, neq; hæc magni tamen
Nunc adeò facere vel probare, vt anxiè
Terra mariq;, sedulò, domi, foris,
Vt fit, petantur omnibus periculis,
Ac digna tanto sint honore deniq;,
Errore mentis quantus his vanæ datur:
Quæ si parentur, non minus molestiæ
Profectò, quàm iucunditatis afferant.
Secumq; multo sic melius actum putat,
Quàm si iuuentam protulisset longius.
Vidisset, inquit, multa quæ mortalibus
Acerba casus, vel voluntas attulit
Maligna sæpe, vel potestas acrior,
Quàm ferre posit æqua virtus vllius
Vnquam vicissim, sic laboribus
Connexus alter alteri superuenit
Semper, nec vlla concitis semel quies
Datur laborum vel malorum fluctibus.
Pluraq; alia quoq;, maximè verò omnium
Priuata, publica, vniuersaq; incommoda,
Iniqua patriæ quæ tulerunt tempora,
Sensisset. At nunc cælitum vacans choris,
Interq; diuas ambulans felicius,
Quibus beata perfruatur gaudijs
Vix suspicari possumus, ne dicere
Id audeamus his minutis versibus,
Hoc præter vnũ, quòd venusto nomine
Iam Clara, nunc re sidus it clarum polo.

AD M. HIERONYMVM *Vidam, P. Cremonensem.*

ESse ferũt collem Phœbo Musisq; dicatum,
Quo cuncti pariter certant contendere vates,
Atq; sacrũ approperant illuc haurire liquorẽ,
Perpetuamq; virere putant in vertice laurũ,
Vnde queant caput optata vincire corona.
Cernere propterea est nónullos mõtis ad imã
Radicem se ferre, & sub radice moranteis
Conterere hîc æui partem melioris, vt alta
Qui spectare procul cõtenti culmina, si quid
Diuini laticis valeant contingere summo
Tantùm ore, aut ramis felicibus arboris almæ
Sorte aliqua frondis vllas legisse cadentes.
Sunt etiã, vt referunt, & qui reptare laborant
Ad mediæ septũ magno conamine rupis,
Intra quod pauci sic admittuntur, vt vnus
Hisce locis, altér ue queat satis esse videri.
Quid qui infrà positos ausus contẽnere, sese
Tollit, & in summo scandentem vertice sistit?
Atq; inter lauros, atq; ipsa ad limina fontis
Constituit Musis aram Phœboq; sacerdos,
Affaturq; illic diuos auditq; videtq;
Felix! ò mihi si saltem in conualle propinqua
Versari detur, quid fortunatius optem?
Atq; id nunc operã do, quo me demere vulgo
Assuescam, mediterq; procul diuina tueri.
Nanq; vltrà proferre pedem tardante senecta
Haud ausim, satis est quoniã, si nõ pede claudo
Inferimur lutulenta atq; in salebrosa viarum,
Qua multi è priscis etiam venêre volentes.
Tu verò, cui Seriades se ostendere Nymphæ
Dignatæ quacunq; duces comitesq; dedêre,
Perge, iuuetq; iugi iam peruenisse sub alta
Culmina, dum vires, ac dum præstante iuuẽta
Vida potes quẽcunq; & adire, & ferre laborẽ.
Nãq; illic quodcũq; agitas, animoq; reuoluis,
Præstò erit, & tibi se manifesto in lumine pan-
Ni penit⁹ vanæ modò me lusere puellæ (der,
Pierides, miris è nexibus extricantes,
Cum tibi eas docta fingentes serica vidi
Fila manu, pperare, atq; internectere, queis se
Implicet, atq; voluẽs pergat circũdare bõbyx.
Quin oriturũ etiam vatem cõmittere alendũ
Formandumq; tibi vidi illas omine certo,
Cùm ter te attonitum duxere altaria circum,
Atq; eadem ternis etiam cinxere choreis,
Actutumq; tribus fulserunt omnia flammis.
Præterea ludos belli simulachra cientes
Edocuere modo quo gratè dicere posses.
Tum veros Martis strepitus & signa tubasq;
Audire, atq; videre, interq; horrentia ferri
Agmina concessere, ac pleno ferre per orbem
Aequato quondam certamine prælia cantu.
Quare age ppetuũ primaq; ab origine carmẽ
Audacter, quod mente diu iam concipis, ede.
Vt scelus infandũ gens ausa est impia quondã
Cunctarũ aduersus rerũ patremq; deumq;,
Optima quem toties adeò mandata docentẽ
Audierant auidi, videre & mira frequenter
Ac passim peragentẽ, & nõ mortalia quoquã
Præstantẽ, at prorsus præ se diuina ferentem.
Nanq; palàm hauserunt oculis atq; auribꝰ ipsi,
Vt primũ in terris vagitus protulit infans
Maximus, esse deum, qui nos inuiseret alto
Demissus cælo, cùm supra vilia tecta,
Sub quibus in paruis iacuit præsepibus ille,
Videre insolitum radijs fulgentibus astrum.
Cælestesq; etiam supra sensere canentes.
Et flexis illum genibus venerantia bruta,
Ac reges pariter diuerso ex orbe sequutos
Sideris exorti cursus, & dona ferentes.
Cætera quid memorem tota sanctissima vita
Acta illi, confessa deũ & testantia solum?
Hæc te nãq; manẽt, hæc te tua submonet ipsa
Relligio, cultusq; dei, & præstantia vitæ
Ordiri, atq; super fauet his tibi cõscius æther,
Aeternumq; parat ventura in secula nomen.
Ipse autem, si quid me fors ea gratia tangit,
Exiguam tantorũ operum vel sumere partem
Conabor totis ornandam viribus, aut si
Inualidi nequeant humeri iam pondera ferre
In prõptos saltẽ affectus, & debita mẽtis (bo
Munera descẽdẽs, lachrymis mox cũctareple
Quo mihi cunq; dabũt sese per carmina vires,
Ad fixas clauis plantas, ad pectus apertum,
Ad caput impressis cõfossum sentibus almũ.

Geronticon primi Finis.

Oluite corpora in aquam omnibus dico
Vos qui quęritis facere Solem ac Lunam
Ex duabus aquis capietis unã
Quam magis uultis, & quod dico facite:
Bibendam date uestro illi inimico,
Sine ullo prorsus cibo solam dico:
Mortuum inuenietis in nigrum uersum
Intus in uentre Leonis antiqui.
Post illi facite suum sepulchrum
Eo modo ut totus liquefiat
Et pulpæ, & ossa, & omnes suæ iuncturæ:
Sic lapidem habebitis: post istud fiat
Ex aqua terra quæ sit munda & pura,
Ex terra rursus aqua, ex aqua terra:
Sic ad multiplicandum fiet lapis.
Thesaurus est is bene seruandus.
Nam qui benè hos capit meos uersus,
Erit Dominus eius cui cæteri famulantur.

Alia eiusdem argumenti.

Soluere qui nescit, uel subtiliare metallum,
Corpus non tangat, Mercuriumq; sinat.
Nam corpus nequit spiritũ retinere uolantẽ
Si non alterutrum facere benè noris.
Fac igitur strictim sese ampsectatur uterq;,
Id facit aqua uiuens nec nõ sal dissolutiuum.
Tere benè ac coquas lentè,
Ita ut illud priuetur
Ea matrice quæ illum occultat.
Tunc clarè uidebis obscuram fugere noctem
Et solem totum lucidum pulchrumq; reuerti
Multis cum floribus ornatum formaq; recta.
Hic lapis est: illud tandẽ quod scripta maiorũ
Malleo percutier super incude posse fatentur.

Vetusta quædam carmina.

Ad bonam pastam utere aqua atq; farina,
Nec non fermento, modo simili, lapide nostro
Hæc tria reperies physicorum dicta referre.
Est in Mercurio secretum, in reliquo nullo:
Mortificat sese saybat & uiuificat se.
Nam metallorum cunctorum cum sit origo,
Ex quibus constant, & resoluentur in illum.
Finis, principium, hic constat & est mediator.
Extrahit, inducit, animam suo corpore figit,
Putrescit, leuit, tribuit bonum tibi pondus
Efficitur tale cui permiscetur ipse:
Qualia Mercurio seminabis, talia metes:
Quib⁹ dũ immoritur, ex se fructũ dare fertur:
Solis & Lunæ sunt sulphur Mercuriusq;.
Opera naturæ, causæ, per tempora coctæ:
Horum non solùm, sed cunctorum aliorum.
Eadem principia cum nos habeamus ut ipsa,
Cur non tunc opera faciemus sic uelut illa?
Æmula naturæ ars semper dicitur esse:
Nam sequitur alijs prę|ijs artem fugitiui

Inquantum potest, licet ipsa plus ea possit.
Natura iungit sua facta in se quoq; creat.
Nam cum fermento, naturæ quod caret illo
Ars curtat facta, sine quo non perficit ipsa:
Nam sine fermento nihil pinsare memento:
Hæc cum feruore consueuit & ars breuiare.
Omnis in interitum ab imis trahitur ægrè.
Qui seraturas seratas uult reserare,
Caudæ caput iungat, sic tu poteris reperire.
Quid sit fermentum tibi do tale documentũ,
Est panis similis pani, sic uitaq; uitæ.
Extat fermentum per consimile specierum:
Nam generat simile semper unus sibi quisq;
Ex semine proprio fit puluis, ab Vpupa null⁹:
Sic similis similẽ generat, leporẽ quoq; lepus:
Qualia quis seminat, hæc semper talia metet.
Quòd lapis est scimus: quis sit si scire uelim⁹
Extra nos imus nisi donet summus & imus.
Hic lapis à spiritu simul & à corpore nasci
Nec non ab anima nominatur, sic benè iuncta
Ac fermentata dicuntur hæc tria mista:
Arsenicũ fore dic animam, sed spiritus extat
Argentum uiuum, calx corpus dicitur esse:
Spiritus ac anima fermentant corpora mũda,
Tingens & mergens calx figit & est Elyxir
Quod saybat figit, qd̃ corpa plurima tingit:
Extat arsenicum nostrũ de corpore tractum:
Extat hoc mediũ quod nunq̃ in corpore fuit,
Perficit hæc dicta nullius agens in Alchymia:
Hac utaris aqua fructus producitur à qua
Albat, purificat, separat, iungit elementa:
Par & Mercurio nunc Laton se decorabit
Quod Sole causat nec non Sole mediante
Firmare debes spiritus in corpore omne:
Corpus dissolui bene dum id solicitaui:
Et est uita rei cuiusq; mundiq; caput.
Vt separat Iouem stare quo nunq̃ stabilitur
Cum soluens sit Azot imbibitur & auro
Nouies uel inde, ita totum uidebitur Azot:
Et uolatile fit cum spiritu quo adimetur.
Rectè figatur ut non separetur ab illo:
Vertitur in animã corpus totũ, & uice uersa.
Et fit Elyxir mutans azaybat omne:
In liquido saybat opus omne figere debet
Intus & exterius utrisq; uel modis utor
Imbibet tibi ipsum quia meritò Sol soluẽdo.
Si non sufficiant memorata renouabo.
Exterior ignis non excipit interiorem
Alio calore superueniens qualicunq;
Sed si firmatur scoriæ totum similatur.
Hoc cum fermento fermentum fortificatur.
Argentum uolitans est ignis corpora urens,
Mortificans, fixans, stringens regimine solo:
Quo plus miscetur tanto plus attenuatur:
Azot associatio, lapidis contritio frequens
Perficit & uiuit, ars solum uasq; requirit:
Est ignis graduum, non huius, ratio tota.
Nũc caput est ignis humid⁹ interiusq; diuers⁹
Est tepidus ignis, bulliẽs quasi, & bulliens est:
Quartus est feruẽs, sed quintus igneus extat:

Ignem præterea tribuere si scias igni
Mercurium cum mercurio, tibi sufficiũt hæc:
Sed cautus si sis in primis cum sociabis
Partem cum parte, tunc signa hæc benè tene:
Primò pinguescit, nigrescit plus, & aquescit,
Quartò congelat, tunc iam est certificatus
Processus debitè, sic coruus uult uariare.
Est ideò census ignis humidusq; diuersus:
Mercurius penetrat, corpꝰ figit, anima tingit:
Fermẽtũ in Alchymia semẽ agẽs estq; paternũ
Sed patiens erit Saybath semẽ estq; maternũ.
Imbibitur quotiés cinere id totiensq; curatur
Et humidatur quousq; color uariatur:
Nam emẽdatur gaudet auro nisi solo. (tingit,
Putrescit, soluit aqua mercurij, densat, quoq;
Extrahit hinc florem, fluxat, uexat separata:
Ponderat & leuigat, mortificat atq; uitã dat:
Ingressumq; facit miscens suprema profundo.
Est in mercurio quicquid quærunt sapientes:
Nã sub umbra sua uiget hęc substantia quinta.

Carmina Arturi Philosophi.

Calcino, sublimo, cero, figo, coagulo, soluo,
Corporaq; spiritus, aquis, in cinere, fimo:
Alluo, mortifico, sublimo, fixoq; latronem,
Capitello, zacey, ludello, luminis aqua,
Cui fratrem adijcio ut candidius exeat opus
Et lunę fermentũ eius abdo mistura magnatẽ

Carmina Pythagoræ.

Arsenicum fore dic animã, sed spiritus extat
Argentum uiuum, calx corpus dicitur esse.
Spiritus est tingens, animã submergere dicas:
Tingens & mergens calx figit & extat elyxir:
Spiritus exclusus perit hæc & mare duce
A Phœbo captus elementi susçipit esse.
Mercurium figit, qui corpora plurima tingit.

Dictum Hermetis.

Sales calcinant, alumina clarificant,
Spiritus tingunt, metalla fixant.

Carmina Gebero adscripta.

Est fons illimis cuius latet anguis in imis,
Euolat inprimis nisi clausis undiq; rimis:
Ex prima uena pars roris surgit amœna,
Ipsa post sæua prodeunt susçepta uenena:
Post hyemis flantes fortes creuere Gigantes:
Hos supra stantes flatu pereunt Elephantes:
Hunc bene contritæ genuit tibi aqua uitæ:
Nam benè mundatũ proprio sudore renatum
Redditur ablatum nigrũ prius obtenebratũ.
Assequêre uotum si per se sit benè lotum,
Et sumat potum quod scãdit ad æthera totũ:
Hæc petra diuina fit alba, sed inde citrina,
Cum fuerit ima nostra deducta carina.
Hos uersus si quis aliquem perpẽdere inquit,
Si benè scruteris omnia, diues eris.

Distinctio.

Consurgit nullus unquã sine semine fructus
In quo dũ moritur semen, fructũ dare fertur.

Ordo conficiendi lapidis.

Dissipa rẽ captã per rem prius hanc satis aptã
Leniter extractam, sic massam cõtere factam:
Hæc non festinas, sed temporis ordine fiat.
Albumen urinæ disponit membra ruinæ.

Aliud.

Si fixũ soluas, faciasq; uolare, solutũ, ac uoluc rẽ inuoluas,
Hæc tria si iungas facient te uincere tutum.

Pro arte transmutatoria ad Lunam.

Cogitur exire spiritus de corpore Iouis
Albus, per ignẽ: quẽ modo collige tali: (igne,
Libram de Ioue crucibulo crudã tibi ponas in
Flando continuè quòd corpus saltet in igne.
Tunc habeas rotam ferri quam fine tenebis,
Aptam crucibulo quam sæpe ponas in igne
Quo propius Ioui poteris, sed tangere noli:
Teneas hoc spatio quo possis dicere, credo.
Adhæret rotæ spiritus, quem prębeas aquæ,
Abluit hoc ipsum, tunc iterum collige tantũ:
Hoc totiens facies quantum de spiritu gliscat.
Aqua diffusa, spiritus in fundo manebit
Quem simili parte Mercurio iungere debes:
Soluas in aquam ipsam quoq; stilles ab istis
Sal petræ, uitriolo, sal armo simili parte:
Paruum per ignem tunc aqua euaporabit:
Manens est fixum: pars una tingit ad album
Decem de cupro partes igne liquefacto
In hoc proiectum, mũdat, figit quoq; rectum:
Hoc dat argentum cimenti probamine uerũ.
Hoc opus est breue, uerum, utile, quoq; leue:
Sic met ut feci breuiter sub carmine scripsi:
Nec mihi tu credas nisi met probaueris ipse.
Tunc ores pro me, nã talia scripsi ego pro te.

Alia carmina antiqua, sed obscura.

Soluere, purgare, purgatum dissiq; pare,
Disiunctumq; mare, surgendo mundificare,
Calcem siccare, siccatum calciq; nare,
Sternere, rigare, calcem sic albificare:
Humida siccare, siccata siccè leuare:
Sæpius ista dare, calcem sic purificare,
Coquendo gnauè, post album rubificare:
Sulphur zimare, zimam primò prępparare:
Sæpius alterare, fixum non fixo leuare:
Sic rem fixare, doceas in igne domare.
Hinc res alterare, si fixa sit animare,
Vultq; maturare, totum mox inq; cerare,
Sic res æquare, debes complexionare,
Res & emendare, dum tingis tincta probare:
Excellens gnare studio sic pacificare,
Omnia patrare, sapienter purificare:
Versibus his, nota, conscribitur ars tua tota

Alia.

Tu qui gliscis donum Dei,
Contemplare huius rei
Fontem peramabilem.
Lunam, Solem, transmutare
Tibi mando uoce clara
Lympham in stillabilem.
Hæc est prima radix rara
Nobis data multùm cara,
Hermetis comprobamine.

Marcelli

Phœbus loquitur.

Audite, atq; animis mea dicta recõdite ueſtris
Hũc iuuenẽ archadiũ, infidũ, nimiũq; fugacẽ,
Prẽdite, & immerſũ ſtygijs occidite lymphis.
Poſt Hyales gremio impoſitũ Deus excipiat,
Lemnia terra colit, ſublatũq; ĩ cruce figat (quẽ
Tũc ſepelite utero ĩ calido, & diſſoluite putrẽ:
Cuius ſtillantes artus, de corpore noſtro
Spiritus egrediẽs penetrabit, & ordine miro,
Paulatim extinctum nigris reuocabit ab um-
Aurata ĩdutũ chlamyde, argẽtoq; nitẽtẽ, (bris
Proijcite hũc demũ ĩ prunas, renouabiẽ alter
Vt phœnix, & quæ tanget, perfecta relinquet
Corpora, naturæ leges & fœdera uincens:
Mutabit ſpecies: paupertatemq; fugabit.
Phœbus ab his tacuit: dictis Cyllenius ales
Annuit, atq; eadem præſens Diana probauit.
Mox abiere omnes, cæli ad conuexa uolãtes.
Tunc mentis diuinæ homines oracula cæca
Voluentes animo ancipiti, uix tempore lõgo
Experti multa, & non paruis ſumptibus: illam
Inuenere artem, quam nõ ars dignior ulla eſt.
Fingendi lapidẽ æthereũ: quẽ ſcire ,,pphanis
Haudquaq̃ licet, & fruſtra plebs improba quę
Quem qui habet, ille poteſt ubi uult habitare.
Nec fortunæ, iram metuit, nec brachia furum.
Sed paucos tanto dignantur munere diui.

Carmen de floribus ſeu coloribus ad ſcribendum, pingendum, &c.

Flores in uarios qui uult mutare colores
Cauſa ſcribendi quos libri pagina poſcit,
Eſt opus ut ſegetes in ſummo manè pererret
Et tunc diuerſos flores ortusq; recentes
Inueniet, properetq; ſibi decerpere eoſdẽm:
Cumq; domi fuerit caueat, ne ponat in unum
Illos, ſed faciat quod talis quis ſibi quærit:
Dum ſuper æqualem petrã contriueris iſtos
Flores, in coctum pariter tu contere gypſum:
Sic tibi ſiccatos poteris ſeruare colores.
Ex quibus in uiridem ſi uis mutare, recentem
Calcem commiſce cum floribus: inde uidebis
Quod tibi mãdaui, ueluti prius ipſe probaui.

Modus pingendi Vaſa & Vitra.

O vos artifices qui ſculpere uultis honeſtè
Vitrum, nũc pandã vobis velut ipſe probaui.
Vermes queſiui pingues quos uertit aratrum
Et terra, atq; ſimul me quærere iuſſit acetum
Vtilis ars: iſtis rebus calidum atq; cruorem
Ex hirco ingenti quem ſolito tempore pãruo
Ex hedera forti paui tecto religatum:
Sanguine cũ calido poſt hæc uermes & acetũ
Infudi, ac totam phialam clarè renitentem
Vnxi, quo facto tentaui ſculpere uitrum
Cum duro lapide Smerilli nomine dicto.

Ad Vaſa fictilia depingenda.

De vitro ſiquis depingere uaſcula quærit,
Vitrũ Romanũ bene marmore conterat, & cũ
Vt puluis fuerit, clara pinguedine gummi
Fontis aquas miſta, figulorum uaſcula pingat,
Siccaq; fornaci mandes: ſit terra probata
Quæ ualeat flammis obſtare, nitentia tandem
Regibus apta ſatis ex furno uaſcula tollet.
Eligat ipſe duas rufo de marmore petras
Inter quas uitrum Romanũ cõteret, & cum
Vt puluis terræ fuerit pariter reſolutum,
Hoc faciat liquidũ clara pinguedine gummi:
Poſt hoc depigat peculas quas finxit honeſtè
Figulus è terra: ſiccatas ponat eaſdem
Fornaci: caueatq; ſimul quòd terra probata
Has teneat quo ſic ualeant obſtare calori:
Illasq; faciet plena uirtute nitentes.

De Vitro uiridi quomodo fieri debeat, ad uaſa fictilia depingenda.

His rebus Vitri patet effectus precioſi:
Igni cõbuſtũ ſulphur, aſſum quære cuprum,
Atq; teras horũ ſplendens cũ puluere uitrum
Hoc cures ſolo liquidũ ter reddere gummo:
Attamẽ inde litam poſt ignibus inijce teſtam:
Aſſumet uiridem quoniam pictura colorem
Exterior teſtæ, cum cœperit ipſa rubêre.

De Vitro albo ad fictilia uaſa depingenda.

Album picturis uitrum ſic attenuabis:
Cãdens permiſtũ cũ ſulphure contere uitrũ:
His ſimul attritis, poſtq̃ fuerint quaſi puluis,
Exterius ſpiſſam depinges undiq; teſtam:
Inijce poſt ipſam fornacis ab igne coquendã:
Cũ ſimul ipſa rubet, ſibi cum pictura cohęret
Extrahe, ſic ea pinges hinc uaſcula quædam
Ars uelut in primo notat inſinuata libello.

De Vitro nigro ad ea uaſa depingenda

Sic etiam nigrum pingendi transfer in uſum:
Qui terra capitur cum gummo contere lazur
Vt ſit perſpicuum, frangẽs in marmore uitrũ
Ipſi miſcebis: rurſumq; terendo parabis:
Hæc quoq; cœruleã ſumet cõmiſtio formam
Quæ tamen in nigrũ conuertet ſingula uitrũ.

De Vitro ualde uirente.

Sic etiam nimium tu uirens effice uitrum:
Accipies aſſi ſubtilia fragmina cupri,
Quæ tamen eiuſdem poſt cũ rubigine miſces:
Rurſus & admiſto ſplendenti contere uitro:
Protinus hinc pictã fornacibus inijce teſtam
Poſtquàm lucẽtem dabit ipſi flamma colorẽ,
Accipe: nã pulchrã capiet hinc frigida formã:
Nam dum fit uitrum nimis feruere, coloris
Hinc aufert propriã flãmæ uiolentia formã.

De Pictura Eboris

Pingere ſi quis ebur uult, ſic procedere debet.
Sculpturas eboris auri pecula decorabis:
Quo tamen ipſa tibi res ordine cõgruat, audi:
Quære tibi piſcem qui dicitur Huſa liquentẽ
Veſicam ſerua decoctam fluminis unda:
Inde locum pecula quem uis cõponere ſigna.

Gemmarum ſectio, &c.

Præduros lapides ſi ferro rumpere tentes:
Qui cupit egregios lapides irrumpere ferro,

Quos dilexerunt Reges nimium ſuper aurum
Vrbis Romanæ qui celſas iam tenuêre
Arces, ingeniũ quod ego ſub mẽte profunda
Inueni, capiant, quoniã nimis eſt precioſum:
Vrinam mihi quæſiui pariterq; cruorem
Ex hirco magno, modico ſub tempore paſto
He ba: quo facto, calefacto ſanguine gemmas
Incîdi, ueluti monſtrauit Plinius auctor,
Artes q ſcripſit quas plebs Romana probauit:
Atq; ſimul lapidum uirtutes ſcripſit honeſtè,
Quorum qui noſcit uires, plus diligit illos,
Primus ait uerſus quot habet ſentẽtia ſenſus.

Cryſtalli ſectio.

Cryſtallus tali durus ualet arte ſecari
Opportuna tibi quæratur lamina plumbi,
Huic etiam bini claui iungantur utrinq;,
Qui ſolito mediũ conſument undiq; plumbũ:
Nam plumbo ſoli tribuetur cura ſecandi:
Ipſi cuſtodes laminæ ſint exteriores,
Vt ſibi dent rectum recto cõſumere curſum:
Sed nec duritiem poteris prærumpere tantã
Mollitie plumbi, niſi quædam iunxeris illi
Tãquã puluereas fornacis fragmine mittas
Quæ tenere poſſit laminæ connectere plũbi.
Æquũ rurſus habẽt lateris fragmenta uigorẽ
Concidis adiuncta paulatim fluminis unda:
Sed uim Cryſtalli cruor antea tẽperet hirci:
Sanguis enim facilẽ ferro facit hic adamantẽ.

Gemmæ ut niteſcant.

Si uis ſplendentem gemmis inferre nitorem,
Partẽ quære tibi tantũmodo marmoris æqui,
Gẽma ſuperpoſita petræ ſed flumine pauco:
Sed ne lædatur, tractu leuiore limetur,
Quanto dureſcit, tanto magis ipſa nitebit.

Gemmarum ſculptura.

Sic gemmis durum ſculpendis effice ferrum:
Quiſquis uult ſolito lapides irrumpere ferro,
Hos habeat ritus, ut acumen temperet eius
Tẽpore quo ſolito magis utitur hirco amore.
Solus adeps huius fit ad iſtos aptior uſus,
Huius enim candens ſiquis pinguedine ferrũ
Extinguit, ſubitò dureſcit acumine firmo.

Carbunculi confectio.

Si repetam dicta ſupra tribus atq; quaternis
Eſt renouata modis omnia clarificat:
Plus ſi ſuſcipiat Talc crudum mundificatum,
Pſimmythiumq; æquis iungito põderibus,
Mercurio ſuper adiecto ſub ea paritate
His mixto donec deficiat penitus,
Terſeptena ſalis purgati uel cribellati
Pars admiſta roborat iſtud opus:
Hæc miſtura parit precioſum deniq; quoddã
Præcellens Vſifur pondere uel pretio
Ampulla uitrea forti ſpiſſaq; receptus
Hic puluis tepidis ignibus expoſitus,
Illita ſicca luto ſemel ac bis inde fit olla,
Sic ampulla rogos accipiat tepidos,
Donec multiplicis fumos excocta caloris
Exhalans nullos undiq; proijciat.
Frigida facta: luto careat quod habebitur intꝰ
Excellens Vſifur carbo uelut rutilans:
Cryſtalli puluis tenuiſſimus additus ipſi
Per magis atq; magis rem facit eximiam.
Filius unius perimatur uaſe diei: Ouum.
Sanguis ut ipſius defluat hinc niueus:
Oſſibus excluſis eius croceoq; colore
Fiat ut hinc globus maſſaq; ſanguinea,
Quæ ſiccata coquas aqua (puro) pſimmyſi-
Purgataq; diu rem faciatq; nouam: (cata,
Nã carbunculus atq; balaſſius hinc precioſus
Exit, & artificem ditat in orbe ſuum.
Sic res uilis habet preciũ latitat quod in ipſa,
Et quod deſpicitur carius efficitur.
Si miſtura ſit unicolor quaſi flãma coruſcans
Fiet maſſa nimis lucida fitq; globus:
Lunificis & aquis excocta tepentibus, exit
Vnio reſplendens, res precioſa ſatis.
Sicq; quod in mũdo precioſius eſt & habetur
Viliſſimum datur philoſophi ſtudio, &c.

FINIS.

REGIMINA ARTIS.

Diuinæ huius artis modi regiminis sunt quatuor principales: Soluere, abluere, reducere, & figere.

Soluere est grossum subtiliare: fit diuidendo, corrumpendo, & in primã materiam reducẽdo.
Abluere, obscurum reddere lucidum: fit distillando, inhumando, & calcinando.
Reducere, humidum conuertere in siccum: fit incerando, impinguando, sublimando.
Figere, est uolatinum supra corpus suum sistere ut permaneat cum corpore suo: fit autem desponsando, resoluendo, & congelando. Per primum mutatur natura interius, per secundum, exterius, per tertium, superius, per quartum, inferius, &c. Qui autem horum & aliorum modorum pleniorem exquirit notitiam, uideat præcipuè finem libri Collectaneorum Iani Lacinij Minoritæ non ociosi.

BASILEAE PER HENRICVM PETRI
& Petrum Pernam, Anno salutis humanæ
M. D. LXI.

Salmae flusses Dämonen und Nymphen beschrieben
Sehe Bey Engra fol. 194. Sind nicht genug bekannt
also pudore abzubilden.